Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIV
D
9
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CORPORIS PHILOSOPHIÆ

IOANNIS CRASSOTIJ

Summi Peripatetici

TOMUS SECUNDUS

PARS SECVNDA.

PARISIJS,

Ex Typographia Franciſci Huby, via Iacobæa ſub Biblijs aureis & in eiuſdem officina Platina in ambulacro captiuorum.

M. DC. XIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

IN QVATVOR LIBROS METEORORVM.

PRÆFATIVNCVLA.

DE AVCTORE.

HOc opus *Ariſtotelicum*, vt patet ex docendi genere, ſtilo, connexione cum libris de auſcultatione, de cœlo, de interitu, interpretum conſenſione, &c.

At inquis in tractatu de iride viſio dicitur fieri per *extramiſſionem* contra doctrinam Ariſtotelis lib. 2. & 3. de animo & lib. de ſenſu. *Occupatio.*

Reſponde Ariſtotelem non ſolere præproperè & præmaturè euellere errores populares præſertim eos qui admiſſi à mathematicis .p. ab opticis.

Ordo, argumentum, inſcriptio, explicatio.

A ſimplicibus progrediendum eſt ad compoſita corpora, ex compoſitis, mixtiſue ea antecedere debent, quæ minus ſunt compoſita: huiuſmodi ſunt quæ nũcupantur *meteorologica*, mixta imperfectiora, vt nix glacies, &c.

Hinc perſpicuum eſt quare tres priores libri huius operis ſubſequantur libros de ortu & interitu. De quarto quid ſit ſentiendũ monebitur poſtea.

Inſcribitur opus à materia, non totali, ſed potiori aut vberiori.

Grçce dicitur { μετέωρον idem quod ſublime. / μετεωρολογία ſcientia rerum ſublimium.

Hinc factum vt mixta imperfecta & conſimilia nuncupentur *meteorologica*.

Idque { non quia omnia illa fiant in ſublimi regione. / ſed quando quæ eorum illic fiunt ſunt mirabiliora.

Facilitas autem rerum & ſermonum breuiorem interpretationem poſtulat, præſertim apud exercitatos in ſuperioribus phyſiologiæ partibus, compendiarijſque deſcriptionibus adiutos & adiuuandos.

Diuiſio operis.

Primo libro agitur de igneis impreſſionibus .p. cometis, deque humidis.

Digitized by Google

Secundo & tertio agitur de aqueis, quarto de terrenis impreſſionibus, deque primis qualitatibus tactilibus, aut generatim de mixtis perfectioribus, &c.

De toto genere rerum meteorologicarum.

IN LIBRVM I.

PARS PRIMA QVÆ DE CAVSSIS rerum Meteorologicarum.

IN CAPVT I.

Ordo argumenti.

Actum de cauſſis motus cœli & elementis, ortu, & interitu.

Sequitur meteorologia, dicendum eſt de impreſſionibus igneis, humidis, aëreis, & de metallis.

Hinc ad animam, plantas, & animalia progrediendum.

IN CAPVT II.

Cœlum eſt opifex rerum meteorologicarum, eius perpetuo motu reguntur res inferiores.

Materialis eorum cauſſa *elementa*, ex quibus ignis eſt ſupremus.

Vt autem cœli inferiora mouere poſſint, ac mutare, nulla in natura admittenda eſt *inanitas*.

Omnia igitur aut *continua*, aut ſaltem *contigua* ſunt, elementa mutuo tranſmutabilia ſunt, elementorum minima terra.

IN CAPVT III.

Elementa fiunt ex ſeſe inuicem .j. tranſmutabilia ſunt.

Elementa materiam habent eiuſdem rationis, ſed diuerſam à materia cœli.

Terra exigua eſt { ſi cum aëre & cœlo conferatur. / imò etiam ſi cum ſtellis, quarum pleræque maiores terra.

Aqua exigua eſt, neque à terra ſecreta, non tamen in vnam quaſi voraginem & baratrum contracta, ſed diffuſa: ita nihilominus vt vnus globus ex terra & aqua efficiatur.

Quæritur vtrum *aër* occupet quidquid ſpatij intercipitur inter nos & ſtellas;

Ex veteribus, qui cœlum, quod eſt æther corpuſue ſempiterno curſu concitatum crediderunt eſſe *ignem*, argumento ab aſtris repetito.

Ijdem exiſtimarunt { aërem occupare vniuerſum illud ſpatium, &c. / ignem vero occupare quidquid ſupra aërem ſpatij.

Sed pueriliter ſenſerunt primò quia fallaci ducuntur rerum ſpecie.
Secundò quia ſi cœlum foret ignis, iam pridem conſumpſiſſet omnia.
Tetiò quia tollunt elementorum proportionem & commenſurationem.

IN CAPVT IIII.

Quæritur quinam ſit ordo elementorum, quomodo ſtellæ inferiora calefaciant.

Cur non denſantur nubes prope terram?

Non denſantur primò quia radij ſolis *refracti* prope terram calorem excitant qui denſationi aduerſatur.

Secundò quia ſi illic fierent nubes, aër noſter foret *vapor*, atque *aqua*, tolleretur elementorum *proportio*, & commenſuratio.

Situs elementorum.

Cœlum eſt ſupremum corpus, diuerſæ naturæ ab elementis quatuor, cuius partes ſunt lucidiores ac puriores.

Cœlo contiguum elementum caloris productiuum .n. *ignis*.

Terra & aqua propter pondus iacent in medio infimoque loco.

Aër inter ignem & hæc duo elementa interijcitur, & merito quia illic fieri oportebat res meteorologicas,

quæ { partim calidæ / partim frigidæ } { partim humidæ. / partim ſiccæ.

Aëris regio triplex { *ſuprema* / *media* / *infima* } vnaquæque item triplex.

Materia rerum meteorologicarum.

Duo ſunt quæ per aërem vagantur { *vapor.* / *exhalatio.*

Vapor educitur ex aqua vi caloris, atque ex rebus humidis, eſtque materia & ſubſtantia humida, frigida, calida.

Sed { frigida per naturam ſuam [& grauis.] / calida verò calore alieno, & extrinſeco, ideoque leuis.

Exhalatio eſt materia quæ educitur ex terra, eſtque ſuapte natura ſicca, & frigida, ſed calida per vim alienam.

Differunt quia { vapor eſt poteſtate aqua, mediamque regionem aëris vix prætergreditur. / exhalatio eſt poteſtate ignis, euehitur etiam ad ſupremam regionem aëris.

Cur in ſuprema parte aëris non exiſtunt nubes?

Non exiſtunt quia regio hæc circumagitur in orbem, & propterea non poteſt illic denſari vapor, indeque oritur confuſio;

Digitized by Google

quod fertur { aër in regionem ignis. / ignis in regionem aëris.

Si aſtra non ſunt calida, quî poſſunt calefacere?

Calefaciunt non calore inſito, ſed *motu* [lumine, influxu.]

Diſpar velocitas cœlorum habita ratione diurni motus.

Quô *ſuperiores* ſunt orbes, eô feruntur *celerius*, ſi ſpectetur diurnus motus. Legendus Ariſtoteles in mechanicis.

A quo calefit aër?

Calefit partim *à ſole*, atque adeò à toto cœlo, partim ab *igni.*

Aſtra non eſſe calida.

Stellæ non ſunt calidæ primò quia ſunt fixæ, ignes funduntur huc & illuc. Secundò quia ſol non eſt caloris ignei.

SECVNDA PARS, QVÆ DE IGNITIS IMPRESSIONIBVS & illuſtratis.

IN CAPVT V.

Ignes Meteorologici.

Flamma, Igneæ impreſſiones pro materia habent *exhalationes*, ſi ingens exhalatio ſit *accenſa*, minimeque oblonga dicitur *flamma*.

Fax, lancea. Si extendatur ad longitudinem, nec ſcintillet, *fax eſt lanceane.*

Capra ſaltans. Si extendatur in longitudinem, & ſcintillet, eſt *capra ſaltans*: ſcintillat autem cum exhalationes multæ ſunt vicinæ, itavt ignis in aërem feratur, vel cum exhalationis exiguæ quædam partes celerius, præſentius, & perfectiùs incenduntur.

Stella currens. Quod ſi partes incenſæ exhalationis ſegregentur, ac moueantur fiunt *ſtellæ currentes*: tumque vicinus aër aliquantulum frigidus eſt, quô fit vt inſitus exhalationi calor minuatur, ea grauior fiat, grauiorque facta diſcurrere *cadereque* videatur.

Stella { *cadens, diſcurrens, volans.*

Quemadmodum quando candela candelæ ſupponitur, accenditurque inferior à ſuperiori videtur ignis non recens naſci, ſed ſuperior deſcendere, & omninò quemadmodum quoties igni ſubijcitur & ſuppeditatur pabulum, vetus moueri videtur, non naſci recens.

Ita etiam res habere poteſt in cadentibus currentibuſque ſtellis.

Deſcendere igitur videtur exhalatio accenſa, quando materies arida in longum inſtar ſuſpenſæ lanceæ diſpoſita accenditur prius in ſuperiori parte, quam in inferiori.

Digitized by Google

Ruit tamen interdum hæc exhalatio vi frigidarum nubium à quibus pellitur, quod cum accidit non recta deorſum fertur, ſed in latus.

Videntur autem hæ impreſſiones celerius quam luna ferri, quia nobis ſunt viciniores.

De nocturnis & diurnis coloribus.

Colores nocturni & diurni qui in aëre apparent naſcuntur ex impreſſionibus igneis, ſuntque ferè punicei, purpurei, cruenti.

Naſcuntur autem quando aër inter nos & illos interceptus inæqualiter eſt opacus, non ſecus atque flamma apud nos quando craſſis miſcetur fumis ſimiles colores exhibet.

Hiatus.

Colores illi nocturni & diurni affinitatem habent cum hiatu & voragine.

Hiatus fiunt & apparent quando exhalatio denſa & illuminata ſecundum partes exteriores non autem ſecundum interiores & medias propter opacitatem nigræ apparent foſſæ & receſſus.

Quod ſi magna ſit denſitas opacitaſque maximarum partium vorago apparet hiatuſue maximus.

IN CAPVT VI.

De cometis

De Cometis.

Sententia Anaxagoræ.

Cometa nihil eſt præter *planetas* multos congregatos.

Sententia Pythagoricorum.

Cometa eſt planeta quidam, qui raro apparet, & cum apparet quoſdam radioſos crines ad nos dirigit.

Sententia Hippocratis Chii.

Cometa { ſi ſpectetur corpus eſt planeta & cœleſte aliquod corpus.
ſi ſpectentur crines eſt aliquid elementare.

Nam planeta ille vapores ad ſe trahit, ac prope ſe continet, radioſque hic dirigit, qui refracti ad viſum noſtrum crinium ſpeciem præbent: ita tamen vt ad ſeptentrionem non inter duos tropicos, vel ad auſtrum cometæ appareant.

Refutatio primæ & ſecundæ ſententiæ.

Cometæ vix recedunt à Zodiaco, planetæ contrà.

Præterea interdum plures cometæ ſimul conſpiciuntur.

Refutatio tertiæ.

Si *refractio* cauſa eſt crinium apparentium, cur planeta ille inter duos tropicos, vbi negatur eſſe locus refractioni non apparet ſine crinibus?

Ex ſeptem planetis nullus eſt cometa, cum cernantur vnà cum cometa.

Sed non modo ad Septentrionem, verum etiam ad occaſum Septentrionalem, cometa aliquando eſt conſpectus.

Refutatio trium ſententiarum.

Ipſæ etiam fixæ ſtellæ *crinitæ* poſſunt apparere, p. ſtella quæ in femore caniculæ.

Non igitur crines cometarum ſunt proprij, cometa *conſumitur*, planeta non conſumitur.

Sæpe planetæ coniunguntur, nec propterea tamen fit cometa.

IN CAPVT VII.

Sententia Ariſtotelis de Cometis.

Hypotheſes.

Prima. Ex cauſis effectus, ex effectibus cauſæ colliguntur.

2. Cœlo contiguus eſt ignis.

3. Suprema regio aëris mouetur vnà cum cœlo.

Exhalatio ea primum parte inflammatur, qua inflammationi aptior.

Cauſæ Cometarum.

Cœlum cometarum eſt opifex, fiunt eo modo quo ſtellæ volantes, & currentes.

Materia eſt *exhalatio*. quæ delata in ſupremam aëris regionem accenditur, cuique alia temperata combuſtionique apta ſuccedit.

Quod ſi materia ab omni parte aduolat, naſcuntur *crines* & cometa propriè: ſi ab vna tantum parte, fit *barbata* ſtella.

Diſcrimen ſtellæ currentis, & cometæ.

Quieſcit cometa, ſtella currens mouetur. i. videtur hæc currere, ille quieſcere.

Cometa attrahit ad ſe pabulum, nec mouetur ipſe, verum aër in quo procreata eſt, ſtellæ currentes pabulum ſequuntur.

Cometa duplex.

Cometa { verus quo fiat modo expoſuimus. / fictitius efficitur quando ſtellæ propter ſuppoſitam exhalationem comata apparet, & crinita.

Cometa { verus mouetur motu aëris. / falſus videtur moueri ad motum ſtellæ.

Cometam eſſe igneum aliquid.

Cometa *igneum* eſt aliquid primò quia quando cometæ plures conſpiciuntur ſiccus eſt, calidusque aër.

2. quia { regio vbi cometa viget, ſiccum calidumque ventum habet. / ventis magnis & frequentibus infeſtatur.

3. quia cum in Ægypto venti impetu in aërem ſublatus lapis decidiſſet in fluuium interdiu, ſequente nocte cometa eſt conſpectus.

4. quia quo tempore in Achæa apparuit, hyems fuit ſicca & ventoſa, & cum apparuit circa æquinoctium vehementiſſimus ſubortus eſt ventus.

Quare inter tropicos cometa vix conſiſtit?

Quia nimis diſſipantur illic exhalationes, nec accenduntur niſi denſantur.

Quare cometæ rari?

Quia ferè exhalationes vel in galaxiam, vel in ventos conuertuntur.

IN CAPVT VIII.

De via lactea.

De Galaxia lacteoue circulo.

Dicendum eſt quomodo generetur *lacteus circulus*, quam cauſſam efficientem habeat, quid ſit.

Sententia prima.

Galaxia nonnullis videtur quædam eſſe *via* in *cælo aduſta*.

Idque { ſiue ſtella quædam per eum deferatur. / ſiue ſit *exuſta* à ſtella quę deciderit, quando *Phaeton* euertit currum. / ſiue denique per illam aliquando ſol feratur.

Refutatio.

Si ſtellæ vias adurerent & dealbarent, Zodiacus foret aduſtus: non eſt autem.

Sententia ſecunda.


Lacteus circulus efficitur à ſtellis fixis, quæ à ſole propter interpoſitionem terræ non illuſtrantur.

Refutatio.

Refellitur hæc ſententia primò quia ſi eclipſim paterentur ſtellæ fixæ propter illam interpoſitionem mutaretur lacteus circulus, nunc enim hæ, nunc autem illæ defectum paterentur.

Deinde quia ſol longè maior eſt ſtella, ſtellæ vero fixæ ſunt à terra remotiores, quàm vt eò terræ vmbra peruenire valeat.

Digitized by Google



Sententia tertia & refutatio.

Nonnulli circulum lacteum putant eſſe *refractionem* quandam radiorum opticorum ad ſolem, tanquam ad ſpeculum.

Refelliintur quia quando ſpeculum & oculi quieſcunt, eadem eſſe poteſt ſpecies & apparentia: verum ſi alterutrum moueatur, mutatur apparentia.

Adde quod noctu in aqua cernitur lacteus circulus, tumque ad ſolem non refringitur aſpectus.

Sententia Ariſtotelis.

Galaxia ex eo naſcitur quod ſtellæ quædam quarum iuxta ſeptentrionem magnus eſt numerus, *exhalationes* multas ad ſe trahunt, perque eas proſpectæ indicantur *lactea*, non ſecus atque fictitij cometæ apparent caudati.

Etenim ſi planeta vnus motu incendit exhalationem, cur non ignis excitabitur ab ingenti ſtellarum numero? maximè ad eam partem vbi maximæ, frequentiſſimæque ſunt.

Præterea candidior eſt circulus, vbi maiores frequentioreſque ſtellæ ſunt. p. extra tropicos.

Eſt igitur *lacteus* circulus velut *coma* facta per ſecretionem procuratam maximo à circulo.

TERTIA PARS.

DE IMPRESSIONIBVS HVMIDIS quæ in aëre generantur.

IN CAPVT IX.

Actum eſt de illis quæ in ſuperiori aëris regione fiunt.
Nunc agendum de iis quæ in media & infima.

Cauſſa

Cauſæ huius generis impreſſionum.

Humidarum impreſſionum quæ in aëre fiunt {
- opifex *Zodiacus.*
- materia *vapor* qui eleuatur humidis à corporibus.

Nubes.

Vapor attollitur ſurſum mediam in regionem aëris,partim à calore ipſi *à ſole* impreſſo,partim à calore commixtæ *exhalationis.*

Sublatum deſerit {
- & calor ille qui in ipſo erat à ſole excitat’, extinguiturque.
- & exhalatio contendens ad locum altiorem.

Tumque mediæ aëris regionis frigore, proprioque ingenio denſatur,fit aqua, decidit.

Nubes itaque eſt vapor mediam in regionem aëris calore ſublatus,qui in aquã conuerti poteſt.

Nebula.

Nebula eſt nubis in aquam ſolutæ *ſuperfluitas*, veſtigiumque reliquum,& quaſi nubes infœcunda,proptereaque ſereni diei argumentum eſt.

Reciprocatio aquæ, & vaporis.

Oritur { vt ex aqua vapor / ita ex vapore aqua } forte à veteribus ſignificabatur viciſſitudo illa *Oceani* nomine.

Nubis in aquam ſolutæ differentiæ.

Vocamus {
- *ſtillas*,cum paulatim labitur aqua.
- *pluuiam* & *imbrem*,cum per partes maiores & crebriores.

IN CAPVT X.

Materia roris & pruinæ.

Vapor tenuis haud valde elatus propter caloris paucitatem materia eſt roris,& pruinæ.

Quomodo fiant & quando?

Pruina fit quando vapor ille prius congelatur,quam concreuerit in aquam,fitque potiſſimum vbi & quando *frigus* viget.

Ros efficitur quando vapor ille neque conſumitur calore,neque frigore compellitur ſed tantum vertitur in aquam:fit vero vbi & quando viget *teporis* aliquid.

Digitized by Google

Diſcrimen.

Poſtulat { ros plus caloris quam pruina.
pruina plus frigoris, quàm ros.

Similitudo.

Ros & pruina vt fiant poſtulant *ſerenitatem.*

Quare in montibus non gignitur pruina?

Primò quia vapor eductus ex humidioribus locis propter pondus & inopiam caloris eò euehi nequit.

2. quia aer illic fluitans diſſoluit vaporem eleuatum.

Quo ſpirante vento generari ros ſoleat?

Poſtulat calorem, ideo non ſolet generari niſi flante *auſtro*, præterquam in Ponto regione, vbi propter ingens frigus vires Auſtri ſunt imbecilliores. Aquilo vero per antiperiſtaſim calorem iuuat.

IN CAPVT XI.

De Niue.

In media regione aeris fiunt { vt pluuiæ.
ita niues & grandines.

Porro *nix* & *pluuia* reſpondent proportione duabus impreſſionibus quæ in infima aeris regione fiunt. *i. pruina* & *rori.*

Habet ſe { vt ros ad pluuiam } { vt ros ad pruinam.
ita pruina ad niuem } { ita pluuia ad niuem.

Nec differt { ros à pluuia
pruina à niue } niſi ratione loci, intenſionis, & remiſſionis.

Nix eſt nubes præ nimio frigore concreta.

IN CAPVT XII.

De Grandine.

Grando fit quando nubes congelatur, accidit *vere* & *autumno* in locis temperatis, æſtate rarius, hyeme rariſſime.

Quomodo vapor congelatur in media regione aëris?

Quæritur quomodo fieri poſſit [vt nubes congeletur] vt fiat grando : cum priuſquam fiat congelatio nubes verti in aquam debeat, aqua vero deorſum ſtatim delabatur, nec conſiſtat.

Digitized by Google

Coniectura quædam, eiuſque refutatio.

Vt auri laminæ pertenues inhiatant aquis.

Ita & tenues ſtillę aeri, quæ interdum coeuntibus pluribus magnæ euadunt, guttarumque decidunt, & interdum etiam congelantur.

Sed inanis eſt iſta coniectura & opinio, quandoquidem grandinis globuli maiuſculi ſunt.

Sententia Anaxagoræ & refutatio.

Nubes inferiores noſtrati à calore per quem aër intumeſcit propelluntur verſus ſuperam regionem aëris.

Illic ob ingens frigus ſtatim concreſcunt, deorſumque in modum lapillorū decidunt.

Itaque & æſtate & in locis temperatis ſæpe grandines fiunt, quia tunc & illic infima regio valde calida eſt, reliquæ frigidæ.

Refellitur autem hæc ſententia primò quia ſi fieret grando in ſupero aëris loco: quô ſuperior foret, eô etiam plus faceret ad procreationem grandinis.
2. quia vicinæ nubes ſæpe in grandinem ſoluuntur.
3. quia ſi fieret grando in ſuperiori regione aeris anguli decidendo attererētur.
Legendus Ariſtoteles in mechanicis vbi de lapillis fluuiorum.

Sententia Ariſtotelis.

Datur antiperiſtaſis { & apud nos [in infima.] / & in ſuperiori [.i. in media regione aeris.] }

Nubes autem mediæ regionis frigore ſoluitur in guttas, hæ decidentes per calidiorem aerem congelantur antiperiſtaſi.

Itaque non frigore, ſed calore aeris congelatur grando.

Quomodo grando efficitur grandior?

Quô *propiùs* à terra citiuſque fit *congelatio*, eô grando maior.

Cur grando { rarior æſtate quam verè? / frequentior autumno quàm hyeme?

Cauſa repetenda venit { partim à materiæ modo, copiaue & inopia. / partim à conſtitutione aeris. }

Quænam aqua celerius congelatur?

Ea quę *incaluit*, vt paret ex multis experimentis.

Digitized by Google

QVARTA PARS.

De ventis, fontibus, fluuiis.

IN CAPVT XIII.

De Ventis.

Sententiæ veterum, et refutationes.

Nonnullis { vt aër denſatus eſt nubes.
ita aer agitatus eſt ventus.

Itaque { vt aer / ita ventus } à nonnullis cogitatur vnus.

Niſi quod venti differunt locis vnde ſpirent: verum non omnes fluuij ſunt vnum; Ergo non omnes venti. præterea venti non ſunt aqua mota &c.

Quæſtiones de ventis.

Quærendum quid ſit ventus, quomodo fiat, quid ventũ moueat, vnde oriatur, & an tanquam à vaſe emittatur donec inaniatur.

De fontibus & fluuijs.

Sententia veterum.

Nonnulli quod fontes fluuijque hyeme augeantur, æſtate minuantur opinantur eos naſci ex pluuia ſeſe in meatus ſubterraneos inſinuante, ita vt propter locorum opportunitatem nonnulli ſint perennes, alii non item.

Quæ ſententia refellitur quia receptacula hæc ſi ſufficiunt magnitudine terram longe ſuperare debent.

Sententia Ariſtotelis.

Vt in aere ex vapore fit *aqua, pluuia*: ita in terræ gremio fontes atque fluuij oriuntur ex vaporibus qui concluduntur in ſpeluncis terræ, ita vt paulatim colligantur ac defluant in humiliora loca.

Vnde potiſſimum oriantur.

Oriuntur potiſſimum ex *montibus*, qui ſunt quaſi ſpongioſi & exſudant aquas.

Itaque maximi fluuiorum inde originem ducunt.

Ex Caucaſo oritur Phaſis, qui mons Aſiæ celſiſſimus.

Digitized by Google

Celſiſſimus { tum quia conſpicitur è locis remotiſſimis.
{ tum quia tertiam vſque ad noctis partem illuſtratur.

Danubius { Ariſtoteli oritur ex Pyrenæis montibus.
{ verò ex montibus Rhęticis.

In Africa Nilus oritur ex monte Argillo, ex montibus Æthiopiæ Niger,&c.
In Gręcia Achelous& Inachus oriuntur ex Pindo, ex Scumbro Strymon, Hebrus,&c.

Non oriri ex pluuia.

Nec pluuia ſufficere poteſt tot tantiſque fontibus ac fluuijs, nec terra capere ſpeluncas quæ ſufficiant.

Flumina oriri ex montibus.

Siti fontes ad radices montium argumẽto ſunt paulatim eò confluere aquas.

Dari meatus in terra.

Fluuij quidam conduntur terra, rurſuſque exeunt, imo etiam & ſtagna quædam: ergo in terra dantur meatus.

IN CAPVT XIIII.

Aquæ & terræ viciſſitudo & alternatio.

Et loca hactenus operta aquis deteguntur, & detecta operiuntur.

Ratio viciſſitudinis.

Vt rebus animatis }
Ita etiam & terræ } ſuę ſunt ætates, iuuentus, ſenectus. cuius rei cœlum eſt cauſa.

Sed { partes omnes animalium }
{ non terræ omnes partes } ſimul ſeneſcunt.

Hinc fit vt terræ partes quædam ſint humidæ, quædam ſiccæ, humidæque euadant ſiccæ, & ſiccæ humidæ, ſteriles fertiles, fertileſque ſteriles.

Cur non deprehenduntur hæ mutationes?

Non deprehenduntur primò propter ætatis noſtræ breuitatem.
2. quia crebri gentium interitus & migrationes memoriam vt aliarum rerum, ita etiam & locorum temperationis delent.

Euenire has mutationes.

Exempla huius viciſſitudinis & argumenta ſunt Mycenæ, Ægyptus & Argos.
Si hæ mutationes eueniunt in anguſtis locis, cur non etiam in magnis.

Vera cauſa.

Vera eſt mutatio hæc, quæritur cauſa.

Cauſa { non interitus mundi quia abſurdum eſt rem mutari totam, vt habeatur mutatio partis.
{ ſed illud quod ſtatis temporibus magnæ ſunt æſtates, ſtatis magnæ

hyemes propterea & inundationes, idque nunc in his, nunc in illis locis.

De perennitate quorundam fluuiorum et fontium.

Plurimi fontes, fluuijque perenniter fluunt, quæritur cauſa perennitatis huius.

Cauſa eſt
- non magnitudo cauernarum pluuias aquas excipientium.
- ſed
  - montium
    - magnitudo
    - denſitas, quæ anguſtos efficit aquæ meatus & alueos.
    - frigus.
  - humorum vaporumque copia.

Dari terræ & aquæ viciſsitudinem.

Dari terrarum & aquarum viciſſitudinem docent mare rubrum altius Ægypto, Ægyptus altior Lydia, Mæotis & Boſphorus.

An æterni Nilus & Tanais.

Si mundus æternus cum mutationi ſit obnoxius: veriſſimile eſt neque Nilum, neque Tanaim, neque vllum alium fluuium æternum eſſe.

FINIS.

IN LIBRVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Cap. primo agitur de fluxu, deque ortu maris.
Cap. 2. de ſalſugine, loco, non redundantia & origine maris.
Cap. 3. de eadem ſalſugine, de ſaporibus & odoribus.
Cap. 4. de cauſis, & de generatione ventorum.
Cap. 5. docetur cur interdum non ſpirent venti, interdum contra, & quo quiſque tempore ſpirare ſoleat, inibique Zonæ enumerantur.
Cap. 6. agitur de ventorum ſitu, repugnantia, numero, qualitatibus.
Cap. 7 de terræ motu.
Cap. 8. de Tonitru & fulgure.

IN CAPVT I.

De ortu maris.

Sententia prima.

Poëtę ac Theologi veteres deriuarunt mare à fontibus, qui ſunt intra terram, maiorique hanc veneratione quam mare ſunt proſequuti: tum quia eſt finis, tum quia creditur magna.

Secunda.

Terra tota olim aquis operiebatur, ex eo humore calore ſolis, ventorum vi ſoluto, id quod ſupereſt *mare* nuncupatur, tandemque aliquando exhauſietur mare.

Tertia & quarta.

Mare { Empedocli eſt terræ exſudatio, ideoque eſt ſalſum.
Anaxagoræ eſt aqua per terram tranſmiſſa, (vt per cineres lixiuium) ideoque ſalſa.

Aquarum diuiſio.

Aquarum { quædam *fluunt*, vt Nilus, Euphrates.
quædam ſtant { collectæ à natura, vt *lacus, paludes.*
collectæ arte, vt *piſcina, ſtagna* quædam.

Refutatio primæ ſententiæ.

Refellitur prima opinio 1. quia aqua fontana vel fluit: vel ſtat, mare autem neque ſtat neque fluit more fontanæ aquæ.

2. quia quorundam marium nulli cernuntur fontes. p. Caſpij quod idem eſt Hircano.

De fluxu maris.

Mare Mediterraneum fluit à Mæotide palude, & Septentrione in Meridiem. Primò propter terrę cauitates, fluuiorumque influentium multitudinem, ac magnitudinem.

2. quia Septentrionales regiones altiores ſunt, ideoque creditæ ſunt à nonnullis ſolem noctu occultare.

IN CAPVT II.

Cur mare videtur Platoni principium & finis?

Videtur { principium, quia ſeſe ad aquas habet, vt ad ignes elementaris ignis.
finis, quia reliquę illuc confluunt aquę.

Digitized by Google

Obiectio, aut quæſtio duplex.

Cur aquę fontium, aut fluuiorum ſi à mari oriuntur, non ſunt ſalſæ?
Reſpondetur non eſſe, quia percolantur.
Cur non dulce mare ſi totius aquæ principium eſt?
Reſpondetur mare ideo ſalſum eſſe, quia calore ſolis eleuatur quod tenuius, remanet quod grauius, cuique ſunt permixtæ exhalationes ſiccæ, & aduſtæ.

Non nutriri ſolem humore.

Sunt qui putant ſolem *humore paſci*, quia ignis humore alitur.
Refelluntur 1. quia flamma quæ ex alimento prodit ſubinde eſt alia atque alia: ſol verò ſemper idem.
2. quia ne ignis quidem paſcitur vaporibus à terra eleuatis.
3. quia ſi ſol eget pabulo, egent ſtellę reliquæ.
4. quia ſublati vapores decidunt.

De loco maris.

Locus maris eſt locus { non ſolius aquæ ſalſæ. / ſed omnino aquę.

Quemadmodum ventriculus non eſt locus ſolius humoris amari, etiam ſi dulcioribus illinc effluentibus remanere ſoleat quod amarum.

Quæ aquæ dulces è mari oriantur?

Oriuntur { non quæuis. / verum quę euaporatione inde progenerantur.

Cur mare non augetur?

Quia tantum aquæ ex eo euaporatur atque effluit, quantum influit illuc.

Opinio Platonis de origine aquarum.

In centro terræ fons eſt *baratrum*, ex quo in omnem partem (quia principium eſt) ſeſe diffundente per varios terrę meatus omnes aquæ oriuntur.

Ita vt deinde omnes eò redeant { partim per eoſdem meatus. / partim per fluuiorum alueos.

Neque verò ſi indē omnes oriuntur, propterea idem eſt omnium ſapor, odor, color.
Nam naſcuntur hæ qualitates à diuerſis terræ partibus.
Refellitur autem hęc ſententia primò quia ſi fons ille flueret in omnem partem, fluuij non naſcerentur ſemper ab eadem parte.
2. quia ex eodem baratro & tartaro non oriuntur pluuię.
3. quia quæ fluuij merguntur terra, non redeunt ad ſuum fontem, ſed fere rurſus emergunt.
4. quia meatus circa fontem maiores & ampliores forent.

In

IN CAPVT III.

Refutatio ſecundæ opinionis poſitæ cap. 1.

Refellitur hæc ſententia primò quia non abhorret ab Æſopica de Charibdi fabula.

2. quia { ſi mare aliquando terras operuit propter vaſtitatem, & nunc operire debet.
ſi nunc exſiccatur & ſemper exſiccari debuit.
quam ſol attrahit aquam, eandem reddit ac remittit. }

3. quia ſol ſi quieſcat non attrahet (Cœlum Ariſtoteli non calefacit fere niſi per motum) ſi ſemper moueatur ſemper exprimet ac remittet.

4. quia hæc ſententia nata ex eoquod quædam loca operta aquis detegantur. quæ coniectura leuiuſcula, cum alia ex parte quæ deſerta erant operiantur.

De Maris ſalſugine.

Veterum ſententiæ.

Qui mare ortum fingunt cur recens genitum ſit ſalſum nullam cauſam naturalem afferre poſſunt.

Anaxagoras maris ſalſuginem reperit à fluuiis: ſed hi ſalſi non ſunt.

Empedocles ex eo quod ſit ſudor. ſed reprehenditur primò quia metaphoricè philoſophatur.

2. quia ſudoris ſalſugo explicatu difficilius, quam marina. lege probl. 3. ſect. 2.

3. quia aqua expoſita ſoli { aut non ſudat.
aut ſudorem non ſalſum habet. }

Hypotheſis ad ſalſuginis cauſam aperiendam.

A terra vi aſtrorum exprimitur euehiturque vapor, & exhalatio.

Mare non perit ſemper, perit tantum ſecundum partes.

Sententia Ariſtotelis.

Salſugo fit mixtione quadam materiæ craſſioris: vt patet ex ſudore crinis & aquarum tranſitu per cineres, ſeu lixiuiis.

Qui autem *halitus terreſtris* euehitur, eruitur à fundo maris, mare inficit ſalſugine.

Idque { partim dum euehitur.
partim dum relabitur in mare propter grauitatem, & illic remaneat. }

Neque vero ſi ex fluuiis, paludibus & ſtagnis euehuntur etiam exhalationes, propterea contrahunt ſalſuginem: etenim eorum aqua eſt tenuior, tenuiores exhalationes. *Occupatio*

Digitized by Google

Cur auſtrales pluuiæ ſunt ſalſiores?

Quia auſter eſt calidus ac vehemens, proptereaque adurens.

Quare autumnales ſalſiores?

Quia fiunt ex vaporibus craſſioribus, quibuſque exhalationes multę ſunt permixtæ.

Quare mare vertitur in aquam dulcem?

Quia vinum & ſucci omnes cum in vapores conuertuntur, non redeunt in naturam priſtinam, ſed in aquam (ſalſugo tenuioribus partibus non inhæreſcit.)

Exhalationes cauſas eſse ſalſuginis?

Admixtio materiæ terrenæ tollitur quando percolatur. p. per vas cereum, efficiturque dulcior, leuiorque aqua.

Hinc patet exhalationes ſalſuginem inducere, mare graue, ſalſiſſimis aquis innatant oua. *Mare mortuum* vt potè ſalſiſſimum multos piſces profert, idem valet ad detergendum, vincta ei iumenta innatant.

[dicitur omnia { viuentia ſuſtinere. / mortua abſorbere.]

In *Chaonia* fons eſt ſalſus, ex cuius aqua cocta efficitur ſal, item in Vmbria, &c.

Cur ſalſi fontes?

Quia manant per terram quæ eſt inſtar *Calcis* atque cineris. ideo ſalſos fontes credibile eſt olim fuiſſe *calidos*.

De ſaporibus & caloribus aquarum.

Sapores vt & odores, colores, vireſque variorum fontium, & aquarum à varijs terrarum per quas decurrunt *affectionibus*: hæ verò à *calore* & ignea quadam virtute.

Terra dum exuritur multum aut parum varia recipit ſaporum genera.

IN CAPVT IV.

De Ventis.

Αναθυμίασις, quæ materia rerum meteorologicarum duas habet ſpecies:

quarum { vna humida, quæ vocatur *vapor*. / altera ſicca, quę nomine generali caret, ſed dicitur *fumus* nomine vnius ſuarum ſpecierum.

Dicitur { hic ſiccus / Ille humidus } { non quia mere { hic ſiccus. / ille humidus. } / ſed duntaxat propter exceſſum.

Non enim illic inueniri poteſt { humor ſine ſiccitate. / ſiccitas ſine humore.

Vapor ſolis { præſentia incaleſcit attollitur. / abſentiâ refrigeratur, denſatur, decidit.

Ideo plus imbrium *hyeme* quam æſtate, *noctu* quàm interdiu.

Non tamen videtur quia imbres nocturni nos magis latent quam diurni, nec quod pluuia aqua abſorbetur terra, quę multum ignis atque caliditatis habet, & à ſole exſiccatur.

Ἀναθυμιάσις autem vtraque eſt neceſſaria, & diſcrepans.

Principium autem eſt { vapor imbrium / fumus ventorum } non vtrumque aer.

Quidam putant aerem { ſi denſetur fieri nubem / dum mouetur eſſe ventum } ſed per errorem.

Vapor humidus, algidus / Fumus aridus, calidus } ideo ex vtroque facile oritur aer, tanquam ex ſymbolo & affini.

Vt autẽ fluuius eſt { non quæuis ingens aqua profluens torrens. / ſed aqua ex fonte profluens.

Ita ventus non poteſt eſſe aer quoquo modo agitatus, ſed tantum agitatus per fumos & exhalationes.

Ventorum imbriumque materia ex ratione tempeſtatum innoteſcit.

Ventus & pluuia ſibi inuicem cedunt, ſeſe inuicem impediunt.

Plurimi venti, vbi non conſumuntur qui ſunt ſublati halitus.

Fit ventus quando halitus ſurſum elatus frigore mediæ regionis repellitur: tunc enim cum non poſſit ferri ſurſum, motionemque leuitas impediat fertur in *latus*.

IN CAPVT. V.

Sedantur, remittunturque venti imprimis cum calore ſolis diſſipatur exhalatio.

Deinde cum expiratio { valido frigore prohibetur. / aut vapore ſuffocatur.

Commotionis ventorum propoſitæ ſunt cauſæ.

Zonæ in terra ſtatuuntur quinque; duę polares; duę temperatæ; vna torrida.

Digitized by Google

IN CAPVT VI.

Otiens } triplex n. { *Hyemalis.* / *Æquinoctialis.* / *Æſtiualis.*
Occidens }

Venti præcipui ſex: quia triplex ortus, triplex occaſus.
His præcipuis totidem alij adijunguntur, vnde naſcuntur duodecim.
Venti autem qui ſecundum diametrum opponuntur, ſeſe inuicem impediunt.
Ventorum alij frigidi, alij ſicci, alij calidi, alij humidi.

Præcipui venti ſunt { Argeſtes [Corus.] / Fauonius [Zephyrus.] / Africus [Libs.]

quibus ab Oriente opponuntur { Cæſias helleſpontius.] / Subſolanus [Apeliotes.] / Vulturnus [Eurus.]

His præcipuis ſex alij adijciuntur tres à polo arctico, tres ab antarctico.

Ab arctico { Euronotus [Euroauſter.] / Auſter [Notus.] / Libanotus [Euroafricus] }

Ab Antarctico { Traſiias [Circius.] / Arpacteas [Septentrio.] / Boreas [Aquilo.]

IN CAPVT. VII.

De terra motu.

De Terræ motu.

Sententia Anaxagoræ.

Aer, igniſue incluſus in cauernis terræ dum contendit ſurſum concutit terram, ſi Anaxagoræ credimus.

Sed errat primò quia putat { noſtram hanc ſuperficiem eſſe ſurſum. / inferiorem ſeu oppoſitum eſſe deorſum.

2. quia vt conſtat ex varietate horizontis terra non eſt *plana*, quemadmodum ille ſuſpicatur.

3. quia terram quieſcere arbitratur. & tamen moueri ab incluſo aere.

4. quia non poteſt per ſententiam ſuam explicare cauſas eorum quæ motum terræ comitantur.

Sententia Democriti.

Cum meatus terræ pleni ſunt aquis, neque terra prolapſam aliam aquam poteſt admittere, concutitur.

Fit etiam terræ motus, quando terra hinc delabitur ad inferiores partes propter ſiccitatem.

Digitized by Google

Sententia Anaxamenis.

Terræ motus fit { partim propter *ſiccitatem* quia terra exſiccata rumpitur, vetuſtateque quaſi exeſa decidit in cauernas. | partim propter *humiditatem*, quia hęc terræ relaxat partes, quæ deinde ruptæ quatiunt terram, ſicca hiant, humida facile ſcinduntur. }

Itaque Anaximeni terræ motus eſt *prolapſio terræ* in cauernam propter ſiccitatem, vel humorem.

Refellitur primò quia ſi res ita habetet multi terræ motus fierent ſimul.

2. quia in diuerſis locis eodemque modo in imo diſpoſitis non fit ſimiliter terrę motus.

3. quia ſi res ita habet, tandem oppletis terrę cauitatibus nullus eſt futurus terrę motus.

Sententia Ariſtotelis.

Exhalatio vim mouendi mirificam habet, vt dignoſcitur ex ventis, &c.

Exhalatio terrę motuum eſt cauſa.

Terra humectata, deinde exſiccata fundit exhalationem, ea incluſa cauernis terrę, concutit terram.

Exhalationem cauſam eſſe.

Exhalatio terrę motus cauſa eſt primò quia *tempore tranquillo* quo in terra detinetur halitus fiunt maximi terrę motus: licet poſſint etiam fieri ſpirante vento, quando ventus conſtat tenuiori ſpiritu, terrę motus craſſiori.

2. quia terrę motus potiſſimum *noctu* euenire ſolet.

3. quia loca cauernoſa obnoxia ſunt terrę motibus.

4. quia fere eueniunt *vere* & *æſtate*, tranquillo, & pluuioſo tempore.

5. quia ſępe vna cum terrę motu vehementiſſimè excitantur venti.

6. quia inſulę quędam maximè concutiuntur, quia meatuum occluſio exitum exhalationibus obſtruit.

7. quia ferè terrę motum antecedit μαλαχία. i. tranquillitas, vt & obſcuritas ſolis ab aere, propter ſpirituum inopiam, frigidiore prodiens.

8. quia ſępe antecedit nebula tenuis & in longum exporrecta, propterea que argumentum ſerenitatis.

9. quia crebro accidunt terręmotus circa deliquia, ſiue eclipſes lunę.

Affectiones terræ motus & adiuncta.

Terrę motus ad multos dies conſueuit ſe extendere.

Excitantur ſoni in terra tremulis concuſſionibus.

Interdum per terrę motum erumpit aqua.

Terrę motus fiunt ſecundum modicam terrę partem, eoque nomine diſtinguntur à vento, ſerenitate, pluuia.

Cum fit eruptio multi lapilli ebullire conſueuerunt.

In inſulis continenti remotioribus iuſtoque frigidioribus rariores terrę mot⁹.

Differentiæ.

Exhalatio mouet terram { nunc ad latus. | nunc ſurſum ac deorſum. }

IN CAPVT VIII.

Argumentum ac propoſitio.

Dicendum eſt { libro ſequenti de Typhone, Preſtere, fulmine.
{ hi de tonitru, & fulgure.

Hypotheſes.

Prima. Datur expiratio duplex.n. { vapor.
{ halitus ſiue exhalatio, aut fumus.

2. Partes nubis ſuperiores & exteriores denſiores ſunt, quia frigidiores.

3. Ab illis partibus deorſum pelluntur quæ ſunt calida: eo fere modo quo nuclei ex manibus excutiuntur.

Quo fit tonitru modo?

Fit cum ingens crepitus ex oritur ex violentia & diruptione nubis, quæ diruptio efficitur ab exhalatione intra frigidam nubem contenta.

Hic fragor intelligitur ex Vulcani, Veſtæue riſu.i. crepitu, qui efficitur à flamma, dum diſruptis lignis halitus inflammatus exilit.

Crepitus autem varij pro modo nubis, & cauernarum eius.

De fulgure & coruſcatione.

Coruſcatio eſt lumen inflammatæ exhalationis ex nubibus expulſæ.

Euenit propter halitum quendam tenuiorem, & nubem rariorem, prius fit tonitru quam fulgur, quod tamen prius aſpicitur quàm illud audiatur, quia aſpectus auditum anteuertit.

Sententiæ aduerſariæ.

Sunt qui negant in eum modum fieri tonitru, & fulgur, qui refutandi.

Sententia Anaxagoræ.

Fiunt tonitru & fulgur quando ignis ſuæ regione in nubem delapſus extinguitur, ita vt eius emicatio ſit fulgur, pereuntis ſtridor tonitru.

Sed refellitur hæc ſententia primò quia ignis eſt leuis nec decidit.

2. quia non eſt potior ratio cur decidat nebuloſo, quàm ſereno tempore.

Sententia Empedoclis.

Empedocli excitatur ignis in nube radiis in ſeſe inuicem cōcurrentibus, eius emicatio fulgur, pereuntis ſtridor tonitru.

Refellitur primò quia hæc non fiunt in qualibet nube.

2. quia eo iure nubes & conſimilia per concurſum & congregationem fieri debent.

3. quia apud nos in aqua cum à ſole aut igni incaluit, nihil tale euenit.

Sententia Solidemi, aut Clidemi.

Fulgur non eſt ignis, ſed inanis quædam ſpecies, & phaſma.

Nam { vt aqua percuſſa de nocte. p. remis non modo ſonum edit, verumetiam videtur fulgere. De qua re alibi. / ita ex nubium colliſione oriuntur tonitru, & fulgur. }

Sed refellitur hæc ſententia quia reflexio ad lucidum fieri debet. (vt docuimus in opticis noſtris.)

Præterea quia fulgura etiam de die eueniunt.

FINIS.

IN LIBRVM TERTIVM.

Argumentum.

De horum librorum partitione diſſenſio eſt, ſed momenti leuioris.

Primo huius libri capite agitur de ecnephia, typhone, fulmine.

2. explicantur generatio & affectiones halonis.

3. figura eiuſdem & ſignificatus.

4. agitur de iridis cauſis, coloribus, diſtinctione ab halone.

5. de affectionibus.

6. agitur { primum de pateliis & virgis. / deinde de iis quæ in viſceribus terræ procreantur, cuiuſmodi ſunt *metalla*. }

IN CAPVT I.

De procella.

Ecnephias.

Ecnephias ſiue procella eſt exhalatio *craſſior* vehementer è nube erumpens, huc diſcurrens atque illuc ſine vertigine tamen.

Procella magna & vehemens pro modo & temperie materiei.

Procella non efficitur niuali tempore.

Turbo, preſter.

Typhon ſiue turbo eſt exhalatio quæ è fracta nube, magna vi erumpens occurſu rei obſiſtentis vertitur & rotatur deorſum decidens, ſæpeque reflexa ſurſum tollitur vertigine, ac tollit quod apprehendit.

Tûque { ſi ventoſa eſt non colorata, non accenſa vocatur turbo proprie. / ſi vero accenſa nuncupatur preſter. }

Turbo item quiuis ventus vertigine actus.

Digitized by Google

Fulmen.

Si ex nube multus tenuiſque flatus ſed *accenſus* erumpat, aut cum accenſa exhalatione *fulmen* eſt: fulminum genera duo,

·n. { vnum *clarum* minuſque accendens, ſed ſtupendæ virtutis.
alterum *fuliginoſum*, fumidum, quod magis adurit. }

Fumidum ſpiritus quidam eſt, atque ardet: quando vero confertim agitur videtur *ventus*.

Ventus fulmina & antecedit, & ſequitur.

IN CAPVT II.

Ponendæ affectiones halonis, iridis, parelij, virgæ.

Ex affectionibus natura intelligitur.

De Halone, ſiue Area.

Halo circulus integer qui fit circa ſolem, lunam, aliudue aſtrum ſplendens & conſpicuus noctu & interdiu: ſed mane & in occaſu rarius.

De Iride.

Iris Arcus nunquam maior *ſemicirculo*, conſpicuus *mane, & veſpere*. quique ab autumnali æquinoctio fit quauis diei hora: à verno vero non videtur meridie.

Irides non plures duabus ſimul vnquam ſunt conſpectæ.

Iridum colores *puniceus, viridis, purpureus*.

Veteribus noctu irides nullæ, Ariſtoteli raræ.

Cum fiunt duo arcus, vnus eſt interior, alter exterior.

Hic obſcurior eſt, inuerſoque ordine ſitos colores habet: ex viridi & puniceo colore apparet flauus.

Tres colores iridis vix poſſunt à pictoribus mixtione effici.

De Parelijs & Virgis.

Parelij & virgæ efficiuntur *ex obliquo* non niſi raro & meridie, ſupra & circa ſolem, non è regione, neque infra.

Parelij duo vnà fieri ſimul poſſunt.

Hæc autem omnia fiunt *refractione* radiorum opticorum.

Differunt quia fiunt aliter atque aliter, viſus refrangitur ab aqua.

Speculorum { quædam referunt figuram & colores.
quædam duntaxat colores rerum conſpectarum. }

Color autē { nunc apparet qualis eſt.
nunc immutatur propter imaginum & viſus imbecillitatem. }

IN

IN CAPVT III.

De Halone.

Halo fit refractione ac relatione radiorum viſus facta à vapore æquabili, tenui & in nubem concreſcente, atque conſiſtente.

Conſiſtit autem quando partes adhærent partibus, neque conſumuntur, neque diſſipantur.

Ex halone colligitur { pluuia, ſi conſiſtit nubes, duret conſiſtentia. / ventus, ſi diſſipatur vapor. / ſerenitas, ſi conſumitur vapor. }

Refringitur ac reflectitur aſpectus à caligine quæ circa ſolem aſtrumue aliud cernitur, ſiue quæ inter nos & aſtrum intercipitur, ideò apparet halo *circularis*: refringitur enim viſus in omnem partem, idque æquabiliter, quia æquabilis nubes.

Etenim æquales lineæ ab eodem puncto ad idem ductæ punctum per æquale medium & vniforme, quod reflectat ſimiliter reflectuntur, & æquales habent perpendiculares, triangulos æquales faciunt.

Delineatio reflexionis.

Eſto { punctus A. oculus / punctus B. Sol. } & ab vno ad alterum ducatur recta linea.


A. ———————————————— B.

Inter vtrumque punctum recta interijciatur nubes circularis E.

A———————E———————B.

In nubis circulo aliquo per cuius centrum tranſeat A. B. tanquam axis notentur tres puncti C. D. F.

A puncto A. ducantur tres lineæ ad tria puncta C. D. F.



Tres illæ lineæ reflectuntur ad punctum.


Hac ratione efficiuntur tria triangula circa eandem baſim conſtituta, & æqualia (baſis autem A. B.)

n. { triangulus A. C. B. / triangulus A. D. B. / triangulus A. F. B. }

Proinde ſi à tribus punctis C. D. F. demittantur perpendiculares in baſim erunt æquales ſecundum leges geometriæ.

Digitized by Google

Idem acciderit ſi ſexcentæ ſimili modo ducantur lineæ.
Quare lineæ quæ terminant illas perpendiculares erunt æquales.



Demonſtratio.

Quando dantur multa triangula circa eandem baſim conſtituta, ita vt latera quæ ab eodem puncto & extremitate baſis prodeunt ſibi inuicem æqualia ſint, omnia triangula ſunt æqualia: & propterea lineæ perpendiculares, quæ ducuntur ad baſim ab angulis ei aduerſis, & in idem recidunt punctum, & æquales ſunt.

Ergo radii æquales coeunt ad eundem halonis punctum: cum vero plurimi radii æquales, ſi coeunt ad eundem punctum, circuli præ ſe ferunt ſpeciem.

Ergo neceſſe eſt circularis appareat halo.

Hypotheſes & demonſtratio coloris.

Viſus refrangitur, ſeu viſualis radius: nubes inſtar paruorum circulorum coniunctorum.

Halo { intrà *candidus* propter aſtrum ſiue ſtellam.
extra *nigrior* propter nubem. }

Contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.

Halo fit circa ſolem & lunam cæteraſque ſtellas: ſed circa ſolem rarior, quia diſſipat nubes.

IN CAPVT IV.

De Iride.

Hypotheſes.

Prima. *Leuia* & polita aſpectum reflectunt ſi denſiora, eiuſmodi autem eſt aqua & aër craſſior.

2. Ad reflexionem valet etiam *aſpectus imbecillitas* [quæ denſitatem opacitatemque ſupplet,] ideò cuidam imago ipſius ſemper ante oculos obuerſabatur, eamque aër exhibebat ſpeculi more, [forte verò hic ille Antipheron de quo Ariſtoteles in libro de Memoria. Sed illic reuocat hoc ſpectrum ad ectaſin quandam & motionem mentis, ſiue ad phantaſiam.]

Digitized by Google

Euro ſlante maneque & veſpere denſior aër: ideoque melius reflectit, reſque tunc maiores apparent. 3.

Aquæ melius reflectunt quàm vapor, hic quam aër, &c. 4.

Cum ſpeculum componitur valde exiguis ex partibus, ſaltem habita ratione diſtantiæ, colorem exhibet non figuram, quia fit confuſio radiorum. 5.

Cenſentur autem plura ſpecula, licet ſit vnum corpus, ſi ſuperficies eſt inæqualis & varia eo modo quo hæc linea.

Generatio iridis.

Si quid lucidum incidat in ſpeculum compoſitum ex partibus plurimis & exiguis, color eius reflectitur, non figura & magnitudo.

Atqui nubes roreſcens ſpeculum eſt generis huius.

Ergo colorem ſolis atque aſtri, [non figuram atque magnitudinem] refert.

Non fit iris niſi cum nubes *rorida* eſt, niſi cum ſol è regione.

Cur magnus arcus iridis?

Cum res eadem cernitur per plurima ſpecula, plurimumque ſpatij occupantia, ita vt imagines confundantur: neceſſe eſt appareat quid vnum, ſed magnum.

Atqui quando efficitur iris res ita habet. Ergo.

Niſi imagines confunderentur, non vnum quid magnum appareret, ſed exigua multa apparerent, vt perſpicuum eſt ex ſpeculis varias imagines referentibus.

Quid iris & quomodo ab halone differat?

Iris ſiue cœleſtis arcus eſt refractio [reflexio] viſionis in ſolem nubis operâ.

Differt autem iris ab halone, quia fit { iris è regione. / halo circa aſtrum.

Iris *nigrior*, halo *fulgidior*, candidior.

Iris *diuturnior* quàm halo circa ſolem.

Iris *verſicolor.*

Puniceus color.

Albus color qualis ignis atque ſolis, ſi cum atro quales fumi, atque nubis miſceatur, appatet phœniceus.

Ideò maximus iridis ſolitariæ circulus *puniceus* eſt.

Irides in rebus inferioribus.

Fiunt hyeme à *lucernis* irides, ſitu haloni ſimiles, & figura.

Fiunt à *remis* aquas verberantibus irides, cœleſti ſimiles ſitu: at colore diſſimiles, nec puniceæ.

Fiunt etiam leuioribus aquæ diſperſionibus, in aërem ſoli obuerſum, ſed partim vmbroſum, partim à ſole illuſtratum, tumque aſpergens manus videtur eſſe inſtar remi.

Digitized by Google

Hypotheſes ad colorum iridis varietatem.

Prima. Ex fulgido & nigro [lucido & nigro] naſcitur puniceum quoddam.

2. Viſus quô remotior eô (ſi paria ſunt alia) debilior, quô res longius diſtat eo videtur *nigrior*, nigredo quaſi priuatio eſt: ideò res in ſpeculis conſueuerunt apparere nigriores.

Non intereſt mutetur oculus, an verò aſpectabile, aut ſpeculum.

Nubes candida ſi in aquam inſpiciatur, aliquem è coloribus iridis videtur præ ſe ferre.

Triplex color iridis.

Nigrum & *lucidum* mutantur dum coniunguntur { in puniceum. / in viride. / in purpureum.

n. { in puniceum, quando acies oculorum eſt acrior. / in viride, ſi paulò imbecillior. / in purpureum, ſi valdè imbecillis.

Ideò iridis pars { maior punicea. / media viridis. / tertia purpurea.

Si quidem plus radiorum defertur { ab oculo ad maiorem circulum. / vel à maiori circulo ad oculum.

Quó autem res cernitur pluribus radiis, eô melius cernitur.

De flauo colore.

Arcus poteſt *flaui* coloris præ ſe ferre ſpeciem, quia color hic vicinus eſt mediuſque inter viridem & puniceum.

Facilis eſt circa colorem aberratio, & hallucinatio: vt fatentur textores qui noctu opus faciunt.

De duplici iride.

Fit aliquando duplex ſimul iris { vna interior. / altera exterior.

Tumque interior exteriorem & maiorem procreat.

Vbi colores ſunt obſcuriores & inuerſo collocati ordine.

IN CAPVT V.

Iris { nunc eſt ſemicirculus. / nunc verò minor ſemicirculo.

Si fit aſtro oriente vel occidente & planè ex regione, ſeu ex aduerſo ſemicircularis eſt.

Quo altius ſublatum eſt aſtrum ſupra horizontem, eô maior conſpicitur iris.

Propterea vero iris circularis, quia in orbem vibrantur radij. Poſt

Digitized by Google

Autumnale æquinoctium quauis diei hora effici conſueuit.
Circa ſolſtitium æſtiuum non fit meridie.
Cæterum figuræ demonſtrationes legendæ apud Vitellionem.

IN CAPVT VI.

De parelijs, et virgis, ſiue baculis.

Et parelij & virgæ fiunt per reflexionem.
Ad latera ſolis tunc cum nubes inæqualis eſt temperiei & diſpoſitionis.
Sed quando parelij fiunt, nubes latuſue eius ſpeculæ vnius rationem obtinet: ideò & figuram & colorem ſolis exhibet.
Nubes autem vbi fiunt virgæ propter variam ſuperficiem lateris opaci reflectentis, plurium ſpeculorum rationem obtinet: ideo figuram non refert, ſed tantum colorem, eumque ſimilem colori iridis.
Parelius albus eſt, virga non item.
Parelius certius eſt quam virga pluuiæ argumentum, propter eam quam poſtulat materiei temperationem.
Fiunt parelij & virgæ ſole ſupra horizontem exiſtente & ad latera eius in omnem partem, neque omninò propè, neque omninò procul.

HACTENVS DE METEORIS.

De foſſilibus & metallicis.

Duplex excretionis & expirationis conſtitutum genus. n. { vapor. / exhalatio.

Naſcuntur { illinc metalla, metallica. / hinc foſſilia illa, quæ illiquabilia, minimeque ductilia.

In appendice fuſius hæc tractabuntur, quæ ad contextum Ariſtotelis ſpectant illic per occaſionem explicabuntur.

FINIS.

Digitized by Google

IN
LIBRVM QVARTVM
PRÆFATIVNCVLA.

Nonnulli libri huius { tum argumento / tum exordio } perſuaſi cum connectunt cum duobus libris de ortu, & interitu non ſine probabilitate aliqua: ſed tamen vulgaris ordo, ſituſque retinetur præcipuè cum hic liber cum ſuperioris concluſione haud male cohæreat, licet non complectatur res meteorologicas, ſed poſteriores illis.

Hic agitur de quibuſdam affectionibus, quæ oriuntur ex primis qualitatibus, de ortu & putrefactione, quæ cum maximè pertineant ad mixta: inde fit, vt hic liber à quibuſdam inſcribatur de affectibus mixtorum.

CAPITIS I

Summa.

Quatuor qualitates primæ. Cauſſæ (.j. differentiæ ſeu qualitates primæ) elementorum ſunt quatuor,
.n. { duæ actiuæ calor, & frigus / duæ paſſiuæ, ſiccitas, humor } id patet { primò inductione. / deindè ſingulorum definitionibus.

Generatio. Harum qualitatum opera tum in plantis, tum in animalibus peragitur generatio naturalis.

Fit autem generatio cum calor & frigus exuperant.

Corruptio. Corruptio contra ſiue cum definitum humidum validius eſt calore deficiente.

Putrefactio. Contrarium maximè commune generationi eſt putrefactio .j. cum generationi corruptio aduerſetur latiſſimè patet ea corruptionis ſpecies, quæ nominatur *putrefactio.*

Et tamen niſi quid vi corrumpatur pro fine *marcorem habet.*

Putrefactio eſt eorum quæ paulatim corrumpuntur.

Putrere omnia naturalia elementaria præter ignem poſſunt.

Putrefactio eſt proprij naturaliſque humoris in quoque exiſtentis ab interno calore interitus, licet hic calor ab externo & alieno iuuetur.

Ideò quæ putreſcunt tandem efficiuntur arida, dum effluit naturalis humor cum calore.

Digitized by Google

Ideò minus corrumpitur
- quod mouetur ac fluit, quam quod quieſcit.
- res hyeme, quàm æſtate.
- id cuius magna eſt moles, quàm id cuius exigua.

Animalia naſcuntur ex ijs quæ putrent.

CAPITIS II

Summa.

Coctio caloris, incoctio eſt frigoris. *De coctione & incoctione.*

Pertinent
- ad coctionem elixatio, maturatio, aſſatio, frixatio.
- ad incoctionem cruditas, imperfecta elixatio, & aſſatio tanquam ſpecies.

Sed nomina hęc non propriè vſurpanda, verum generatim & à quadam ſpecie traducenda ad totum genus .p. maturatio à fructibus.

Prodigioſarum { quædam referuntur ad cauſas naturales, vt cometę. / quędam p. ad ſupernaturales quales fortaſſe illæ impreſſiones quibus excidium Hieroſolymitanum prænuntiabatur.

Meteorologica { vel à vapore / vel ab halitu / vel aliunde } { partim in cœlo, vt lacteus circulus. / partim infra cœlum. / partim tum in cœlo & infra cœlum, vt cometę quidam.

Sunt { vel ignitæ, inflammatæ. / vel illuſtratæ non accenſæ, vt galaxia, irides. / vel neque accenſæ, neque illuſtratæ proprie, vt venti, pluuię

Digitized by Google

Impreſſiones ex exhalatione.

Harũ impreſſionum genera tria
- ignitæ.
- illuſtratæ tantum.
- nec ignitæ, nec illuſtratæ.

In primo genere flamma, capræ ſaltantes, lanceæ, columnæ, ſidera diſcurrentia, ſtellæ cadentes, ignis fatuus, ignis lambens, draco volans, caſtor & pollux, helena, fulmina, fulgura, cometæ, plurimi ignes ſubterranei.

Ad ſecundum genus referuntur ſtella crinita, lacteus circulus.

(Ariſtoteli colores, vorago, hiatus, & aliqua ex parte virga, parelij, paraſelene, halo, iris, quæ impreſſiones ad vapores magis videntur pertinere.

Ad tertium reducuntur terræ motus, venti, turbines, ſalſugo maris, lapis fulmineus.

Impreſſiones ex vapore.

Impreſſionum aquearum
- aliæ in aere ſupra globum terræ, ſeu globum ex terra & aqua coagmentatum.
- aliæ in terra, vt mare, flumina, fontes.

CAPVT II.

De toto genere ignitarum impreſſionum, deque ſubterraneis.

De inflammatis impreſſionibus.

Ignitæ impreſſiones aerem purgant, ſignificant aliquid, ſeruant elementorum proportionem, efficiunt thermas, &c.

Earum cauſæ efficientes ſupra indicatæ, indicandæ.

Accenduntur
- vel ab alio igni, vt pars ſecunda diſcurrentis ſtellæ à prima.
- vel ſine ope ignis alterius.

Quomodo ignis excitari poſſit ſine ope ignis alterius mox quęretur.

Fiunt
- tum ex exhalatione ſicca, & calida, experteque aqueæ humiditatis.
- tum etiam ex rebus alijs, quę inflammari poſſunt.

Eſſentia earum eadem quæ ignis, niſi qua parte includunt aliquid alieni, quod ignis non depaſcitur.

In his ſpectare oportet magnitudinem, figuram, quietem, motum, locum, tempeſtatem, diuturnitatem, ſignificationem, materiæ varietatem, geneſim, &c. & indè repetere diſcrimina vt & ex adiunctis materiæ rebus locus quadruplex. n. tres regiones aeris, & terra.

Digitized by Google

De ignibus ſubterraneis.

Ignes ſubterranei { quatenus oriuntur ex halitu ſunt affines rebus quæ proprie meterologicę.
ſed diſſimiles quatenus paſcuntur bitumine,ſulphure & conſimili materia.

Fines.

Ignes iſti vſui ſunt metallorum,aliorumque foſſilium ſaltem in locis ab incendio paulo remorioribus generationi,ſunt origo thermarum, &.

Thermarũ { ſiue quæ fluant ad latera incendiorum.
ſiue inter ipſas atq; ignes aliquid intercipiatur ſupra quod fluit.

Materia.

Non tantum tenue aliquid & ſpirituoſum, quodque facile conſumatur, pro pabulo cõſtituendũ eſt,cum diutiſſime durare ſoleant ignes ſubterranei ſed etiam ſolidum aliquid.p. carbones foſſiles, terræ combuſtibiles,ſalpetrę,naphta,ſulphur,terra ſulphureabitum inoſa.

Materiæ argumento ſunt Thermarum odores, ſapores, item fumi& montes euomentes flammas.

Bituminis etiam illud argumentum,quod plerique ex iſtis ignibus aqua aluntur potius,quam extinguntur.

Exiſtentia.

Subterraneorum ignium fidem faciunt Thermæ, & montes igniuomi,cauernæ calidiſſimos efflantes fumos, &c.

Cauſa efficiens.

Incendia intra terram continentur,quęritur cur?

Continentur { quia ignis excitatus ſi pabulum adeſt alium excitat ignem.
forſan etiam quia ignis ſine pabulo conſeruari poteſt.

Quęro quid in locis ſubterraneis cum illic nullus foret ignẽ primum accẽderit opinione.Sunt qui caſu aut hominum opera primum accenſum putant.p.incendio ſyluarum excitato in fodinis ignis, ſiquidem ignis pabulũ ſequi conſueuit ſiue ſit ſurſum,ſiue deorſum,ſiue ad latus. 1.

Sunt qui bitumen & ſulphur pro cauſa effectrice proferant, ſed hęc accendi ſponte vix ſolent. 2.

Qui ad cœlum confugiunt cauſſã proferunt primam, nos ſecundã quęrimus. 3.

Si coniectura facienda eſt ex rebus noſtris. p. ex igne fatuo.ſic ſentiendum eſt exhalationem quandam aut quid ſpirituoſum partim antiperiſtaſi,partim conflictu& attritu exardeſcere & inflammari,quæ coniectura ad totum genus ſpontanearum inflammationum traducenda. 4.

Apud nos fomes & rami arborum *attritu* inflammantur.

Qui pulueres pyrij & conſimilia partim reflexione, partim refractione radiorum luminis inflammantur. nota ratio inſtaurandi Veſtalis ignis.

Fœnum humidius intra cumulum incaleſcens ſponte accenditur.

Calce ſi includatur ſulphur accenditur aquæ infuſione,accenduntur & alia. de quibus alibi.

Is { tenuis ſi cum vulgari igni conferatur, ac proinde non comburit, aut non valide.
non tamen tenuiſſimus, ſiquidem præſe fert fulgorem non exiguum. }

Idem { ſequitur fugientes, quia aër in quo continetur mouetur, fugientem ſequitur, ne inanitas detur.
fugit ſequentes, quia progrediendo pellimus incurſantem aërem. }

Fere petit loca humiliora, ſuperque grauiorem aërem fluitat, aclabitur. n. vt aqua ſupra terram decliuem. vt decliuis aqua fluuiorum: ita decliuis grauior aër accumbens terræ decliui.

Intuentem inſolentia perturbat, præcipueque viciniorem potiſſimumque propter iſtam fugam, inſequutionem, & nocturnum tempus. Cum gelu & niuibus omnia rigent, ſi conſpicitur futuram ſolutionem prænuntiare dicitur ab Agricolis.

De igni lambenti.

Ignis lambens qualis ille de quo poëta lib. 2. Æneid.

Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli,
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molles:
Lambere flamma comas, & circum tempora paſci.

Fit ex *halitu tenuiori* qualis ex ſudore animantium calidioris temperamenti. De qua re alibi.

Quæ ſcintillæ in tenebris videntur interdum excuti. p. ex equis præſertim nigrioribus non ſunt ignes, ſed candidi lucenteſque furfures.

Caſtor, pollux, helena.

In mari ſeu ſupra mare poſt tempeſtatem interdum ex viſcoſo ſpiritu per antiperiſtaſim impreſſio ignita excitatur, hæc nominatur *helena* ſi ſit ſingularis; *Caſtor & Pollux*, ſi ſit gemina. *Le feu ſainct herme.*

Creditur { gemina illa ſalutaris futuræque prænuncia ſerenitatis.
ſolitaria hæc minax & infeſta. }

De ſplendore qui excitatur remorum impulſione alibi.

De his quæ in media regione aeris.

Halitus calidior minuſque pinguis aut etiam pinguior ſi ſurſum euectus accendatur intra mediam regionem aeris varias ſortitur appellationes.

Fulmen, fulgur, fulguratio.

De fulmine, de fulgure infra. Coruſcatio differt à fulgure quatenus illa fit igne è nubibus erumpente cum minori impetu & ſine fragore, &c.

De dracone volante.

Fit draco volans cum calidior exhalatio, ſed minus pinguis ſurſum elata offendit nubem, eiuſque occurſu accenditur, detruditur, flectitur.

Digitized by Google

Monitum.

Noſtro æuo cōſpectus Lutetiæ volatilis Draco cuiuſdam induſtria excitatus, & conſtructus non ſine ſpecie & falſa perſuaſione miraculi, portenti.

Structuræ rationem comminiſci Mechanicorum eſt, ventus in vtres ſimiliaque adactus corpora denſatur, & fit grauior.

Ideò non potuit eſſe cauſa cur Draco ille attolleretur filo ſuſtinendus, aut funiculo.

Ouum ſi depleatur, roreque deinde impleatur & obturatum optimè obiiciatur radiis ſolaribus: vbi valdè incaluerit, dicitur quaſi ſponte inſcenſurum.

Tale aliquid intra draconem illum videtur cogitandum.

Adde quod medulla ſambuci & pluma ſunt valdè res leues.

De preſtere.

Incluſa intra nubem exhalatio ſi accendatur & accenſa detrudatur in morem turbinis, nuncupatur præſter, turbo ardens.

Stella cadens, volans, currens.

Aſtra quæ vocantur diſcurrentia duobus modis efficiuntur.

Vno cum exhalatio conſumptu facilis protruditur in longitudinem, & extenditur ab extremitate altera: ita vt ignis totam eam depaſcatur, non ſecus atque ſparſum tormentarium puluerem inflammare conſueuit.

Altero quando exhalatio paulo contumacior, conſumptu difficilior accenditur, accenſaque pellitur, & breui extinguitur.

Ex hoc vtroque modo naſcitur ſtella {
- cadens ſi deorſum.
- currens ſi in latus } ignis videatur ferri.
- volans ſi ſurſum }

Quod ſi ſpectatur prior modus, tres illæ vagæ & intermorientes ſtellæ videntur poſſe fieri in media & in ſuprema regione aeris.

Si poſterior {
- volans fieri poteſt & in media & ſuprema.
- cadens & currens non niſi in media & intra nubem aqua pellatur, aut à vento.

Et hæ quidem impreſſiones ventorum tempeſtatumque prænuntiæ ſunt.

CAPVT IV.

De impreſſionibus igneis ſupremæ regionis.

Diuiſio.

Quæ impreſſiones igneæ ſunt in ſuprema regione {
- vel diuturnæ.
- vel non.

Digitized by Google

De non Diuturnis.

Non diuturnæ conſtant materia conſumptu faciliori,ſuntque variæ pro vario ſitu,temperatione & conſtitutione exhalationis.

Si in longum & latum extendatur exhalatio, totaque ſimul accendatur fit *flamma*,ſtipulaue ardens.

Si in longitudinem extendatur, non autem in latus .i. non multum in latitudinem: tum duplex,aut triplex occurrit ſpecies, aut appellatio. *Flamma.*

Nam { ſi tota ſimul & ſine diſcontinuatione accenditur fit *fax,torris*. *Fax.*
ſin continua quidem eſt habet tamen ad latera appendices ad quas excurrat ignis,quaſi ex interuallo fiunt *capræ ſaltantes*. *Capra ſaltans.*
ſin diſcreta eſt & quaſi ſaltuatim accenditur fiunt etiam capræ aut *hædi ſaltantes*,ſed alterius generis:eo modo quo grana tormentarij pulueris coniecta in cineres, quibus prunæ obtegantur,accendi ſolent. }

Quando materia in altitudinem æquabili craſſitie porrigitur,accenditurue: *Trabs.*

Tum { ſi craſſities exigua eſt fit *trabs*, iaculum, lancea.
ſin magna, fit cylindrus ſiue columna. } *Cylindrus*

Quando exhalatio noſtratis ignis figuram imitatur, & in conum attollitur fit ignis triangularis perpendicularis *& pyramis*. *Ignis perpendicularis, pyramis.*

Huc accedunt ſtellæ volantes,cadentes,currentes,de quibus ſuprà.

Denique pro varietate figuræ varia his impreſſionibus imponuntur nomina.p.oui,clypei. *Oualis clypeus.*

De diuturnioribus.

Diuturniores iſtæ impreſſiones ex materia contumaciori & copioſiori in ſuprema regione aëris accenduntur.

Habent { quædam aliquid appoſitum *iubar*, aliquid appoſitum inſtar crinium ſiue ad hanc,ſiue ad illam ſiue in omnem partem,& à crinibus appellantur *cometæ*,ſtellæ comatæ,crinitæ.
quædam non,quæ non poſſunt appellari cometæ ſine abuſione nominis. }

Forte vero ſunt ardentes clypei,quorum meminit Seneca.7.naturalium quæſtionum

De Cometis.

Cometa vel eſt impreſſio inflammata , & huc pertinet: vel illuſtrata tantùm.

Sed conducibile eſt vtriuſque differentiæ coniungere explicationem.

Hypotheſes & phænomena.

Partes habere duas videtur cometa quiſque. n.corpus,quod vel ſtella , vel quid ſimile ſtellæ.

Iubar appenſum,quod { aut in orbem ſparſum.
aut non , tumque { vel coma / vel barba / vel cauda } eſt, fereque à ſole auerſum. } *Iubar.*

Sed magnitudinis variæ eſſe, & aliquando inæquabilis creſcentis, decreſcentis rarius apparere, fereque Autumno ſingularis, & extra tropicos.

Durationis eſſe variæ propter pabuli contumaciam, copiam, &c.

Vix diuturnior tamen obſeruatur, quàm ſenorum menſium.

Coloris varii eſſe, fereque rubeus, aut tenuis & argenteus, aut nigrior.

Numquam eclipſin pati.

Ferri
- rariſſimè vento inſtar nubium; ideoque fere extra ventorum regionem cogitandus.
- interdum circa ſeipſum ocyſſimè more turbinis.
- interdum ſurſum aut in tranſuerſum: forte quod abſtrahitur, pabulumue ſequitur.
- ſemper ab ortu in occaſum, idque ita vt pene & fere aſſequatur.

Diuturni motus celeritatem vel raro ſuperet.

Fere admittere paralaxes.

Antecedere & ſignificare ventos, ſiccitatem & calorem, terræ motus, ſterilitatem, morbos, inundationes, halituum copiam, legum mutationes, bella propter aëris intemperiem, vnde in nobis intemperies. Sed hæc infra & ſimilia pluribus.

Variæ ſententiæ de Cometis.

Cogitatur cometa aut
- in ſolo cœlo.
- aut partim in cœlo, partim extra.
- aut denique omnino extra cœlum in aëre.

In cœlo ſolo
- vel tanquam globus recens illic accenſus.
- vel tanquam ſtella fixa.
- vel tanquam vnus è planetis ſeptem.
- vel tanquam planeta octauus.
- vel tanquam coitus duorum pluriumue planetarum, aut ſtellarum.

Partim in cœlo, partim extra; vt cum dicitur eſſe ſtella ad quam eodem modo ſe ſe habeant crines, quo halones ad ſolem, atque lunam.

Quomodo ſi quando euenit cometa fictitius, pertinetque ad impreſſiones illuſtratas, non accenſas.

Sanè
- corpus verè eſt ſtella.
- iubar eſt quid fictitium.

In aëre ſi cogitatur totus Cometa ſententia occurrit triplex.

Prima ſententia. Scaligero eſt *halitus* in ſuprema regione aëris ita denſus, vt à ſole illuſtrari poſſit, & lucere: ita rarus tamen vt per eum non ſecus atque per vitreum globum ſol tranſmittat radios, poneque efficiat iubar.

2. Quibuſdam eſt ignis ſtipatus conſtans partibus propter grauitatem è regione ignis elementaris, in proximam & ſupremam delapſus regionem aëris, quæ in orbem à cœlo rapitur.

Digitized by Google

Vulgo { corpus rotundum eſt ignis in ſuprema regione aëris accenſus, è multa terrena pinguiori & omninò abſumptu difficiliori exhalatione.
iubar eſt { vel refractio radiorum ſolis.
vel accenſio pabuli, quod trahitur ab eo igni.

Monitum.

Conſulenda doctrina de ſpeculis & de refractionibus quæ alibi à nobis traditur.

Cometa videtur duplex conſtitui poſſe *cœleſtis, ſublunaris.*

Voco { cœleſtem quando corpus eſt verè ſtella, licet radij ſint ſublunares.
ſublunarem quando corpus eſt ſublunare, vt & crines, ſiue radij, & iubar.

De eo cometa, qui verè ſtella eſt.

Cœleſtis cometa ſi quis datur *ſtella eſt*, ſi ſpectetur rotundum corpus; quod vero illi adhæreſcere videtur, vt nubes lunæ, terra horizonti, aut cœlo halo lunæ, id exhalatio eſt { vel accenſa.
vel illuſtrata tantum.

Quod ſi accenſa eſt conſtat ex materia durabiliori, quam vt euexerit ſtellas, & ſecum trahat, ita tamen vt pabuli aliquid recens ad illam attrahatur. Si autem exhalatio eſt duntaxat illuſtrata, non inflammata,

Tum { vel à ſtella trahitur, ita vt ſemper eadem quaſi adhæreſcat.
vel non, & tamen eadem apparet ſpecies, & cauda: vt idem lumen dum lucerna geſtatur, quia multum ſimilis exhalationis illuc eſt euectum, perindeque res habet atque cum halo videtur lunam comitari.

Sanè ſi cometæ corpus in firmamento eſt, non habet parallaxim: ſi maiorem quam luna parallaxim infra lunam cogitandum venit.

De poſteriori cometa ſententia Scaligeri.

Cometa globus eſt in ſuprema regione aëris non igneus, ſed à ſole tantum illuſtratus inſtar fumi.

Corpuſque { tam denſum, vt lucere poſſit.
tam rarum, vt ſol per illud tanquam per globum vitreum tranſmittat radios, poneque faciat caudam & iubar per *refractionem* radiorum.

Hanc ſententiam nonnulli refellunt, quia ſi à ſole cometæ corpus illuſtraretur, pateretur quaſi eclipſim aliquando incidens in vmbram terræ, cum tamen nunquam deprehenſus eſt cometę defectus.

Sed leue argumentum primò quoniam cometa æquat ferè diuturni motus celeritatem, proindè non incidit in vmbram terræ, cum non longè à ſole recedere videatur.

Deindę quia ſi aliquando incidit videtur extingui, vmbræque frigore diſ-

ſoluitur temperies idonea ad ſuſceptionem illam transfuſionemque radiorum.

Fauet ſententiæ Scaligeri duratio cometæ. Nam fortè parum veriſſimile eſt tamdiu in aëre durare ignem.

Fauet refractioni frequentior cometæ ſitus inter ſolem & iubar intercepti.

Sed alia ex parte ſi ſpectetur color, veriſſimile eſt cometá eſſe aliquid *igneum*.

Præterea quando inter ſolem & iubar non conſtituitur cometæ globus, aut iubar in orbem ſpargitur, radij [crines] cometæ non poſſunt à ſole proficiſci per refractionem luminis.

Sententia vulgaris.

Materia cometæ eſt exhalatio multa terrena compacta, pinguior tamen, & omninò abſumptu haudquaquam facilis.

Hinc materia educitur vi cœlorum.

Cometæ & ventorum materia ſimilis, ideoq; ventorum prænuntius cometa.

Accenditur autem {
- vel ab igni elementari, ſed ex interuallo.
- vel materiei motu, & conſtipatione.

Ceteræ cauſſæ ex ſuperioribus ſermonibus conſpicuæ, radiorum explicanda ratio.

Concluſio.

Multis modis fieri poſſe videtur cometa:

.p. {
- primò ſi ſtella quæpiam euectam circumducat, illuſtret exhalationem.
- ſecundò ſi ſol per globum ſpirituoſum & illuſtratum tranſmittat radios, aut etiam per accenſum.
- tertiò ſi accendatur rotunda exhalatio, iubarque fiat, cum eminus accenditur pabulum aut exhalatio quaſi appenſa lucet alio modo quam refractione .p. per reflexionem.

Quid Cometæ iubar?

Eſt {
- vel reflexio quædam, aut refractio radiorum ſolis.
- vel accenſio pabuli quod attrahitur.
- vel exhalatio lucens quaſi appenſa ſtellæ, &c.

Sanè quando cometa non emittit iubar in eam partem, quæ è regione opponitur ſoli, iubar non eſt cenſendum mera repercuſſio radiorum ſolis: vt neque quando cincinni & radij ſparguntur in orbem.

Forſan tamen duobus modis iubar à ſole procurari poſſit;

.n. {
- aliquando per *refractionem* penetrando cometæ globum.
- aliquando per *reflexionem*, tumque materia ſit compactior neceſſe eſt.

Figuræ variæ.

Aut non habet vllum iubar cometa, & non propriè dicitur cometa.

Aut habet, tumque {
- vel in orbem ſpargitur tanquam halo, aut corona.
- vel non, & dicitur crinitus, barbatus, vel caudatus.

Quanquam crinium nomen ferè commune eſt.

Radij autem qui efficiunt iubar { breuiores / longiores } { latiores / tenuiores } { acutiores. / obtuſiores.

Magnitudo, numerus, altitudo.

Altitudo cometæ, diſtantia à centro terræ deprehenditur per parallaxes, &c. *Altitudo.*

Magnitudo cometarum varia { tum vera quæ deprehenditur per parallaxes. / tum apparens. Fulſit autem aliquando non minor ſole ſecundum ſpeciem, & apparentiam. Senec. cap. 15. lib. 7. quæſtionum naturalium. *Magnitudo.*

Magnitudo { interdum eſt æquabilis, & ferè conſtans, quia tantum ſufficitur pabuli, vt modus idem ſeruari poſſit donec extinguatur: vel fortè quia vera ſtella. / aliquando inæquabilis, quia augetur, vel minuitur materiæ modus.

Raro ſunt conſpecti ſimul cometæ plures, interdum tamen. *Numerus.*

Qui cometæ ſunt in aëre parallaxes habent, vt qui non æquant diuturni motus celeritatem.

Si quando cometa ſtella eſt, caret parallaxi, niſi eſt Venus aut Mercurius.

Iubar quia ſemper in aëre, ſemper habet parallaxim.

Quandoquidem autem cometa mouetur ab ortu in occaſum ſi in aëre eſt ſtatuendus eſt extra ventorum ditionem in ſuprema regione aëris.

Si quando tamen celeritate videtur ſuperare diurnum motum, aut ferri in tranſuerſum.

Veriſſimile eſt { vel compelli aliquando ab aſtro quopiam, vel delapſum in locum paulò inferiorem à vento aliquo propelli. / vel ſequi aliquomodo pabulum. / vel etiam aliquando vnum extingui alterum accendi.

Generatur in quauis Zona, ſed ſæpius extra Tropicos, &c.

Tempus duratio.

Rari cometæ { tum quia difficilem materiæ elaborationem poſtulant. / tum quia halitus in ventos, impreſſioneſque alias

abeunt, antequam idoneum ad locum perueniant ſiue ad temperationem.

Generantur quouis anni tempore, ſed præcipuè *autumno.*

Duratio varia probabili & materiei modo, tempene, contumacia.

Mora eius vix obſeruata maior centum & octoginta 8. diebus.

Color.

Aut eſt *nigrior* cometæ color, qualis conſpicitur quando fumo valde tenſo miſcetur flamma, aut rubeus, aut tenuis & argenteus.

Motus.

Qui in aëre cometa ab ortu mouetur ad occaſum { partim ab aëre in quo eſt. / partim ab aſtro aliquo.

Sed ferè tardius, quia non aſſequitur { nec celeritatem cœli. / nec celeritatem aëris, vt nauis onerata non aſſequitur celeritatem fluminis.

Mouetur aliquando in tranſuerſum, itemque ſurſum, &c. vel quia trahitur ab aſtro .p. eo à quo materia eſt euecta, vel quia pabulum aliquomodo ſequitur.

Nonnullos etiam *in orbem circa ſe* agi quàm ocyſſimè Plinius auctor.

Monuimus alibi facillime moueri globoſa.

Si verus hic motus tale aliquid cogitandum in cometa, quale in turbine.

Sed forſan aſpectus hallucinatio eſt, quemadmodum quando ſol Oriens videtur volutari.

Genera Cometarum.

Primus *Mercurialis* dicitur cometes, eſt cæruleus, paruus, caudatus, portendens mortem principum.

2. *Martius*, qui quia apparet in Oriente dicitur *aurora*, rubeus eſt, caudatus, capite deorſum depreſſo, prænuncians famem, bella, combuſtionem.

3. *Saturnus* ſignificat mortalitatem.

4. *Venereus*, qui tamen quaſi lunarem radium emittit, ſignificatque famem & mortem principum.

5. *Roſa* dicitur, eſt magnus, rotundus, figuram humanam referens, portendens mortem, regum & eorum qui regno apti.

6. tanquam *veru* rurſus ſolem progreditur horrendo aſpectu ſignificatque præterea *ſterilitatem.*

7. *Sublinido* & cineritio radio, ſignificatque mortem popularium, & annonæ caritatem.

8. dicitur *pertica* propter lucidiores craſſioreſque radios, ſignificatque ſiccitatem.

9. argenteus eſt & cauda maximè fulgenti fœliciorque.

Genera

Digitized by Google

Genera varia ex Plinio & aliunde.

Cometa
- aut vera ſtella: tumque
  - fixa ſtella
  - aut planeta
  - cui iubar,
    - aut ſparſum.
    - aut non.
- aut non eſt vera ſtella.

Tumque
- vel eſt citra vnum iubar.
- vel iubar habet.

Iubar autem vel ſpargitur in orbem, vel non.

Tumque fit
- vel *crinita* ſtella proprie.
- vel *pogonia* ſiue barbata.
- vel *acontia*, inſtar iaculi.
- vel *xiphia*, in mucronem more enſium faſtigiata.
- vel *ceratia*, ſiue cornuta.
- vel *lampadia*, inſtar ardentis facis.
- vel *hippea*, equina iubas equinas imitans: ita vt celerrime circa ſuum orbem moueatur, quanquam forte hic cometa pertinet ad ſequens genus.
- vel *haſtata* ſtella, haſtatus cometa.

Priori modo vel pithetes cometa inſtar dolij in concauo fumidæ lucis.

Vel hircus, quaſi villoſa nube circundatus.

Vel diſcus, qui imagine raros emittit radios, &c.

Vel diceus cometa.

Vel candidus argenteo crine ita refulgens, vt vix intueri liceat, ſpecie humana Dei effigiem in ſe oſtendens.

Talem oſtendiſſe Auguſto dicitur Sybilla Tiburtina. lege Plinium cap. 28. li. 2. & Fabrum ſtapulenſem.

Significatio cometarum.

Cometæ ſignificant ventos, ſiccitatem, calorem, terræ motus, ſterilitatem, famem, morbos, & peſtem, quæ famem ſequi conſueuit.

Item inundationes: tum quia ex ventis oriuntur tempeſtates, tum quia terræ motibus poſſunt procurari inundationes.

Item legum mutationes, bella, &c. quia intemperies aeris corrumpit temperiem corporum, quæ non cogit quidem, ſed inclinat voluntatem. ferè ſequimur inclinationem.

Tentationi non obluctamur.

Verum cometa earum rerum ſignum eſt duntaxat, non autem cauſa.

Oriuntur ex copia exhalatione, cuius cometa indicium eſt.

Quidam præcipui cometæ.

Inter precipuos & celeberrimos cometas numerantur primò ille qui præceſſit excidium Hieroſolymitanum, duraſuitque anno.

Digitized by Google

Deinde ille cuius meminit Ariſtoteles cap. 7.

3. ille qui ſpectatus eo tempore quo natus Mahumedes.

4. Ille cuius ſupra meminimus ex Seneca.

5. ille qui mortem Conſtantini anteceſſit, &c.

Qui præcipui & celeberrimi extiterint cometæ multi docent Plinius, Mizaldus in Cometographia, & Cardanus lib. 2. de iudicijs.

Stella quæ micuit nato Seruatore cometa non fuit: ſiquidem ſita erat in infima regione aeris.

Fuit { meteorum aliud, quod ſupernaturali virtute mouebatur.
aut Angelus ſtellæ ſpecie conſpicuus. }

IN CAPVT V.

De impreſſionibus illuſtratis, non accenſis.

De toto genere.

Quæ illuſtratę non accenſæ impreſſiones { ſi in cœlo, illic hę cauſam habent, & in aſpectu, de quibus alibi, vt & de ſpeculis.
ſi in aere oriuntur non tantum ab exhalatione, verum etiam à vapore, & denſiori aere. }

Huc pertinent lacteus circulus, phaſma, hiatus, imagines aeris, halo, parelius, paraſelene, iris, baculi.

De lacteo circulo.

Lacteus circulus { Ariſtoteli accenſa impreſſio eſt non illuſtrata tantum, aut certe illuſtrata.
vere ne meteorologica quidem impreſſio eſt, niſi colores cœli reponimus inter meteora, propter affinitatem quam habent cum coloribus aeris. }

Hæc impreſſio dicitur *galaxia*, lacteus circulus, via lactea, lac cœleſte, deſcribiturque in huncce modum.

Ouid. 1. Meta. *Eſt via ſublimis cœlo manifeſta ſereno,*
Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo.

Eſt lucida quædam Zona, quæ cœlum in duas partes æquales diuidit, aut diuidere videtur per Geminos & Sagittarium tranſiens.

De galaxia Ariſtoteles cap. 8. lib. 1. Macrob. lib. 1. in ſomnium Scipionis, Plutarch. de placit. Albertus & Mythologi.

Digitized by Google

Eſt:
- non via in cœlo *adusta*.
- non *color* ab *eclipſim* patientibus ſtellis natus.
- non opticorum radiorum *reflexio* verſus ſolem, qui fit inſtar iridis.
- non vt Ariſtoteles voluit quaſi magnus perrenuiſque cometa, qui à ſtellis efficiatur halitus ad ſe attrahentibus & accidentibus.
- ſed Zona in octauo cœlo per Geminos & Sagittarium tranſiens,

& ſplendida:
- vel ob frequentiam ſtellarum præ tenuitate fugientium aſpectum.
- vel quod cœli partes ſint illic denſiores, lucidiores.

In cœlo octauo ſita deprehenditur ex eo quod ſibi vindicat eoſdem motus & aſpectus quos ſtellæ fixæ.

Sententia Ariſtotelis refellitur primò quia galaxia non habet parallaxim, ideoque in aere non eſt.

2. quia ſtellarum frequentia non neceſſariò ardorem in aere excitat.

3. quia materia nec ſatis copioſe, nec ſatis æquabiliter videtur poſſe à natura ſuppeditari huic incendio, aut huic illuſtrationi.

Ceterum:
- vt ſonus, qui audiri poſſit, oritur ex multis qui ſinguli audiri nequeant.
- ita & de lumine eſt iudicandum.

De phaſmatis et coloribus aeris.

Colores partim veri, partim duntaxat adumbrati & apparentes.

Oriuntur:
- veri ex quatuor qualitatum mixtione, vt dicitur alibi.
- apparentes è luminis reique illuſtratæ temperatione, ac diſtantia, vt & ex oculi medijque temperie, & ex ſpeculis.

Apparentium diuiſio alibi ponitur, vt & verorum.

Colorum fictitiorum in aere natura & eſſentia eadem quæ lucis, atque luminis.

Inſtituti ſunt à natura propter aſpectum, mundi pulchritudinem, effectionem, aut ſignificationem rerum .p. pluuiæ, venti. &c.

Eos in aere efficiunt duo:
- id quod materiam denſat, & diſponit.
- id quod materiam illuſtrat.

Quomodo ex varia lucis & tenebrarum, denſi & rari, opaci & diaphani mixtione colores oriantur, non eſt huius loci explicare.

Materies colorum aeris:
- partim *vapor*.
- partim *exhalatio*.
- partim *denſatus aer*.

Sed qui apparet cœruleus color forte è cœlo cryſtallino, non ab aere eſt.

Color aeris diurnus, nocturnus, puniceus, purpureus, cruentus.

De nubium colore infra, vt & de iride, halone, pareliis, paraſelenis, & virgis ſiue baculis.

De cometa illuſtrato, non accenſo ſupra.

Digitized by Google

De hiatu & voragine.

Hiatus & receſſus molitur
- vt in tabulis pictor.
- ita natura in nubibus, exhalationibus, aere, cœlo.

Hiatus ſiue vorago in aere excitatur, aut apparet ſaltem quando halitus aut nubes magis ſecundum partes exteriores illuſtratur, quam circa interiores, atque medias propter denſitatem.

De imaginibus aeris.

Variæ imagines in aere cernuntur. p. equites, ſerpentes, &c. in illis præter colorem, de quo ſupra, conſideranda figura venit.

Ea fit vel temere, vel intelligentiarum opera non ſine rationibus opticis.

Si quis illic motus æſtimandus ex aliarum impreſſionum motu: ſanè naturalis, à ſupernaturali cauſa.

MONITVM.

De impreſſionibus ex halitu nec accenſo; nec illuſtrato.

Ad hoc genus tertium pertinent venti, terræ motus, tonitru, & ſoni alij id genus, de quibus rebus poſtea.

CAPVT VI.

De impreſſionibus quæ fiunt ex vapore, deque nube, nebula, & caligine.

De toto genere aquearum impreſſionum.

Materia aquæ impreſſionis vapor, cuius tres differentiæ
- grauior.
- medius.
- leuior.

Opifex *Sol*, *Luna*, Zodiacus, cœlum, frigus, & calor aeris.

Definitio hæc impreſſio meteorologica quæ ex vapore.

Eſt
- vel ſubſtantia, vt nubes, nebula, pluuia.
- vel accidens, vt iris, nubium color, halo, &c.

Digitized by Google

- Locus
  - terra vbi flumina, lacus, fontes, mare, & affectiones eius.
  - aer
    - medius, vbi
      - nebula, quæ nubes ſterilis.
      - nubes, vnde
        - pluuia, ſtilla.
        - nix, grando.
    - infimus vbi ex frigidiori & tenuiori vapore.
  - aut aqua ex aqua naſcuntur varia.p.
    - caligo, quæ { nubi / nebulę } reſpondet.
    - ros, qui pluuiæ
    - pruina, quæ niui
    - gelu, quod grandini

De Nube.

Nubes à nubendo, aut velando dicitur: ſed ambiguè.

Sumitur
- generatim pro quouis vapore cōdēſato ſiue in aere euaneſcat: ſiue ſoluatur in pluuiam grandinem, aut niuem pro nube tum ſterili, tum fœcunda.
- ſpecialim pro *fœcunda nube* duntaxat.

Eſt autem hæc delatus in medium aerem vapor, illicque ita ſtipatus, vt ſolui poſſit in niuem, pluuiam, grandinem, &c.

Fiunt nubes aut conſiſtunt ſaltem media in regione aeris, atque etiam interdū infra cacumina altiſſimorum montium, vt conſtat ex cineribus montis Olympi, ex ventorum impulſione, ex aſpectu ipſo de faſtigio altiſſimorum montium.

Sed quantum altiſſimi montes attollantur mira opinionum diſcrepantia. De qua conſulendi Geographi.

Color autem nubium præcipuus quadruplex animaduertitur.

Nam
- *nigra* eſt & atra, cum valde dēſa, cum terreſtris & in pluuiam breui abitura.
- *albet* ſerenitatemque indicat, quæ rara & ſubtilis, quæ ſterilis.
- *vireſcit*, quæ cum iam ſit aquea ſtillareque incipiat, amittit lumen.
- *rubet* denſior tranſmiſſione radiorum ſolis, maximeque *mane, veſpere*, ſed diſpari ſignificatu.

Rubor
- matutinus *pluuiæ eſt argumentum*, tùm quia nubes propter noctis intemperiem præhumida eſt, quia vi ſolis tollitur ſurſum.
- veſpertinus *ſerenitatis*
  - primò quia ſiccior facta nubes diurno calore.
  - 2. quia nocturno frigore deprimitur, & in rorem abit.

Cur *ſuſpendatur in aere* nubes facit figura, & leuitas vaporis, admixtio exhalationis, ventus.

Nubium motus accepti ſunt referendi leuitati vaporis, exhalationi, antiperiſtaſi, ventis, concretioni, &c.

Concreſcens & aqueſcens nubes fit ponderoſior ac deprimitur, ideoque procellarum & ventorum impetum amplificat.

Digitized by Google

Nubis ratio intelligitur ex caligine, fumis, & vaporibus, in quos feruẽtes aquę reſoluuntur.

De Nube, Nebula, & Caligine.

Nebula duplex, vna apud nos, altera in regione nubium.

Illa oritur à vaporibus, qui cum ſurſum præ ſpiſſitudine & pondere nequeant attolli altius, noſtrum hunc aerem caligine circunfundunt, aut qui ſurſum elati, effectique paulo ſpiſſiores deprimuntur in hanc noſtram regionem

Hic eſt nubes ineptior ad procreationem pluuiæ, & niuis, idque ſiue quia ſi iuſto denſior, ac terreſtrior, vt quidam putant: ſiue potius quia ſit iuſto tenuior, vt placet aliis, ideoque in aerem euaneſcat.

Item
- ſiue ſit nubis fœcundæ excrementum.
- ſiue ſit nubes integra, ſed ſterilis, & infœcunda.

Vtraque nebula frequentiſſima eſt, prioris tamen non videtur meminiſſe Ariſtoteles.

Poſterior ſerenitatis eſt argumentum. De q̃ua Ariſtoteles.

Prior
- ſi vi ſolis tandem attollitur, futuræ pluuiæ prænuncia eſt.
- ſi decidit ac diſſoluit antequam ſurſum feratur indicat futuram ſerenitatem.

Caliginis nomen vnde oriatur exponit Scalig. ad 2. de Plantis.

Caligo apud nos
- vel tantum excitatur ſuper fluuios, ſtagna, & valles.
- vel latius patet.

Eſt
- craſſior
- tenuior

- grandior
- minor

oritur
- vel inſenſibiliter.
- vel ſenſibiliter, interdum videtur & deprehenditur ſeſe pedetentim attollens, eo modo quo apud nos fumi.

Occupat
- vel *edita* non autem humilia loca, tumque leuior.
- vel *humilia*, non autem edita, vt montium cacumina.
- vel edita ſimul & humilia.

CAPVT VII.

De effectibus nubis.

Meteorologicæ è nube impreſſiones.

E nube
- accidentia, vt ſonus, iris, parelius, &c.
- ſubſtantia, porro
  - vel faceſcit in nebulam & aerem.
  - vel abit in pluuiam, niuem, grandinem.

Pluuia.

Pluuia dicitur quaſi fluuia. Definitur nubes in aquam ſoluta, & ſine congelatione decidens.

Effectionis motus intelligitur ex operculis ollarum, &c.

Pluuia { extraordinaria, vt cum pluit piſcibus, lapidibus, lacte &c.
vel ordinaria eſt frequentior, vſitatior. }

Ordinaria { calidior / frigidior } { dulcior / mollior } { diuturnior / minus diuturna }

Item { minutiorum crebriorumque guttarum.
vel grandiorum. }

Quidam vocant { imbrem cum minutiores
nimbum quãdo grandiores } guttæ: alij contra.

Quando pluit piſcibus, lapidibus, aliiſque rebus huius generis, credibile eſt vorticoſo aliquo flatu atque turbine fuiſſe rapta iſta in ſublime.

Ranæ tamen & piſciculi in ſublimi regione ex materia craſſiori & corrupta naſci potuerunt innatareque nubi humidiori, vt pituita in ventriculo innatans, nonnulla ciborum fruſta, vt per nauim vectores maris.

Si quando lacte aut ſanguine, aquaue lactei, aut ſanguinei coloris pluit, vapor eſt ſublatus è terris, & locis ſimili colore affectis.

Sũt tamen qui *crudiorẽ* pluuiam, vt & vrinam albam eſſe contra magis *coctam* rubere aſſeu erant.

Præſagia pluuiarum admodum varia, p. certæ quædam conſtellationes, atror & viror nubium, calor ſolis atque lunæ, coaxatio ranarum ſolito pertinacior, muſcarum, & pulicum ſolito acriores morſus, hirundines crebris volatibus aquas & terram radentes, ventus Auſtralis, fragor in arboribus, puluis ſimilrumque rerum ſpontaneæ elationes, ſtridor lucernarum accenſarum, torpens ignis, fidium remiſſio ſpontanea, affectus cicatricum & partium humidiorum corporis, anates ſimileſque aues roſtro pennas purgantes, lumbrici è terra emergentes, formicæ præter morem deliteſcentes, anſeres expanſis alis ſeſe crebro lauantes, oues auidiſſimè paſcentes, inſolitus galli cantus &c.

De Niue.

Materies niuium vapor, non tamen ſine exhalatione, cuius rei argumentum eſt niuis in aquam ſolutæ leuitas, impuritas, & vtilitas ad agros pinguiores fœcundioreſque faciendos.

Sunt qui ſuſpicantur nubem { primum ſolui in humorem.
deinde congelaſcere, fierique niuem. }

Alij probabilius { mediocri frigore nubem in aquam ſolui.
immoderato congelaſcere, congelatamque decidere floccorum more } contendunt, & ex pruinæ apud nos concretione colligunt.

Digitized by Google

Nix fœcundat agros { partim quia includit viſcoſum aliquid.
partim quia antiperiſtaſi fouet calorem terræ.

Impeditque quo minus fertiliores vapores atque halitus è terra effluant.

Nix *candida eſt*, vt & ſpuma, frigore in humorem incidente, vt & lumine. Color tamen verus, non fictitius tantum: ſed *rubeſcit* vetuſtate, quia pedetentim ſoluitur temperies neceſſaria ad candorem, deuoluiturque ad ruborem.

Aliquando tamen in Armenia etiam recens rubere dicitur. n. propter expreſſos ex minio vapores.

Ex niue vetuſtate tabida oriri vermes quoſdam auctor Ariſtoteles 5. de hiſtoria cap. 10.

Ex niuibus maiores fiunt inundationes, quam ex pluuiis.

Quando nubis opacitas ad candorem vergit, citra luminis maioris opem, niuem parturire dicitur.

Nix nubes ſpirituoſa conſtanſue ex vapore halituoſo, quæ antequam planè ſoluatur in aquam congelaſcit frigore, & in morem floccorum decidit.

De Grandine.

Grando definitur pluuia, quæ ſtatim atque è nube decidit, frigore conſtringitur.

Grando { durior } { maior, grandiorue.
mollior } { minutior qualis quæ februario menſe, conſueuit cadere, quæque videtur medium locum obtinere inter niuem & inter glaciem, grandinemque maiorem.

Quæ in terra grandini nonnunquam conſpiciuntur, vt pili, ea ſublata ſunt in aerem vnà cum vaporibus.

De grandine infra vbi de glacie: eſt enim grando glacies quædam.

CAPVT VIII.

De Rore, Pruina, Manna.

De Rore, & parietum madore &c.

Ros eſt vapor aliquantulum è terra eleuatus, & vi frigoris in tenuem liquorem nocturno maximè tempore reſolutus.

Parietum & ſimilium rerum ſpontaneus mador eſt aliquid affine rori.

De Pruina.

Pruina ſeſe fere ad rorem habet, vt nix ad pluuiam: videtur enim ros quidam aqueus, ſed concretus.

Pruina tamen videtur eſſe conſtituenda duplex dupliciſque modi;

Nempe

Digitized by Google

Nempe { vna niuoſa, quæ { non ex rore, aut vapore in aquam reſoluto.
ſed ex vapore concreſcente antequam aqueſcat.
altera glacialis quæ efficitur quando vapor ſoluitur in aquam prius quam concreſcat, & congeletur.

Pruina nomen habet *à perurendo*: & quidem plantarum humorē vrit ex Theophraſt. 5. de Cauſſis.

Agris tamen & arboribus, vt ros: ita pruina commodare conſueuit.

Diſtinctio roris.

Ros { vulgaris, de quo locuti ſumus, qui ferè eſſentialiter aqua.
minus vulgaris, ſiue potius vulgaris ſoboles..... *mel & manna.*

Neutrum hoc meteorologicum propriè. De vtroque tamen dicantur pauca.

De Melle.

Mel { vel cannarum quod idem eſt atque ſaccharum, non modo antiquũ verũ etiam noſtrate. De qua re lege Scal. exer. *164*. Dioſcorid. lib. 5. c. 7.
vel non, de quo legendus Ariſtoteles, Virg. 4 Georg. Varro, Seneca.

Mel vulgare hoc fere conſtat è rore quodam tenui, ſed viſcoſo tamen & pinguiori, propter aëreæ cuiuſdam ſubſtantiæ admixtionem.

Sed { vtrum iam confectum illud exprimant apes, congerantque in aluearia.
an vero proprietate quadam ſibi ingenita tanquam fermento rorē vulgarem in ſaporem mellitum mutent, diſſenſio eſt.

Illud tamen probabilius eſt *exportari* mel, non autem confici ab apibus.

Primò quia non quibuſcumque temporibus eueniunt rores, his mellificare conſueuerunt apes.

Deinde quia rore mellito roſcida plerumque, viſcidaque efficiuntur arborum folia, imo & capilli eorum, qui noctu nudato capite faciunt iter.

Mellis pars infima laudatiſſima, vt vini media, olei ſuprema: Itaque mel videtur magis *terrenum*, quàm aqueum, licet magis aëreum.

De origine ceræ iudicandum eſt vt de origine mellis, niſi materia diſcrepat.

Nec mel, nec cera, nec manna oritur ex rore mero, alioquin ex quouis naſceretur.

De Manna.

Quando vna cum vapore tenui, idoneoque ad procreationem roris attolluntur partes quædam ſubtiliores, humidumque aqueum valde excoquitur, efficitur ros quidam candidus, mellitique ſaporis, qui arborum ramis, lapidibus, ſimilibuſque rebus inſtar coriandri adhæreſcit, fit *manna.*

Manna etiam inuenitur nunc in Calabria, & alibi.

Manna cuius mentio in ſacris literis erat valde elaboratum, non tamen alterius naturæ; vt plerique volunt, lege Valeſ. cap. 57. de ſacra Philoſophia.

Digitized by Google

CAPVT IX.

De Glacie, grandine, cryſtallo.

Hypotheſes ad glaciei rationem indagandam.

Non remittit { neque frigus grauitatem / neque calor leuitatem } ſubiecti, ſed potius contrà.

Et tamen { glacies leuior videtur aqua, cum aquę innatet. / leuiſſima aqua, quæ ex niuibus & ſoluta glacie, congelatione minuitur aquæ mōles, ita vt ſolutione non reſtituatur. }

Solent quæ denſantur grauiora fieri, niſi quid accidat, quod grauitatem interturbat .p. aër in poros inſinuatus.

Aqua ex glacie & niue eſt impura, terrenumque aliquid videtur continere.

Si de faſtigio altiſſimæ turris fiant aquæ minutæ aſperſiones, cum ſæuiſſimum apud nos frigus, guttæ concreſcunt & congelantur antequam contingant terram.

Nec ſemper fluuiorum motus impedit quo minus frigore conſtringantur, cōcreſcant.

Nullum apud nos videtur occurrere ſpecimen aquæ, quæ propter nimium calorem circumiacentem conſtringatur, congeletur: è rebus noſtris & vicinis diiudicamus de alienis, de remotis.

Quædam concluſiones.

Prima. Aqua ex glacie mixtum eſt *imperfectum*, & impurius: *pura aqua* præ tenuitatem creditur gelu non poſſe conſtringi.

2. Sola aqua, ſolumque frigus, non poſſunt eſſe cauſa congelationis quādoquidem frigus auget grauitatem.

3. Opus exhalatione quadam terreſtri, calida tamen, vnde naſcatur leuitas: ideo ex ſoluta glacie halitus non pauci exſpirantur.

4. Opus item terreſtri halitu, vt concretio oriatur.

5. Opus humore ad continuitatem, frigore ad conſtrictionem, ferè tamen dum concreſcunt partes denſiores, concluſæ quædam tenuiores interioreſque aereſcunt, ne inanitas detur. Hinc in glacie pori aere pleni, quales in pumicibus, ſed non tam grandes, tam frequentes.

Quid glacies?

Glacies { generatim humor, aut ſuccus ſummo induratus & concretus frigore. / propriè aqua ſummo concreta frigore, ita vt calore facile ſoluatur. }

Glacies & terreſtris aqua, puta, humidior quàm vt conſtringi poſſit, aliquidue *aqua impura* proportione ſimile, vt vinum ex Cominci hiſtoria, 3. Georgicon vi frigoris concretum & conſtrictum.

Digitized by Google

Caduntque ſecuribus humida vina.

Ita vt qualitatem mutet, non eſſentiam (quod à cryſtallo, ſimilibuſque rebus diſtinguatur.)

Quæ autem cauſa efficit vt aquæ calidæ, coctæ facilius gelu contrahantur quam crudæ, eadem efficit vt difficilius mare conſtringatur quam aquæ cæteræ, contrahi autem multi ſunt authores, & celeberrima etiam ætate noſtra, maria glacialia congelantur quo minus abundent *exhalationibus*, quibus prohibeatur congelatio, frigus illic vehementius.

Tenuia quanquam frigida, non gelaſcunt facile, vt patet ex aceto.

De grandine.

Grando genus quoddam glaciei, quę concreſcat modo explicatu difficile, quia nubes gelaſcere non videtur poſſe, niſi in aquam ſoluatur.

In aquam ſoluta ſtatim decidit, quæ mouentur aquę videntur incaleſcere, nec facile gelaſcere.

A quibuſdam tamen creditur nubes congelari, antequam in aquam reſoluatur.

Verum ſi concreſceret in eum modum videtur nix efficienda.

Grando denſior, quam vt videatur prodire potuiſſe à vapore mero, nec ſoluto.

Si ſolida nubes conſtringeretur, non frangeretur in partes tam exiguas, quàm exiguæ ſunt grandinoſę pilulę.

Vapor nanciſci nequit tantam denſitatem quantam grandinis, niſi aqueſcat vt dilatentur quę igneſcunt, ita aerea & vaporoſa condenſantur dum aqueſcunt, &c.

Aliorum iudicio prius aqueſcit nubes quam frigore denſetur, ſed quęritur quid in aqua illa tantum excitet frigus, tantam condenſationem.

Infrigidatur { Ariſtoteli per antiperiſtaſim, calore regionis infra nubem conſtiturę. / aliis frigore regionis per quam prolabitur. }

Vtraque ſententia difficultatibus videtur obſideri.

Ariſtotelica, quia apud nos nunquam in eum modum congelatur aqua, & plerumque grandinis maior eſt moles, maiorque copia, quam vt credibile calore vllo excitatam.

Altera quia frigus congelationis & frigoris opifex in humore non videtur conſtitui poſſe, neque in ipſa nubium ſede, neque infra nubes, aqua non videtur poſſe congelari dum mouetur, neque ſuſtinere, & quieſcere poſtquam eſt facta.

Credibilius tamen regionis ſubiectę frigore tantum in humorem induci frigus, vt concreſcat & conſtringatur.

Obiectiones.

Cur non impeditur in aere, caſu & motu humoris congelatio? *Prima.*

Reſp. { primo hoc eodem telo impeti eos, qui calore & antiperiſtaſim pro cauſa congelationis proferunt. / ſecundo non impediri, quia frigus vehementiſſimum in ſubiecta regione. }

Forſan initio antequam frangatur aliquantulum ſuſtinetur nubes. certò motus in principio non ita vehemens, non ita concitatus, neque ſemper apud nos motus congelationem impedit, vt docuit hyems ſæuiſſima anni 1608.

2. Si regio infra nubem conſtituta tantum frigoris habet, quî per eam vapores potuerunt ad ſedem ſuperiorem ſine ſolutione euehi?

Reſpondeo ſubinde mutari conſtitutionem aëris, fieri potuiſſe vt antea cum vapores attollerentur in ea ſubiecta regione minus haberetur frigoris.

3. At aër æſtuoſus eſt cum prægrandis decidit grando.

Diſt. { apud nos in infima regione aëris. C.
{ at in ima parte regionis mediæ. N. proque argumento profero cacumina editiſſimorum montium, vt Parnaſſi &c.

De Cryſtallo.

Cryſtallus hic { non glacies quæuis, non vitrum purius.
{ ſed glacies quædam prouecta ad duritiem contumaciamque lapidis, ita vt nec facile ſoluatur igni, nec innatet aquis.

Cryſtallus ita induruit vt videatur planè terreſtris, humidique nihil reliquum obtinens. nam ſi comburatur tantum dicitur haberi cineris quantum cryſtalli appenſum erat.

Partim inuenitur in cauernis terræ vna cum metallis, partim eruitur pendens è rupibus.

Succus vnde cryſtallus debet eſſe aqueus & purior.

Succi tamen impuriores poſſunt in eum modum congelari, & indurati: ſed cryſtalli non ſortiuntur nomen, vt Melitenſes linguiæ. Legendus Scalig. exer. 119. Agricola lib. 6. de natura foſſilium & Fallopius &c.

CAPVT X.

De origine fontium, lacuum &c.

Sententia prima.

Imbrium, ſolutarumque niuium, & aquarum vim magnam recipi in cauitates ſubterraneas naturæ prouidentia excitatas, vnde ſenſim tanquam ex clepſidris anguſtos per meatus flumina, fontes & putei ſcaturiant veterum nonnulli ſunt ſuſpicati.

Quæ ſententia refellitur primò quia vix vlla pluuia vltra decem pedes madefacit terram, niſi arenoſa eſt.

2. quia fontes & lacus qui viſuntur in ſumma ferè planitie quorundam altiſſimorum montium inde oriri nequeunt.

3. quia montes pleri que rupibus tanquam corio ſunt obiecti, proindeque pluuiis aquis minimè peruij, qui tamen ſcatent fontibus.

Digitized by Google

4. quia nec pluuia ſufficere poteſt tot tantiſque fontibus ac pluuijs, nec terra capere ſpeluncas, quæ ſufficiant potiſſimum vbi pluuiæ rariſſimę.

Sententiæ Ariſtotelis.

In terræ cauitatibus aquæ gignuntur *aeris & vaporum* qui ſunt illic copioſi *concretione*, ibique multarum guttarum concurſu continenti riuuli fiunt, qui per meatus aliquos erumpunt, fonteſque procreant, ac fluuios.

Omnino { vt à vaporibus aeris pluuiæ, niues, grandines, &c. ita à vaporibus intra terram conſtitutis aquæ fontanę, puteales, &c.

Hæc ſententia fere iudicatur parum credibilis, primò quia lacus & fontes inueniuntur in cacuminibus editiſſimorum montium, quibuſque altior nullus eminere videatur, quanquam arte illic & induſtria poſſunt & ſolent excitari lacus & aquarum pluuiarum receptacula, potiſſimum vbi fontium puteorumque inopia.

2. quia non videtur tanta vis aquæ quantam profundunt fluuij, & fontes inde poſſe promanare.

3. quia non videtur poſſe ſuffici aeris ſatis in vaporum concreſcentium locum.

4. quia hyeme ſubterranea calent.

5. quia non facile declarare vnde vapores noui ſufficiantur perenniter, & æquabiliter ad perennitatem, & ęqualitatem multorum fontium.

Sententia Platonis ex Phædone & Ariſtotele 2. Meteor.

In magnum baratrum & receptaculum ſiue mare omnia confluunt flumina, atque *inde* rurſus effluunt, quæ ſententia congruit cap. 13. Eccleſiaſtici.

Diuiſio quæſtionis ex Scalig. exerc. 46.

Aqua fontium, fluuiorum, lacuum, &c. in duas partes diducenda. Vna enim *eſt perennis*, & ferè ęquabilis: altera *non* item.

Vna manifeſto oritur ex *ſolutis niuibus*, atque imbribus: altera *è terra* per apertam ſcaturiginem, vel per occultos meatus prodit, niſi illic ſtagnat.

De extraordinariæ illius origine ambiget nemo.

Quærimus illud vnum vnde ordinaria oriatur, quæ ſicciſſima etiam eſt æſtate.

Sententia probabilis.

Fieri poteſt, vt ex pluuijs, niuibus, grandinibuſque ſolutis nonnihil in meatus & ſpecus ſubterraneos inſinuetur, maxime per terram ſpongioſam, vt conſtat ex inſpectione cauernarum, quas ſubeas poſt diuturnos imbres.

Digitized by Google

Item ex vaporum in locis ſubterraneis concretione, aliquid aquæ prouenire poteſt, vt in antris prouenire deprehenditur.

Sed hæc nihil ad copiam & magnitudinem fluuiorum fontiumque, maxime vbi & quando diutiſſime caretur pluuijs.

Terra { qua parte non eſt altior maris ſuperficie, marinis aquis irrigari poteſt, vt fluuiorum aquis agri adiacentes.
qua parte altior eſt maris ſuperficie, quomodo irrigetur quæritur. }

Fatendum quod quotidianis puteorum foſſionibus deprehenditur in ſubterraneis ſpecubus, & potis magnam vim aquæ paſſim contineri: ita vt plerumque extet non modo ſupra mare, verum etiam ſupra planitiem camporum circumiacentium, vt quando colles ac montes ardui ſunt, vt mons Martyrum.

Nam quoties fodimus, poſſumus tandem deuenire ad irriguam terram multis madentem aquis, ſed fere altiorem campis circumiacentibus, dum in montibus fodiuntur putei.

Non negandum ex eiuſmodi lacubus initio mundi propter vſum & neceſſitatem excitatis & manaſſe initio, & manare etiam nunc paſſim fontes & fluuios.

Sed quæritur quid illis ipſis lacubus & meatibus, vt & fontibus impeditis ſuppeditet ſufficiatque aquas ad perennitatem, iampridem enim fuiſſent exhauſti niſi aqua perennitet ſufficeretur, quod ſi exhauſti non forent, ſaltem in dies minuerentur fontes.

Multi exiſtimant à mari per vallos anfractuoſoſque meatus vel canales & quaſi tubas partim initio à ſummo Architecto coaptatos, partim deinde excitatos emanare aquam.

Faciunt ad ſententiæ confirmationem primò teſtimonia auctorum grauiſſimorum.

2. neceſſitas cum abſurditate & inſufficientia aliarum opinionum.

3. ſalſugo ac æſtus quorumdam puteorum, fluuiorum.

4. fluuiorum ingentium cum ſiccitate maxima diuturna perennitas.

5. mare nunquam redundans, ideoque remittens tantum quantum immittitur.

Explicatio poſtremi argumenti.

Aquam aſcendere per meatus ſubterraneos.

Ne redundet mare remittere ac reponere debet quicquid in ipſum delabitur aquę, tantum remittit quantum admittit.

Delabitur autem { non tantum extraordinaria fluuiorum fontiumque, &c. aqua, quę manifeſto à nubibus prodit.
verum etiam ordinaria, ideoque hæc à mari. }

Porro { vt per nubes remittat ordinariam, & ordinariæ partem.
magna tamen ordinariæ pars non naſcitur à nubibus, vt ſupra declaratum. }

Reliquum ergo eſt vt per aliam viam, quam per nubes à mari remittatur aqua,&c.

Sane non plus per nubes remittere debet, quam per nubes accidit, alioquin in annos nubes augerentur, mare minueretur, &c.

Obiectio præcipua.

Terram qua parte non eſt elatior maris ſuperficie, marinis aquis irriguam eſſe non incredibile eſt, cum fluuij in terra circumiacentes eum in modum videantur inſinuari.

Verum lacus noſtratium puteorum, & ſcaturigines vnde prodeunt fontes ac fluuij mari ſunt altiores.

Ergo à mari non deriuantur flumina, & fontes, cum in illud ſponte exonerentur, neque aqua altius ſcaturigine ſua euehatur ſponte, ſi tollatur periculum inanitatis, id hic offenditur nullum.

Vt complectar verbo, aqua non ſolet, nec poteſt aſcendere, aſcenderet autem ſponte ſi à mari promanaret ad fontium ſcaturiginem: ergo.

Reſpondendum eſt aquam marinam non ſponte aſcendere, ſed vi quadam atque impetu attolli illud, verum quæritur cauſa cur aqua maris aſcendat.


Quem ob finem illuc aſcendat marina aqua notum, & quæritur principium effectiuum illius motionis, quæ præter naturam, & grauitatem terræ.

Sententia D. Thomæ.

Spongioſa eſt terra, aſtra verò vi attrahendi pollent, hinc fit vt per meatus ſubterraneos ad ſcaturigines euehatur aqua marina, quę per terram fuſa quatenus non eſt elatior mari.

Sententia Scaligeri.

Si vas vniforme, & aquæ plenum habeatur, vt vulgaris ſitula & cylindrica, cui tubuli vtrimque ab imo aperti & cõperforati ſint applicati altiuſque ſublati, immittaturq; in vas vacuo æqualis mola, aliquidue aliud quod premere poſſit, prematurque aqua, ſanè effluet ad loca ſcaturigine ſua longe altiora per tubos illos.



Google

Sed { mare eſt inſtar huius vaſis.
meatus ſubterranei inſtar tuborum comperforatorum.
aqua maris ſuperior in inferiori incubans eamque ſuo pondere premens }
obtinet inſtar lapidis atque molæ comprimentis: ergo neceſſe eſt per canales ſubterraneos altius origine ſua maris aqua euehatur.

Admonitio.

Si in locum lapidis aut molæ ſuccedat aqua pondere æqualis fallax argumentum, vt conſtat ex ſermone de grauitate, & quotidianis experimentis. Non enim aqua ſuperior innato pondere inferiorem ita premere poteſt in vaſe vt per circum aptatos tubulos altius origine ſua perenniter aut diu attollatur, ſed eò tandem deueniet, vt abſit à cẽtro vndiq; & æqualiter.

Veriſſimilius ergo eſt euehi per tubos ſubterraneos, & terras ſpongioſas ad editiora quæque loca, marinas aquas non natiuo pondere aquæ incubantis, ſed impetu illo quo mare agitatur fluctuat, ſurſum tollitur, ac deprimitur.

Queadmodũ enim euenit vt in organum pneumaticum hic intruſus aer trudat inferiorem aquam, per quam aptatum tubum ſurſum propellat:

Ita impetus quiuis ſatis magnus impreſſus mari per aptatos à natura tubos, ſpongioſaſque terras aquam egerere videtur poſſe.

Concluſio. Quare à mari oriuntur fontes & flumina magna ex parte occultos per meatus: idque ita vt aſcendat aqua, non deſcendat queadmodum deſcendere putant qui Oceanum terrã fingunt altiorem, lapſuque fluuiorum refelluntur.

Aſcendit autem quia propellitur ſuperiori mole, lineaque, non tamen per ingenitam ipſius grauitatem, ſed per impetum illum quo agitatur atque æſtuat.

Hæc aſſertio tamen hoc incommodi habet, quod ſi quieſcat mare, tollatur mane æſtus, ceſſatura eſt illa aquarum eructatio. Si aſtra tollunt aquas, credibile eſt prius conuertere in vapores, & hoc modo accedet ad ſententiam Ariſtotelis.

Aliæ obiectiones.

Si à mari oriuntur fontes, cur pauci ſalſi? R. quia marina aqua percolata ſalſuginem deponit, aut depoſuit vt perſpicuum eſt, tum ex puteis qui inueniuntur in litoribus, tum ex marinis aquis cera percolatis; adde quod fundus maris dulcior exiſtimatur.

Item quemadmodum aqua ſalſa conuertitur in vaporem ſubſidet quod ſalſius, abiit quod dulcius, &c.

Quæ aquæ ſalſuginem retinẽt minus bene percolatæ. Salſugo tamen fontium & puteorum aliunde quam à mari prouenire poteſt. p. à nitro & ſale foſſili.

Qui

Quî per tubos aqua percolari poteſt? Reſp. naturam pro tubis & canalibus vti terris ſpongioſis.

Cur pauci fontes æſtuant maris more? Reſp. æſtuare eos tantum qui meatus habent minus anfractuoſos.

Cur fontes plerique deficiunt? Reſp. deficere aut quia meatus per quos à mari erumpebant obſtruuntur: aut quia aqua alio euocatur & deriuatur.

Cur aliquando noui erumpunt fontes? Reſp. quia noui meatus excitati, aut veteres ſcaturigines obſtructæ, obturatæ.

Cur quidam non perennes? Reſp. quia æſtiuo æſtu multum etiam intra terram conſumitur aquæ.

Adde quod deficit ea pars aquæ quæ prodibat à pluuiis ſeſe in terras inſinuantibus.

Quare lacus ſubterranei in mare non deuoluuntur per eoſdem canales, per quos ſunt euecti?

Reſp. cauſſam videri duplicem. n. perpetuam ſubitamque reciprocationem marini impetus, & naturam terræ quæ facilius ab inferiori parte admittit humorem, quàm remittit: vt perſpicuum eſt ex ſtagnis quæ iuxta fluuios in humilioribus locis per meatus terræ efficiuntur, hæc enim creſcunt ad menſuram fluminis, vt & aquæ in vinarias cyſtas & cellas admiſſæ, ſed tardius decreſcunt, nam aqua decidens ſeu nitens ad interiora pondere & fæce meatus obſtruit.

Cur non mare exhauritur perpetuâ procreatione & profuſione fontium & fluuiorum? Reſp. quia quod dedit, accipit rurſus.

Montes quidam altiſſimi ſunt. Reſp. ingentem eſſe impetum, quo cietur mare.

Credibile eſt ſupremam terræ partem, quatenus tamen non eſt elatior maris ſuperficie, irriguam & aquis ſtagnantem eſſe.

Reſp. { forſan vbique non eſſe.
ſi vbique ſit aliunde quam à mari videri repetendam cauſſam ſalſuginis fontium & puteorum, inde tamen ſuperiores aquas videri tollendas vi aſtrorum impetuſue maris. }

De origine Nili & incremento.

Variæ ſententiæ de Nili ortu & incremento legendæ ſunt apud Solinum, Plutarchum, Plinium, Vitruuium, Dionem, &c.

Ex *Abyſſinorum* regione oritur, vt deprehenſum:

Illuc è *Terreſtri Paradiſo* per meatus ſubterraneos deriuari dicitur.

Augetur poſt ſolſtitium æſtiuum 40. aut. 35. diebus, ita vt ſæpe ad ſexdecim cubitorum altitudinem in Ægypto intumeſcat, & attollatur.

Quæruntur incrementi cauſæ

Cauſſa { non *Cteſia* tantùm curſum eius inhibentes.
non ſolutio Æthiopicarum niuium ſub Capricorno, quæ aut nullæ ſunt, aut paucæ.
ſed pluuiæ Trogloditicæ regionis & Eteſiæ nubes illuc propellentes à Septentrione, quemadmodum auſter ad nos propellit à meridie. Legen-

dus Scal. exerc. 47.

Nigri fluminis eadem natura quæ Nili. ſunt & in America fluuij, qui conſi-inuiter incrementum capiant. de quibus Acoſta lib. 3.

Extra torridam Zonam in quaque regione fere plus nubium, pluuiarum, aut niuium quando ſol eſt in Cancro, vt plurium ſub Capricorno quando in Capricorno ſol eſt.

Veteres ſentiebant aliter: ſed experientia coarguit eorum opinionem.

Cauſa repetenda partim à ſole attrahente, & diſſoluente, partim à ventis nubes impellentibus, partim à locorum & terrarum ſitu, & conditione, vicinia, diſtantiaue maris: forſan etiam ab Empyreo Cœlo.

Etenim regionum eodem paralello ſubditarum quædam pluuiis abundant, ſtatis temporibus: quædam pluuiis quæ feræ carent, vt conſtat ex narrationibus.

Ceterum fluuiorum longiſſimus iudicatur *Nilus*, ampliſſimi & latiſſimi in America, vt fluuius *Amazonum*, & *qui argenteus* dicitur.

CAPVT VLT.

De Aquæ & Terræ permutationibus, natantibus terris, aquis mirabilioribus.

De Aquæ & terræ permutationibus, & eluuionibus.

Cataclyſmi ſiue eluuiones ſunt *generales*, aut *prouinciales*.

Generalis extitit vna eaque non ſolius naturæ operà: ſunt enim elementa commenſurata, &c. ſed ope Dei extraordinaria apertis cœli cataractis, & nubibus procurata.

Prouinciales	anguſtiores	pertinaces, aut conſtantes.
	aut latiores	aut non pertinaces.

Eluuionum exempla protulerunt Cato, Solinus, Fabius pictor, Iſidorus. Cataclиſmis quædam terræ à ſe inuicem feruntur ſeiunctæ, vt Calpes & Abila, ſeu columnæ Herculis, Sicilia, & Italia, Cypris & Syria, Eubœa & Bœotia, Leſbos, & Bithynia, &c.

Sed alia ex parte pleræque terræ è mari dicuntur emerſiſſe, vt Ægyptus opera Nili limum conuehentis, Rhodus, Delus, &c.

De natantibus.

Si coniuncta olim Africa fuit cum Hiſpania, Calpe cum Abila credibilia ſunt quæ narrantur à Geographis de anchoris inuentis in Africæ montibus.

De natantibus inſulis.

Mari quædam inſulæ dicuntur natare, de quibus Seneca, & Geographi. earum rationem vt intelligamus cogitanda, quæ ſuſtinere poſſunt impoſitum onus, & aquis innatare, vt ligna, pumices & conſimilia.

De aquis mirabilioribus.

Aquarum mirabiliorum hiſtoria difficilis, ætiologia difficilior. pauca è multis decerpamus.

Nilus & Niger celebrantur propter *crocodilos*, hippopotamos, incrementum cum Sol in Cancro, aut egreſſus Cancrum.

Auriferi fluuij vulgatiſſimi vel apud Poëtas.

Lacus in ſumma montis Seneſij ſuperficie, (in Alpibus) vt & aliorum montium.

Lemanum lacum ita peruadit Rhodanus, vt permiſceri non videatur.

In Alpibus vt & in Pyreneis montibus plerique fontes procreant *ſtrumas*, quarum aquæ frigidiſſimæ & aliqua ex parte ex ſolutis niuibus.

Clitumnus candidos boues reddit, ſi creditur Propertio, affines ſunt Melas, Crathis, Cephiſus, Xanthus, & Clazomeniorum, Cretriorum, Laodiceorumque fontes quidam, atque flumina; in Ponto fluuius quo itrigui campi faciunt vt quæ illic paſcuntur oues *lac nigrum* ferant.

In Boemia fons *vinoſi ſaporis*, vt olim in Andro, Naxo, Paphlagonibus; ſapor à mediocri ſulphure oriri dicitur, qualis etiam in quibuſdam fontibus noſtratibus celebratur.

Fons quidam Niuernenſis dicitur & vini ſaporis eſſe, & perpetuo ebullire: quia. n. aliquid aeris euehit perenniter.

Fontes à *radicibus* plantarum & à *terris* ſaporem contrahere poſſunt, vt & à *metallis.*

Fons *Solis* in Lydia { interdiu *frigidus* / noctu *calidus* } qualis etiam apud Garamanthas.

Cur algeant interdiu, id in cauſſa videtur eſſe, quod eorum aquæ feruntur per cauernas quaſdam, in quas noctu virtute frigoris coguntur per antiperiſtaſim, multæ exhalationes, quæ accenſæ calorem illum excitant.

Quidni vt in nobis ſtatis temporibus accenduntur febres quotidianæ, quartanæ, &c. ita etiam & intra terram conſimile aliquid euenire poſſit?

Salmacis Cariæ fons *libidinem accendit* teſte Ouid. 5. Metamorph. ſed reclamante Strabone: ſimiles tamen alij celebrantur, vt & contrà alij *libidinem extinguere* dicuntur.

In Arcadia aqua quædam quæ neque *conſeruari, neque retineri*, neque *deferri* poteſt niſi *mulina vngula*, quæ eſt viſcoſa admodum, ideò aqua illa creditur calcantho infecta eſſe, aqua enim ex calcantho maximè rodit: ea Arcadica aqua, nec ſapore, nec odore notabilis, mortifera eſt, hauſtaque protinus inſtar gypſi induratur.

Lapideſcentes aliæ aquæ variæ celebrantur, vt apud Cicones teſte Ouid.

Flumen habent Cicones, quod potu ſaxea reddit
Viſcera, quod tactis inducit marmora rebus.

Cicones autem Thraciæ populi ſunt ad montem Iſmarum.

Fons lapideſcens in Allobrogibus non procul à Vienna.

In Armenia fons triplici inſignis nomine { perpetuò commouetur. / lapideſcit. / picem producit. è radicibus picearum arborum emendicatam. }

Fertur etiam in Scotia flumen in quod ſi demittatur longum lignum,

Ita vt pars eius { quædam in fundum ipſum & limum adigatur. / quædam intra aquam contineatur. / quædam extet. }

Prima euadit *ferrum*, ſecunda *lapideſcit*, tertia remanet *lignum*.

In promontorio ſanctæ Helenæ fons bituminoſus.

In Perſia fons cuius calidæ interfluendum in rupem conuertuntur: hæ mortiferę ſi potentur, quia indurantur, &c.

In Thracia fluuius cuius aqua hyeme *grauior* duplo, quàm æſtate.

In Dodone fons qui meridie deficit.

Dodoneus fons Aegypti celebratus faces { accenſas extinguit ſi immergantur. / extinctas accendit, ſi extrahantur. }

Nec diſſimilis in Sabaudorum finibus: ſed opus eſt viſcoſis facibus, neque diutius in aqua continendæ ſunt.

In Illyricis ſupra fontem frigidiſſimum quędam extenſæ veſtes accenduntur, p. vehementi æſtu ex antiperiſtaſi.

Mortiferæ plurimæ aquæ, vt apud nos in agro Montepeſulano.

Tres fontes in eodem colle mortiferi: vt ſine remedio, ita ſine dolore.

In Alpibus lacus *ſterilis* ex vno latere, ex altero *fœcundus*: cuiuſmodi ſtagnum in Sicilia memoratur à Pindari interprete.

Varietas à *fundo & ſolo repetenda*, vt & in mari quod hîc fœcundum, alibi ſterile, hîc genus piſcium profert, alibi aliud.

In Sicilia fontes duo celebrati, quorum vnus *fœcundat*: alter inducit *ſterilitatem*.

In Arcadia aliquis fertur *abortum* impedire.

In Aethiopia fons quo tanquam oleo niteſcunt corpora.

In Hungaria fons quo ferrum conuertatur in cyprum.

Quidam fontes omnia *reſpuunt*, quidam omnia *abſorbent*.

In Aethiopia fons cuius aqua *ardere in lucernis* dicitur.

In Valentiæ regno fons fertur ad quem qui accedit ridibundus offendat non ſcaturientem, qui ſine riſu ſcaturientem.

De lacu quodam apud lucernam Heluetiorum lege Vadinum in Pompo. Melam.

Boryſtenes dicitur alere piſces deſtitutos oſſibus. lege Plinium, Strabonē, &c.

In Sicilia fons qui tibiæ ſono exturgeſcit & extremiſcit.

Quidam fontes cum ſemper *abundent*, nunquam tamen *effluunt*.

Crater Turingiæ nunc intumeſcit, nunc reſidet, vt nonnulli putei.

In Cantabria tres fontes ſæpius *ſingulis horis exſiccantur.*
Fons in Armenia, qui ingerit tædium vini, vt & Clitorius lacus. Vndè Ouidius 15. Metamorph.

Clitorio quicunque ſitim de fonte leuauit,
Vina fugit, gaudetque meris abſtemius vndis.

Ex duobus fontibus Bœotiæ { alter *obliuionem* inducit, alter *memoriam* iuuat.

In Coo inſula fons qui *ſenſus hebetat.*
In Æthiopia fons qui ad *inſaniam adigit.*
Multi fluuij ac fontes ſeſe terra occultant, vt Timauus Venetiæ fluuius, Padus, Anas, Cadmus, Eraſinus, Lycus, Rhenus, Danubijque pars, & plerique Africæ fluuij.

Ex ſeſe occultantibus aquis { quædam non emergunt. quædam contra, & nonnullæ etiam vltra maria emergunt, vt Aretuſa & Alpheus.

Fontes multi *medicamentoſi* etiam ſi frigidi multi ex his illuminoſi & ſapore conſimiles ſcripturis noſtro atramento.
Thermæ celebriores, quæ petantur ex Geographis, &c.
Sæpè Thermæ vicinæ ſunt ſcaturiginibus aquæ frigidiſſimæ.
Montes multi, puteique ſalſi, vt in Sequanis, Leucis, &c. De ſalſugine infra.

APPENDIX AD TRIA PRIMA CAP. LIB. II.

Seu breuis diſputatio de Mari.

De ortu Maris, et nomine.

Conſulenda doctrina de nominibus aquæ, deque ſalſugine.
De ortu maris iudicandum vt de origine mundi, & elementorum.

Eſt-ne idem nunc mare, quod ante fuit?

Conſulenda doctrina de generatione, corruptione, mutatione, & perpetuitate elementorum.

Eſt-ne mare elementum?

Elementum eſt ſed impurius eum ad modum quem expoſuimus.

Maris locus, ſitus, magnitudo.

Mare { quatenus aqua ſeu aquarum congregatio debet occultare terram non tamen ſitam eo modo quo nunc eſt ſita. quo vero nomine factum eſt propter res mixtas, maximéque pro-

Digitized by Google

pter hominem non debuit. Conſulenda doctrina de ſitu terræ.

De magnitudine & ſitu aquæ alibi. An terra vniuerſa cingatur mari, terræque omnes ſint inſulæ Geographi quærunt: certe ſine terra poteſt circumnauigari.

Cur non redundat mare?

Non redundat propter ordinem elementorum, cauſſarumque naturalium, & quia tantum remittit, quantum accipit.

Fieri poteſt vt aliquando intumeſcat, v.g. in nouilunijs, plenilunijs, æquinoctijs, &c. ſed eadem viciſſitudo decrementi.

Cur maritima loca calida?

Veriſſimillima cauſſa *antiperiſtaſis*, & *craſſities aëris*: ſi lagena vitrea impleatur aqua frigida, pannoque mundo obuoluta ſoli exponatur, pannus aduretur: ſin autem impleatur calida, non aduretur.

Variæ maria, varia nomina.

Maria tria *Oceanus*, *mare Mediterraneum*, & *Hircanum* quibus adiunguntur lacus, Iordanis, Mare mortuum.

Mare Hircanum idem quod Caſpium. Hoc vndique cingitur terris, ſi coniungitur cum alio mari coniungitur per meatus ſubterraneos: quanquam quod eget coniunctione, fieri poteſt vt ſeruetur ſine illo commercio, eo modo quo reliquum mare.

Ad Oceanum reuoco Sinum Perſicum, Arabicum, & conſimiles.

Maris varia nomina {
- à regionibus, vt Balearicum, Gallicum.
- ab effectionibus & euentis, vt mare glaciale, Helleſpontus, fretum Magellanicum, &c. Conſulendi geographi.

Sed aduerte aliud eſſe mare, aliud hoc mare.

Eſt-ne pinguis marina aqua?

Eſt primò quia facilè accenditur, &c.

Secundò quia non facile exſiccatur.

Tertiò quia nitorem pannus conciliat.

Poſſunt-ne ali plantæ marina aqua?

Quidni poſſint, cur non inde vt piſces, ita plantæ?

Negat tamen Plinius, ſed firmat Scaliger cum alijs, & experientia.

Sed {
- plantæ non attrahunt niſi partes tenuiores, dulcioreſque, vt nec piſces.
- Plinius de plurimis non quibuſuis plantis intelligendus.

De Motu maris.

Varij locales motus, nixuſque maris.

Mare ad centrum tendit naturali pondere, & grauitate.

Mare plerumque ventis huc & illuc agitatur.

Interdum in malacia perindè agitatur in quibuſdam tractibus, atque ſi ventis infeſtaretur apertis, cuius rei cauſſa refertur in ventos quoſdam prodeuntes ſubterraneis è ſpecubus, vndè & ebullitio ſpumaque oritur.

Digitized by Google

Maria, vt fluuij ſuos habent vortices, atque gurgites .p. Charibdim: ſunt alia altiora alijs, vt fluminis eiuſdem partes.

Vt fluuij cum in ſinus quoſdam delabuntur, quaſi gyro circumagũtur, dum aqua ingreditur per vnum latus, egreditur per alterum.

Ita & mare dum ſecundo aliquo curſu fertur .p. ab Oriente in Occidentem, à Meotide palude, ad columnas Herculis ſi diuertit in ſinum aliquem .p. in Adriaticum, Arabicum, &c. offendens litus à quo reflectatur, recurrit & circumagitur.

Cuius motus cauſſa eſt reflexio, quæ occurſantium littorum procuratur opera.

Ideò qui nauigat {
- Venetias legit litus Macedonicum.
- Venetijs legit Italicum litus.

Mare à Septemtrione ad meridiem æquatoremue potius fertur, vt perſpicuum ex Meotide, ponto Euxino, Propontide, omninò à polo ad æquatorem.

Cauſa referenda {
- partim in locorum Septemtrionalium altitudinem.
- partim in multitudinem pluuiarum, niuium, fluuiorumque borealium, polarium, ac magnitudinem quibus mare intumeſcens neceſſe eſt delabatur verſus æquatorem intra partem.
- partim in paucitatem vaporum, qui euehuntur à mari Septemtrionali, & copiam vaporum qui educuntur ex aquis calidiorum regionum.

Adiungi poſſunt anguſtiæ maris .p. propontidis, &c.

Sed cauſſæ videntur coniungendæ non ſeiungendæ, ne talem motum à meridie verſus æquatorem cogamur fingere, &c. qualem obſeruamus à Meotide ad Ægeum mare, &c.

Quanquam fortaſſe ſimilis licet non æquè ſenſibilis.

Mare Mediterraneum inſtar ingentis lacus in cuius latus vnum .n. Septemtrionale, plus à natura infunditur aquæ, quam vaporis oriatur, in altetum contra: Itaque neceſſe eſt vt à Septemtrionali fluat ad alterum latus.

Mouetur tum Oceanus, tum Mediterraneum mare ab Oriente in Occidentem.

Deprehenditur is motus tum ex nauium in malacia ſumma verſus Occidentem declinatione; tum ex eo quod non pari celeritate licet æquali vi venrorum itur ab Occidente ad Orientem .p. à capite bonæ ſpei ad Indias; ab America ad Hiſpanias, & redditur motus his inæqualis pro locorum varietate celeritatis.

Cauſſa eius refertur ad diurnum ſolis, lunæ, & cœli motum.

Pręterea in Mediterraneo mari ad ea quæ indicauimus.

Inæqualitas ad alueorum maris inæqualitatem referenda.

Vada quæ in Oceano plurima reflectunt litorum more: ſed omnium motuum maris celeberrimus æſtus ſiue motus reciprocus,

Digitized by Google

qui continetur fluxu & refluxu, curſu & recurſu, incremento & decremento.

Is magis ſentitur ad litora, quam in medio maris.

In quibuſdam tractibus vix ſentitur vt in Liguſtico mari. in alijs contra.

Quomodo mare feratur ad montes quæſiuimus ſupra.

Item quomodo ad nubes nubiumue regionem.

Æſtus varietates.

Æſtus maris valdè compoſitus eſt dum complectitur quicquid in mari inuenitur motuum citra ventorum impetum.

Propriè ſignificat motum qui continetur acceſſu & receſſu, cremento & decremento.

Diſſoluitur in { *ſemeſtrem* / *menſtruum* / *diurnum* } { fluxum / refluxum } { crementum. / decrementum. }

Semeſtris in eo cernitur, quod in æquinoctijs & lunationibus Martijs & Septembribus æſtus ſint longe vehementiores.

Creduntur autem eſſe quia tunc luna magis viget, caloreque ſolis Oceanus (totius molis non vnius partis habemus rationem) intumeſcit.

Menſtruus in eo ponitur quod in nouilunijs & plenilunijs maiores æſtus quam in dichotomia lunæ: ita vt in plenilunijs magis turgeant maria quam in nouilunijs, licet in quibuſdam locis .p. ad littora Indij fluuij res contra habeat.

Huius autem menſtrui motus & tumoris cauſſam alibi attigimus.

Diurnus ſupereſt quo horarum circiter viginti quinque ſpatio die lunari incrementum & decrementum, ſiue æſtus alicubi ſæpius quam bis .p. ſepties vt in EuripPo accidit, in pleriſque duntaxat locis bis: ſed valdè inæqualiter pro locorum ſitu, &c.

Inæqualiter primò quia interdum incrementi tempus æquat tempus decrementi, interdum ſuperat, &c.

Secundò quia hîc magis, illic minus incrementum eodem viſitur die: acrior hic impetus, illic ſegnior.

Tertiò quia hîc duo tantum reciprocationes abſoluuntur vno die, illic plures.

De cauſſa huius diurni æſtus.

Sententia prima quæ Stoïeorum.

Mundus animal, ſuæ illi ſub Oceano nares quibus ſpirando reſpirandoque efficit æſtum. Quæ ſententia ridicula.

Sententia ſecunda.

Venti è contentis ſub maris ſpecubus erumpunt, erumpenteſque efficiunt æſtum; hæc ſententia refellitur.

Primò quia { certi ſtatique effectus certa ſtataque cauſſa aſſignanda. / æſtus certi ac ſtati, ventorum flatus eſt incertus, & inconſtans. }

Secundò

Secundò quia non videtur poſſe ſatis flatuum ſuppeditari, nec explicatur quid ſuccedat in flatuum locum.

Tertiò quia non cernuntur venti è mari erumpentes, ſpumaſque & ebullitionem facientes.

Quartò quia in ventorum ſpecus magnam maris & terræ partem decidiſſe oportuit.

Sententia tertia.

Habent ſe { vt in animalis corpore febrium periodi, & circuitus.
ita in mari æſtus.

Vt illic per ſtata interualla colliguntur humores, collectique excitant febrem, & pedetentim diſſoluuntur, rurſuſque colliguntur: ita & in mari vapores, &c.

Quę ſentētia refellitur quia mare nunquā *quieſcit*, ſemper currit, aut recurrit.

Sententia quarta.

Dum Tartareum Barathrum fons ſuę omnium aquarum euomit reſorbetque aquas, fit fluxus & refluxus.

Sententia quinta quæ Ariſtotelis.

Ariſtoteli ſi creditur Plutarcho, &c. Sol eſt cauſſa marini æſtus.

Sententia ſexta.

Sua mari *proprietas* ineſt præter grauitatem per quam nactum idoneum locum ſeſe agitat & commouet: ad hanc ſententiam diuertunt aliqui, ſed nihil habet probabilitatis primò quia mare eſt corpus ſimplex, &c.

Secundò quia ſi fodiatur aliquis locus, & lacus, in eumque marina aqua inijciatur, non æſtuabit.

Sententia ſeptima.

Mare *virtute cœli* mouetur ab Oriente in Occidentem: ſed *occurſu litorum* excitantur æſtus, ſeu acceſſus & receſſus ad eum modum quo in fluuijs, ad eorum ripas.

Sententia octaua eaque multiplex.

Luna maris efficere æſtum à pleriſque creditur.

Efficit { vel ſola, vt multis placet.
veladiuta lumine ſolis, aliorumque ſyderum, vt alij volunt.

Item { vel motu & lumine ſuo.
vel motu & influxu.
vel denique motu, lumine, influxu.

Diuiſio quæſtionis & explicatio.

Aqua res eſt ſine controuerſia haud difficulter mobilis.

Mouetur in vaſis fundo impetu labris impreſſo, quamuis non moueatur aër.

Æſtuat mare ne *putreſcat*, vt purgetur, vt nauigationi commodet: forte etiam vt ad fontes aquæ euehantur.

Digitized by Google

Ad æſtum neceſſaria eſt opportunitas aluei, huiuſque varietas efficit reciprocationis ceſſationem, crebritatem, raritatem, varietatem.

Quęritur cauſa effectrix huius motus, qui { vel naturalis. / vel violentus. / vel mixtus.

Si *naturalis*, fortè confugiendum eſt ad occultam quandam proprietatem.

Sed veriſſimilius eſt hunc motum non eſſe naturalem, ſaltem qua parte mare ſequitur motum lunæ.

Quod ſi ita eſt, luna videtur cenſenda cauſſa cum aquæ ingenita grauitate, quæ facit vt elata deprimatur, pulſa reuertatur: quare motus mixtus.

Cur luna videtur cauſſa æſtus?

Videtur primò quoniam *humida* creduntur eſſe ſub præfectura eius.

Secundò quia vt conuerſio lunæ diurna abſoluitur ferè 25. horis, ita & ferè bini æſtus aut ſepteni.

Tertiò quia menſtruus lunæ curſus menſtruum æſtum videtur moderari: licet non ſemper creſcente luna creſcat ęſtus, decreſcente decreſcat.

Qua virtute?

Motu lunæ opus, itemque lumine: ſed adiuto ſolis aliorumque ſyderum præſertim aquaticorum virtute.

Opus pondere ipſius aquæ, quo recurſus aduerſus impetum lunarem procuretur.

Addenda forte lunæ influentia.

Varia problemata de æſtu & motu maris.

Primũ In explicando æſtu quænam potiſſimum cauſſæ inueſtigandæ, aut quarum rerum?

2\. Reſp. reciprocationis, varietatis, celeritatis, contrarietatis priuationeſque ęſtus.

Quare ſenis fere horis finitur curſus, & ſenis recurſus?

Reſp. quia lunæ curſus diuiditur in quadrantes 4. principioque Deus ita commenſurauit.

3\. Quare fertur mare ab Oriente in Occidentem?

Reſp. quia ſequitur motum lunæ, & cœli.

4\. Quî poteſt, cum aër ſupra mare conſtitutus non cieatur ſimili modo?

Reſp. poſſe, quemadmodum in cyati vitrei fundo circumagitur aqua, digiti ſupra labra circumducti impetu: quamuis non moueatur aër.

5\. Quare recurrit mare ab Oriente in Occidentem?

Reſp. quia reflectitur accliuitate litorum, grauitate aquæ, vt ſolet in fluuiorum ripis, & in ſtagnis vento agitatis.

6\. Quare eſt quaſi ſpontaneus maris Mediterranei recurſus ab Occidente verſus Orientem, ſecundum Africana litora?

Reſp. quia mare Mediterraneum mouetur à Meotide palude verſus fretum Gaditanum, & Hiſpanium more fluuiorum, tanquam ab editiori loco in decliuiorem; fauces autem Gaditanæ propter exiguitatem obtinent rationem ſinus, efficiuntque cum litoribus Hiſpanicis perpetuam reflexionem in contrariam partem.

Digitized by Google

Quare Mediterraneum mare mouetur à Meotide palude (more fluuiorum) verſus Lydiam? 7.

R. quia { aluens maris Mediterranei eſt inſtar ingentis vaſis & lacus. ad Meotidem plus infunditur aquæ propter pluuiarum, fluuiorumque copiam, ſed minus indè exhauritur, aut in vapores ſoluitur proter regionis frigus; contra ad oppoſitam partem, &c. }

Quare in mari Adriatico legendum Italicum litus, quando Venetijs in Calabriam proficiſcitur nauis: contra legenda Epiri, Macedoniæque litora, dum Venetias reuertitur? 8.

R. quia quando aqua defertur ſecundo curſu, ſi offendit ſinum influit per proximum latus, reuertitur per alterum, vt in fluuijs manifeſtiſſimum.

Quare in illo ipſo mari æſtus manifeſtior, quàm in Tyrrheno? 9.

Reſp. { primò quia illud mare eſt anguſtius. deindè quia propter Siciliam, Italiamque occurſantem aqua fertur maiori impetu in ſinum Adriaticum, minori vero in Tyrrhenum. }

Quare in Scythico litore curſus eſt verſus Orientem? 10.

Reſp. fortè in cauſſa eſſe decliuitatem & circumactionem, omninoque illic præualere motum à Septemtrione, de quo ſupra, motui ab Oriente.

Dum Oceanus à Septemtrione fertur verſus Scythica litora eorum occurſu flectitur non planè in contrariam partem, ſed ad latus in Orientem.

At inquis impetu cœleſti propellitur mare ab Oriente in Occidentem.

Reſp. impetu ſuperari impetum.

Cur acceſſionis tempus aliquando ſuperat diſceſſionis tempus? 11.

Reſp. accliuitatem in cauſſa eſſe.

Cur non recurrunt, aut vix recurrunt fluuij Adriatici?

Reſp. quia alta ſunt litora, æſtus ſegnis, magnus fluuiorum impetus, nec recta æſtui occurſans. 12.

Quare Luſitanica flumina Oceanis fluctibus valde intumeſcunt: 13.

Athlantica vero ita intumeſcunt, vt recurrant?

Reſp. quia mare progrediens ab Oriente ad Occidentem, impeditumque litoribus Americæ, quando præteruectum eſt Africam, deflectitque ad Septemtrionem, videtur tantum Athlantica litora prætertradere: Luſitanica magis obnoxia ſunt impetui eius.

Multum pluuiarum ſub æquatore, multum ſub Septemtrione, itaque vtrinque verſus Luſitanica litora videtur Oceanus fluere.

Addè quod Mediterranei maris aliquid ſeſe in Oceanum exonerat.

Quare ſepties Euripus refluit & reciprocatur? 14.

Reſp. cauſſam in aluei ſitum & conditionem videri referendam.

Vndè æſtus in quibuſdam locis priuatio, ſiue curſus & recurſus? 15.

Reſp. ab alio motu vehementiori, & locorum ineptitudine.

Quare aquæ fluuiatiles & ſtagnantes ferè æſtu non aguntur? 16.

Reſp. quia carent diſpoſitione neceſſaria ad influxum recipiendum; motus maior impetuſue impedit minorem.

Quare quidam fontes, puteique æſtuant, reliqui non item? 17.

Digitized by Google

Reſp. cauſſam videri referendam irmeatuum, quibus admittitur aqua, diſparitatem, amplitudinem, anguſtias.

18. Quare quidam putei augentur ſecedente mari, accedente minuuntur?

Reſp. in cauſſa videri eſſe obliquitatem, & longitudinem anfractuum, quibus admittitur è mari aqua.

19. Cur mouetur mare etiam quando luna eſt infra horizontem?

Reſp. quia maria ſunt continua.

20. Fitne eodem tempore procurſus maris ad Americam, & ad litora Athlantica?

Reſp. credibile eſſe fieri procurſum ad Americam quando fit refluxus in Athlantico mari.

21. Quomodo mouetur mare à luna?

Reſp. eo ferè modo, quo ferrum à magnete, (loquimur de diurno æſtu.) Alij ęſtus ex eo videntur proficiſci, quod mare vere augeatur.

22. Cur non agitur in Occidentem mare ſine recurſu?

Reſp. quia America occurrit, grauitaſque promota aquarum molis tandem impetum impreſſum ſuperat.

23. Cur non ita procurrit ab America verſus Molucas inſulas & Occidentem vnum recurrat?

Reſp. primò quia mare per Scythicum litus à Septemtrione mouetur ad Americana litora, pariterque incitatur ab Antarctico polo verſus Tropicum Capricorni.

Secundò quia mare continuum eſt.

24. Quis æſtuum frequentior modus & menſura? Reſp. magnos eſſe in nouilunio & plenilunio, paruos quando luna eſt in quadris.

25. Cur luna in nouilunio valida? Reſp. propter vicinitatem ſolis.

26. Cur in plenilunio? Reſp. quia tunc multum luminis eiaculatur.

27. Vndè intelliguntur initia fineſque motuum? R. ex ſinuum altitudine, lunæ ortu, occaſu, & ſummo receſſu à nobis, noſtro horizonte, & meridiano.

28. Cur alicubi etiam in Oceano altiores æſtus? Reſp. videri id pendere ex locorum conditione, & ex eo quod plures impetus, dum coniunguntur aliquando ſe iuuant, aliquando impediunr.

29. Cur in malacia interdum mare conſpicitur quaſi ebullire?

Reſp. fortè quia flatus erumpit è cauernis terræ.

Fortè quia lutoſus fundus à piſcibus commouetur: intra lutum ſolet ingenerari aër, qui erumpit ſurſum dum commouetur.

Fortè & potius quia mare in verticem admiſſum emittitur & euomitur.

30. Quî poteſt euomi? Reſp. quia maria alia latiora alijs, forte propter Alueorum varietatem.

31. Vndè fit vt medium Oceanum quaſi torrentes videantur alicubi perrumpere?

Reſp. veriſſimiliter id pendere partim ex litoribus, partim ex vadis deliteſcentibus, quorum opera mare coarctetur vt fluuius à ripis ſuis etiam quando exundauit.

Monitum.

Tenendæ regulæ & rationes localis motus, maximè quod attinet ad impulſuum coniunctionem.

Digitized by Google

Simpliciores motus & impulſus exponendi antequam accedas ad compoſitum: ex æqualitate impulſuum contrariorum naſcitur quies.

Ex his quæ fiunt in fluuijs opera vadorum, riparum, ſinuum, vorticum, & ſimilium rerum capiendum iudicium de maritimo motu.

Si vehemens ventus ſequatur procurſum maris, is altior, vehementior erit, recurſuſque tardior. Cuius rei cauſa eſt aperta.

De Salſugine maris.

Cauſſa ſalſuginis.

Cauſſa ſalſuginis duplex { *ſecretio* tenuiorum partium. / *admixtio* aduſtæ exhalationis, aduſta exhalatio.

Cur lixiuium, ſudor, & vrina & alia eius generis ſalſiora, id referendum eſt poſteriorem ad cauſſam.

Cur aqua ſalſa ebulliendo ſalſior fiat, ad priorem.

Poſterior tamen germana eſt cauſa, prior eſt priuatio quædam dulcedinis.

Conſulenda doctrina de Saporibus.

Variæ dubitationes & quæſtiones.

De ſalſugine.

Quid *Sal*? Reſp. videri eſſe exhalationem, aut terrenam naturam, quæ ſit aduſta, concreta.

Quotuplex *ſal*? Reſp. triplex { *marinum* quale illud quo vtimur. / *fontanum*, ſiue puteale. / *foſſile* ſiue minerale, quod tamen non modo effunditur, verumetiam extat in natura, vt extant rupes.

Cur ex aqua ſalſa per concretionem efficitur Sal? Reſp. quia tenuiores partes in vaporem abeunt, &c.

Quare flumina lacus & ſtagna non deprehenduntur ſalſa?

Reſp. ſtagna quædam amariora & ſalſiora eſſe.

Cur cætera non ſint ſalſa in cauſſa eſſe aquæ tenuitatem, exhalationem, corruptionem, frigus.

Poteſtne mare ſalſum gelu concreſcere? Reſp. poſſe vt experientia docet.

Cur difficilius congelatur? Reſp. propter motum, calidiores exhalationes.

Quare mare glaciale à pleriſque dicitur ſalſius, cum ſit frigidius?

Reſp. quia vna inde cum vaporibus minus ad aërem euehitur exhalationis.

Vnde ſalſugo fontium, aut puteorum, vt apud Sequanos, Leucos.

Reſpond. ex ſale foſſili terra aduſta inſtar cineris, & calcis, nitro & mari ipſo.

Vnde maris appellatio? Reſpondet Scaliger à Chaldæis apud quos *marat hamarum*.

Legatur Scal. exerc. 325. numero 17. 1. de Plantis.

Eſt-ne mare in fundo dulcius? Reſp. veriſſimile eſſe ſaltem aquis paulo dul-

cioribus mitiorẽ eſſe fundum, cuius rei periculum fieri poteſt ſi vrinator ſecum deferat ad fundum maris vas inane egregie obturatum apertumq; illic impleat, impletum obturet & ſecum tollat.

Cur fundi aqua grauior, cum dulcior tamen? Reſp. quia non grauiores exhalationes ſunt amariores, ſed magis aduſtæ.

Sunt-ne plantæ quæpiam ſalſæ? Reſp. eſſe cuiuſmodi eſt hedera.

Quot ſunt plantarum marinarum genera? Reſpondet Scalig. tria.

Quædam { in fundo. / quædam in æſtuariis. / quædam in maritimis locis. }

Datur-ne mare quod nullum excipiat flumen?

Reſp. vnum memorari. n. *ſinum Arabicum.*

Vnde ſterilitas quorundam marium?

Reſp. magis à *Solo* & *fundo* quam aliunde videri pendere.

APPENDIX
DE VENTO.

AD CAPVT IIII.
& cætera.

Nomen, notio.

Venti nuncupantur ἄνεμοι, πνεύματα, ſpiritus, flatus, auræ.

Ventus { generatim ſumitur pro quouis aëre, aëreoue corpore agitato, vt cum flabello dicitur fieri ventus. / ſpeciatim & proprie pro exhalatione in latus agitata, qua ipſe aër ſupra terram extans, & vapores, ſi occurrant, agitantur. }

Finis.

Finis ventorum *aeris purgatio*, ſiccatio, nauigatio, molendinarum & curruum agitatio, & alij mortalium vſus, vt tritici purgatio.

Opifex.

Efficiuntur venti à *Sole*, atque *aſtris*, quorum operâ incaleſcunt & attolluntur exhalationes.

A quo efficiatur venti motus quæretur infrà.

Materia.

Ventus non eſt *aer vi aſtrorum diſſipatus*: nam varietas eius non reſpondet aſtrorum curſui.

Non *aer quoquo modo motus*, aër non impellit, ſed impellitur vento. Ventus Ariſtoteli in problematis, eſt aer agitatus: ſed popularis eſt definitio, generalique congruens ſignificatui, improbata ab Ariſtotele, niſi adiungatur motionis cauſſa & modus.

Nam { vt riuus non eſt aqua quoquomodo fluens, ſed à fonte fluens. / ita ventus non eſt quiuis aer agitatus, ſed tali à cauſa & tali modo. }

Non eſt *atomorum diſſipatio*, fieret enim in omnem partem.

Non eſt aer *efflatus* è ſpiraculis terræ, ſed quædam *exhalatio:* porrò exhalatio triplex, tenuiſſima, craſſa, media, ſiue craſſiuſcula.

Tenuiſſima peruadit nubes, craſſa terram non perrumpit.

Egent igitur venti halitu mediocriter tenui & craſſo.

n. { craſſo ne perrumpat nubem. / tenui ne repulſus corruat, procumbat. }

Debet autem eſſe { *ſiccus*, quia terreſtris. / *multus*, ne euaneſcat. / *humore aliquo compactus*, ne diffluat. }

Atque hinc fit vt ex pituita flatus excitentur vehementes, ventorumque plerique ſunt humidi, frigidi.

Proptereaque materia venti videtur ſtatuenda multiplex.

n. { præcipua, quæ *exhalatio*. / admixta quæ partim *vapor*, partim *aer*. }

Forma & natura.

Si ventorum motus foret planè naturalis, ijs aſſentiendum foret qui vento formam & naturam aſſignant aliam à forma elementorum, quæque ad lateralem motum ita ſit affecta, vt forma elementi leuis ad aſcenſum. quæ forma fingitur ad faciliorem motus venti explicationem.

Sed fruſtra primò quia non videtur potior ratio cur vento mixta forma mixtiue formalis ſubſtantialis aſſignetur, quàm niui & ſimilibus rebus.

2. quia oppoſitorum ventorum formæ oppoſitæ erunt, quod fieri nequit: ſiquidem ex eodem monte feruntur venti in oppoſita loca, item ventus nunc huc, nunc fertur illuc.

Quare ſatius eſt formam exhalationis vento incolumem ſeruari, vt definiatur exhalatio circa calida, craſſiuſcula, quæ delata ſurſum & antiperiſtaſi, frigore & occurſu mediæ regionis, repulſa deijcitur.

Sed ſubſaltanti impetu: ita vt nunc deorſum feratur, nunc reſiliat ſurſum, nunc in orbem agatur turbinum more, maximeque feratur in latus.

Halitus autem partim grauitate naturali tum ſuæ, tum adiunctæ rei, partim impreſſa leuitate, partim impetu propellentis denſioris aeris & ingraueſcentis nubis, partim qualitate permixti vaporis, &c. in latus fertur.

Cur exhalatio calida dicitur vapor frigidus?

Vt exhalatio per naturam frigida, calida per accidens, ita & vapor.

Digitized by Google

Cur igitur Ariſtoteles conſueuit appellare { calidam exhalationem; frigidum vaporem?

Reſp. quia exhalatio diutius calorem ſeruat, vapor confeſtim ad ingenium redire conſueuit.

Cauſſæ motus.

Ventum moueri in latus,ſed parum æquabiliter notiſſimum eſt , hic motus niſi vento propria forma & diuerſa ab elementari aſſignatur,neceſſariò eſt mixtus,& à pluribus cauſſis procuretur,temperetur : in hunc autem modum qui notiſſimus videtur moueri primò quia per leuitatem impreſſam ſurſum contendit halitus, renitenti tamen naturali pondere.

Deinde quia repellitur occurſu frigidioris aeris, & vaporum , qui in media regione aeris,ſubſultimque pellitur ac decidit.

3. quia ipſe nonnihil denſatur occurſu aeris frigidioris.

4. quia dum nubes efficitur denſior,ideoque grauior cum ſit compacta premit quem offendit halitum.

5. quia ex duplici diuerſo impetu temperatus quidam naſci conſueuit.

6. quia miſcetur decidens halitus,& ingraueſcens ,cum vaporibus & exhalationibus alijs ſeſe attollentibus,fitque antiperiſtaſis: vt cum in feruens oleum proiicitur aqua.

7. quia nubes ex vno latere depreſſior poteſt in aliud magis impellere, vt & frigidior.

8. quia etiam apud nos arte procuratus flatus reſilit in latus, ſi offendit obicem ſubſultat,circumagitur.

Vt autem variæ iſtæ cauſſæ permiſcentur,atque temperantur : ita etiam varii motus in vento animaduertuntur.

Locus ventorum.

Ventorum imperium *ad nubes vſque incluſiuè* tamen,ſupra verò vix inferri argumento ſunt cineres Olympici montis, & cometæ.

Adde quod ſi frigidiorem nubem perrumpit exhalatio,non fit větus ſed meteorum aliquod alıud.

Naſcuntur ne oppoſiti venti ex eodem loco eodem tempore?

Ex ijſdem montibus eodem tempore naſci oppoſitos ventos experientia docet cum Valeſio.

Unde venti incipiunt moueri?

Principium motus in ſuperiori loco.hinc motus *deorſum*,& in *latus*,turbinoſus & vertiginoſus.

Regnum ventorum.

Certi venti certis regnant regionibus, & temporibus propter ſitum regionis,& temperiem.p.ad bonæ ſpei promontorium.

In Braſilia fere venti ab Antarctico polo.ſanè frigida&media regio aeris,quo vicinior polo eſt magis depreſſa,ideo vẽti ſubſultant verſus æquatorem.

Unde ventis nomina, differentiæ?

A plagis mundi quatuor ortu,occaſu,&c. hinc ſubſolanus, &c.

At

Digitized by Google

Ar { ſecundum veteres duodecim venti, ex quibus quatuor ſunt principes.
ſecundum nautas recentiores quatuor ſunt primi, vnde multiplices aliæ differentiæ.

A regionibus idque varie pro varia locorum comparatione: hinc *Africus, Helleſpontiacus, Gallicus.*

A ſitu loci, vbi dominantur: hinc Apogei, Perigei.

A tempore: hinc antelucani, diurni, diuturni.

Ab effectu: hinc { calidior / frigidior } { ſiccior / humidior } { delatus turbinatim. / non delatus turbinatim. }

Item { repentinus ac procelloſus.
nec repentinus nec procelloſus.

Ventus vehemens è nube prodiens { dicitur *turbo*, ſi circum agitur in orbem.
ſecus appellatur *procella*.

Ventus non ideo nuncupatur Septentrionalis quod ſub arctico polo generetur, &c. ſed quia initium eius ad Septentrionem, finis ad meridiem.

Fieri poteſt vt ex duobus ventis eodem tempore ſpirantibus qui Borealior, ſit Auſter, qui Auſtralior ſit Boreas.

Impetus ventorum.

Ventus qui vicinior origini ſuæ vehementior. zephyri leues in Græcia, ſed in Aquitania vehementiſſimi propter vicinitatem maris, vnde oriuntur.

Temperies.

Exhalationi vapores & aër admiſcentur, varia autem exhalationis, vaporis & aeris eſſe affectio poteſt: hinc varia temperies ventorum.

Porro { aquilo fertur ſiccus, frigidus.
ſubſolanus, & zephyrus medij venti ſunt.
auſter dicitur eſſe calidus & humidus.

Sunt qui faciunt { ſubſolanum calidum & ſiccum / zephyrum frigidum & humidum } vt venti reſpondeant quatuor humorib⁹.

Sed quæ dicuntur de temperie non ſunt eodem modo accipienda citra æquatorem, & vltra æquatorem, præterea ex principibus ventis medij æſtimandi veniunt.

Venti contrahunt ingenia { partim à loco vnde naſcuntur.
partim à locis & regionibus per quas tranſeunt: hinc fit vt peſtem & contagioſos halitus à regione deferant ad regionem.

Signa ventorum.

Signa venti imminentis varia: vt ſi res apparent ſolito maiores, ſi Luna rubet, ſi Solis radij obſcure rubent, ſi Sol videtur ingredi purpuratam nubem, ſi cometa fulget, ſi nubes rubent ad Septentrionem Sole Oriente aut Occidente. conſule Mizaldi Ephemerides.

APPENDIX

AD VII. ET VIII. CAPITA.

De Terræmotu, Tonitru, Fulgure.

SECTIO PRIMA.

De Terræ motu.

Nomen, notio, exiſtentia.

Terræmotus { non accipitur hîc pro quauis terræ agitatione, pro illa quę patienti Saluatore accidit.
ſed pro ea tantum, quę exhalationis alteriuſue rei, quæ virtute illi reſpondeat, è cauernis terræ erumpentis ſeſe attollentis aut ſubducentis opera efficitur.

In quo ſignificatu ſumitur { nunc pro ipſa motione terræ.
nunc pro cauſa motionis effectrice.

Terræmotuum hiſtoriæ faciunt fidem.

Cauſæ, geneſis.

Si loqumur de ipſa motione { materia eſt id quod mouetur.
opifex id quod mouet.
finis conſequutio loci.p. naturalioris.

Si loquamur de eo ipſo quo erumpente, aut ſeſe ſubducente, &c. cietur terra, cauſæ futuræ ſunt apertæ, ſi quo modo motio fiat aperiamus, ſeu terrę motio.

Poteſt fieri primò ſi incluſus in cauernis aer, aut humor, beat, ſubeatq; terrę.

2. & maxime quando craſſiores ſpiritus vel recenter excitati, vel ſaltem meatuū occluſione effecti validiores aut accenduntur, concutiuntque terram: eo modo quo igniarius puluis concutere turrim conſueuit dum inflāmatur in cuniculis, aut rareſcunt tantum citra inflammationem, & propter raritatem ampliorem capiunt locum, & tendunt ſurſum.

Quid terræmotus?

Eſt Cocuſſio terræ, quæ procuratur operâ exhalationis incluſæ in cauernis propter accenſionem, aut raritatem ſaltem ſeſe attollentis, ſimiliſue alterius cauſæ meteorologicę opera, aut tremit dumtaxat terra, aut impellitur, impulſio fit aut inclinatio.

Digitized by Google

A nonnullis varij numerantur terræmotus, agitans, ſubuertens, perforans, ſcindens, tremefaciens, vehens, deprimens, impellens.

Signa imminentis.

Signa hæc potiſſima Sol obſcurior, tranquillitas mira, nebula in longum exporrecta, puteorum ſpontanea turbatio, corruptio, exauditi è terra mugitus, repentinus maris tumor ſiue procella, frigus inſolitum æſtate media. &c. Sed hæc ſigna coniungenda.

De opifice variæ ſententiæ.

Cauſa:
- minus præcipua meatuum occluſio terræ, terra comprimens.
- præcipua:
  - Democrito *aer*, *igniſue* è cauernis ſurſum contendens.
  - Thaleti *aqua*, quæ ab ipſo creditur innatare, ſolum procellis agitatum.
  - Anaximeni:
    - *terra ſiccitas*, qua dehiſcat.
    - *humor*, quo relaxetur, fractaq; decidat in cauernas.
  - Ariſtoteli multa in cauernis terræ *exhalatio*.

Quid neceſſarium ad terræmotum?

Opus ſpiritibus multis, meatuum occluſione, ſpirituum attenuatione, atque etiam aliquando inflammatione.

Nonnullis terra animal, proinde ſeſe concutit.

Tempora.

Contingit terræ motus potiſſimum vere & autumno, noctu & meridie.

Varia duratio pro vario modo exhalationis, & meatuum.

Cur nunc rariores terræ motus, ea fortè cauſa quod terra minus cauernarum habet.

Regiones magis obnoxiæ.

Loca calida, cauernoſa, montuoſa ſunt magis obnoxia terræmotibus.

Effectus.

Terræmotu mare plerumque intumeſcit, ebullitque.

Aquarum ſcaturigines incaleſcunt, alueus fluuiorum mutatur.

Terrę, arboreſque transferuntur, abſorbentur, vrbes, inclinantur ædificia, ſcinditur terra, &c. aqua eructatur, abſorbetur.

Excitatur ſonus varius pro modo impetus & meatus.

Arietant & concurrunt terræ, tremunt, attollunt, &c.

Euomuntur lapilli, excitantur peſtes impuro erumpente halitu.

Comprehenſio, Remedia.

Terrę motus intelligitur ex cuniculis, puluere tormentario accenſo, caſtaneis, crepitu diſſilientibus, &c.

Remedia repetantur ex Plinio.

Digitized by Google

SECTIO II.

De Tonitru.

Nomen, notio, diſtinctio.

Tonitru quaſi ſonitu ſi Iſydoro creditur. De eo lege Senec. Plutarch. Plin.

Generatim definiri poteſt *fragor* & ſonitus *in aere* potiſſimum medio procreatus.

Ignis nubis exhalatione ſimiliſuè alterius cauſæ meteorologicæ opera.

Efficitur
- cum fulgure
- ſine fulgure

- cum nube.
- ſine nube.

Vnde colligitur fragoris modus?

Colligitur per analogiam ex caſtaneis crepitu diſſilientibus, ex nucleis qui compreſſione digitorum emittuntur, ex lauri, aliorumque lignorum dum comburuntur crepitu, Veſtæ Vulcaniue vſu. i. crepitu qui efficitur dum diſruptis ignibus halitus inflammatus exilit ex bombardarum ignibus.

Quę gneſcunt crepitant etiam dum eſt extinguntur, vt & dum accenduntur. legendus Lucretius.

Tonitru ſine nube.

Sententiæ Anaxagoræ, Empedoclis, Clidemi, & aliorum in contextu poſitæ.

Fragor ſine nube in aere excitatur naturalium cauſarum opera.

Primò quando ſpiritus per crateras ac fauces magno impetu erumpit.

Cap. 23. 2. ex Scalig. lib. 5. hiſtoriarum cum ventus repentinus vehementior per craſſum aerem erumpit.

3. cum ſpiritus in vapore occluſus, ſed infra nubes erũpit, crepitumq; edit.

Vtroque autem poſteriori modo vocem humanam
- vel imitatur.
- vel non.

Cum nube.

Cum nube
- primò colliſione ipſarum nubium, vt complauſione manuum.
- 2. verò halituum & exhalationum opera.

Tumque
- primò ruptura nubium proximique aeris quæ procuratur à ſpirituoſa quadam exhalatione, quæ incluſa detinebatur.
- deinde verò ſine eruptione, interiori quadam obmurmuratione.

Erumpit autem exhalatio
- vel non ignita, vt ex caſtanea ſpiritus.
- vel ignita, vt puluis tormentarius ex bombarda.

Igneſcit verò
- vel intra nubem ante eruptionem, *antiperiſtaſi*, & diſcurſu per cauernas nubis.
- vel in ipſa eruptione per attritionem.

Digitized by Google

Varium autem tonitru ex incenſa exhalatione.

Nam { quando erumpit impetu vno fit fragor breuis, & vniformis.
quando impetu multiplici, fit multiplex & inæqualis.
quando ignis non plane perfringit nubem, ſed tantum lacerat, intus fit tumultuoſus quidam obmurmuranſque ſonus. }

Cum nube { *ſtridet* cum nubem non perrumpit, ſed intra murmurat.
ſibilat, quando exhalatio non accenſa erumpit magno impetu.
ſufflat quando erumpit non accenſa per tenuiorē nubem, minorique impetu. }

Signa, effectus.

Præſagia tonitrui præcipua hæc, nubes multæ, ac verſicolores, æſtus, autumnus, auſter.

Corrūpere creditur lac, vina & ſimilia { primò quia impetu concutitur aër.
ſecundò quia corruptus halitus huc detruditur. }

SECTIO III.

De Fulgure.

Variæ de fulgure quæſtiones.

Quid fulgur? Reſp. non eſſe oculi hallucinationem, non ignem delapſum è ſua ſphæra &c.

Sed eſſe { interdum tenue fulmen.
interdum fulgorē ignis in nube exiſtentis, aut potius è nube erumpentis. }

Cur fulgur & coruſcatio antecedunt tonitru & fragorem?

Reſp. { poſſe quidem fulgorem antecedere in nube.
ſed præter nubium opacitatem in aſpectum non prodire prius, quam tonitru fiat: imo in ipſa nube vnà cum fulgore effici fragorem cum quo coniungitur. }

Cur prius percipitur fulgur & coruſcatio quam tonitru? R. quia viſus auditum anteuertit. De qua re alibi.

Cur fulgur percipitur ſæpe ſine tonitru, aut percipi videtur?

Reſp. { primò quia meteora quædam alia coruſcationem imitantur.
2. quia viſus actior eſt & non modo citius, ſed etiam longius comprehendit, quam auditus. }

Quare interdum nulla deprehenſa coruſcatione auditur tonitru?

Digitized by Google

Reſp. { primò quia interdum excitatur citra flammæ operam.
2. quia interdum ignis nubem non peruadit: ſed intra eam extinguitur.

Quare coruſcatio videtur fieri per totum multumque aerem? Reſpōd. quia lumen diffunditur.

In qua parte credendum eſt fieri fulgur? Reſpondeo in ea quæ maxime fulget.

Cur fulgur intuentis oculos conſueuit lædere?

Reſp. { primò quia lumen id genus oculo minimè commenſuratum.
deinde quia interdum emittitur fulminis radius, vnà cum ſplendore.

Cur pleriſque in coruſcationibus cernuntur quædam lineæ rubentes?

Reſp. { primò quia denſiores exhalationes illuſtratæ rubent.
2. quia ignis diſſipati partes ſunt quædam denſiores.

Cur verſicolor apparet coruſcatio? R. quia partium ignis, vaporum & ſpirituū denſitas eſt inæquabilis.

Cur tam momentaneum fulgur? R. quia ignis tenuiorem materiam nactus cito extinguitur.

Quare dum tonat interdum corrumpuntur lac, vina, & ſimilia?

Reſp. { primò quia impetu aëris commoti commouentur.
2. quia aër incaleſcit.
3. quia corrupti fumi detruduntur in inferiorem regionem aeris.
4. quia quæ corrumpuntur vina ferè parum generoſa ſunt.

Quid fulgura prænunciāt? R. Cœlum poſt caloré multum atris plurimiſque nubibus obductum.

APPENDICES AD LIB. III.

AD CAPVT I. APPENDIX.

De Procella, preſtere, fulmine, turbine.

De his vniuerſis.

Turbo & procella affines preſteri, fulmini, ideoque vnà explicantur. Turbo & procella procreantur exhalitu quodam paulò denſiori, ideoq;

Digitized by Google

vehementiorem impetum concipiunt:pondus ventis dicitur feciſſe Deus Iobi cap.28. Legendus Valeſius in ſacra philoſophia.

Procreantur autem hæc,impetumque concipiunt in his nubibus.

Cauſę impetus agitatio in nube,atque antiperiſtaſis, calor,grauitas, occurſus rei obſiſtentis,materiæ condenſatio.

Preſter ſimilis turbini ratione motus,fulmini flammæ ratione.

Fulmen enim ſimile
- ecnephiæ, ratione motus.
- preſteri ratione informationis, vel inflammationis.

Sed hæc omnia ſæpe in eadem regione,eodem tempore progenerantur, ac permiſcentur.

Spiritus ille vnde naſcuntur impreſſiones huius generis varius.

Eſt
- craſſior / tenuior
- magis coctus / aut crudior
- accenditur / non accenditur
- agitur vertigine / non agitur vertigine

in morem turbinis. hinc ſpecies variæ oriuntur.

De procella, & ecnephia.

Ecnephia ſic dicitur quia ventus ex nube.

Sumitur
- generatim pro vehementi ac repentino flatu è nube erumpenti.
- ſpeciatim pro eo tantum, qui recta fertur,magiſque coctus eſt.

De typhone, ſiue turbine.

Turbo generatim halitus vertigine circumactus:hic
- accenſus.
- aut non.

Non accenſus
- aut è nubibus decidit vehementi impetu.
- aut eſt ventus quiuis alius *angiportus* alterius venti, aut rei occurſatione reflexus, aut circumactus.

Accenſus ille *preſter* nuncupatur.

Tertius inter vulgares ventos enumerari poteſt.

Secundus altera ex parte reſpondet procellæ,proprieque dicitur *typhon*.

Typhon autem
- non modo rotatur, quando deprimitur.
- verumetiam vertigine eadem conſueuit reſilire, torquere quo & abripere quod offendit.

Ideo nauigantibus præcipueque in Indias infenſiſſimus, ſed deprimenda vela.præterea vires illius infuſo in vela *aceto* hebetantur.

Digitized by Google

De preſtere.

Preſter ſimilis
- turbini, quia circumagitur.
- fulmini, quia eſt ignis, ideoque fulminis vires ſibi videtur vindicare.

Sed materia videtur contineri craſſiori, ideo vehementior.
Accenditur autem vel egrediens nubem, vel egreſſus.

De fulmine.

Ignis qui accenditur in nube ex exhalatione varius.

Nam
- ſi valde tenuis nec apparens nomine caret.
- ſi valde tenuis conſpicuus tamen dicitur *fulgur*.
- ſi craſſior eſt generatim poteſt appellari *fulmen*, vt preſterem complectatur.

Sumitur fulmen
- primò pro quouis igne craſſiori intra nubem accenſo:
  - idque
    - ſiue intra nubem extinguatur nec perrumpat.
    - ſiue perrumpat: perrumpit autem
      - nūc infra.
      - nunc ad latera.
      - nūc ſupra.
- 2. pro quouis igne craſſiori extra nubem excuſſo, quo vtroque ſignificatu preſter continetur.
- 3. pro ignita exhalatione, quæ tenuior preſtere è nube excutitur ſine vertigine, tumque diuiditur in flauum aut fumoſum.

Quæ de fulmine dicuntur, ſi excipiatur motus (quanquam de hoc tertio ſignificatu potiſſimum intelliguntur) poſſunt ad totum genus pertinere, ſaltem ex aliqua parte.

Tempus. *Regio.* Quibus { temporibus / regionibus } frigidiores ſunt exhalationes, iis rariora fulmina.

Diſcrimina. Fulmen eſt ignis denſior, tonitru ſonus, fulgur { interdum *ſplendor*. / interdum *flamma* tenuior.

Motus. Motus fulminum varius, fereque obliquus, interdum iam vehemens vt ſolo afflatu ſine vſtionis veſtigio vllo perimant, aliquando deiiciantur ad terras vſque.

Odor. Odor præcipuè *ſulphureus*, odor à materia vnde halitus, & coctione.

Signa. Signum fulminis caſuri vehemens quidam ſtridor auditus poſt coruſcationem.

Quid portendere fulmina crediderint Stoici docet Seneca ca. 32. lib. 2. Legatur Plinius lib. 2. cap. 54.

Laurus, vitulus marinus & *aquila* non læduntur fulmine, authore Plinio, vt nec hyacinthus gemma: ideo creditur his arceri fulmen.

Sed vana hæc narratio Scal. exer. 113. & Vicomercato: fulmine tangi lauros conſtat.

De generibus

De generibus fulgurum conſule præter cæteros Albertum.

Ventus fulmen antecedit & ſequitur, ideo antequam res fulmine tangantur tremunt.

Effectus & affectiones.

Ferit fulmen ſæpius ſublimia, vt pote magis obuia, viciniora, denſa, vel etiam interiora incluſaque rarioribus, vrit, terit, afficit. p. pecuniam in loculis, gladium in vagina, oſſa in carnibus, fœtum in vtero craſſiori membrana & ſanguine obuolutum, & humidiorem &c.

Rarioribus parcit, quanquam exterioribus: tumque tenue eſt, ſed validum tamen.

Rarioribus parcit.

Denſitas rei occurrentis facit vt maneat. Quid mora poſſit, quid celeritas docet manus traiectio per flammam.

Interdum fulmine frangitur comburiturue dolium, ita vt *vinum rigeſcat*, triduo rigor & congelatio manere poſſit, liquatumque ſi potetur exanimet, vel amentiam inducat.

Tum { fractionis aut aduſtionis cauſa haud obſcuta. / vis malefica à materia pendet. / concreſcit vinum fulminis materia ſubeunte illuc, & extincta, illæſo vtre atque dolio euaneſcit fulmine vinum.

Denſat inficitque vinũ.
Ebibit vinũ.

Opus autem videtur fulmine tenuiſſimo, ſicca minus quam humida irritant ignem.

Venenata ſi tanguntur fulmine plerumque purgantur: Contra veneno inficiũtur quæ carebant.

Venenata purgat.

Venena ſibi inuicem alexipharmaca. Vinum, animal tactu non ſemper extinguit fulmen.

Salubria inficit.
Non ſemper interficit.

Tactos fulmine *balbuties, dementiaque* capit, ſæpe tremor perpetuus & perennis.

Fulmine tactis quales.

Pulſantur campanæ aduerſus fulmina, quia moto aëre diſcutiuntur nubes.

Campanarũ pulſus.

Fulmen aliquando extinguit ſolo afflatu. Quanta ſit vis concuſſionis ex bombardis intellectum eſt in obſidione Oſtendana.

Si quis vigilans fulmine interficiatur, dicitur mori oculis clauſis, ſi dormiens contra. n. quia mouet.

Oculos aperit claudit.

Quæ fulmine pereunt, non facile putreſcunt.

Non inducit putredinem.

Fulminum quædam vrunt & excitant incendia, quædam non.

Non ſemper vrit, colorat.

Fulmina variis coloribus inficere conſueuerunt.

Inducunt odores, ſed fere tetros.

Inducit odores.

Interdum vna cum flamma decidit lapis, aut laterculus qui dicitur *fulmineus lapis:* qui lapis à nonnullis exiſtimatur eſſe fulmen ipſum.

Lapis fulmineus.

Tum credibile eſt concreſcere laterum more ex ea parte exhalationis quæ denſior eſt, nec abſumitur.

APPENDIX AD II. ET III. CAPITA.

De Halone, ſiue area, & corona.

Area rotunda apud eos qui vtuntur bobus & iumentis ad triturationem, ideo meteorum iſtud quod à quibuſdam dicitur corona appellatur *halo*.

Sed area duplex videtur ſtatuenda { vna inſtar *circuli*: ſed grandioris. / altera inſtar *lineæ circularis*, aut coronæ.

De priori maximè accipienda doctrina Ariſtotelis.

Halo corona vaporoſa quæ apparet potiſſimumque Euro flante circa aſtrum, interdum ante ſtellam aliquam.p.ſolem,lunam,fit refractione & relatione radiorum opticorum à vapore æquali,tenui,continuo & in nubem concreſcenti.

Excitantur & apud nos à lucernis hyeme potiſſimum halones,ſed iridi fere colore ſimiles.

APPENDIX AD RELIQVA CAPITA.

De Iride, parelio, paraſelene.

De radiorum fractione, refractione.

Iridis & ſimilium rerum notitia pendet ex doctrina de radiorum fractionibus,& reflexionibus,deque ſpeculis quæ perſtricta à nobis in opticis, diopticis,catoptricis.

De pareliis, & paraſelenis.

Parelij & paraſelene ſic dicũtur,quod ſint { quaſi ſoles,apud ſolem. / quaſi lunæ,apud lunam adiacentes.

Fiunt quando ad ſolis lunæque latera occurrunt nubes ita temperatæ & ſitæ,vt figuram coloremque ſolis aut lunæ admittant & ad nos repercutiant: eo modo quo conſueuerunt flumina ſtanquilla.

Parelius ergo eſt ſol aſpectus nubis adiacentis tanquam ſpeculi accurati opera.

Paraſelene luna conſpecta in nube adiacenti tanquam in ſpeculo:adiacet autem non vere,ſed ſpecie tenus. Quæritur poſſintne plures ſimul effici parelij? Reſp. poſſe.

Digitized by Google

Plures cogitantur { aut quod omnes immediatè à Sole fiant.
aut quia parelius vnus à Sole excitatus in nube altera repræſentet ſimilem parelium: quanquam autem non temere naturæ conſtituendi limites, neque ſi parelij fiunt, ideo ad oculos noſtros reflectuntur. }

Tamen plures duobus pareliis, ſi ſpectetur prior modus, conſpecti non feruntur.

Ad poſteriorem videntur referendi ſex Soles, qui dicuntur apparuiſſe cuidam Polonorum Regi.

Quęritur ſitne quid fictitium parelius? R. eſſe Solem ipſum, ſed in ſpeculo conſpectum.

Cum tres conſpiciuntur ſoles, quæritur quinam conſpiciatur citra reflexionem? R. illum qui medius.

Cum duo tantum, quæritur quinam verus? R. id deprehendi opera radiorum ſolarium, & vmbrarum.

Conſpiciunturne tres Lunæ quæritur? R. conſpici ex Plinio.

Quæritur quid hęc aſtrorum geminatio ſignificet? R. pluuias.

Quæritur quare ſtellę alię non geminentur? R. cauſam eſſe imbecillitatem luminis.

De virgis.

Virgæ ſeu baculi ferulę columellæ, ſunt radij, baculiue ex Solis Lunæue radijs, in partem quandam roridæ nubis tanquam in ſpeculum, quod colorem, non figuram referat incidentibus excitati, itidique colores ſimiles, ſed rectiores.

Virgæ vix tres ſimul vnquam conſpiciuntur.

De Iride.

Iridis nomina, doctrina, notio.

Iris non ſine cauſa fingitur *Thaumantis* filia, valde ſpecioſa in decore ſuo.

Difficiles habet explicatus { ſiue ſpectes quod phyſicum.
ſiue quod opticum, catoptricum. }

Appellationes variæ, arcus cœleſtis, arcus diſcolor, arcus clementiæ diuinæ, arcus aëris, Iunonis nuntia, Thaumantias Iris.

Iris nonnunquam herbæ ſpecies notiſſima, nunc punicei, nunc flaui, nunc candidi coloris flore.

Iris ſumitur pro arcu circuloue multicolore, vt diſtinguatur ab halone, qui efficitur vi radiorum rei lucidæ rei repercutientis.

Efficitur autem { refractione pone
reflexione ante } rem vaporaſam { inſtar circuli.
inſtar arcus. }

Digitized by Google

Efficitur { vel à Sole / vel à Luna / vel ab alia cauſa } { vel intra nubes. / vel apud nos. p. aquæ aſperſionibus, lucernarũ opera.

Fit { *ante*, vt cum à remis aquam verberantibus excitatur. / *pone*, vt cum ampulla vitrea Soli obuertitur.

Ex ſolari itide intelligitur lunaris, vt & reliquæ omnes.

Jris Solis atque Lunæ.

Iris cœleſtis eſt circulus, arcuſue tricolor in nube rorida, ſed opaciori tamen ac ex poſteriori parte tanquam in ſpeculo multiplici excitatus vi radiorum Solis & Lunæ per repercuſſionem.

Variæ quæſtiones de Jri ſolari.

Quorſum iris inſtituta? R. ad ornatum, ad viſum, ad ſignificatum.

Quid ſignificet? R. futuras pluuias, non futuram eluuionem generalem, non magnam imò etiam futuram ſerenitatem, &c.

Significatne naturaliter an ex diuina inſtitutione?

R. { ex diuina inſtitutione ſignificat nunquam futuram generalẽ eluuionem. / Naturaliter { matutina pluuiam diuturniorem / veſpertina breui futuram ſerenitatem. / vtraque ex ijs nubibus, quæ tunc apparent, non euentu-ram magnam eluuionem.

Quid ita? R. quia non euenit magna niſi cœlum totum obducatur nubibus, ſubducatur neceſſario aſpectui: tunc verò nulla conſpicitur Iris.

Fuitne iris ante diluuium? R. fuiſſe, potuiſſeue eſſe ſed non ſignificaſſe nunquam futuram eluuionem generalem.

Quo tempore euenire poteſt? R. quauis diei parte circa ſolſtitium hybernum, frequenter poſt autumnale æquinoctiũ, &c. rationes partim naturales, partim opticæ, & catoptricæ.

Quæ materia iridis? R. nubes rorida, ſed opaca pone vt radios repercutere poſſit, aliquidue proportione ſimile, inter ſpeculi concaui ſed ſcabri & inæqualis.

Qualis nubes repercutiens? R. rorida eſt, opaca pone, concaua, in concauitate læuis, ſed multas diſtincta in læues exiguas & ſpeculares ſuperficies, ſita è regione ſolis, ita vt in ipſius ventrem radij Solares peruenire poſſint.

Quid facit iridem? R. *repercuſſio radiorum* ad nubem illam emiſſorum.

Quot ſunt colores iridis? R. tres præcipui.

R. { *puniceus*, qui verſus conuexitatem. / *viridis*, qui medius. / *purpureus*, rubeuſue, qui verſus cauitatem arcus, ſi à Sole producatur immediate. nam alioquin inuertendus ordo.

Suntne veri iſti colores? R. non videri veros, etiamſi Rhodiginus lib. 2. cap. 2. veros autumet.

Digitized by Google

Cur igitur *puniceus* illic nominatur verus color?

Reſp. { primò quia magis eſt vegetans. / 2. quia eſt verus non ſimpliciter, ſed comparatè & ſecundum quid.

Flauo ex.gr.& croceo verior eſt: qui ex duplici apparenti naſcitur longius abeſt à veritate.

Vnde naſcuntur hi tres colores? R. ex mixtione lucidi, & nigri.

Vnde alij colores qui in iride cernuntur? Reſp. ex primorum illorum mixtione, oculorum virtute, imbecillitate.

Quare dicitur mille trahere colores? R. quia mixtio & imbecillitas viſus facit vt appareant plures.

In qua cœli aëriſue parte efficitur iris? Reſp. in ea quæ ſoli aduerſatur ex diametro.

Ad quam partem nobis apparere poteſt? Reſp. ad quamlibet, præter quam ad meridiem: debemus intercipi inter ſolem & nubem, ſed hoc populariter non accuratè accipiendum.

Eſtne varius arcus pro varietate oculorum inſpicientium? Reſp. non eſt, vt nec ſplendor pone vitrum excitatus.

Cur circularis arcus? R. quia radij feruntur orbiculariter.

Cur non poteſt apparere maior ſemicirculo? R. id pendere ex horizonte, figura, & nubis diſtantia.

Poteſtne integer circulus aliquando apparere? R. conſpectum ſibi auctor Seneca. Tumque qua parte forte nubis ſuperficies interior non diſtabat æquabiliter à ſuperficie terræ.

Poſſuntne plures irides ſimul effici à ſole?

R. poſſe { vno modo, ſi à ſole ipſo directè efficiatur duplex, quamuis non eidem conſpicua. / altero ſi directè vna iris à ſole fiat, hæc vero alteram progeneret: procreat autem cœleſtis iris à ſole excitata alteram.

Idque { tum in ſpectatoris oculo tanquam in ſpeculo, ita vt oculus ipſe tertiã in ſpeculo alio progenerare poſſit &c. / tum etiam aliquando in nubibus extra & circa ſe.

Quomodo ſe habet iris interior ad exteriorem, & grandiorem? Reſp. exterior fit ab interiore, eſt obſcurior, & colores habet inuerſo conſtitutos ordine, per catoptricas leges.

Poteſtne illa exterior iris procreare aliam? R. veriſſimile eſt poſſe, ſed tam obſcuram vt aſpectum fugiat.

Efficiunturne irides à Luna? R. efficiuntur ſed raro, aut ſaltem raro conſpicuæ.

Quàm ſit alta iris, & à terra diſtans, quanta diameter eius, cur eo minor arcus, quam nubes altior hæc & conſimilia catoptrica ſunt, docet Vitellio.

APPENDIX AD VLTIMVM CAP. LIB. III. ET LIB. IIII.

De mixto perfectiori inanimato: deque foſſilibus & ſubterraneis.

CAPVT I.

De mixto perfectiori, deque ſubterraneis in genere.

ARTICVLVS PRIOR.

De perfectiori mixto, & toto ſubterraneorum genere.

Corpus naturale:
- ſimplex, vt cœli & quatuor elementa.
- Mixtum:
  - imperfectius, vt nix, glacies.
  - perfectius, vt metalla, gemmę, lapides.

Mixtum naturale & perfectius coaluit ex quatuor elementis.

Mixti mixtionisque nomen alibi enucleatum.

Eſſe aliquid quod componatur ex elementis argumento ſunt rerum mixtarum affectiones.

Definitio rei mixtę colligitur ex cauſis & mixtione.

Finis rei mixtæ operatio ipſius & perfectius aliquid ad quod referatur.

Opifex rei mixtę:
- generalis / particularis
- ſynonymus / homonymus
- præcipuus / inſtrumentarius.

Materia rei mixtæ quatuor elementa potiſſimumque duo terra & aqua.

Quod vero reliqua etiam duo inſint in mixto docent facultates.

Quomodo mixto inſint elementa quæſitum in lib. de generatione.

Forma mixti alia à formis quatuor elementorũ, minimeque ex illis coagmentatur licet virtute eas referat.

Mixto conueniunt affectiones duplicis generis.

Sunt:
- quædam illi *communes* cum elementis & mixtis imperfectioribus. p. quãtitas, figura, locus, tempus, raritas, denſitas, opacitas, pelluciditas, lęuitas, aſperitas, durities, mollities, quatuor primę qualitates, grauitas, leuitas, generatio, corruptio, putrefactio, mutatio loci, alteratio &c.
- quædam *propria*, vt coctio, incoctio, ſapor, odor, &c. concretio, coagulatio, flexibilitas, &c.

Quanquam nonnullæ ex ijs affectionibus videntur etiam cadere in ſimplicia vt res { apertæ calor, frigus & ſimiles quæ nuncupantur elementares. | occultiores quæ oriuntur à propria rei mixtæ forma qualis in magnete. }

Mixtum perfectius { homogeneum | heterogeneum } { animatum | inanimatū } { ſubterraneum | non ſubterraneū }.

Item { foſſile | non foſſile } { terrenum | aqueum | commune } &c.

De toto ſubterraneorum genere.

In terra regio { ſuprema, quæ altior maris ſuperficies, ſuprema. | infima, quæ maris humilior fundo. | media, quæ inter vtramque eam intercipitur, marique coextenditur tum altitudine, tum humilitate. }

Infima putatur carere aquis, niſi quia nonnihil ipſius marinis aquis humectatur.

Mediam totam aut fere totam aquis irriguam eſſe credibile eſt, vnde plurimi vapores attollantur, non ſecus atque in mari.

Suprema { partim humida, partim ſicca | hîc ſiccior, illîc humidior } { hîc denſior | illîc rarior } vt conſtat ex ſſios libus.

In his potiſſimum quæ nuncupantur *ſubterranea.*

Subterraneum { non quicquid infra terræ extremitatem, minimeque extat. | ſed corpus quod intra terram ſolet ſponte naſci, aut inueniri aliud à viuenti & terra pura. }

Id { vel via ſuâ erumpit, erumpereue nititur, vt vapor, exhalatio, ignis, humores quidam. | vel nō tūq; { aut humidior, vt ſtagnantes aquæ. | aut effodi poteſt, cuiuſmodi ſunt terræ inſignes, ſucci concreti, lapides, metalla, ſemimetalla. } }

Subterranea { vel ſunt natura ſua elemētum | vel quid cōpoſitū ex elemēto } { ſicciora | humidiora }.

Item { calidiora | frigidiora } { puriora. | impuriora }

Viciſſitudo { caloris | frigoris } { in quibuſdam requiritur. | in aliis non item. }

Digitized by Google

Subterraneorum
- quædam non effodiuntur, vt aër.
- quædam foſſilia dicuntur, vt metalla, lapides, & conſimilia.

ARTICVLVS POSTERIOR.

De ſubterraneis igne, aqua, deque terris &c.

Ignes ſubterranei.

De igni ſubterraneo iam ſupra: idem varijs in locis varijs nominibus tractatur.

Materia
- minus contumax, minus durabilis.
- contumacior
  - pinguis, vt marga, ſulphur, bitumen.
  - arida conſimilis terræ, quæ vocatur tophacea.

Nulla terra pinguis ardet niſi aliquomodo ſulphurata, bituminoſa.

Sed ignis
- qui ex ſulphure extinguitur aquâ.
- qui ex bitumine ardet in aquis, extinguitur ſiccis.

Ignibus mirabilioribus aliquid bituminis, aut bituminoſi.

Aër ſubterraneus.

Aër ſubterraneus
- partim in terram immiſſus per poros & meatus.
- partim illic generatur propter periculum inanitatis.

Fere autem vitus, & odorem tetrum in eo generant halitus & vapores qui fere corrupti & peſtilentes.

Mortiferi halitus alij volucribus, alij belluis omnibus, alij etiam homini.

In fodinis *aër* non minus afficit, *nauſeamque* parit, quam in mare.

De humoribus, & aquis ſubterraneis.

Humorum ſubterraneorum
- quidam non erumpũt
- quidam vero contra
  - quidã liquidiores.
  - quidã concreſcẽtes.

Item
- quidam aquæ naturam retinent.
- quidam formam ſicci & mixti habent.

De origine aquarum ſubterranearum alibi, de aquarum ſapore, colore, & alijs affectionibus iudicandum vt de ſuccorum proprietatibus.

Succi
- vel liquidi adhuc & humoribus annumerantur.
- vel concreti, ſed non neceſſario concretus natura differt à liquidiori

Digitized by Google

quidiori, os mollius eſſentia non differt à ſeipſo molliori.

Sed formas rerum nō intuemur, ideò difficile iudicare quomodo fiat eſſentiæ mutatio in eiuſmodi rebus.

Succi non omnes ſubterranei, lutum paulo durius videtur ſuccus concreſcens.

Quicquid *fluidum* inſtar aquæ præter ignem, aerem & fumum, id **humoris** nomine venit.

Eſt vel aqua, vel argentum viuum, vel ſuccus alius.

Aqua.

Simplex aqua cenſetur quæ *frigida, pura, ſui coloris.* i. coloris qui nuncupatur *aqueus*, perſpicua ſine ſapore qui dicitur aqueus, iucunda guſtui, ſine odore, tenuis, leuis.

Mixta cenſetur quæcumque non eſt talis.

Simplices manare ſolent ex terris ſpiſſis, ſilice, glarea, ſabulo maiuſculo, &c.

In mixtis color, ſpiſſitudo, ſapor, odor, color, pondus, & vires ab aliis rebus quibus inficiuntur.

Inficiuntur exhalationibus, vaporibus, radicibus, &c. in his varietas à materia, ignium qualitate, quæ à varietate pabulorum, & à calore.

Succo liquido inficiuntur. p liquido alumine, bitumine, ſucco lapideſcente, metalleſcente, terræ (variæ autem terrarum differentiæ,) ſucco concreto, hinc aquæ ſalſæ, nitroſæ, atramentoſæ, bituminoſæ, ſulphuroſæ; *lapidibus abraſis*, & quorum vim imbiberunt metallis. p. ære, &c. *compoſitione* variorum foſſilium.

Colores in aquis reperiuntur varij, vt color dicitur *aqueus* medius inter album & nigrum.

Sunt *aquæ* albæ & *lactea* propter cretam, alumen, ſulphur.

Sunt *Luteæ fulua, ſanguinea, ſubrubra, virides, glauca, carulea, verſicolores.*

Sapor ſi conſideretur, puræ aquæ ſunt expertes, niſi ſapor quidam conſtituatur aqueus, qui *dulcis* habetur, ſed *ſuauis.*

Sunt aquæ *dulces*, pingues, quæ bituminoſæ.

Sunt *amaræ*, quæ fere nitroſæ, ſunt ſalſæ, ſunt acidæ, ſunt acres. (foſſilibus.

Odores pariter in impuris aquis reperiuntur. Conſule doctrinam de ſuccis &

Terra.

Terra inter foſſilia. hîc tamen propter coniunctionem cum elementis aliis proponatur.

Terra { aut in ſtatu naturali elementi, & vix inuenitur in ſuprema terræ regione.
aut in ſtatu non planè naturali. }

Tumque { aut coniuncta cum re alia foſſili, aut pluribus, vt melia terra, quæ fere aluminoſa.
aut cum ſuccis neutiquam elementaribus,
aut cum elementis aliis, eorumue virtutibus & affectionibus. }

Terra { aërea, quæ exſiccat, eſt leuis, vitibu[illegible] vtilis.
aquea, quæ aſtringit.
ignea quæ acris. }

aquea & aerea, quæ glutinoſa.
aërea & ignea, quæ leuis, acris.

Variæ aliæ terrarum differentiæ à variis rebus, p. à colore, ſapore, &c.

Differentiæ à ſitu, à colore, &c.

Terræ albæ, nigræ, luteæ, rubræ, purpureæ, virides, cæruleæ, cinereæ & fuluæ.

Terra	macra	rara	leuis	grauior.
	pinguis	ſpiſſa	aſpera	
	mediocris	media	media	leuior.

Macici medendum mergis & fimo, ad fimum referenda animalium cadauera.

Marga terra pinguis, ſpiſſa, quæ exſiccata vertitur in arenam & tophum, vel lapidem duriorem.

Sapor terrarum dulcis, vel pinguis, vel acris, vel pinguis dulcis.

Odor gratus, aut ingratus.

A locis variæ aliæ terræ appellationes & differentiæ, hinc Samia.

Cretica, &c. ſed Samia cenſenda quæcumque ſamiæ ſimilis: etiam ſi aliunde quam è Samo effoſſa.

Differentiæ ab vſu.

Vſui terræ agricolis, figulis, plaſtis, fulonibus, pictoribus, &c. aut nullis.

Agricola ſpectat	pinguedinem	ſpiſſitudinem	delectantur terra alia
	maciem		
	mediocritatẽ	raritatem	fruges, alia vites, &c.

Figuli, plaſtæ & qui conficiunt lateres eligunt primò ſpiſſam, pinguem & mediocrem; ſecundò pinguem, ſpiſſam & mollem; tertiò ſpiſſam, & raram.

Fuloni vtiles acres, vt melia, ſardia, vmbrica.

Lignarij fabri vtuntur rubrica fabrili, viridi creta nigra.

Argentarij, & qui polliunt gemmas, armaue, vaſa abſtergunt, exigunt macras, raras, acres. p. cretam, tripolim.

Sartores vtuntur creta candida.

Pictores vtuntur { pinguibus interdum terris. p. paratonio.
ſæpe macris, aut mediocribus. }

Quæ {
vel candidæ, vt paratonium, creta.
vel rubræ, vt rubricæ.
vel luteæ, vt ochra.
vel rufæ & ſandarachæ ſimiles.
vel virides, vt creta viridis.
vel nigræ, vt creta nigra, &c. }

Medici variis vtuntur terris ad varios vſus. Exſiccat terra quæuis per naturam.

Aſtringit quæ frigoris eſt particeps, calefacit quæ acris, illicit ac modice refrigerat, quæ pinguis glutinoſa ſine acrimonia: illinit & aſtringit, quæ pinguis, acris.

CAPVT II.

De Foſſilibus.

Foſſile corpus.

Foſſile corpus ſic appellatur quod è terra *effodiatur.* [.*.]

Id { vel tale quale natura profert.
vel arte elaboratum, aut caſu aliquo. p. fortuito incendio.

Foſſile { aut ex partibus ſui ſimilibus, vt aurum, & eſt ſimilare quid,
aut ex diſſimilibus, vt ex gleba quæ conſtat lapide, metallo.

Metallum raro reperias purum, ſed fere confuſum cum lapidibus, cum terris, cum metallis alijs.

Foſſile { *ſimplex*, vt terra ſuccus concretus, lapis, metallum.
compoſitum, vbi varia foſſilia contigua magis quam continua.
mixtum. p. ex lapide, ſucco, terra, metallo, &c.

Simplex dicitur non quia non compoſitum ex quatuor elementis: ſed quia non coaluit ex pluribus foſſilibus diſſentaneæ naturæ.

Differentiæ foſſilium maximè ſimplicium.

Diſcrimina rerum foſſilium repetuntur à variis. p. colore, odore, &c.

Differentiæ à colore.

Color vel vnus, vel triplex, vel magis varius.

Foſſilia { interdum ſuum & natiuum colorem habent.
interdum alieno & aduentitio inficiuntur.

Foſſilia { interdum colorem habent cum ipſa præbent nomen, vt plumbum, aurum.
interdum non item; ſed alienum imitantur, vt metallorum, animalium, aliarum rerum.

Auri colorem imitatur auri pigmentum, plumbi nigri: lapis plumbarius argenti.

Animalium, vt Hæmatites.

Foſsilia ſimplicis coloris.

Alba foſſilia, vt creta, alumen, amiantus, Parium marmor, argentum viuum, plumbum candidum.

Nigra, vt marmor Luculleum.

Cineritia, vt terra melia.

Cærulea, vt Sapphicus, cæruleus.

Viridia, vt Chryſocolla, ſmaragdus, erugo.

Lutea, vt æchra.

Digitized by Google

Flaua, vt aurum.
Rubra, vt carbunculus, ſarda. [·]
Rufa, vt ſandaracha.
Purpurea, vt amethyſtus.

Duplicis ſed ſeparati coloris.

Candidum & nigrum foſſile datur, vt lapides quidam.
Sanguineum diſtinctum venis candidis, vt naſamonites.
Cæruleum aureis diſtinctum punctis.
Duplicis præterea coloris ſed mixti & confuſi ſunt, vt iaſpis, aphrodiſiaca.

Tres colores ſeparati.

Alba, rubra, lutea foſſilia inueniuntur: item alba, cineritia, nigra, item alba viridia, cærulea.

Quatuor coloris, &c.

Quædam imitantur columbæ ad ſolem applicantis collum, &c.
Dantur foſſilia, quæ nigra, candida, viridia, fulua.

Differentiæ à perſpicuitate, nitore, fulgore.

Foſſilium { quædam *tranſlucida*, vt ſal, nitrum, alumen.
quædam *opaca*, vt ſaxa omnia, metalla omnia, omnia fere marmora, omnes lapides propriè dicti præter ſpecularem. }

Nitor in quibuſdam, in aliis non item fulgor.
Sapor ſi conſideretur, ſunt dulcia foſſilia, vt melitites; ſunt pinguia, ſunt amara, vt nitrum, ſunt ſalſa, ſunt acria, ſunt aſtringentia, ſunt acida. Mixta ſunt quæ videntur expertia ſaporis.

Odor in quibuſdam non in omnibus foſſilibus, is { iucundus / teter } { inde / vel aliũde. }

Admittitur vel ſponte, vel conflictu, attritu, combuſtione, amittiturque.
Olet dum comburitur ſandaracha, ſulphur, ſuccinum, myrrha, gagates, bitumen, *quiddam acre*.
Lapides qui ex bitumine non conſtant in ignem coniecti fere grauiter olent.
Odor auri dulcis, ſed imbecillus, argenti fœtidus, fœtidior ferri, æris.

A primis qualitatibus.

Foſſilia { multa frigida / quædam calida } { actu / virtute } { multa ſicciora. / quædam humida. }

A ſecundis qualitatibus, et paſſiuis.

Macra quædam res foſſiles, vt ochra, ſal, arenarium ſaxum.
Pingues aliæ, vt marga, ſulphur.
Rara aliquæ, vt tophi, pumices: ſpiſſæ aliæ.
Aliæ duræ, quædam molles, vt ſpodios.

Aſperæ tripolis, melia terra; leues gemmæ, quædam ex metallis.
Leues aliquæ, vt pumices, aliæ graues.

Liqueſcunt { quædam humore, vt ſal, nitrum, alumen. / quædam igni, vt lapides quidam, metalla, gemmæ tranſlucentes, quædam non *liquantur*.

Quædam non *molleſcunt*, quædam contra { vel calore, vt ferrum. / vel humore.

Conſulendæ apud Ariſtotelem aliæ differentiæ paſſiuæ, cuiuſmodi coctile, combuſtibile.

Ab alijs varijs facultatibus.

Tingunt quædam foſſilia, & inducunt colorem, quædam non.
Cadmia æri addita facit fuluum aurichalcum.
Magnetia æri addita facit æs candidum.
Eretria ſi ad æs atteritur, violæ colorem accipit, &c.
Quædam acuunt, vt cos; quædam non item.
Quædam attrahunt, vt ferrum, magnes, feſtucam, ſuccinum, quædam non.

Si ad corpus noſtrum referuntur { aut indifferentia foſſilia. / aut vtilia, medicamentoſa. / aut noxia.

Obſunt erodendo, vt Cadmia, Cryſocolla, obturando vt gypſum.

Medentur { partim proprietate apertiore effectrice ſanitatis .p. aſtringendo. / partim totius ſubſtantiæ proprietate, ſeu vi occultiore.

Et qualitate quidem apertiore multipliciter .p.
Exſiccando, vt omnia ferè foſſilia.
Calefaciendo, vt alumen; *refrigerando*, vt terra eretria.
Molliendo, vt gagates, *indurando*, vt lapis plumbarius.
Reſerando meatus, vt nitrum, *occludendo* poros vt ſamia.
Diſcutiendo, vt bitumen, pyrites: cicatricem inducendo, vt chalcitis, alumen.
Carnem ſupercreſcentem erodendo, vt ærugo.
Putrefaciendo, vt ſandaracha, auri pigmentum.
Occultiori virtute vel ſanant morbos, vel venenis repugnant.
Sanant morbos varie puta *ſiſtendo ſanguinem*, vt hieracites.
Ventriculi os corroborando, vt iaſpis, prohibendo abortium, iuuando partum, vt æthites, vomitum ſciendo, vt chryſocolla. *Antidotũ.*
Quæ venereis obſunt in varias claſſes tribuuntur, quædam peſtilentia affectis medentur, vt terra Lemnia, ſmaragdus, gleba armenia.
Quædam pluribus venenis aduerſantur vt ſal.
Sunt quæ ſingulis venenis, aut ſingularibus aduerſantur, vt ſcorpionum ictibus ſapphirus, pota.

A figuris.

Figura in foſſilibus certior, vel incertior, in terris ferè incerta.

A ſimplicitate, non ſimplicitate.

Foſſile
- ſimplex.
- aut mixtum: tumque
  - aut propriè compoſitum.
  - aut propriè mixtum.

Idque
- ſiue dicas
  - mixtum, vbi adeſt
  - compoſitum, vbi deeſt
  - } continuitas.
- ſiue potius mixtum, vbi minima cum minimis coniunguntur, vbi compoſitum, vbi grandiora cum grandioribus.

De compoſitis, et mixtis foſſilibus.

Ex lapide & ſucco concreto naſcitur ſilex Tuſculanus.

Quædam ex lapide & metallo coaluerunt, quædam ex metallo & terra.

Quædam ex metallo, lapide, ſucco concreto, &c. compoſita ex ſimplicibus æſtimanda.

CAPVT III.

De Succis.

Natura, geneſis.

Succi fiunt cum humor incraſſeſcit, ita tamen vt non euadat lapis, aut metallum durum.

Primò fiunt cum calor rem ſiccam immiſcet humidæ, & mixtionem cogit.

Secundò cum aquæ lambentes terram aliquantulum craſſæ efficiuntur.

Tertiò cum humor concluſus circumſepſit materiam metallicam, & maximè ærariam, eamque corroſit. Hinc alumen liquidum.

Quartò per expreſſionem ſolam cum ſucci ab ipſa terra vi caloris exprimuntur.

tumque
- ſi vis magna fuerit ſuccus è terris manat.
- ſi quæ magna non fuerit terræ ſuccis præſe ſtillant.

Diſcrimina.

Differunt tactu, odore, ſapore, calore, craſſitudine, pondere, &c.

Craſſities partim à *mixtione,* partim à *coctione:* odor vel à ſucco admixto alio, vel à putredine, vel à corroſis.

Sapores intra terram omnes præter auſterum: quanquam aquæ quędam vinoſæ. Color in ſuccis multis de cauſſis, calor facit ex candidis rubentes, ex rubentibus flauos, ex flauis virides aut nigros.

Frigus ex candidis & pallidis ſuccis virides efficere poteſt, & nigriores: hinc vrinæ in corpore quæ virides & nigræ: ſed facit calor olentes, frigus ſine odore.

Materia quæ miſcetur ſucco faciendo dat colorem, item materia quæ iam factum inficit.

Succi
- *liquidi*
  - vel retinent nomen aquæ.
  - vel non, vt bitumen liquidum, alumen liquidum.
- concreſcentes & concreti, qui non neceſſario definitione diſtinguntur à liquidioribus.

Succus autem concretus macrior, aut pinguior.

Pinguior, vt ſulphur, bitumen, ſandaracha, auripigmentum.

Ad bitumen ſeu aſphaltum pertinent naphtha, gagates, ſamothracia gemma, thracius lapis, carbones foſſiles, ſuccinum.

Bitumen liquidum dicitur oleum, pix, ſuccinum, electrum, corallium, ſuccus, ſed lapideſcens.

Macrior
- aut ex liquore & terra, vt ſal, nitrum.
- aut ex liquore & metallo, vt chryſocolla, ærugo, ferrago.
- aut ex liquore & foſſili mixto, vt atramentum ſutorium.

CAPVT IV.

De Metallis.

ARTICVLVS PRIOR.

De toto Metallorum genere.

Nomen, eſſentia.

Ex metallis intelligi poſſunt quæ dicuntur ſemimetalla. De quibus Scaliger exercitatione 89.

Metallum gręci deriuant potius à ſcrutando fodiendo ἀπὸ τῦ μεταλλᾶν, quam ex eo quod μετ' ἄλλον poſt aliud quod vna vena inuenta, alia non procul inueniatur Plinio cap. 6. lib. 33.

Sumitur
- aliquando pro vena, cuniculo, fodina.
- hîc pro eo rerum mineralium genere, in quo aurum, argentum.

Finis.

Finis metallorum propria operatio, vſus animantium, præſertimque hominum.

Tempus procreationis.

Fuiſſe initio vna cum rebus alijs metalla procreata credibile eſt, quotidie tamen procreantur verè non per ſolam expreſſionem, vt conſtat tum ex teſtimonio grauiſſimorum authorum, tum ex metallis inchoatis. Adde quod lapides quotidie fiunt, qui vix faciliores elaboratu quam metalla maximè ſi precioſi.

Materia.

Materia metalli duplex
- remota nimirum quatuor elementa pręcipueque aqua & terra.
- proxima, de qua variæ ſententiæ.

Digitized by Google

Calcem & lixiuium cinerem nec humectatum nonnulli pro materia ſtatuunt.

Alberto placet *humor pinguis*, ſed pinguedine interna non externa.

Georgius Agricola metalla reuocat ad *aquam & terram*. Sed hæc materia remota.

Ariſtoteles ad *vaporem*, cui exhalatio ſit admixta: quæ ſententiæ verbis potius, quam ſenſu diſcrepant.

Multis materia duplex ſulphur, argentum viuum.

Nimirum
- ſulphur inſtar virilis ſeminis, aut ſpirituoſæ partis quæ in ſemine.
- argentum viuum inſtar fœminini ſeminis, mēſtruiue ſanguinis.

Itavt ex ſulphure & argento viuo metalla procreentur, eo modo quo ex ſanguine caro.

Opifex.

Cauſſa effectrix metallorum ferè *æquiuoca* eſt .p. cœlum per influxum, calorem atque frigus.

Aſtronomi ſingulos planetas ſingularum metallis ſpecierum faciunt opifices: ſed citra conſenſionem & probabilitatem.

Quærunt efficine *arte* metalla poſſint, & quaſi violenta generatione produci, & accelerari,

Exprimi & purgari arte conſtat, ſed exprimere non eſt propriè generare.

Fieri etenim poſſe veriſſimile eſt ſi rectè applicentur cauſſæ naturales, ſed quæruntur maximè duo aut plura·

Quæritur
- primò vtrum ex argento viuo & ſulphure, ſimilibuſue principijs metalla procreari poſſint.
- ſecundò vtrum vnum ex alio oriatur, vt ex lacte caſeus.
- tertiò vtrum deterius, ſi diligentius arte elaboretur, euadat in præſtantiorem ſpeciem .p. plumbum in argentum.
- quartò vtrum fieri poſſit vt excrementorum habeatur parum, & cum inſigni lucro. hic Chimicorum finis.
- quintò vtrum prēſtantius in deteriorem ſpeciem degenerare poſſit, vt degenerat vinum in acetum.
- ſextò vtrum confici metalla poſſint ex lapidibus, ſemimetallis, & ſimilibus, idque arte & acceleratione.

Sanè
- vt exprimere vinum ex alio non eſt propriè facere, ideoque multi ſibi imponunt.
- ita alia ex parte multi ſe expreſſiſſe putant, cum tamen produxerunt, per veram generationem .p, cinerem, ſalem, vitreolum, &c.

Item ſi tanta haberetur publice copia auri, quanta plumbi melius ageretur cum mortalibus ratione vaſariæ ſupellectilis, ſed peius ratione nummariæ rei.

Item ſi quid ars haberet, quo redderetur tam familiaris, & ad manum frigoris copia, atque redditur caloris humoriſq; beneficio ignis & aquæ ſimiliumque rerum, melius cum ipſa ageretur, plura moliretur & efficeret.

Nonnulli inquiunt primum aurum naturæ eſſe opus, idque ſubſtantiale, ita vt ars non magis ſubſtantiam auri, quam tritici, granum quam ceraſum, quam boletum producere poſſit.

Verum

Digitized by Google

Verum non quæritur vtrum per artem produci poſſit eo ſtatu quo efficitur modo, nam certum eſt non poſſe, vt docuimus ad 2. Phyſic.

Sed vtrum poſſit eo modo, quo panis, caſeus, vitrum, triticum, ceruſa, ærugo, & conſimilia.

Vtrùm poſſimus generationis tempus accelerare, vt acceleramus in ceruſa, in ærugine, &c.

Vtrum copiam augere, ſiue generationis accelerationem, vt in tritico, fungis, boletis, &c.

Credibilius eſt fortaſſe poſſe: ſed modum procreationis inuentu perdifficilem eſſe, & hallucinari Chymicos.

Primò quia Deus videtur nummariæ rei deſtinaſſe modum, qui vſus euerteretur ſi ars chymica voto poturetur.

Secundò quia quod à Chymicis dicitur effici aurum, multis nominibus à vero naturali differt j.pɩ pondere, ſono, ductibilitate, facultatem aduerſus ignem, &c.

Tertiò quia nondū ſatis videtur deprehendiſſe proximā materiam metallorū.

Quartò quia opificem & opificis modum non ſatis norunt.

Quintò quia non dedit hoc natura nobis, vt quemadmodum calorem etiam ſummū facilè excitamus & temperamus: ita etiam poſſimus procurare *frigus*, quod non minus neceſſarium quam calor ad metallorū concretionē.

Sextò quia metalla videntur ordinatè fieri. in his autem quæ ordinate fiunt vbi quid poſt quid, vbi vnum debet primum fieri, deindè alterum, &c. parum eſt materiam deprehendiſſe & opificem, niſi ſeriem, modum, rationem, & ordinem operationis deprehendas.

Prӕterea { quemadmodum adhibemus coagulum lacti, vt in caſeum concreſcat.
ita forſan prӕter craſſiorem & grandiorem materiam ex qua metallum fiat, requiritur quiddam quod ſit inſtar coaguli, inſtar materiæ ſpirituoſæ, quæ in ſemine, per quod fiat vt alicubi facillimè renaſcatur alicubi metallum. p. ferrum in inſula, quæ alba dicitur.

Hoc autem nondum videtur ſatis deprehenſum, neque in ſulphure videtur reperiri, quanquam ill s à pleriſque Chimicorum ſtabulari creditur: ſed hæc maioris otij.

Inuentor, forma, locus.

Formam metallum ſubſtantialem habet aliam à formis elementorum, atque animalium, ea non innoteſcit niſi actionum & affectionum beneficio.

Generantur metalla *intra terram*, ac præcipuè in montuoſis locis.

Si quæ metalla in *fluuijs* inueniuntur, eò à terra deuoluta ſunt.

Si quid in *planta* eſt metalli; id de terra eductum vna cum ſucco & alimento, eò modo quo interdum educitur arenula.

Metalli primus adinuentor celebratur Tubalcain.

Quid Metallum?

Metallum definitur aqua terrea(.j. pɩ fectiùs mixtum in quo aquea terra dominetur) calore elaborata, multo congelata frigore, quæ propterea non niſi calore multo poteſt priſtinum reſtitui in fluorem, aut ne quidem po-

Digitized by Google

teſt, dicuntur enim quædam metalla nulla arte liquari poſſe.

Sed alia excogitanda definitio, ſi quis argentum viuum ante quàm concreſcat pro metallo habeat.

Partes.

In metallo tria partium genera .n. { *coria* quæ liquato innatat. / *metallum* purius. / *fæx*.

Affectiones.

Metalla concreſcunt vi *frigoris* partes comprimentis:

Liquantur virtute *caloris*, aut emolliuntur ſaltem:

Dura ſunt & ferè ductibilia, opaca, denſa, non ſine raritate, tinniunt enim.

Ferè facile ignibilia igniri poſſunt, ponderoſa ſunt: animæ, radicis, venarum, & corticis neutiquam capacia, niſi per proportionem.

Grandeſcunt, ſed per additamentum more viuentium.

Ramoſa ſunt in fodinis puſtulata.

Sapore amara, calore ſplendentia, & nitentia, alba, citrina, rubea immiſcentur & arte, & caſu, & natura.

Species.

Sunt qui ſuſpicantur omnia metalla eiuſdem eſſe ſpeciei: ſed affectionum diuerſitas tanta, vt facilè ſuadeatur ſpecierum multiplicitas.

Metallorum genera duo { compoſitum ex varijs ſimplicibus metallis, vt electrum, æs Corinthiacum. / ſimplex, vt aurum. De ſimplicium metallorum numero variæ ſententiæ.

Celeberrimæ ſpecies ſunt aurum, argentum, ferrum, æs, plumbum, ſtamnum, quod ad plumbum reuocari poteſt, aurichalcum plerique numerant inter principes ſpecies ad quas vniuerſæ reducantur.

Quidam etiam argentum viuum in metallis cenſent maximè ſi concreuerit.

Cæterum videntur dari vt fructus incocti, immaturi: ita metalla nondum ſatis elaborata.

ARTICVLVS POSTERIOR.

De ſingulis metallorum ſpeciebus maximè ſimplicium.

De Auro.

De auri fodinis legatur Acoſta, & qui ſcripſere de re metallica.

Aurum inter metalla principatum tenet, efficitur vt nonnulli ſuſpicantur cum ſulphure & argentum viuum æquis portionibus optime miſcentur, purificantur, ſolidantur.

Sed Chymici ad confectionem auri argentum viuum & ſulphur poſtulant, non vulgaria, ſed quæ ipſi *philoſophica* vocant.

Aurum creditur delectare gryphos, vt ferrum ſtrutiones.

Venena prodere, prodeſſe pueris à quibus geſtatur.

Odore caret, graue eſt, pallidum eſt.

Vſu vix atteritur, rubigine non infeſtatur, non cedit ſali, non aceto.

Optimè ducitur, netur, texitur.

Palearum igni citiſſime exardeſcit, igni probatur, purgatur.

Probatur etiam lydio lapide, ignitum valet ad depilationem.

In puluerem reductum corrodit oculorum maculas.

Si in vino extinguatur, poteturque vinum medetur ſpleni.

Dicitur poſſe euadere potabile.

Pondus eius fertur
- minuere limonum ſuccus.
- augere aqua ex ſtercore humano diſtillata.

Auro argentum viuum euocatur, aurum attrahit pes accipitris, vt magnes ferrum.

Aurum aliquot dies in vrina immerſum, ſi ſuper candenti lamina ſemel atque iterum verſetur, atque refrigeretur, aliquid dicitur coloris amittere.

Auro fuſili pondus non decreſcit, niſi carnes, aut oſſa gallinacea in id coniecta fuerint: nam partem eius abſorbent.

De Electro.

Electrum
- ſylueſtre è ſuccorum concretorum genere eſt.
- metallicum
  - artificioſum tertiam habet argenti partem, duas auri.
  - naturale conſtat auro, & quarta, quintaue argenti parte.

Hoc inde venena creditur prodere.

De Argento.

Argentum auro dignitate proximum, plus argenti viui, quam ſulphuris habere creditur.

Candidius eſt, frigidiuſque auro, & leuius.

Colorem odoremque ſuum facilius communicat rebus quas attingit, facilius liquatur, difficilius ducitur in tenues laminas, tenuia fila.

Rubiginoſum ſi arena fricetur, ſplendeſcit.

De hydrargiro, ſeu argento viuo.

Argentum viuum quandam cum argento cognationem videtur obtinere.

Id videtur metallum eſſe maximè ſi congeletur, congelationis modum docet Mizaldus Centuria 5. memorabilium numero 95. vocatur à nonnullis *metallum ſponte fluidum*.

Dicitur fieri ex materia aquæ & terræ delibuta qualitatibus, ſed aquea magis quàm terrena.

Creditur omnium metallorum vna cum *ſulphure elementum*: ita vt viſcoſitas pendeat à ſulphure, cuius odorem ignita metalla videntur expirare.

Argentum viuum tamen & ſe & alia ab auro ſeparare deprehenditur, ſeſe in orbem colligit, penetrabile eſt, conſumit, mobiliſſimum eſt.

Eo vitiatæ aquę creduntur generare ſtrumas.

Ab vlceribus & membris extremis pituitam arcet.

Noxium eſt hepati, cerebro, & auditui, neruis, oſſibus.

Euocatur auro & oleo è ſulphure.

In oxymelite ſtillatico diu agitato incineratur & concreſcit.

De ære et aurichalco.

Æs plus ſulphuris, quàm argenti viui obtinere dicitur.
Sanè ſulphureum odorem maximè emittit, vt & fodinę è quibus eruitur.
Color eius ſubrubeus, ſed pro varia coctione, & artis opera efficitur flauum, luteum, aureum.

Eſt { vt argentum ſuauiſſimè / ita æs maximè .... } ſonorum.

Creditur putredini aduerſari, ideò apris & ceruis venatione captis infigun-[tur claui ærei.
Vibicem tollit; ex ære ambuſta celeriter ſanantur.
In Demoneſo inſula Chartaginienſi dicitur inuentum æs innatans aquis, oculiſque curandis vtile.
Ex ære ſmaragdi creduntur effici, qui ærugini colore affines.

Conuertit { vt acetum cum calore plumbum in ceruſam. / ita viuum æs in æruginem, cuius copia maxima efficitur in prouincia Narbonenſi. }

Aurichalcum videtur eſſe genus quoddam æris rubicundioris, æs Corinthiacum mixtum quoddam ex pluribus metallis.

De plumbo et ſtanno.

Plumbum & ſtannum differunt quod hoc durius, liquefactu difficilius, minus *olens*, minus ponderoſum, ac maculoſum, candidius.

Vtrumque tamen duplex .n. { quod candidius / quod minus candidum } præſtat nigriori candidius.

Plumbum Chymicis aurum, ſed leproſum.
Plumbum frigidum, fumo eius muſcæ enecantur, inuenitur in fodinis auri.
Aceto ſi miſceatur virtutem adimit, & c. dum ebullit diſſoluit vel adamantē.
Si manus ceparum ſucco illinatur, impunè in ipſam liquefactum plumbum ſuperfuderis, vt docuimus tractatū de igne.
Vt ceruſa fiat plumbum per plures dies aceto maceratum, deindè percoquitur calore ſolis, aut calidioris fumi.

De ferro.

Ferrum à *feriendo*, *ferendoue* fertur nominatum.
Id vt dignitate vltimum, ita vſu pręcipuum eſt.
Fœculentum eſt, fungoſum, molleſcit, liqueſcit ſaltem arte, eoque facilius, quò minus habet excrementum, trahitur à magnete.
Rubiginem ferruginemque facilè contrahit, eaque ſecundum molem concreſcit, ſed vitiatur.
Indelebilem maculam dicitur contrahere, ſi humano inficiatur ſanguine: ferrum quoddam celebratur, quod credibile magnete affrictum, quo vt magnete trahitur aliud.

Ferrum { *durius*, quam plumbum, quia ferrum magis terrenum. / *lenius*, quia { plumbum terrenum eſt, & aqueum. / ferrum ita terrenum, vt rarum, & aëreum. } }

Aqua vbi ferrum candens ſœpius extinctum fuerit alui profluuium ſedat.

Si quæ pars corporis aqua feruenti aduſta fuerit, pilisque propterea deſtituta ferrugo admouetur vt piloſa fiat.

Ferrum politum aceto, & alumine delinitum efficitur æri concolor, *Ex Scal.*

Liberatur rubigine ſi medulla cerui illinatur.

Ferri acies calore hebetatur, & citrionum ſucco.

Ferrum videtur fieri à valentiſſima cauſa.

Eſt { vnum quod liqueſcit, idque ſemel, ex quo fiunt lebetes fuſiles aliaque multa ad vſum culinarum, poſt id operis fere inutile eſt, neque funditur, neque ductibile eſt.
alterum quod molleſcit idemtidem igni admotum, & ad quoduis opus venit, nouamque mallei vi inducit formam. }

Hoc autem { aut ignauius, minuſque fragile.
aut forte & chalibeum, hoc vulgo vocatur *acierum*. }

Nam { ex ignauiore ferro gladiorum dorſa fabricant, quo lentitia minus ſunt fragiles.
ex chalybe apponunt aciem ad efficaciam læſionis ex Scal. exerc. 101. }

Metallica.

Metalla natura raro producit elaborata, & molis grandioris.

Metallica cum eſſentia à metallis diſcrepare vix videntur, non habent tamen ſpeciem metalli, finis in fornacibus, aut extra.

Fiunt cum metallicæ venæ expurgantur. hinc *Cadmia* Pampholis, podos flos, hexis.

Cum metallum ſecernitur à metallo, vt lithargyra, plumbago ex metallis aceto maceratis, &c. vt ęrugo, cæruleum, ceruſa, ex aduſtis, vt ochra plumbaria, &c.

Ex ſublatis in operculum vaſis, vt argentum viuum, ſublimatum, cadmia ſublimata, &c.

CAPVT VLT.

De Lapidibus.

ARTICVLVS PRIOR.

De toto Lapidum genere.

Nomen, doctrina.

Lapis dotica vox, communis λᾶος, ſaxum Thuſca vox, ſilex latina Scal. ex. 108.

Lapis { interdum tanquam ſpecies diſtincta à ſaxo, marmore.
hîc autem generale eſt nomen. }

Ex ſcal. ex 37. vt quis accuratam inſtituat diſputationem de lapidibus;
Primò debet verba facere de ſubſtantia tota, ſcilicet de materia & forma.
2. loco genera ſumma, tum ſpecies oportet perſequi.
Hinc accidentia compactum, denſum, laxum, nitidum, læue, ſcabrum, pellucidum, coloratum, ſimplex, varium, igniparum, fuſile, ſquammoſum, luminoſum, cruſtatile, ſectile, figuratum, durum, molle, ſolidum, cauernoſum, prægrande, continuum, rimoſum, læue, bibulum, ſonans, &c.
Deinde ponere oportet artem, atque vſum molarum, ſignorum, fundamentorum, calcis, fabricæ, menſarum, metalla explorandi, acuendi, erodendi ad carbones, &c.
Denique referre eam naturam, quæ nobis incognita & occulta. ferri naturam apud Indos ſuplere poteſt & vires medicatas.

Cauſſæ, locus, geneſis, natura.

Lapis duplex { opacus, vt marmor / pellucidus, vt cryſtallus } vterque è quatuor elementis.
Sed præcipue ex aqua & terra.
Opacus præcipue fit ex *terra*, ſed perfuſa humido tenaci.
Idque ſiue terra humectetur, ſiue humor craſſeſcat, & induretur.
Etenim { *Opacitas* videtur terrę propria, aut à terra. / præterea lapides cæteri merguntur aqua, itemque pumex in puluerem redactus totus non innatat aquis, niſi quia in poris aerem concluſum habent. }
Pellucidi contra materia præcipua eſt aqua, cui ſubtilis quædam terrea, nec obſcura materia ſit immixta, quia eſt quaſi vitrum naturæ opera elaboratum, ſplendidiuſque artificioſo.
Proxima materia vapor, & exhalatio, non ſecus atque metallorum, &c.
Sed craſſior tum metallorum, tum lapidum, vt ſuccus videatur.
Succi lapideſcentes paſſim offenduntur. p. qui de rupibus pendent.
Generantur lapides variis in locis. p. in aquis, in terra, renibus, veſica, oſtreis, pulmone, oſſe, &c. Generantur eo fere modo quo metalla.
Dicitur induci in materiam vi caloris virtus, quæ ſemini proportione reſpondeat: hæc excudit formam ſubſtantialem, præcipue opera caloris atque frigoris.
Excudit autem in materia illa cui inſidet, aut cum qua eſt permixta, interdum etiam in vicina & circumiacente.
Nam { & Theophraſtus auctor eſt eſſe lapidés qui pariant. / & Rueus lib. 1. de gemmis cap. 1. duos adamantes celebrat qui producant alios, ideoque id fieri credit quod formatrix virtus in eis ſit generoſiſſima, circumfuſumque aërem primum in aquam paulo craſſiorem, deinde vero in adamantem vertat. }
Cum intra aquas frigidiſſimas videntur generari lapides, forte creſcunt tantum & coagmentantur ex multis tenuibus particulis: intra aquam poſſe generari conſtat ex veſicæ calculo, &c.

Digitized by Google

Lapis
- vel è materia iam lapidea qua coagmentatur, vt cum ex lapidum ramentis componitur grandior lapis.
- vel ex lapide liquefacto rurſus excitatur per concretionem, vt vitrum è vitro fuſo.
- vel recens propriè creatur: tuncque materia videtur triplex,

n.
- primò lutum, ſeu terra aquea, terraue madefacta.
- 2. aqua terrea, vel ſuccus qui vehementi frigore congelaſcit.
- 3. quicquid imbibere poteſt ſuccum lapideſcentem & ab eo ita indurari vt lapideſcat: huius generis lignum, panis, piſcis, & conſimilia.

Noſtro æuo panis cum incluſo piſce percocto cum terra diu fuiſſet obtectus, poſtea deprehenſus eſt lapideus.

Succus ipſe non modo lapideſcit, verumetiam & adiacentia in lapidem conuertere deprehenditur.

Conſimili ratione videtur ſentiendum de ſucco vnde metalla.

Vt pariter metallorum materia conſtituatur quicquid ſuccum metallicum ita imbibere poteſt, vt ab ipſo in metallum conuertatur.

Atque ea cauſſa eſt, cur ſuccus quidam in metallis & lapidibus ſeminis proportionem, aut coaguli obtinere videatur.

Dantur
- vt animalia, quæ plantarum inſtar n. zoophyta.
- ita plantæ quædam lapideſcentes, vt corallium, fungi lapideſcentes.

Hæ
- principio inter plantas videntur numerandæ & viuentia.
- poſtea vero inter lapides.

Conſimili modo oſſa primum viuunt, poſtea vero p. in cadauere, ſunt animę expertia, vt & ligna ſemina emortua & cæteras carnes.

Sua autem lapidibus videtur forma ſubſtantialis alia à forma elementi, primò quia non ſoluuntur more rerum meteorologicarum ſimilium. p. glaciei. *Forma.*

2. quia pleriſque lapidibus ſuę propriæ & occultæ vires inſunt, vt magneti, Theamedi.

Habent tamen animam, quia fere ſunt homogeneum quiddam, ſimilare.

Non attrahunt alimoniam more rerum viuentium, &c.

Lapis porro deſcribitur corpus foſſile ſiccum, & durum, quod vel aqua emolliri poteſt, igniq̀ue vehementi redigi in puluerem, vel calore ignis liqueſcere poteſt. *Natura.*

Diuiſiones.

Lapis
- aut creuit more viuentium, & plantarum, vt corallium.
- aut non, vt adamas.

Lapis
- vilior, vt cos, ſilex, marmor, ſaxum, pumex,
- pretioſus, vt ſmaragdus, adamas, carbunculus.

Creditur autem fere in metallis
- ille deterior.
- hic præſtantior, & magis elaboratus.

Digitized by Google

Lapidum alij *calore*, vt lateres, alij *frigore* ſtipantur.

Agricolæ quarto foſſilium lapidum genera quatuor, lapis ſpecialis, marmor, ſaxum, gemma.

In primo genere magnetes varij, chryſocolla, hæmatites, ſchiſtos, merοctes, galactites, melitites, gypſum, lapis ſpecularis, amiantus, pyrites cadmia, trochites, dactilus idæus, gloſſopetra, hyeracites, lepidotes, ſtrombites, mites, onichytes, porphyroides, conchites, ſamius lapis, phrygius, cydrius, cos, pumex, &c.

Marmora affinia { nitore gemmis.
{ mole { ſaxis / lapidibus } differunt varietate, duritie, &c.

Nomina fere habent à coloribus, inuentoribus, regionibus, & à rebus quibus ſunt ſimilia, vt ophytes.

Saxa grandia ſunt, nec nitere poſſunt, vt ſaxum arenarium, calcarium, ligna in lapides conuerſa.

Gemma { adulterina { vt ex viliori alterius generis, vt cùm ex ſapphiro fit adamas.
{ ex nitro, vitro aliiſque id genus materiis.
{ vera vt beryllus, carbunculus.

In gemmarum genere mas, fœmina, mas ſplendidior.

Vere internoſcuntur pondere, igne, lima, fulgore, duritie, & colore.

Lapides ex lib. de Mirandis auditionibus quidam contrarij primis, quidam enim agitatione & flatu extinguuntur, aqua aſperſi exardeſcunt.

Catochytes lapis corporibus ſeu glutine tactus adhæret.

Conſulendus Plinius, Solinus, &c. de affectionibus lapidum Agricola lib. 4.

ARTICVLVS POST.

Quæ præcipuæ gemmarum ſpecies?

Ex Rueo, Plinio, & alijs.

Iaſpis.

Iaſpis creditur continere *menſes* & libidinem, amuletum eſſe aduerſus venena.

Eſt multiplex grammantias quæ laudatiſſima ſmaragdo ſimilis: cypria colore glauco, ſubſtantia pingui.

Perſica æri ſimilis obidiaërizuſa dicitur phrygia, thracia, chalcidica, cappadocia.

Sapphirus.

Sapphirus Ioui, Phœboque ſacra, ea vel *orientis*, ſiue Indica, vel podia.

Creditur compeſcere venereos affectus, pellere iracundiam, inuidiam, fraudes, triſtitiam, corporis moliri incrementum, ſolidas principeſque aſſeruare fouereque partes, confirmare vires cordis, valere

Digitized by Google

Valere aduerſus ſcorpionum ictus, exulcerationes, venena peſtifera, veneficias &c.

Smaragdus.

Smaragdus viroris eſt ſaturi iucundiſſimi, ex ære naſcitur vt & ærugo. Opitulari creditur comitiali morbo, impatiens eſſe venereæ luis.

Sardonix.

Sardonix duobus alijs lapillis conſtare videtur { ſardio. / onyce. }

Valere aduerſus venerea & animi faſtum.

De Sardio & Sarda.

Sardius colore eſt rubro, ſubobſcuro, creditur timorem pellere, compeſcere ſanguinem è naribus profluentem, à maleficijs aſſerere geſtantem.

Sarda vel idem quod ſardius, vel gemma altera *colore alba.*

Chryſolitus.

Chryſolitos (aureus lapis) valere creditur aduerſus puſillanimitatē, melācholiā.

Beryllus.

Beryllus vna è virentibus, lucidisque gemmis creditur mederi oculis humentibus, ructibus, ſuſpirijs, iocinorijs malis, valere aduerſus ſegnitiem.

Topazius.

Topazius coloris eſt aurei, cum quadam viriditate vt ampliſſima eſt gēmatū, ira admittit limam, atteritur vſu.

Creditur ſanguinem compeſcere, ſi admouetur vulneri, iracundiam & res venereas cohibere, lunæ imperio ſubeſſe.

Topazius duplex { praſoides ſeu porraceus. / cryſopteros aurea penna, aut cryſopteris aurea filix. }

Chryſopraſia.

Chryſopraſius, aut chryſopraſion gemma chryſoptero ſimilis viriditate porri ad aurum inclinante, creditur cor reficere, oculorum iuuare imbecillitatem.

Amethyſtus.

Amethyſtus præcipua gemma inter violaceas, colorem habet è ſulphureo violaceum, nitet leuiterque flammulas emittit. vmbilico admotus vini in vētriculo ſtagnantis ſaporem ad ſe attrahit.

Carchedonius.

Charcedonius è carbunculorum genere Plinio. Forte chalcedonius Apocalypſeos.

Hyacinthus.

Hyacinthus colorem habet cognominis floris, frigidus eſt & ſculptu difficillimus, creditur valere aduerſus peſtem, fulmina.

Margarita.

Margaritæ in conchis generantur innata ſiccitate, corporis redundantias abſumunt: laudatiſſimæ quæ candidiſſimæ, lucidiſſimæ, rotundiſſimæ, læuiſſimæ, maxime à natura perforatæ.

Carbunculus.

Carbunculus inter ardentes, igneasque gemmas præcipua, ideo *ignito à carbone* nomen habet.

Carbunculorum genera ſtatuuntur quatuor
- quę propriè *carbunculus* dicitur
- *balagius.*
- *rubinus.*
- *granatus.*

Adamas.

Adamas colore ferro candenti haud abſimilis fatiſcit hircino ſanguine, & liquato plumbo magneti eſt infeſtus, non atteritur niſi adamante alio.

Achates.

Achates gēma nigra cum venis albis leoninæ pellis ſimilis, aduerſatur venenis, peſtiferis aranearum ſcorpionumque ictibus.

Alectorius.

Alectorius albus lapis, ac nitens, in galli gallinacei ventriculo repertus, obſcurij cryſtali ſimilis: ſed paulo denſior, non excedens fabæ magnitudinem.

Torcois.

Torcois
- Hiſpanica colore vt cunque virente, ſubobſcuro, nigrato.
- Indica ex herbaceo cyaneo quodā lacteſcente gratiam init non vulgarem.

Reſudat inquit Scalig. quaſi gummi. Interdiu color ceruleus, nocte viridis.

Corallium.

Corallium dicitur lithodendron, qui eſt quaſi
- lapis arboreus.
- lapidea planta.

Commendatiſſimum, quod rubicundiſſimum, vel albiſſimum æquabili incremento, forma fruticis atterenti facere cedens, ſed album & rubens viſum in eadem planta.

Corallium inter ſuccos concreſcentes numerandum,aut inter plantas atque lapides.

De origine illius legatur Guichardinus Belgicæ deſcriptionis authoR.

Corallij virtutes multæ exploratæ ad ventriculum, & cor ipſum refrigerat ſiccatque mediocriter.

Corneolus.

Corneolus minij colore,ſed ſublanguido, quaſi carneo , ſanguinem cohibet, polline emendat liuentes dentes.

Quid Ceruleum?

Dioſcoridi lib.5. cap.97.Plinio cap.vlt.lib.34.arena quædam metallica cærulei coloris quam cyanum nominat.

Galeno libr.9.ſimpl. medic.metallum quoddam.Plinio eidem gemma quam *cyanum* appellat.

Ceruleum lapidem commẽdat Scalig.exerc.272. aduerſus elephantiaſim deſperatiſſimam.

Chelidonius,chelonites, buffonites.

Chelidonius vel chelidonia lapillus eſt paruus,minimè perſpicuus è iuuencularum & hirundinum ventre exceptus rufus,aut nigricans.

Chelonites inuenitur in capite teſtudinis.

Buffonites vulgo crapaudina exer. 123.

Onyx,lachates.

De onyce Agricola lib. 6.foſſilium.

Lachates gemma eſt glauci coloris ſed pallidioris,quæ confricata attrahit paleas, ardere poteſt,prodeſt hydropicis.Pantãrdes gemma eſt ſed fabuloſa in hiſtoriis æthiopica,Gygiſque annulo ſimilis.

In nidis vpupar: dicitur inueniri lapis qui ſuppoſitus capiti dormiẽtis efficiat, vt prodat quæ ſentit.

Ætites,magnes.

Ætites magnes,hæmatites&ſuccinum inter gemmas numerantur à nonnullis, vt & theamedes,ſed multis vnâ cum mole reclamantibus.

Magnes vocatur ſiderites,Herculeus lapis,magneſius. Magneti in lance conſtituto ſi parum ferri adiiciatur non deprehenditur augeri pondus. De magnete alibi.

Feruntur in ſeptemtrione rupes ingentis magnitudinis ex rupe magnete.

Ætites aquilæ lapis cortice eſt duro,ſcabro, inuenitur in aquilarum nido &c.

Theamedes ferrum à ſe abigit.

Hæmatites prodeſt oculis cruore ſuffuſis,menſes muliebres ſiſtit.

Albaſtrum aut albeſtrum apud Albertum lapis coloris ferrei,qui ſemel accenſus vix vnquam extinguitur,ſed nõ videtur ex gemmarum numero: vt nec cryſtallus,vitrum,&c.

Monitum.

Multa ſunt corpora mixta perfectiora inanimata, quæ tamen ad ſuperiora genera reuocari nequeunt, licet pleraque magnam cum illis affinitatem habeant.

Cadauera rerum viuentium huç ſpectant, quæ varia pro varietate plantarum, animalium, partium, &c.

Huc multa quæ ex illis fiunt vt compoſita medicamenta, item varia quæ originem ducunt à viuentibus, nec vixiſſe videntur, vt cera, pix, gummi.

Alia natura ligni virentis, alia aridi: ſunt multa quęquã naturam in viuenti obtinebant, eandem etiam & extra ſeruant ſaltem aliquandiu, vt ſemina, vinum, oleum.

FINIS.

Gratias tibi Domine Ieſu.

Digitized by Google

AD TRES LIBROS
DE ANIMA.

QVÆSTIVNCVLÆ DVPLICIS GENERIS PRO PRAEFATIONE.

PRIORES DE NOSTRO INSTITVTO.

QVOTVPLEX DOCTRINA de viuentibus:

SPectatur
- τὸ ἀίτιον, & cauſa: vt in libris de cauſis plantarũ.
- τὸ moueri, & mutari in libris de generatione, & progreſſu animalium.
- & τὸ eſſe, quod eſſentiale, accidentarium.

Doctrina
- *communis* quam maximè perſequimur in ſcholis.
- *propria*
  - plantarum, & ſtirpium.
  - animalium. Conſulenda elementa Phyſica.

Eſt
- aliud *hiſtoria*, quæ proportione reſpondet φαινομένοις aſtronomicis, cõtinetque enarrationem eorum quæ ſenſu, experientiaque deprehenduntur.
- aliud *ætiologia*, quę reſpondet proportione theoriæ planetarũ. hinc apud Ariſtotelem primo de partibus quæſtio methodica hæc.

Debemuſne imitari Mathematicum, aſtronomum, & primum narrare quæ euenire deprehenduntur, deinde indagare euentuum cauſas. an contra.

Vtrique autem adiungitur *doxologia*, & enarratio opinionum, ſed potiſſimum *ætiologica*.

Spectandum
- quid res videatur eſſe.
- quid exiſtimetur eſſe.
- quid reuera ſit.

&c. φαντασία δόξα, ἀλήθεια.

Ad *ætiologiam* pertinent libri de anima, de partibus, de motu animalium, de plantis, de ſenſu, de memoria, &c. vt & libri Theophraſti de plantarũ cauſis.

Ad *hiſtoriam* referuntur libri Ariſtotelis de hiſtoria animalium, Theophraſti de hiſtoria plantarum, Plinius, &c.

Quanquam { hiſtorica ætiologicis / ætiologica hiſtoricis } ferè interſeruntur apud Peripateticos.

Vtra pars in ſcholis tradenda diligentiùs?

Hiſtoria magis obſeruatione, memoria & lectione indiget quàm diligentis præceptoris voce & accurata explicatione.

Ideo { partim ad ſcholam adfertur à diſcipulis. / partim priuatæ cuiuſque diligentiæ & lectioni commendatur, vt reperatur ex *Ariſtotele, Theophraſto, Plinio, Galeno, Dioſcoride, & aliunde. Certè phantaſiæ* à natura, & ab obiectis rebus potius quã à præceptoris ope. }

Cauſæ autem multis de cauſis ſunt operoſæ admodum, difficileſque explicatu, ideo acroaſi & auditione videntur indigere.

Quanam ratione progredimur in his cauſis declarandis?

Methodi, doctrinæque ratio videtur poſtulare,

vt { ordiamur à genere. n. à viuenti corpore. / deinde gradatim progrediamur vſque ad vltimas ſpecies. p. hominem. lactucam, &c. }

Sed {
homo eſt *microcoſmus*. octauo Phyſicorum cap. 2.
nos ſumus quodammodo finis rerum, ſecundo Phyſicorum.
hominis domicilium mundus. Lactantio cap. 6. lib. 2.
ſumma noſtræ Philoſophiæ eſt { noſſe *Deum.* / noſſe *nos*, & ex nobis Deum. }
aliena è noſtris æſtimamus. De *qua* re in Logicis.
in hac vitæ breuitate properandum eſt ad alias diſciplinas & dynam eſp. Theologiam, Iuriſprudentiam, artem militatem, artem medicam, & omnino à propædia ad pædiam. }

Ideo in ſcholaſticis lucubrationibus de vita ferè & maximè in vnum hominem intuemur.

Sed { perſequimur tamen diligenter quæ communia. p. *vegetationem, ſenſum, mortem, ſenectutem.* &c. / & proportionis ope ex conditione hominis iubemur venire }

in comprehenſionẽ { tum belluarum. / tum plantarum. }

περὶ ψυχῆς. Porro ad titulum de Pſyche, ſiue de anima reuocare ſolemus quæ pertinent ad hominem, & res viuentes alias.

Quæ futura eſt penſi noſtri, operæue noſtræ ratio?

Cogimus in anguſtias librorum de anima, quę de homine, rebuſquę alijs viuentibus dicturi ſumus, & commentationum.

Digitized by Google

In viuente *anima, materia,* & *ſubſtantia compoſita* cum appendicibus. Sed ad animam reliqua reuocamus.

De anima vero tractatio inſtitui conſueuit quadruplex;

.n. { prima de *anima catholicè*, generatim, ἁπλῶς.
ſecunda de *vegetanti* anima.
tertia de *ſentienti*, ſiue ſenſitiua, deque progreſſiua.
quarta denique de *rationali.* }

Reuocabimus { ad primam quæ tradituri ſumus de *humano* corpore.
ad quartam quæ de *homine* ipſo. }

Sed { vt non eſt omittenda contextus explicatio.
ita multa differenda in compendiariam deſcriptionem. }

Obiectio.

Si anima vegetans eſt anima in genere, anima ἁπλῶς, prima pars confunditur cum ſecunda.

Atqui anima vegetans eſt anima in genere: Ergo &c. ſuadetur Sumptio.

Quæ anima eſt prima & communiſſima, ea videtur anima eſſe in genere: Sed anima vegetans eſt anima prima & communiſſima: Ergo, &c.

Reſpondeo falſam eſſe propoſitionem confirmationis. De qua re in Logicis.

Motus primus & communiſſimus { non eſt motus ἁπλῶς.
ſed motus localis, qui ſpecierum prima. }

Figura rectilinearum prima & communiſſima { non eſt rectilinea figura generatim.
ſed triangulus. }

Monitum.

Species cum ſuo genere reciprocatur aliquando ſubiectiuè.

Ex. gr. { tactiuum cum ſenſitiuo.
vegetatiuum cum animatò. }

Superiori differentiæ poteſt eſſe aliquid commune cum inferiori. p. ſenſitiuo cum rationali, tactiuo cum viſiuo. De qua re in Logicis.

Poſteriores de his libris.

Quis Author?

Ariſtoteles, vt teſtantur ſtylus & doctrinæ genus cum interpretibus & citationibus Ariſtotelicis.

Quis ſtylus, quod genus?

Acroamatici hi libri & quidem maximè, idque ferè ſine controuerſia.

Phyſicarum ſunt in commentationum cenſu, & ætiologici magis quam hiſtorici.

Quis ordo horum librorum?

Ordo patet ex diuiſione naturalis corporis.

Digitized by Google

Antecedunt { libros de partibus quia forma notior quàm materia. / libros de animalibus, libros de plantis. / quę dicuntur parua naturalia. p. librum de ſenſu, &c.

Sequuntur res meteorologicas, res foſſiles.

Quis titulus, quod argumentum?

Inſcriptio petitur ab argumento. De nomine animæ loquemur alibi.

Agitur { de anima generatim, vt patet ex lectione. / non de humana tantum, quæ tamen argumentum eſt præcipuum.

Quæ partitio?

Libro {
primo cenſentur veterum opiniones de natura animę ſed poſt procemium.
ſecundo { ponitur & inſtruitur animæ deſinitio. / agitatur de vegetanti & de ſentienti anima.
tertio agitur { de ſenſibus interioribus. / de anima rationali. / de vi motrice.
}

I N

LIBRVM PRIMVM.

Diſtinctio.

CAPITE { primo præfatur Ariſtoteles de ſcientia de anima. / ſecundo proponit opiniones veterum de natura eius. / tertio, quarto, & quinto eas cenſet, refellit.

PARAPHRASIS CAPITIS PRIMI.

Procemium de ſcientia de Anima.

Præſtantia — *Præſtanſne ſcientia de Anima?*

Text. 1. Cùm { ſcientia quæuis ſit bona & honorabilis. / ſcientiaque ſcientiæ præſtet.

Vel propter ἀκρίβειαν accurationẽ [.i. quod ſit accuratior, certior, magis perſpicua, & elaborata, propter nobiliorem formam, conditionem.]

Vel [propter nobilius argumentum, obiectum], quod ſit rerum meliorum, nobiliorumque ſcientia.

[Vt &

[Vt & { propter *finem* primo Ethicorum.
propter *ſedem* ſiue ſubiectum tertio Topicorum.]

Hiſtoria de anima duplici illo nomine priori non ſine ratione cenſetur in [ſcientiis] primis [vt & tertio & quarto.]

Vtiliſne?

Animę notitia multum confert ad omnem alethiam [veritatem, notitiam veri] Text.2.

.p. { ad *Ethicam* quia hæc indiget diuiſione & notitia facultatum humanarum primo Ethic.cap.vlt.
ad *Logicam* quia pariter eget notitia mentis virtutumque eius.
ad *Mathemata* quia docemus rationem faciendi abſtractiones.
ad *Metaphyſicam* quia ex mente noſtra capimus iudicium de ſeparatis mentibus.

Sed potiſſimum ad *phyſin*, ſcientiam de natura. Eſt enim velut principium animalium. [Ex nobiliſſima ſpecie reliquæ comprehenduntur.]

Quis ſcopus eius, quis ordo?

Hîc { ſcopus noſter inſpicere & poſſe [primum] phyſin, eſſentiamque animæ. *Finis, ordo*
deinde quæcunque acciderunt circa hanc [accidentia eius.] *Text.3.*

Ex quibus { quædam videntur eſſe proprium pathos animæ.
quæ iam videntur communia & per animam conuenire animalibus & animatis.

Faciliſne?

Difficultas.

De anima aliquam accipere fidem & credibiliter loqui eſt è rebus difficillimis & ex omni parte & omnino.

Quid ita?

Cauſæ difficultatis.

Primò quia cum quæſtio eſſentiæ, & τοῦ *quid eſt* ſit communis multis aliis rebus. *Variæ methodicæ quæſtiones.*

Methodus definiendi { vel vna in omnibus rebus quarum volumus eſſentiam noſſe.
vel multiplex. *Text.4.*

Si vna eſt vt *apodixis*, proprij accidentis [vna,] ſanè quærendum quænam ſit illa methodus.

Si vero multiplex.p. { per *apodixim* & demonſtrationem.
per *diareſim* diuiſionem.
per alium modum e.g. per compoſitionem.

Difficilior fit tractatio quia oportebit in ſingulis rebus accipere propædiam & pręuiſionem Logicam, quiſnam modus definiendi ſit vſurpãdus. *Text.5.*

2. quia vbi patebit vtrum quædam demonſtratio, an quędam diuiſio, an quępiam alia methodus ſit vſurpanda. Adhuc [τὸ declarare] ex quibuſnam [rebus & principiis] oporteat quęrere [& venari definitionem rei] multas dubitationes & errores habet. Quoniam aliarum atque aliarum rerum alia

atque alia ſunt principia.p.numerorum & planorum.

Text.6. 3.quia fortaſſe diuiſione colligenda eſt animæ definitio: ideo primum neceſſarium διαιρεῖν diuidere(.i. diſtinctè ſuper diuiſionem dicere) ex quo rerum ſit genere & quid ſit.

Dico vero { vtrum ſit *hoc aliquid*,& vſia.
an vero accidens, ſiue an quantum,an *quale*,an alia categoria ex diuiſis.

4.quia preterea { vtrum ſit vnum aliquid ex entibus potentia diſtinctè dicendum eſt.
an vero entelechia quædam.nam hæc multo differunt.

Text.7. 5.quia præterea conſiderandum { vtrum ſit partibilis.
an verò partium expers anima.

ὁμοιοειδής: 9.quia videndum eſt ſitne omnis anima quid homioides vnicæ ſpeciei ſeu rationis,an vero neutiquam homioides.

Quod ſi neutiquam eſt homioides: vtrum animæ differant ſpecie, an vero etiam genere:nunc enim qui de anima tractant,de humana tantum videntur conſiderationem inſtituere.

Text.8. Conſiderandum vero vtrum ipſius animæ ſit vnus logus.vna ratio & definitio velut animalis,quæ ad animal vnum referatur tanquam ad vltimam ſpeciem:an vero alia atque alia,alius atque alius rei.p.equi, canis,hominis, Dei.qui vulgo animal. Animal autem quod vniuerſale & ſi quid aliud commune prædicatur, aut nihil eſt.aut quid poſterius.

Text.9. 7.quia ſi neutiquam ſunt plures animæ in re eadem, vel in diuerſis,ſed tantum plures animæ partes:vt mouens.ſentiens,vegetans. Quæritur vtrum prius totum,an vero partes indagare oporteat.

8.quia ſecernere partes difficile eſt.

Text.10. 9.quiă difficile eſt conſtituere vtrum prius partes.p.intellectiuum, ſenſitiuum &c.an vero ipſarum opera.p.τὸ intelligere, & ſentire.

10 quia vt concludas ordiendum ab operibus[& muneribus quæ explicantur per potentias & facultates, vt ſentire per ſenſitiuum.]

Dubitatur { vtrum oporteat prius rem explicare.p.ſenſitiuum.
an verò quod ei opponitur.p.ſenſibile.

Digreſſio { de mutua vſiæ & accidentium in cognitione,opera.
deque bona & vana definitione.

Quid nos hîc maximè iuuat?

Text.11. Illud quod non ſolum noſſe quid res ſit vtile eſt ad perſpiciendum cauſas eorũ quæ accidunt vſiis:vt in mathematicis noſſe quid rectum, quid curuum &c.ad cognoſcendum. Quot rectis[angulis]ſint æquales tres anguli,triãguli.

Sed etiam è conuerſo accidentia multum conferunt ad cognoſcendum τὸ

Digitized by Google

quid eſt & vſiam.

Nam cum de accidentibus omnibus aut plurimis poſſumus ſecundum phantaſiam & imaginationem demonſtrare, tradereque aliquid dicendo : Tum etiam dicere aliquid de vſia optime poſſumus.

Et τὸ qui d eſt principium eſt omnis demonſtrationis. Ideo inaniter & dialectice non apodictice tradita illa definitio, vnde accidentia rei definitæ non eſt facile conijcere.

Alia cauſa difficultatis.

Præterea & vndecimo difficilis hæc doctrina eſt. Text. 12.

Quia conſtat quidem pleraſque animæ affectiones communes illi cum corpore eſſe. p. iraſci, cupere &c. Quæritur autem vtrum ſit aliquod accidens animæ proprium, quod corporis opera carere poſſit. Idque demonſtrare neceſſarium eſt. non autem facile.

Sane ſi *intellectio* eſt imaginatio quædam, aut eſſe nequit ſine imaginatione: nulla in anima affectio occurrit quæ videatur ipſius propria.

Iam ſi quæpiam affectio & operatio animę rationalis propria eſt, anima rationalis à corpore eſt ſeparabilis, nec extinguitur vnâ cum corpore. Text. 13.

Si vero nulla eſt animæ propria operatio, anima non eſt à corpore ſeparabilis ſine ſuo interitu ſed mortalis.

Affectus autem animę : vt ira, metus &c. videntur eſſe quid corporeum, ſimul enim [cum anima] corpus quid patitur proindeque inſeparabile.

Ideo phyſici eſt qui materiam ſectatur tractare de anima omni, vel de tali, cuius affectiones ſint mortales. Text. 14.

Affectuum definitio.

Affectus ſunt in materia, ideo per materiam ſunt definiendi. Text. 15.

Definitio duplex.

Definit { dialecticus ſiue artifex probabilitatis, qui reſpondet methaphyſico per formam. | phyſicus per materiam: vt cum ira definitur ebullitio ſanguinis, aut calidi circa cor. } Text. 16.

Triplex forma.

Forma { *Phyſica* & re in materia & ratione. | *Mathematica* re in materia, ratione extra. | *Metapyhſica* & re & ratione extra materiam. } Text. 17.

Affectus autem ſunt formæ ſecundum rem inſeparabiles à materia. Text. 18.

IN
SECVNDAM LIBRI
PARTEM.

CAPITIS SECVNDI PARAPHRASIS, *aut ſumma.*

Veterum de Animæ natura opiniones.

Ordo & inſtitutum.

Tex.19. PROFERENDÆ ſunt initio veterum ſententiæ de natura animæ.

Vt {
- ſi quid probe dixerunt admittatur.
- ſi quid peruerſe refellatur.

Argumenta, ſigna, & notæ Animæ.

Diuiſio ſententiarum.

Duo maxime [præter] *ſubtilitatem*, quę tamen fere anne&itur *motiuitati* animæ tribuuntur à veteribus tanquam propria argumenta.

.n. { *motus* à ſe / & *ſenſus*. } [ſic ſolemus argumentari.
Mouet ſe adhuc: Ergo viuit.
Non ſentit amplius: Ergo &c.]

Tex.20. ***Sententiæ eorum qui animæ naturam ex motu inueſtigarunt, vocaruntque pſychen, ſiue animam id quod primum mouet.***

Democrito {
- rotundæ atomi ſunt ignis.
- ignis primo mouet.
- quod primo mouet anima eſt.
- viuunt animalia quia reſpirant.
- Tex.21. reſpiratio fit ingreſſu & regreſſu rotundarum [ideoque perfectiſſimarum] atomorum.

E Pythagoreis {
- quidam animam faciunt corpuſcula quæ in aëre agitantur.
- quidam quod illa corpuſcula [etiam ſine vento] agitat.
- quidam ſimpliciter quod ſe ipſum motu agitat.

Tex.22. Anaxagoras & quicumque mentem aliquam poſuit quæ moueret chaos, pſy-
Tex.23. chen & animam dicit id quod mouet.

Sed { Democrito { vt quicquid apparet verum eſt......ſenſus eſt iudex. / ita anima, & intellectus idem [confundendo ſenſum cum intellectu.] } / Anaxagorę ſententia parum eſt explicata. }

Apud hunc { nunc mens eſt cauſa τȣ̃ pulchri & τȣ̃ recti [proinde non videtur habere locum in quouis animali,ſed tantum in rationali.] / nunc mens in omnibus animalibus ponitur,dicitur idem quod pſyche & anima. } *Text.* 24.

Cum tamen ne hominibus quidem vniuerſis eodem modo mens ineſſe videatur [quia ſunt alij,quam alij magis rationales, ideo abſurdè.]

Sententiæ eorum qui naturam animæ ex ſenſu & cognitione veſtigarunt.

Qui ex notitia vt ſenſu[mens veteribus ſenſus quidam] venantur animæ cognitionem[non ex motu] idē ſentiunt de natura animę, atque de principijs rerum. *Text.* 25.

Itaque { quibus principium eſt vnum,illis ipſa anima eſt illud vnum.p.aqua. / quibus principia plura,apud eos anima eſt principia illa. }

Empedocli { anima conſtat ex quatuor elementis. / elementum vnumquodque eſt anima. }

Quia { id quo cognoſcimus eſt anima. / cognoſcitur apud ipſum terra terrâ &c.ſimile ſimili. }

Platoni { in Timæo anima conſtat ex quatuor elementis, vt ſit ſimilis omnibus rebus aliis & cognoſcat omnes. *Text.* 26. / in ſermonibus de philoſophia anima conſtat ex idea *vnius* & prima longitudine, latitudine,& profunditate. / alicubi { *intellectio* eſt prô vnitate & quaſi puncto. / *ſcientia* eſt binarius,qui linearis numerus. *Text.* 27. / *opinio* ternarius,qui[quodammodo] planus numerus. / *ſenſio* quaternarius qui quodam modo ſolidus numerus. } }

His omnia percipiuntur.

Numeri formæ ſunt rerum,& principia.

Quatuor hi numeri principia ſunt rerum aut ſaltem *quaternarius*, qui decadis Pythagoricæ compendium eſt.

Sententiæ eorum qui ex ſenſu & motu *ſimul venantur naturam animæ.*

Quidam repetunt animæ naturam { ex *ſenſu.* / ex *motu.* } Tex. 28

[Apud multos plantę negantur propriè viuere.]

Quibuſdam.p.Xenocrati anima eſt *numerus*(vt conſtet ex principiis omnibus

cognoſcatque omnia, ſeu *ipſum mouens*.

Diſſenſio & principium motus.

Diſſenſio { eſt de numero principiorum animæ.
eſt, quod { nonnullis principia ſunt corporea [diuiſibilia.]
[alijs incorporea.]

Text. 29. Vt autem de principijs rerum, ita de anima ſenſerunt veteres. Et quidem videtur non abſurdum in *principijs* vim mouendi ponere.

Text. 30. Ignis { quibuſdam videtur eſſe principium, & omnia.
Democrito { mouet propter *ſubtilitatem* partium.
mouetur ob *rotunditatem*.

Text. 31. Anaxagoræ { videtur aliud *anima*, aliud *mens*.
vtraque eſt *natura*.
mens eſt maximè principium, maximeque mouet.

Aliæ quædam ſententiæ.

Text. 32. Thaleti anima eſt *motiuum* quiddam, ideo magnes animatus.

Diogeni eſt aer { *mouens* quia ſubtiliſſimus.
cognoſcens quia aere primum percipitur aer, deinde cætera.

Nihil [fere] videtur mouere, niſi moueatur: anima autem mouet.

Heraclito anima eſt quædam exhalatio ignea.

Eaque { ſubtiliſſima [ac proinde mota.]
cognoſcens quia quod mouetur cognoſcitur eo quod mouetur, calefactione cognoſcitur, &c.

Heraclito omnia ſunt in perpetuo motu & fluxu [etiam quæ Peripatetici vocant *permanentia*: vt homines, arbores, &c.

Text. 33. Alcmæoni anima eſt immortale quiddam quod ſemper moueatur, immortale quia ſimilis immortalibus. p. Soli, Lunę, &c.

Hipponi magis importunè anima eſt *aqua* quia ſemen humidum eſt, ſemen anima prima.

Critiæ anima eſt *ſanguis*, qui reprehenditur ab Hippone quod anima ſit ſemen, ſanguis non ſit ſemen.

Porro { vt nemo terram ſolam pro principio poſuit.
ita nemo dixit animam eſſe terram puram.

Tria quibus definitur, & denotatur anima.

Anima definitur & deſignatur { *motu*,
ſenſu,
incorporeo, ſiue ſubtilitate, indiuiſibilitate.

Summa ſententiarum.

Text. 34. Qui *cognitione* animam finiunt, atque adeo omnes præter Anaxagoram putant

Digitized by Google

animam { eſſe elementum ſiue principium.
aut eſſe ex elementis, conſtareque ex vniuerſis.

n. quoniam { anima omnia cognoſcit.
ſimile non percipitur niſi ſimili [ſi illis creditur.]

Sed alij vnum elementum, aut principium conſtituerunt.
Alij plura.

Anaxagoras { mētem facit expertem paſſionis & commercij, ſiue ſimilitudinis cum rebus aliis.
proinde non explicat quo cognoſcat modo.

Ex contrariis principiis animam { componunt, qui contraria faciunt principia. Text. 35.
non componunt alij ex contrarijs:

Ad idem caput varia monita.

Ferè apud veteres plantis non ineſt anima & vita; ζωὴ & ζῶον, animal & vita reciprocantur.

Proprium eſt animalis quod ſeſe ſenſibiliter moueat, etiam cum in loco ſuo conſtitutum. 2.

Nihil ferè mouet aliud, niſi ipſum mouere videatur.

Impellit { remex nauim, & ſe per illam. 3.
equus ſe, & per ſe rhedam.

Apud veteres anima creditur prius ſe mouere quam moueat corpus.

Videmur { occurſu rei recordati ſimilis. 4.
deprehendere calorem ſola calefactione noſtra & frigefactione frigus. Itaque veteres crediderunt non deprehendi ſimile niſi ſimili. 5. 6.

Ex anima perfectiſſima fere fit iudicium de ceteris.

Platoni { forma, *vnitas*.
materia, *magnitudo*, quæ longitudinem & profunditatem habet.

Pythagoricis { omnia ſunt numeri, vel ſicut numeri.
ex decade cetera.
decas ex vnitate, paritate, imparitate; compēdium decadis eſt quaternarius. 7.

Etiam Peripateticis quatuor cognoſcimus nimirum { *intellectu*.
ſcientia.
opinione.
ſenſione. 9.

10.

Phantaſiam veteres à mente vix ſecernebant. Motiuitas & vis cognoſcendi videntur animæ notę. 11.

IN TERTIAM LIBRI PARTEM.

Cenſura opinionum.

Capitis tertij paraphraſis, aut ſumma.

Animam non eſſe aliquid ſeipſum mouens.

Text. 36. Sane { neque anima eſt aliquid mouens ſe ipſum, & deinde corpus.
neque motus ipſi poteſt per ſe conuenire. }

Primò quia non quicquid mouet, mouetur.

Text. 37. 2. quia { quod mouetur { aut per ſe mouetur: vt lapis cadens.
aut per aliud: vt nauta, candor, &c. }
anima autem non mouetur per ſe. }

Text. 38. Tum quia neque alteratur, neque fertur, neque creſcit, neque decreſcit.

Text. 39. Tum quia ſi per ſe mouetur localiter, ac fertur, locum per ſe ſibi vendicabit.

Motuſque ipſi inerit { non vt albedini [ineſt per accidens.]
ſed vt corpori [& per ſe] }

Text. 40. 3. quia ſi mouetur naturaliter poterit etiam vi moueri cum ſit elementum, quieſcere ſponte: itaque corpus egredi, ingredique pro arbitrio poterit, dabiturque reſurrectio & palingeneſia.

Text. 41. 4. quia mouebitur ijs motibus quibus mouet. Si mouet localiter, mouebitur localiter, egredietur, ingredietur.

Text. 42. 5. quia { quod à ſe ipſo moueri poteſt, non mouetur ab alio niſi per accidens.
anima ſi mouetur, mouetur per ſe à ſenſibus, & rebus obiectis. }

Text. 43. 6. quia { ſi anima mouet ſe ipſam, mouetur.
ſi mouetur, exit ab eo quod mouetur.
[potentia mutatur in actum quando fit motus. fitque. e. g. diſceſſio à calefactibili in calefactum, à termino à quo in terminum ad quem quæ pellunt à ſe abigunt.]
proindeque exit à ſe ipſa. }

Democriti

Digitized by Google

Democriti peculiaris refutatio.

Vt Dædali Venerem ligneam infuſum argentum viuum mouebat, cum prius ipſum moueretur: Text. 44.

Ita Democrito pilulæ indiuiſibiles [quæ ignis atque anima] mouent corpus [animatum] ipſæque prius mouentur.

Refellitur primò quia ſi mouet eo modo anima, non occurrit idonea cauſa quietis.

Deinde quia non mouet niſi { intellectione / electione } [niſi { *ſenſu.* / *appetitu.*]

Refutatio Timæi, cuius ſententia extat apud Platonem.

[Vt lebetem attollit ignis intra è tormentario excitatus puluere.] Ita Text. 45.

anima Timæo { mouet corpus quia eſt ei annexa. / [& mouetur ipſa à ſe.]

Conſtat verò ex elementis (cœlum veteribus quid elementare.) numeriſque diſtinguitur ſonoris & harmonicis vt harmoniam percipiat (ſimile veteribus non cognoſcitur niſi ſimili.)

Et cum initio foret recta, & inſtar literæ [X.] inflexa eſt [& effecta circularis. vt O.]. n. vt conſonis moueretur lationibus, conuerſionibus.

Diuiſaque in orbes duos [n. in { cœlum ſtelliferum. / & cœlum planetarum.]

Ex quibus alter diſtinctus eſt in ſeptem orbes ſenis ſectionibus, quoniam cæli motus eſt animæ motus.

Refellitur primò quoniam anima mundi & cœli (de qua Timæus loquitur) eſt rationalis, ideo non eſt magnitudo. &c. Text. 46.

Etenim intellectus { non eſt propriè continuus: vt magnitudo. / ſed impropriè tantum: vt numerus, vt digiti. } Text. 47.

2. quia ſi anima eſt magnitudo & quid corporeum, attingere non poterit [corpus agit per contactum.]

Nam {
- non puncto attinget quia innumerabilia puncta tranſeunda forent ad faciendam vnam intellectionem & conuerſionem.
- non partibus quia cum in orbem voluātur ſæpius, idem attingeret atque intelligeret. Text. 48
- non denique circulo toto quia indiuiſibilia puncta non attingerentur, ideoque non intelligerentur. Intellectio cogitatur à Timæo tanquam conuerſio quædam.

3. quoniam [ſi mens & anima], eſt circulus aut [orbis.] motus eius [qui dicitur intellectio] erit conuerſio (motus in orbem.) proindeque perennis & perpetuus.

(Sola conuerſio inter naturales mutationes perpetua eſt. Omnis conuerſio naturalis perpetua eſt.)

Cum tamen intellectiones { tum Theoreticæ / tum practicæ } finiantur ne ſint perennes, dicanturque demonſtrationes, diuiſiones &c. [non conuerſiones.] Intellectioque ſit quieti ſimilior quam motui.

Text. 49. 4. quia {
- motus non conuenit animæ per ſe, ſed præter naturam.
- ideo {
  - intelligere, ſi dicitur eſſe motus & conuerſio erit quid violentum.
  - nec fœlicitas ſtatuetur in intelligendo [non enim violenta.]

Text. 50. 5. quia ex hac ſententia non colligitur { nec opifex / nec finis } cœleſtis motus, cum tamen loquatur Timæus de anima mundi.

Text. 51. Nam {
- non effectrix cauſa quia {
  - neque corpus mouet.
  - neque anima mouet cum per accidens, & ab alio ipſa moueatur.
- non finis quia ſi motus iſte violentus ſatius eſt quieſcere cœlum quam moueri. [Pręſtat quieſcere quam vi moueri.]

Reprehenſio ſententiæ huius et aliarum plurium.

Text. 52. Anima eſt in corpore non quouis ſed tali, & diſpoſito.

Quia {
- hoc patitur & mouetur, illa agit & mouet.
- non quicquid patitur à quouis, ſed tale à tali.

Text. 53. Porro plerique homines loquuntur de anima quæ eſt quid motiuum, & receptibile. Sed non explicant quale oporteat eſſe receptaculum & corpus. Ideo non bene faciunt officium. [Eiuſdem eſt explicare materiam cuius formam 2. Phyſicorum. Naturalia ſunt τόδε ἐν τῷδε hoc in hoc.]

Ad textum quadrageſimum.

Quando aliquid, vt equus, mouet ſe eademque opera aliquid aliud cui eſt annexum mouebit ſe vnum ſi ſoluatur vinculum quo eſt annexum.

Anima {
- veteribus incitat corpus, quia incitat ſe.
- eſt alligata corpori per diſpoſitionem. Itaque ſi petimatur diſpoſitio videtur futurum vt è corpore erumpat.

Capitis quarti paraphraſis.

Dicæarchi ſententia, & illius refutatio.

Text. 54. Dicæarcho non ſine credibilitate anima eſt *harmonia* quædam, harmonia craſis & ſyntheſis, temperies & compoſitio quędam contrariorum: corpus componitur ex contrariis.

Digitized by Google

Refellitur primò quia harmonia eſt vel quidam logos mixtorum, vel compoſitio: anima non item.

Secundò quia mouere harmoniæ non eſt, animæ eſt.

Tertiò quia rectius, [nec tamen ſatis rectè affectibus, & operibus animę tribuitur nomen harmoniæ & concentus.] *Text. 56.*

Quartò quia vel qualitatum .p. ſonorum eſt harmonia: Vel magnitudinum deinceps poſitarum. Vbi motus theſis, ſyntheſis: p. malleorum, inſtrumentorum Muſicorum. *Text. 57.*

Quinto quia ſi tẽperatio partiũ eſt anima, alia erit anima oſſis, alia nerui, &c. *Text. 58.*

Aduerſus Empedoclem.

Empedocli vnaquæque partium corporis certa quadam ratione proportioneque eſt confecta. *Text. 59.*

At quæritur:
- primò ſitne anima ipſa ratio, logos, proportio, an quid aliud.
- ſecundò vtrum philia ſit cauſſa cuiuſuis motionis. An verò dũtaxat eius quæ efficitur ratione & proportione membris inexiſtens.
- tertiò vtrum philia & amicitia ſit ipſa anima, ipſa ratio & proportio.

Occupatio & quæſtio.

Si anima neutiquam eſt ipſa mixis, mixtio, temperies, &c. Quare tollitur ſublata mixi, ſublato temperamento idoneo? *Text. 60.*

Si anima neutiquam eſt logos mixtionis, non eſt temperies neque partium, vnicuique ſua & propria anima ineſt, vt temperies propria .p. quid illud tandem eſt cuius amotione anima corrumpitur?

Si anima neutiquam eſt logos mixtionis, quid eſt quod corrumpitur deficiente anima?

Si anima non eſt mixtio, quare ſimul atque eripitur τὸ eſſe carni, eripitur & alijs partibus animalis?

Concluſio.

Patet animam:
- neque eſſe harmoniam.
- neque conuerti circulariter. *Text. 61.*

Licet per accidens poſſit ipſa moueri dum mouet corpus, & ſe localiter mouere.

Occupatio.

Vt anima negetur per ſe progredi, poſſit tamẽ videri alio modo: etenim dolere, gaudere, &c. iraſci, ſentire, & ratiocinari ſeu diancœa vti ſunt motiones. *Text. 62.*

Anima autem dicitur dolere, ſentire, &c. ergo & moueri.

Reſponſio.

Vt [concedatur] propoſitio, & dicantur dolere, gaudere, &c. eſſe motiones aut potius, τὰ moueri quidem, non tamen eſt neceſſarium admittere concluſionem. *Text. 63.*

Quia negatur sũptio. Siquidẽ [nõ mouetur anima ſed] τὸ moueri ab anima ineſt.

Velut iraſci & timere eſt moueri quia cor ita moueatur.

Diancœa vti eſt tale aliquid fortaſſe aut quid aliud.

Dicitur { deterius anima miſereri, diſcere.
rectius homo per animam.

Quædam ex iis eueniunt ſecundum lationem, ſiue motum localem nonnullarum rerum [.p. cordis, ſanguinis.]

Text. 64. Quædam autem ſecundum alterationem [vt ſentire.]

Qualia autem & quomodo [hæc ſint explicare] alius eſt ſermo.

Quod vero anima dicatur iraſci, dolere, [gaudere] timere, &c. id perinde eſt atque cum dicitur anima texere, ædificare &c. nam fortaſſe rectius dicatur homo anima, ſiue per animam miſereri, diſcere, dianoëa vti, quam anima ipſa, animuſue miſereri: idque non quia motus, vt miſeratio ſit in ipſa inhæſiue.

Text. 65. Sed quia { motio huius generis interdū fit vſque ad illā, vt ſenſio quę ex his ce ſiue certis rebus ſenſibilibus ad animam vſque extenditur.
interdum fit ab illa, vt recordatio . . . . quæ ab anima extenditur ad motiones aut quietes quæ ſunt in ſenſoriis.

Sed [exceptione videtur opus quia] intellectus ſiue anima rationalis videtur ingenerari ἐγγίνεσθαι (venire intrà) ſubſtantia quædam eſſe, nec corrumpi.

Nam ſi corrumpatur maximè corrumpitur ſenili marcore. Eo tamen non corrumpitur [licet corrumpi videatur.] Sed euenit tale aliquid quale in ſenſoriis. Non corrumpitur viſus ſed oculus.

Si ſeni tribuatur oculus talis, qualis iuueni ineſt, videat ſanè vt iuuenis: itaut ſenectus non eueniat quod anima marceſcat, ſit paſſa aliquid. Sed quod illud in quo eſt ſit paſſum aliquid [.n. corpus.] Non ſecus atque euenit in morbis & inebrietatibus.

Text. 66. τὸ intelligere & contemplari marceſcit offuſcatur. Sed aliqua re alia intus corrupta. Ipſum vero [per ſe] eſt quid ἀπαθὲς, paſſione vacans.

Vti dianœa, amare, & odiſſe non ſunt pathos illius animæ rationalis, ſed rei habentis illam quatenus habet. Propterea ea corrupta non recordatur, non amat, &c. non recordatur antè actæ vitæ poſt egreſſum è corpore.

Nam { non ſunt hæc illius, n. intellectus immortalis, & ſeparabilis.
ſed rei communis, quę corrupta eſt [p. memorię ſenſitiuę, patientis intellectus.]

Intellectus vero [.n. qui Ariſtoteli agens] fortaſſe eſt quid diuinius & paſſione vacans.

Concluſio.

Anima non mouetur. Si neutiquam mouetur, non mouetur à ſe ipſa.

Contra Xenocratem.

Text. 67. Abſurdior eſt ſententia eorum quibus anima eſt arithmus (ſeipſum mouens.

Refelluntur primò { tum impoſſibilibus ſiue incommodis quę ſequuntur animę motum.
tum illis quę ſequuntur numerum & arithmum.

Quia ſi anima eſt ſimul motiua & mobilis debet differre, compoſita eſſe &

partibilis. Vnitas autem eſt quid partium & differentiarum expers: à quo igitur & quo mouebitur pacto? Quod ſi vnitas non mouetur, quomodo mouebitur numerus?]

2. quia apud ipſos vt lineę motus facit ſuperficiē: Ita puncti motus lineā facit. T. 68

Porro { punctus eſt vnitas habens poſitionem.
{ quę vnitas poſitionem habet eſt punctus.

Ideo vnitarum (ex quibus conſtat animæ numerus) motio linea erit.

Etenim { numerus animę alicubi eſt & poſitionem habet.
{ itaque monas vnitaſue eius eſt velut punctus.

3. quia { [numerus] mutatur ſecundum ſpeciem adiectione, vt & detractione vnitatis.
{ plantę tamen & animalium multa poſt diuiſionem viuunt, eandemque animam videntur obtinere.

4. quia perinde eſt animā cōponere ex corpuſculis Democriticis & ex vnitatib⁹. Text. 69.

Porro in corpore & quantitate Democriti opus eſt re aliqua motrice. Itaque ſi pro atomis Democriticis ſumantur puncti, modo maneat quantitas,

erit conſtituendum { aliquid quod moueat.
{ aliquid quod moueatur.

Quoniam id euenit & neceſſariū eſt { ratione quantitatis.
{ nō ratione magnitudinis, aut paruitatis.

Propterea anima { non eſt aliquid quod moueat moueatur.
{ ſed duntaxat aliquid quod moueat.

Quinto anima non poteſt eſſe moles, vnitas.

Tum quoniam { animę egent pluribus differentiis.
{ vnitates differre nequeūt niſi ſitū, ſiue puncti monadici. Text. 70.

Tum quia vnitas & punctus animę differre non poteſt [à puncto] & vnitate corporis cui inſideat in eodem conſtitutum ſitu.

Tum quia ſi [duo puncta monadica] duæ vnitates, altera animi, altera corporis poſſunt eſſe ſimul, poterunt eſſe innumerabiles, admiſſa ſemel penetratione.

6. quia ſi puncta & vnitates corporis faciunt animę numerum ... nulla eſt cauſa cur non omnia corpora animam obtineant. Text. 71.

7. quia puncta ſeparari nequeunt à corpore, non fit diuiſio in puncta.

Animę ſunt ſeparabiles à corpore [apud Xenocratem & Platonicos.]

CAPITIS V.

Summa.

De eadem ſententia.

{ partim accidit dicere idem quod ij qui animā faciunt corpus

Huic ſententiæ { quoddam.
{ *leptomeres*, tenuium partium.
{ partim incommodum & abſurdum proprium, quod ponant eodem modo ab anima moueri corpus prodire λεπτομερὲς τὸ moueri quo Democritus ait .n. quod anima moueat ſe ipſam, motaque impellat corpus.

Nam ſi anima ineſt in omni ſentienti corpore, anima autem eſt corpus, neceſſe eſt in eodem duo eſſe corpora per penetrationem, (Quo tamen incommodo) Democritus non vrgetur.

Tex. 72. Quia { Democtito anima penetrat corpus per ceſſionem, aut ſe inſinuando in meatus inanes, in inanitates, vt ſanguis penetrat reliquum corpus.
{ Xenocrati anima penetrat corpus ſine ceſſione: vt lumen, vitrum &c.

Si vero pſyche & anima dicitur eſſe numerus, arithmus &c. neceſſe in vno puncto multa ſint puncta, vel omne corpus habere animam, niſi anima eſt numerus alius ab eo qui eſt numerus punctorum corporis.

Accidit vt anima moueatur à numero eo modo quo dicitur moueri à Democrito. i. vt anima (ſeipſam moueat.)

Non enim refert vtrum anima dicatur eſſe paruæ pilæ, vt à Democrito, an vnitates magnę, vnde cõponatur numerus, aut omninò vnitates, & monades, quæ ferantur à ſe ipſis.

Non refert inquam quod attinet ad negotium præſens. Nam vtroque modo mouetur animal quod ipſæ moueantur, eadem incommoda ſequuntur eos qui coniungunt *numerum* & *motum* (*ſenſum* & *motum*,) ad naturam ani-

Tex. 73. mæ conſtituendam.

Concluſio.

Numerus mouens { non modo non eſt animę definitio.
{ ſed ne quidem eſt animæ accidens.

Quod patebit ſi quis ex definitione conetur colligere affectiones animę & opera.

Diuiſio ſententiarum de natura animæ & propoſitionum.

Anima tribus definitur [.n. *motu, ſenſu*, vtroque.]

Quidam quod maxime motiuum & animam definierunt per τὸ mouere ſe ipſam.

Tex. 74. Quidam putarunt eſſe corpus λεπτομερέςατον, tenuiſſimarum partium, aut quid magis incorporeum quam cætera, quæ opiniones ſuas habent dubitationes & opiniones vt ediſſeruimus.

Sequitur vt examinemus ſententiam eorum qui animæ naturam à ſenſu repetentes componunt animam ex omnibus elementis quod omnia ſentiat.

Tex. 75.

Animam non conſtare ex omnibus elementis quòd omnia ſentiat.

Anima multorum iudicio conſtat ex omnibus elementis [ſeu principijs internis quæ quidem ab ipſis ſtatuantur] quod omnia ſentiat: ſimile &c.

Digitized by Google

Refelluntur primò quia ſupponunt ſimile non cognoſci niſi ſimili [ſecundum ſpeciem] perinde atque ſi ponant animam eſſe res ipſas quę cognoſcuntur (p. cœlum, terram.) Tex. 77.

Porrò præter elementa ſunt alia quędam, imo innumerabilia quę compoſita ex elementis, vt Deus [apud ipſos] homo, caro &c. Iſtorum enim vnumquodque non eſt elementa quoquo ſe habentia modo: Sed [elementa ſe habentia] *logo* quodam & *ſyntheſi*, ſeu quadam ratione & compoſitione: vt cecinit Empedocles de oſſe &c.

Itaque ſi ſimile non percipitur niſi ſimili, elementa non erunt vſui ad cognoſcendum compoſita, niſi cognoſcantur logi & ſyntheſes, rationes, & compoſitiones. Proinde anima conſtat ex logis, compoſitionibus & elementis. Ideoque ex lapidibus, hominibus, bono, non bono &c. quod abſurdum dictu.

Secundo quia cum τὸ ens dicatur multipliciter, ſignificetque τὸ δὲ τί quantū, vel quale, vel aliam è ſeparatis categoriis. Tex. 78.

Neque anima conſtabit ex vniuerſis quia non ſunt communia omnium elementa. Tex. 79.

Neque ex elementis ſolius ſubſtantię quia non cognoſceret accidentia.

Tertio quia ſimile à ſimili non patitur, ideo ſimile ſimili non percipitur [ſentire eſt pati.] Tex. 80.

Quarto quia non percipiunt neque pili pilos, neque oſſa oſſa.

Quinto quia vnumè ſex principijs Empedoclis, quæ ſunt *concordia, diſcordia, ignis, aër* &c. ſuntque dij Empedocli plus ignorabit quam percipiet.

Nam terra e. g. { percipiet terram & terrena. / ignorabit aquam & aquea &c.

Sexto quia ex mēte Empedoclis Deus [princeps.] futurus eſt inſipientiſſimus, amentiſſimus. Tex. 81.

Nam { cætera Empedocli fere conſtant ex ſex principiis, proindeque omnia percipiunt. / Deus ſolus vno principio caret. n. diſcordia.

Septimo quia ſi omnia conſtant ex elementis videntur omnia debere ſentire & animata eſſe.

8. Quia { Elemēta cū ſint inſtar materiæ egēt aliqua re qua contineantur. / Quod continet præſtantiſſimum. / Anima nihil præſtantius præſertim vero intellectu, propterea intellectus elementa præceſſiſſe debuit. Tex. 82.

9. Quia authores ſententiæ huius non loquuntur de anima quauis. Tex. 83.

Siquidem { quædam ex animatis viuunt non ſentiunt. / omnia animalia mouentur, non omnia ſunt capacia rationis.

10. Quia putant vt putauit Orpheus animam ferri ventis & reſpiratione ingredi corpus. Cum tamen neque plantæ reſpirent, neque animalia quæuis. Tex. 84.

11. Quia nō ſi cognoſcenda ſunt omnia, ideo anima conſtare debet ex vtroque contrariorum. Etenim ex vno præſertimque ex perfectiori alterum percipitur. p. obliquum ex recto 2. de repub. Tex. 85.

De ſententia eorum qui toti vniuerſo animam permixtam eſſe inquiunt.

Anima à nonnullis dicitur fuſa per vniuerſum. Ideo fortaſſe Thales putauit omnia eſſe Deorum plena [*Iouis omnia plena.*]

Tex. 86. Refelluntur primò quia ſi res ita haberet, elementa forent animalia. Præſertim cum dicantur ab eiuſmodi hominibus elementa præſtantiora eſſe rebus, alijs.

Secundò quia nullo iure aëris anima eſt præſtantior animalis anima.

Tex. 87. Tertiò quia abſurdum { ignem eſſe animal. / ignem non eſſe animal, ſi illi anima ineſt.

[Apud veteres fere quod viuit animal.]

Fundamentũ ſuperioris ſententiæ, & euerſio eius.

Tex. 88. Sententię ſuperioris hæc coniectura.

Totum & partes ſunt eiuſdem ſpeciei & naturæ.
Pars quędam aëris eſt animata, ea videlicet quę expiratur ab animali &c.
Ergo totus aër eſt animatus.

Verùm ſi ita eſt neceſſe eſt animam eiuſdem eſſe ſpeciei cum partibus, eſſe quid ὁμοιομερὲς ſuis partibus.

Anima autem erit quid diſſimilare quia { aliquid ipſius inerit. / aliquid non inerit.

[Quando quidem { in animali duo { vnum quod ineſt. / alterum in quo ineſt aliud, quodque [non ineſt. } / totum eiuſdem naturæ cum partibus & contra ex horum, mente.]

Alia ex parte { ſi eſt ſimilaris non ineſt cuiuis parti / ſi cuiuis ineſt non eſt ſimilaris anima.

Omnino { neque cognoſcit quia conſtet ex omnibus elementis. / neque per ſe mouetur.

Duæ dubitationes de animæ partibus.

Tex. 89. Quæritur primò vtrum vt ſunt animę officia multa p. cognoſcere, ſentire; Ita ſint plures animæ partes. An vero horum vnumquodque toti animę conueniat atque omni.

Tex. 90. Quæritur ſecundò in quo conſiſtat τὸ viuere, an in cognoſcendo, an in appetendo, an in vno, an in pluribus, an in omnibus &c.

De priori.

Non videtur anima partibilis eſſe, aut ſecabilis in plures.

Tex. 91. Ac. { primò quia ſi eſt partibilis, futurum eſt vt egeat aliquo, quo ipſius partes contineantur, vnianturque. / hæc vero erit corpus, aut quid aliud.

At;

At non corpus quia ipſum per animam continetur, ſoluitur egreſſu animæ.
non quid aliud quia hoc potiori iure animæ nomen ſibi vindicaret.

Item quia vel partibile hoc fingitur, & in infinitum, &c.
vel impartibile, poſſumuſque eodem modo impartibilem cogitare animam, & tanquam vnum.

Secundò quia non vt anima totum continet corpus. *Text. 92.*
ita pars quæque animæ. p. ſenſitiuum, &c. certæ corporis eſt addicta parti, certam continet corporis partem. *Text. 93.*

Tum quoniam non occurrit pars cui intellectus continendæ addicatur.

Tum quoniam plantæ & animalia quæ ἔντομα & inſecta nominantur poſt diuiſionem viuunt: eademque ſpeciei anima inuenitur in toto & in partes, licet non eadem numero.

Nam non durant quidem valdè diu animalia inſecta poſtea quam fuerint diuiſa, vt nec plantæ quæuis poſt amputationem: quia carent inſtrumentis neceſſariis ad naturam conſeruandam: viuunt tamen aliquandiu.

De poſteriori.

De hac quæſtione ſequenti libro.
Animam habent & viuunt quæcumque vegetant.
Vegetatio ſine ſenſu inuenitur, non contrà.

Finis Libri primi de Anima.

IN LIBRVM II. DE ANIMA.

Diuiſio & argumentum.

PRimo & ſecundo capite animæ definitio aſtruitur.
Tertio agitur de animæ partibus, & facultatibus.
Quarto de vi altrice, de anima vegetanti.
Reliquis capitibus de ſenſitiua.

Digitized by Google

SVMMA ET PARA-PHRASIS

CAPITIS I.

Ordo doctrinæ, et Propoſitio.

Text. 1. HActenus enarrata eſt doctrina veterum de anima, & poſita doxologia. Nunc rurſus quaſi reuerſi ad principium ordiamur & conemur definire & determinare quid ſit anima, & quæ eius communiſſima ratio & [definitio.]

Hypotheſes, & variæ diuiſiones.

Eſt { Vſia ſiue ſubſtantia vnum è generibus rerum, entiumue.
Text. 2. { vt quantitas aliud, itemque qualitas, &c.

Prima. Vſiæ { aliquid eſt *materia*, quod per ſe non eſt hoc aliquid.
{ aliquid *forma* & ſpecies ſecundum quam iam dicitur hoc aliquid.
2. { aliquid tertium quod ex his [duobus compoſitum eſt.]

Rerum aliæ potentia, aliæ actus, aliæ actu.

3. Porrò { materia eſt *dynamis* & potentia.
{ idos vero ſiue forma eſt *entlechia.*

4. Sed { vna entelechia eſt vt epiſteme, ſcientia, & actus primus.
ἐπιςήμη { altera vt cotemplari & ſcire [quæ actus ſecundus.]

Text. 3. Corpora autem quæ naturalia & artificioſa videntur eſſe maximè ſubſtantiç: vt homo & nauis.

5. Et è corporibus ea maximè quæ naturalia (arbor videtur magis ſubſtantia
6. quam nauis: (quoniam aliorum principia ſunt) quercus principium nauis,) &c.

7. E naturalibus corporibus { quædam habent vitam [vt arbores.]
{ quædam non: vt lapis, metallum.

8 ζωὴ autem & vita dicitur nutritio, accretio, & decretio quæ fiat per ipſum quod nutriatur, &c. (compoſita.

9. Omne igitur corpus quod eſt naturale & vitæ particeps eſt ſubſtantia, eaque

Genus animæ, partes, definitiones.

Quia vero tale eſt corpus, vitã enim habẽs [eſt corpus] anima non eſt corpus.

Text. 4. Nam { corpus non eſt ex iis quæ dicuntur de ſubiecto.
{ ſed potius eſt veluti ſubiectum, ſubiacens & ὑποκείμενον.

Ideò anima eſt ſubſtantia tanquam idos & forma corporis phyſici poteſtate vitam habentis.

Nam ſi neutiquam eſt corpus { non eſt materia. / non eſt quid compoſitũ è materia & forma.

Sed { cum entelechia dicatur dupliciter { vt epiſteme, vt ſomnus. / vt contemplatio, vt vigilia. / ideoque poſſit eſſe locus ambiguitati. / anima eſt entelechia, vt epiſteme, non vt τὸ contemplari.

Ex eo quod anima inſit ineſt ſomnus & vigilia in nobis. *Text. 5.*

Euigilatio eſt quid analogum τῷ contemplari, contemplationi.

Somnus reſpondet proportione τῷ habere ſcientiam & non vti, [anima eſt quid analogum ſcientiæ.]

Prior autem eſt ſecundum geneſim ſcientia, & quicquid ſcientiæ analogum eſt.

Prior { facultas quàm actus, quàm priuatio eius. / auditus quam audire, quàm non audire cum audire debeas.

Animæ prior definitio.

Anima eſt entelechia prima corporis naturalis vitam habentis poteſtate. *Text. 6.*

Tale autem eſt quid organicum inſtrumentatum.

Organa plantarum partes etiam quæ ſimplices.

Folium ex. gr. eſt inſtrumentum pericarpij & integumentum.

Pericarpium (id quod circa fructum, integumentum carpi ſiue fructus.)

Radices ſunt quid analogum ori [ideoque inſtrumentum.] ambo & os & radix alimentum attrahunt.

Ergo ſi quid oportet commune de anima omni pronunciare. Anima eſt prima entelechia corporis naturalis organici poteſtate vitam obtinentis. *Text. 7.*

Corollaria.

Propterea quærere non oportet vtrùm vnum anima & corpus [ſint] ſicut neque vtrum cera & figura: neque omninò vtrum materia cuiuſque, & id cuius materia, quia manifeſtum eſt non eſſe propriè vnum: ſi quidem τὸ vnum, & τὸ eſſe dicitur multipliciter.

Sed { vt propriè dictum vnum. / ita propriè dictum τὸ eſſe } eſt entelechia.

[Propriè { ſunt quæ actu & entelechia ſunt. / ſunt vnum quæ eiuſdem actus & energiæ.]

Epilogus & rudis animæ adumbratio.

Generatim dictum eſt quid ſit anima. *Text. 8.*

Eſſentia enim & vſia ea quæ ſecundum rationem, quæ poſita in definitione.

Hoc vero eſt τὸ quod quid erat eſſe tali corpori, eſſentia talis corporis: perinde atq; ſi aliquod organum velut ſecuris eſſet phyſicum corpus animatũ.

Nam { eius vſia & figura eſſet τὸ eſſe ſecuris. / & anima hoc [τὸ eſſe,] ipſa namque ſeparata non eſſet adhuc ſecuris propriè, ſed homonymè tantum.

Digitized by Google

Hæc in mortalibus (vt excipiantur intelligentiæ & intellectus theoreticus, &c.) non inueniuntur ſine vegetatione: Ideò τὸ viuere ineſt omnibus viuentibus, quæ quidem mortalia ſint propter tale principium [vegetandi.]

Quid ζῶον ſiue animal?

Text.16. ζῶον & animal primo & per ſe per *ſenſum* conſtituitur [non autem per progreſſionem.]

Text.17. Etenim quæ mouentur quidem, ſed non mutant locum, ſentiunt tamen .i. zoophyta non tantum dicuntur ζῆν [i. viuere propter ζωὴν] verumetiam dicuntur ζῶα & animalia, tactus cuius ineſt animali.

Porrò { vt nutritiuum ſeparatur à tactu, ſenſibuſque omnibus.
ita etiam tactus à reliquis ſenſibus exterioribus. }

Nutritiuum verò dicimus eam animæ partem, cuius ſolius plantæ ſunt participes. Omne animal tactilem ſenſionem habet.

Text.18. Dicemus poſtea cur hoc vtrumque accidat.

[.n. vt animal { omne ſentiat & ſolum.
non tamen ſolum nutriatur.] }

Quid ergo animam dicemus eſſe ſi ruditer per effectum, & concluſionem definiatur?

Animam eſſe principium eorum quæ ſunt dicta, & definiri *nutritiuo*, *ſenſitiuo*, *dianoëtico* & motione (progreſſiua.) (Sed hinc quærendum aliquid.)

Text.19. Primò quæritur vtrum horum vnumquodque ſit anima ſeorſim, an verò animæ pars.

Secundò quæritur ſi pars [ſit] vtrum ſic ſit pars vt ſit ſeparabilis (à cæteris) logo tantum, an etiam *loco*, *ſede*, *ſubiecto*, *receptaculo*.

De poſteriori quæſtione.

De nonnullis (vt de zoophytis) non eſt difficile videre; vtrum animæ ſint in ipſis ſeparabiles, &c.

Quædam habent dubitationem, dubitandi occaſionem.

Text. 20. Nam { vt in plantis nonnullæ videntur viuere poſt diuiſionem partium à ſe inuicem. Quia in ipſis anima ante diuiſionem exiſtit vna actu, multiplex verò poteſtate [quoniam multas in partes diuidua eſt.]
ita & circa alias animæ differentias videmus euenire inter ἔντομα [inſectaue animantia] in ijs quæ ſecantur in duas partes. }

Text.21. Vtraque enim partium habet ſenſum & motionem ſecundum locum congruentem animali. Quod ſi ſenſio ineſt, ideò etiam phantaſia cum ὄρεξις ſiue appetitu.

Nam { vbi ſenſus, ibi ſubſequitur dolor & voluptas.
vbi dolor & voluptas, illic neceſſariò epithymia, ſiue cupiditas. }

De intellectu autem & dynami theoretica nihil adhuc manifeſtum.

Digitized by Google

Circa immortalitatem animi.

Sed { videtur eſſe aliud animæ genus.
{ contingit hoc vnum genus ſeparari (à corpore) vt æternum à caduco, & corruptibili.

Concluſio pro ſolutione poſterioris quæſtionis.

Ex ijs patet reliquas animæ partes non eſſe ſeparabiles, vt nonnulli aiunt eſſe .p. Pythagorici, Platonici, &c. Sunt enim entelechia corporis, &c. Logo vero & ratione eſſe alias & diſcrepantes perſpicuum eſt. *Text. 22.*

Nam quia τὸ ſentire eſt aliud à τῷ opinari, τὸ eſſe ſenſitiui eſt aliud à τῷ eſſe doxaſtici, opinatiui. Similiter & vnaquæque dictarum partium [eſt aliud.]

Vbinam hæ dynames, differentiæ, et partes viuentium?

Quod nonnullis animantium inſint hæc omnia, [quinque animæ partes .n. *vegetatiua*, &c.] *Text. 23.*

Quibuſdam quædam eorum, cæteris rebus viuentibus .n. plantis non animalibus inſit vnum duntaxat .n. vis vegetatiua.

Hoc vero facit differentias animalium [.n. { & à ſe inuicem.
{ & à plantis.] propter quam cauſſam poſteà quærendum.

Simile quid accidit circa ſenſum.

Nam [animalium] habent { quædam omnes quinque ſenſus.
{ quædam aliquos [non omnes.]
{ quędam vnũ qui maximè neceſſarius .n. *tactum.*

Quale principium viuendi eſt anima?

Quid Anima?

Id quo viuimus, ſentimus dupliciter dicitur. *Text. 24.*

Eſt { vnum tanquam *mobile*, materia, receptaculum.
{ alterum tanquam *motiuum*, [energia, perfectio.]

Non ſecus atque id quo ſcimus eſt duplex.

Dicimuſque { vnum ſcientiam
{ alterum animam } ea namque ſcimus.

Conſimiliter quo principium id quo valemus benè eſt duplex;

.n. { vnum *ſanitas.*
{ alterũ quod ineſt alicui parti corporis, aut toti corpori .p. *humor.*

Ex ijs vero ſcientia & ſanitas eſt forma, ſpecies quædam, ratio, & velut energia ſuſceptiuorum;

.n. { illa epiſtemonici, ſcientifici [energia.]
{ hæc hygiaſtici .j. ſubiecti ſanitatis.

Anima verò eſt hoc quo primo viuimus & ratiocinamur. *Definitio.*

Digitized by Google

IN TERTIAM LIBRI PARTEM.

Cenſura opinionum.

Capitis tertij paraphraſis, aut ſumma.

Animam non eſſe aliquid ſeipſum mouens.

Text. 36. Sane { neque anima eſt aliquid mouens ſe ipſum, & deinde corpus. / neque motus ipſi poteſt per ſe conuenire. }
Primò quia non quicquid mouet, mouetur.

Text. 37. 2. quia { quod mouetur { aut per ſe mouetur: vt lapis cadens. / aut per aliud: vt nauta, candor, &c. } / anima autem non mouetur per ſe. }

Text. 38. Tum quia neque alteratur, neque fertur, neque creſcit, neque decreſcit.
Text. 39. Tum quia ſi per ſe mouetur localiter, ac fertur, locum per ſe ſibi vendicabit.

Motuſque ipſi inerit { non vt albedini [ineſt per accidens.] / ſed vt corpori [& per ſe] }

Text. 40. 3. quia ſi mouetur naturaliter poterit etiam vi moueri cum ſit elementum, quieſcere ſponte: itaque corpus egredi, ingredique pro arbitrio poterit, dabiturque reſurrectio & palingeneſia.

Text. 41. 4. quia mouebitur ijs motibus quibus mouet. Si mouet localiter, mouebitur localiter, egredietur, ingredietur.

Text. 42. 5. quia { quod à ſe ipſo moueri poteſt, non mouetur ab alio niſi per accidens. / anima ſi mouetur, mouetur per ſe à ſenſibus, & rebus obiectis. }

Text. 43. 6. quia { ſi anima mouet ſe ipſam, mouetur. / ſi mouetur, exit ab eo quod mouetur. / [potentia mutatur in actum quando fit motus, fitque e.g. diſceſſio à calefactibili in calefactum, à termino à quo in terminum ad quem quæ pelliunt à ſe abigunt.] / proindeque exit à ſe ipſa. }

Democriti

Democriti peculiaris refutatio.

Vt Dædali Venerem ligneam infuſum argentum viuum mouebat, cum prius ipſum moueretur: *Text. 44.*

Ita Democrito pilulæ indiuiſibiles [quæ ignis atque anima] mouent corpus [animatum] ipſæque prius mouentur.

Refellitur primò quia ſi mouet eo modo anima, non occurrit idonea cauſa quietis.

Deinde quia non mouet niſi { intellectione / electione } [niſi { *ſenſu.* / *appetitu.*]

Refutatio Timæi, cuius ſententia extat apud Platonem.

[Vt lebetem attollit ignis intra é tormentario excitatus puluere.] Ita *Text. 45.*

anima Timęo { mouet corpus quia eſt ei annexa. / [& mouetur ipſa à ſe.]

Conſtat verò ex elementis (cœlum veteribus quid elementare.) numeriſque diſtinguitur ſonoris & harmonicis vt harmoniam percipiat (ſimile veteribus non cognoſcitur niſi ſimili.)

Et cum initio foret recta, & inſtar literæ [X.] inflexa eſt [& effecta circularis. vt O.]. n. vt conſonis moueretur lationibus, conuerſionibus.

Diuiſaque in orbes duos [n. in { cœlum ſtelliferum. / & cœlum planetarum.]

Ex quibus alter diſtinctus eſt in ſeptem orbes ſenis ſectionibus, quoniam cœli motus eſt animæ motus.

Refellitur primò quoniam anima mundi & cœli (de qua Timæus loquitur) eſt rationalis, ideo non eſt magnitudo. &c. *Text. 46.*

Etenim intellectus { non eſt propriè continuus: vt magnitudo. / ſed impropriè tantum: vt numerus, vt digiti. *Text. 47.*

2. quia ſi anima eſt magnitudo & quid corporeum, attingere non poterit [corpus agit per contactum.]

Nam { non puncto attinget quia innumerabilia puncta tranſeunda forent ad faciendam vnam intellectionem & conuerſionem. / non partibus quia cum in orbem voluatur ſæpius, idem attingeret atque intelligeret. *Text. 48* / non denique circulo toto quia indiuiſibilia puncta non attingerentur, ideoque non intelligerentur. Intellectio cogitatur à Timæo tanquam conuerſio quædam.

3. quoniam [ſi mens & anima], eſt circulus aut [orbis.] motus eius [qui dicitur intellectio] erit conuerſio (motus in orbem.) proindeque perennis & perpetuus.

Digitized by Google

(Sola conuerſio inter naturales mutationes perpetua eſt. Omnis conuerſio naturalis perpetua eſt.)

Cum tamen intellectiones { tum Theoreticæ / tum practicæ } finiantur ne ſint perennes, dicanturque demonſtrationes, diuiſiones &c. [non conuerſiones.] Intellectioque ſit quieti ſimilior quam motui.

Text. 49. 4. quia { motus non conuenit animæ per ſe, ſed præter naturam. / ideo { intelligere, ſi dicitur eſſe motus & conuerſio erit quid violentum. / nec fœlicitas ſtatuetur in intelligendo [non enim violenta.] } }

Text. 50. 5. quia ex hac ſententia non colligitur { nec opifex / nec finis } cœleſtis motus, cum tamen loquatur Timæus de anima mundi.

Text. 51. Nam { non effectrix cauſa quia { neque corpus mouet. / neque anima mouet cum per accidens, & ab alio ipſa moueatur. } / non finis quia ſi motus iſte violentus ſatius eſt quieſcere cœlum quam moueri. [Præſtat quieſcere quam vi moueri.] }

Reprehenſio ſententiæ huius et aliarum plurium.

Text. 52. Anima eſt in corpore non quouis ſed tali, & diſpoſito.

Quia { hoc patitur & mouetur, illa agit & mouet. / non quicquid patitur à quouis, ſed tale à tali. }

Text. 53. Porro pleríque homines loquuntur de anima quæ eſt quid motiuum, & receptibile. Sed non explicant quale oporteat eſſe receptaculum & corpus. Ideo non bene faciunt officium. [Eiuſdem eſt explicare materiam cuius formam 2. Phyſicorum. Naturalia ſunt τόδε ἐν τῷδε hoc in hoc.]

Ad textum quadrageſimum.

Quando aliquid, vt equus, mouet ſe eademque opera aliquid aliud cui eſt annexum mouebit ſe vnum ſi ſoluatur vinculum quo eſt annexum.

Anima { veteribus incitat corpus, quia incitat ſe. / eſt alligata corpori per diſpoſitionem. Itaque ſi perimatur diſpoſitio videtur futurum vt è corpore erumpat. }

Capitis quarti paraphraſis.

Dicæarchi ſententia, & illius refutatio.

Text. 54. Dicæarcho non ſine credibilitate anima eſt *harmonia* quædam, harmonia craſis & ſyntheſis, temperies & compoſitio quędam contrariorum: corpus componitur ex contrariis.

Digitized by Google

Refellitur primò quia harmonia eſt vel quidam logos mixtorum, vel compoſitio: anima non item.

Secundò quia mouere harmoniæ non eſt, animæ eſt.

Tertiò quia rectius, [nec tamen ſatis rectè affectibus, & operibus animę tribuitur nomen harmoniæ & concentus.] *Text. 56.*

Quartò quia vel qualitatum.p.ſonorum eſt harmonia: Vel magnitudinum deinceps poſitarum. Vbi motus theſis, ſyntheſis:p. malleorum, inſtrumentorum Muſicorum. *Text. 57.*

Quinto quia ſi tẽperatio partiũ eſt anima, alia erit anima oſſis, alia nerui, &c. *Text. 58.*

Aduerſus Empedoclem.

Empedocli vnaquæque partium corporis certa quadam ratione proportione que eſt confecta. *Text. 59.*

At quæritur {
primò ſitne anima ipſa ratio, logos, proportio, an quid aliud.
ſecundò vtrum philia ſit cauſſa cuiuſuis motionis. An verò dũtaxat eius quæ efficitur ratione & proportione membris inexiſtens.
tertiò vtrum philia & amicitia ſit ipſa anima, ipſa ratio & proportio.

Occupatio & quæſtio.

Si anima neutiquam eſt ipſa mixis, mixtio, temperies, &c. Quare tollitur ſublata mixi, ſublato temperamento idoneo? *Text. 60.*

Si anima neutiquam eſt logos mixtionis, non eſt temperies neque partium, vnicuique ſua & propria anima ineſt, vt temperies propria .p. quid illud tandem eſt cuius amotione anima corrumpitur?

Si anima neutiquam eſt logos mixtionis, quid eſt quod corrumpitur deficiente anima?

Si anima non eſt mixtio, quare ſimul atque eripitur τὸ eſſe carni, eripitur & alijs partibus animalis?

Concluſio.

Patet animam {
neque eſſe harmoniam.
neque conuerti circulariter. *Text. 61.*

Licet per accidens poſſit ipſa moueri dum mouet corpus, & ſe localiter mouere.

Occupatio.

Vt anima negetur per ſe progredi, poſſit tamẽ videri alio modo: etenim dolere, gaudere, &c. iraſci, ſentire, & ratiocinari ſeu dianœa vti ſunt motiones. *Text. 62.*

Anima autem dicitur dolere, ſentire, &c. ergo & moueri.

Reſponſio.

Vt [concedatur] propoſitio, & dicantur dolere, gaudere, &c. eſſe motiones aut potius, τὸ moueri quidem, non tamen eſt neceſſarium admittere concluſionem. *Text. 63.*

Quia negatur sũptio. Siquidẽ [n ŏ mouetur anima ſed] τὸ moueri ab anima ineſt.

Velut iraſci & timere eſt moueri quia cor ita moueatur.

Dianœa vti eſt tale aliquid fortaſſe aut quid aliud.

Dicitur { deterius anima miſereri, diſcere.
rectius homo per animam.

Quædam ex iis eueniunt ſecundum lationem, ſiue motum localem nonnullarum rerum [.p. cordis, ſanguinis.]

Text. 64. Quædam autem ſecundum alterationem [vt ſentire.]

Qualia autem & quomodo [hæc ſint explicare] alius eſt ſermo.

Quod vero anima dicatur iraſci, dolere, [gaudere] timere, &c. id perinde eſt atque cum dicitur anima texere, ædificare &c. nam fortaſſe rectius dicatur homo anima, ſiue per animam miſereri, diſcere, dianoëa vti, quam anima ipſa, animuſue miſereri: idque non quia motus, vt miſeratio ſit in ipſa inhæſiue.

Text. 65. Sed quia { motio huius generis interdũ fit vſque ad illã, vt ſenſio quę ex hiſce ſiue ceteris rebus ſenſibilibus ad animam vſque extenditur.
interdum fit ab illa, vt recordatio . . . . quæ ab anima extenditur ad motiones aut quietes quæ ſunt in ſenſoriis.

Sed [exceptione videtur opus quia] intellectus ſiue anima rationalis videtur ingenerari ἐγγίνεσθαι (venire intrà) ſubſtantia quædam eſſe, nec corrumpi.

Nam ſi corrumpatur maximè corrumpitur ſenili marcore. Eo tamen non corrumpitur [licet corrumpi videatur.] Sed euenit tale aliquid quale in ſenſoriis. Non corrumpitur viſus ſed oculus.

Si ſeni tribuatur oculus talis, qualis iuueni ineſt, videat ſanè vt iuuenis: itaut ſenectus non eueniat quod anima marceſcat, ſit paſſa aliquid. Sed quod illud in quo eſt ſit paſſum aliquid [.n. corpus.] Non ſecus atque euenit in morbis & inebrietatibus.

Text. 66. τὸ intelligere & contemplari marceſcit offuſcatur. Sed aliqua re alia intus corrupta. Ipſum vero [per ſe] eſt quid ἀπαθές, paſſione vacans.

Vti dianœa, amare, & odiſſe non ſunt pathos illius animæ rationalis, ſed rei habentis illam quatenus habet. Propterea ea corrupta non recordatur, non amat, & c. non recordatur anıè actæ vitæ poſt egreſſum è corpore.

Nam { non ſunt hæc illius. n. intellectus immortalis, & ſeparabilis.
ſed rei communis, quę corrupta eſt [p. memorię ſenſitiuę, patientis intellectus.]

Intellectus vero [.n. qui Ariſtoteli agens] fortaſſe eſt quid diuinius & paſſione vacans.

Concluſio.

Anima non mouetur. Si neutiquam mouetur, non mouetur à ſe ipſa.

Contra Xenocratem.

Text. 67. Abſurdior eſt ſententia eorum quibus anima eſt arithmus ſeipſum mouens.

Refelluntur primò { tum impoſſibilibus ſiue incommodis quę ſequuntur animę motum.
tum illis quę ſequuntur numerum & arithmum.

Quia ſi anima eſt ſimul motiua & mobilis debet differre, compoſita eſſe &

Digitized by Google

partibilis. Vnitas autem eſt quid partium & differentiarum expers: à quo igitur & quo mouebitur pacto? Quod ſi vnitas non mouetur, quomodo mouebitur numeris?]

2. quia apud ipſos vt lineę motus facit ſuperficiē: Ita puncti motus lineā facit. T. 68

Porto { punctus eſt vnitas habens poſitionem. / quę vnitas poſitionem habet eſt punctus.

Ideo vnitatum (ex quibus conſtat animæ numerus) motio linea erit.

Etenim { numerus animę alicubi eſt & poſitionem habet. / itaque monas vnitaſue eius eſt velut punctus.

3. quia { [numerus] mutatur ſecundum ſpeciem adiectione, vt & detractione vnitatis. / plantę tamen & animalium multa poſt diuiſionem viuunt, eandemque animam videntur obtinere.

4. quia perinde eſt animā cōponere ex corpuſculis Democriticis & ex vnitatib⁹. Text. 69.

Porro in corpore & quantitate Democriti opus eſt re aliqua motrice. Itaque ſi pro atomis Democriticis ſumantur puncti, modo maneat quantitas,

erit conſtituendum { aliquid quod moueat. / aliquid quod moueatur.

Quoniam id euenit & neceſſariū eſt { ratione quantitatis. / nō ratione magnitudinis, aut paruitatis.

Propterea anima { non eſt aliquid quod moueat moueatur. / ſed duntaxat aliquid quod moueat.

Quinto anima non poteſt eſſe moles, vnitas.

Tum quoniam { animę egent pluribus differentiis. / vnitates differre nequeūt niſi ſitū, ſiue puncti monadici. Text. 70.

Tum quia vnitas & punctus animę differre non poteſt [à puncto] & vnitate corporis cui inſideat in eodem conſtituta ſitu.

Tum quia ſi [duo puncta monadica] duæ vnitates, altera animi, altera corporis poſſunt eſſe ſimul, poterunt eſſe innumerabiles, admiſſa ſemel penetratione.

6. quia ſi puncta & vnitates corporis faciunt animę numerum.... nulla eſt cauſa cur non omnia corpora animam obtineant. Text. 71.

7. quia puncta ſeparari nequeunt à corpore, non fit diuiſio in puncta.

Animę ſunt ſeparabiles à corpore [apud Xenocratem & Platonicos.]

CAPITIS V.

Summa.

De eadem ſententia.

{ partim accidit dicere idem quod ij qui animā faciunt corpus

Huic ſententiæ } quoddam.
} *leptomeres*, tenuium partium.
partim incommodum & abſurdum proprium, quod ponant eodem modo ab anima moueri corpus prodire λεπτομερὲς τὸ moueri quo Democritus ait .n. quod anima moueat ſe ipſam, motaque impellat corpus.

Nam ſi anima ineſt in omni ſentienti corpore, anima autem eſt corpus, neceſſe eſt in eodem duo eſſe corpora per penetrationem, (Quo tamen incommodo) Democritus non vrgetur.

Tex. 72. Quia { Democrito anima penetrat corpus per ceſſionem, aut ſe inſinuando in meatus inanes, in inanitates, vt ſanguis penetrat reliquum corpus.
Xenocrati anima penetrat corpus ſine ceſſione: vt lumen, vitrum &c.

Si vero pſyche & anima dicitur eſſe numerus, arithmus &c. neceſſe in vno puncto multa ſint puncta, vel omne çorpus habere animam, niſi anima eſt numerus alius ab eo qui eſt numerus punctorum corporis.

Accidit vt anima moueatur à numero eo modo quo dicitur moueri à Democrito. i. vt anima (ſeipſam moueat.)

Non enim refert vtrum anima dicatur eſſe paruæ pilæ, vt à Democrito, an vnitates magnę, vnde cõponatur numerus, aut omninò vnitates, & monades, quæ ferantur à ſe ipſis.

Non refert inquam quod attinet ad negotium præſens. Nam vtroque modo mouetur animal quod ipſæ moueantur, eadem incommoda ſequuntur eos qui coniungunt ***numerum* & *motum*(*ſenſum* & *motum*,)** ad naturam animæ conſtituendam.

Tex. 73.

Concluſio.

Numerus mouens { non modo non eſt animę definitio.
ſed ne quidem eſt animæ accidens.

Quod patebit ſi quis ex definitione conetur colligere affectiones animę & opera.

Diuiſio ſententiarum de natura animæ & propoſitionum.

Anima tribus definitur [.n. *motu*, *ſenſu*, vtroque.]

Quidam quod maxime motiuum, & animam definierunt per τὸ mouere ſe ipſam.

Tex. 74. Quidam putarunt eſſe corpus λεπτομερέςατον, tenuiſſimarum partium, aut quid magis incorporeum quam cætera, quæ opiniones ſuas habent dubitationes & opiniones vt ediſſeruimus.

Sequitur vt examinemus ſententiam eorum qui animæ naturam à ſenſu repetentes componunt animam ex omnibus elementis quod omnia ſentiat.

Tex. 75.

Animam non conſtare ex omnibus elementis quòd omnia ſentiat.

Anima multorum iudicio conſtat ex omnibus elementis [ſeu principijs internis quæ quidem ab ipſis ſtatuantur] quod omnia ſentiat: ſimile &c.

Digitized by Google

Refelluntur primò quia ſupponunt ſimile non cognoſci niſi ſimili [ſecundum ſpeciem] perinde atque ſi ponant animam eſſe res ipſas quę cognoſcuntur (p. cœlum, terram.) *Tex. 77.*

Porrò præter elementa ſunt alia quędam, imo innumerabilia quę compoſita ex elementis, vt Deus [apud ipſos] homo, caro &c. Iſtorum enim vnumquodque non eſt elementa quoquo ſe habentia modo: Sed [elementa ſe habentia] *logo* quodam & *ſyntheſi*, ſeu quadam ratione & compoſitione: vt cecinit Empedocles de oſſe &c.

Itaque ſi ſimile non percipitur niſi ſimili, elementa non erunt vſui ad cognoſcendum compoſita, niſi cognoſcantur logi & ſyntheſes, rationes, & compoſitiones. Proinde anima conſtat ex logis, compoſitionibus & elementis. Ideoque ex lapidibus, hominibus, bono, non bono &c. quod abſurdum dictu.

Secundo quia cum τὸ ens dicatur multipliciter, ſignificetque τόδε τὶ quantú, vel quale, vel aliam è ſeparatis categoriis. Tex. 78.

Neque anima conſtabit ex vniuerſis quia non ſunt communia omnium elementa. *Tex. 79.*

Neque ex elementis ſolius ſubſtantię quia non cognoſceret accidentia.

Tertio quia ſimile à ſimili non patitur, ideo ſimile ſimili non percipitur [ſentire eſt pati.] *Tex. 80.*

Quarto quia non percipiunt neque pili pilos, neque oſſa oſſa.

Quinto quia vnumè ſex principijs Empedoclis, quæ ſunt *concordia, diſcordia, ignis, aër* &c. ſuntque dij Empedocli plus ignorabit quam percipiet.

Nam terra e. g. { percipiet terram & terrena. / ignorabit aquam & aquea &c.

Sexto quia ex mēte Empedoclis Deus [princeps.] futurus eſt inſipientiſſimus, amentiſſimus. *Tex. 81.*

Nam { cæte ra Empedocli fere conſtant ex ſex principiis, proindeque omnia percipiunt. / Deus ſolus vnō principio caret. n. diſcordia.

Septimo quia ſi omnia conſtant ex elementis videntur omnia debere ſentire & animata eſſe.

8. Quia { Elemēta cū ſint inſtar materiæ egēt aliqua re qua contineantur. / Quod continet præſtantiſſimum. / Anima nihil præſtantius præſertim vero intellectu, propterea intellectus elementa præceſſiſſe debuit. *Tex. 82.*

9. Quia authores ſententiæ huius non loquuntur de anima quauis. Tex. 83.

Siquidem { quædam ex animatis viuunt non ſentiunt. / omnia animalia mouentur, non omnia ſunt capacia rationis.

10. Quia putant vt putauit Orpheus animam ferri ventis & reſpiratione ingredi corpus. Cum tamen neque plantæ reſpirent, neque animalia quæuis. *Tex. 84.*

11. Quia nō ſi cognoſcenda ſunt omnia, ideo anima conſtare debet ex vtroque contrariorum. Etenim ex vno præſertimque ex perfectiori alterum percipitur. p. obliquum ex recto 2. de repub. *Tex. 85.*

De ſententia eorum qui toti vniuerſo animam permixtam eſſe inquiunt.

Anima à nonnullis dicitur fuſa per vniuerſum. Ideo fortaſſe Thales putauit omnia eſſe Deorum plena [*Iouis omnia plena.*]

Tex. 86. Refelluntur primò quia ſi res ita haberet, elementa forent animalia. Præſertim cum dicantur ab eiuſmodi hominibus elementa præſtantiora eſſe rebus alijs.

Secundò quia nullo iure aëris anima eſt præſtantior animalis anima.

Tex. 87. Tertiò quia abſurdum {
ignem eſſe animal.
ignem non eſſe animal, ſi illi anima ineſt.

[Apud veteres fere quod viuit animal.]

Fundamentũ ſuperioris ſententiæ, & euerſio eius.

Tex. 88. Sententię ſuperioris hæc coniectura.
Totum & partes ſunt eiuſdem ſpeciei & naturæ.
Pars quędam aëris eſt animata, ea videlicet quę expiratur ab animali &c.
Ergo totus aër eſt animatus.

Verùm ſi ita eſt neceſſe eſt animam eiuſdem eſſe ſpeciei cum partibus, eſſe quid ὁμοιοειδὲς ſuis partibus.

Anima autem erit quid diſſimilare quia {
aliquid ipſius inerit.
aliquid non inerit.

[Quando quidem {
in animali duo {
vnum quod ineſt.
alterum in quo ineſt aliud, quodque non ineſt.
totum eiuſdem naturæ cum partibus & contra ex horum mente.]

Alia ex parte {
ſi eſt ſimilaris non ineſt cuiuis parti
ſi cuiuis ineſt non eſt ſimilaris anima.

Omnino {
neque cognoſcit quia conſtet ex omnibus elementis.
neque per ſe mouetur.

Duæ dubitationes de animæ partibus.

Tex. 89. Quæritur primò vtrum vt ſunt animę officia multa .p. cognoſcere, ſentire; Ita ſint plures animæ partes. An vero horum vnumquodque toti animę conueniat atque omni.

Tex. 90. Quæritur ſecundò in quo conſiſtat τὸ viuere, an in cognoſcendo, an in appetendo, an in vno, an in pluribus, an in omnibus &c.

De priori.

Non videtur anima partibilis eſſe, aut ſecabilis in plures.

Tex. 91. Ac. {
primò quia ſi eſt partibilis, futurum eſt vt egeat aliquo, quo ipſius partes contineantur, vniantürque.
hæc vero erit corpus, aut quid aliud.

At.

At { non corpus quia ipſum per animam continetur, ſoluitur egreſſu animæ.
non quid aliud quia hoc potiori iure animæ nomen ſibi vindicaret.

Item quia { vel partibile hoc fingitur, & in infinitum, &c.
vel impartibile, poſſimuſque eodem modo impartibilem cogitare animam, & tanquam vnum.

Secundò quia { non vt anima totum continet corpus.
ita pars quæque animæ. p. ſenſitiuum, &c. certæ corporis eſt addicta parti, certam continet corporis partem. Text. 92.

Tum quoniam non occurrit pars cui intellectus continendæ addicatur. Text. 93.

Tum quoniam plantæ & animalia quæ ἔντομα & inſecta nominantur poſt diuiſionem viuunt: eademque ſpeciei anima inuenitur in toto & in parte, licet non eadem numero.

Nam non durant quidem valdè diu animalia inſecta poſtea quam ſunt diuiſa, vt nec plantæ quæuis poſt ampurationem: quia carent inſtrumentis neceſſariis ad naturam conſeruandam: viuunt tamen aliquandiu.

De poſteriori.

De hac quæſtione ſequenti libro.

Animam habent & viuunt quæcumque vegetant.

Vegetatio ſine ſenſu inuenitur, non contrà.

Finis Libri primi de Anima.

IN LIBRVM II. DE ANIMA.

Diuiſio & argumentum.

PRimo & ſecundo capite animæ definitio aſtruitur.
Tertio agitur de animæ partibus, & facultatibus.
Quarto de vi altrice, de anima vegetanti.
Reliquis capitubus de ſenſitiua.

SVMMA ET PARAPHRASIS

CAPITIS I.

Ordo doctrinæ, & Propoſitio.

HActenus enarrata eſt doctrina veterum de anima, & poſita doxologia.
Text. 1. Nunc rurſus quaſi reuerſi ad principium ordiamur & conemur definire & determinare quid ſit anima, & quæ eius communiſſima ratio & [definitio.]

Hypotheſes, & variæ diuiſiones.

Eſt { vſia ſiue ſubſtantia vnum è generibus rerum, entiumue.
Text. 2. { vt quantitas aliud, itemque qualitas, &c.

Prima. Vſiæ { aliquid eſt *materia*, quod per ſe non eſt hoc aliquid.
{ aliquid *forma* & ſpecies ſecundum quam iam dicitur hoc aliquid.
2. { aliquid tertium quod ex his [duobus compoſitum eſt.]

Rerum aliæ potentia, aliæ actus, aliæ actu.

3. Porrò { materia eſt *dynamis* & potentia.
{ idos vero ſiue forma eſt *entelechia*.

4. ἐπιστήμη Sed { vna entelechia eſt vt epiſteme, ſcientia, & actus primus.
{ altera vt cotemplari & ſcire [quæ actus ſecundus.]

Text. 3. Corpora autem quæ naturalia & artificioſa videntur eſſe maximè ſubſtantiæ: vt homo & nauis.

5. Et è corporibus ea maximè quæ naturalia (arbor videtur magis ſubſtantia
6. quam nauis: (quoniam aliorum principia ſunt) quercus principium nauis,) &c.

7. E naturalibus corporibus { quædam habent vitam [vt arbores.]
{ quædam non: vt lapis, metallum.

8 ζωὴ autem & vita dicitur nutritio, accretio, & decretio quæ fiat per ipſum quod nutriatur, &c. (compoſita.

9. Omne igitur corpus quod eſt naturale & vitæ particeps eſt ſubſtantia, eaque

Genus animæ, partes, definitiones.

Quia vero tale eſt corpus, vitã enim habẽs [eſt corpus] anima non eſt corpus.

Text. 4. Nam { corpus non eſt ex iis quæ dicuntur de ſubiecto.
{ ſed potius eſt veluti ſubiectum, ſubiacens & ὑποκείμενον.

Ideò anima eſt ſubſtantia tanquam idos & forma corporis phyſici poteſtate vitam habentis.

Nam ſi neutiquam eſt corpus { non eſt materia.
non eſt quid compoſitũ è materia & forma.

cum entelechia dicatur dupliciter { vt epiſteme, vt ſomnus.
vt contemplatio, vt vigilia.

Sed { ideoque poſſit eſſe locus ambiguitati.
anima eſt entelechia, vt epiſteme, non vt τὸ contemplati.

Ex eo quod anima inſit ineſt ſomnus & vigilia in nobis. *Text. 5.*

Euigilatio eſt quid analogum τῷ contemplari, contemplationi.

Somnus reſpondet proportione τῷ habere ſcientiam & non vti, [anima eſt quid analogum ſcientiæ.]

Prior autem eſt ſecundum geneſim ſcientia, & quicquid ſcientiæ analogum eſt.

Prior { facultas quàm actus, quàm priuatio eius.
auditus quam audire, quàm non audire cum audire debeas.

Animæ prior definitio.

Anima eſt entelechia prima corporis naturalis vitam habentis poteſtate. *Text. 6.*

Tale autem eſt quid organicum inſtrumentatum.

Organa plantarum partes etiam quæ ſimplices.

Folium ex. gr. eſt inſtrumentum pericarpij & integumentum.

Pericarpium (id quod circa fructum, integumentum carpi ſiue fructus.)

Radices ſunt quid analogum ori [ideoque inſtrumentum.] ambo & os & radix alimentum attrahunt.

Ergo ſi quid oportet commune de anima omni pronunciare. Anima eſt prima entelechia corporis naturalis organici poteſtate vitam obtinentis. *Text. 7.*

Corollaria.

Propterea quærere non oportet vtrùm vnum anima & corpus [ſint] ſicut neque vtrum cera & figura: neque omninò vtrum materia cuiuſque, & id cuius materia, quia manifeſtum eſt non eſſe propriè vnum ; ſi quidem τὸ vnum, & τὸ eſſe dicitur multipliciter.

Sed { vt propriè dictum vnum.
ita propriè dictum τὸ eſſe } eſt entelechia.

[Propriè { ſunt quæ actu & entelechia ſunt.
ſunt vnum quæ eiuſdem actus & energiæ.]

Epilogus & rudis animæ adumbratio.

Generatim dictum eſt quid ſit anima. *Text. 8.*

Eſſentia enim & vſia ea quæ ſecundum rationem, quæ poſita in definitione.

Hoc vero eſt τὸ quod quid erat eſſe tali corpori, eſſentia talis corporis: perinde atq; ſi aliquod organum velut ſecuris eſſet phyſicum corpus animatũ.

Nam { eius vſia & figura eſſet τὸ eſſe ſecuris.
& anima hoc [τὸ eſſe,] ipſa namque ſeparata non eſſet adhuc ſecuris propriè, ſed homonymè tantum.

Digitized by Google

Verum nunc amota illa hypotheſi eſt ſecuris quantumuis animam non habeat, non autem quid viuens.

Non enim anima eſt τὸ quod quid erat eſſe, & ratio corporis talis. i. artificioſi, qualis eſt ſecuris, ſed phyſici talis habentis in ſe ipſo principium motus & quietis.

Altera adumbratio repetita à naturalibus & minus longe.

Text. 9. Oportet (quo animæ naturam melius imaginemur, comprehendamus,) inſpicere id quod dictum eſt in partibus [rei viuentis.]

Si oculus foret animal, [integrum animal,] viſus ipſi pſyche & anima eſſet .... hic enim oculi vſia & eſſentia quæ ſecundum definitionem (quæ definitione continetur:) ipſe vero oculus (organum citra viſus incluſionem) eſſet materia viſus.

Viſu amoto oculus non eſſet oculus niſi homonymè : vt oculus lapideus, aut pictus.

Quod autem de parte (dictum eſt) id vſurpari poteſt de toto viuenti corpore: hæc enim habent analogiam & proportionem.

[Habet ſe] { totus ſenſus ad totum corpus ſenſitiuum quatenus eſt tale.
vt pars [ſenſus. p. viſus] ad partem [corporis. p. ad oculum.] }

Quid poteſtate viuens?

Text. 10. Non eſt poteſtate viuens quod abiecit animam, vt cadauer hominis : ſed [corpus] quod habet [animam:] Quemadmodum ſemen & fructus eſt poteſtate tale corpus: [ſemen nondum eſt corpus poteſtate proxima viuens..... ſed poteſt eſſe & euadere.]

Concluſio poſterioris adumbrationis.

Eſt { vigilia [& ſenſio] entelechia { vt ſcire.
vt ſectio [ſecuris.] }
anima [entelechia] [vt ſcientia,] vt viſus, & organi facultas. (ſita, &c. }

Corpus eſt quod poteſtate exiſtit [viuens] dum ſumitur pro materia diſpo-

Anima & corpus ſunt animal : vt pupilla cum viſu oculus.

Separabilis-ne anima?

Text. 11. Animam aut ſaltem partes ipſius aliquas, ſi nata eſt diuiſibilis, non poſſe à corpore ſeparari [ſine interitu] non eſt obſcurum.

Nam { aliquarum [animæ partium] entelechia eſt ipſarum partium [corporis entelechia.]
[energia & entelechia corporis, à corpore eſt inſeparabilis.] }

Pro immortalitate animi. Sed nihil prohibet quominus aliquæ ſint ſeparabiles quod nullius corporis ſint entelechia & energia.

Quomodo anima eſt entelechia corporis?

Adhuc obſcurum eſt vtrùm anima ſit entelechia corporis : vt gubernator nauis, an alio modo.

Digitized by Google

Epilogus.

In hunc modum anima ſit typicè definita, deſcripta.

CAPITIS II

Summa.

Propoſitum, monitaque logica.

Definitio animæ à priori illuſtranda eſt definitione animæ à poſteriori.

Quoniam ex rebus quæ ſunt obſcuræ & ignotæ [per ſe] nihilominus tamen manifeſtiores ſecundum ſenſum [& magis perſpectæ] id clarum quod ſecundum rationem notius, cognoſcibilius. Text. 12.

Enitendum eſt rurſus de ipſa anima agere ſic (ſiue in modum qui ſequitur text. 13.)

Nam oportet vt ſit accurata definitio non ſolum rationem definitiuam declarare τὸ ὅτι [& rem eſſe] vt produnt definitionum [quæ circunferuntur] pluri mæ, ſed oportet declarare τὸ propter quid cauſſam ineſſe [definitioni] & apparere.

Hocce verò tempore logi definitionum ſunt veluti concluſiones [& effectus,] vt cum quæritur quid eſt tetragoniſmus [quadrati altera parte longioris reſpondeturque] eſſe orthogonium æquilaterum æquale quadrato altera parte longiori. Hæc definitio eſt oratio concluſionis probandæ per cauſſam.

Quæ vero definitio dicit & prodit tetragoniſmum eſſe inuentionem mediæ lineæ, &c. ea rei cauſſam dicit.

Omninò definitionum { quædam traduntur per prius. quædam per poſterius, quæ ad priores illuſtrandas adhibentur.

Vndè capiemus iudicium conſiderationis, illuſtrationis?

Ex eo quod animatum diſtingui ab inanimato per τὸ viuere, per ζωὴν ſiue vitam. Text. 13.

Nonne τὸ viuere dicitur multipliciter?

Dicitur, idque etiam citra meram homonymiam.

Quid ergo dicendum eſt viuere?

Id cui ineſt vel vnum ex ijs quæ pertinent ad hanc multiplicitatem, velut intellectus, ſenſus, motio, & quies quæ ſecundum locum, motio quæ ſecundum alimoniam, nutritio, decrementum, & incrementum.

Ideò plantæ omnes videntur viuere...... ſiquidem vegetant & in ſe habent dynamin & principium per quod in omnem loci differentiam capiant incrementum, decrementum. Text. 14.

Vegetatio poteſt [haberi ſola ſiue] ſeparari à reliquis vitæ differentijs partib⁹. Text. 15.

Hæc in mortalibus (vt excipiantur intelligentiæ & intellectus theoreticus, &c.) non inueniuntur ſine vegetatione: Ideò τὸ viuere ineſt omnibus viuentibus, quæ quidem mortalia ſint propter tale principium [vegetandi.]

Quid ζῶον ſiue animal?

Text.16. ζῶον & animal primo & per ſe per *ſenſum* conſtituitur [non autem per progreſſionem.]

Text.17. Etenim quæ mouentur quidem, ſed non mutant locum, ſentiunt tamen .j. zoophyta non tantum dicuntur ζῆν [i& viuere propter ζωὴν] verumetiam dicuntur ζῷα & animalia, tactus cuiuis ineſt animali.

Porrò { vt nutritiuum ſeparatur à tactu, ſenſibuſque omnibus.
ita etiam tactus à reliquis ſenſibus exterioribus. }

Nutritiuum verò dicimus eam animæ partem, cuius ſolius plantæ ſunt participes. Omne animal tactilem ſenſionem habet.

Text.18. Dicemus poſtea cur hoc vtrumque accidat.

[.n. vt animal { omne ſentiat & ſolum.
non tamen ſolum nutriatur.] }

Quid ergo animam dicemus eſſe ſi ruditer per effectum, & concluſionem definiatur?

Animam eſſe principium eorum quæ ſunt dicta, & definiri *nutritiuo*, *ſenſitiuo*, *dianoëtico* & motione (progreſſiua.) (Sed hinc quærendum aliquid.)

Text.19. Primò quæritur vtrum horum vnumquodque ſit anima ſeorſim, an verò animæ pars.

Secundò quæritur ſi pars [ſit] vtrum ſic ſit pars vt ſit ſeparabilis (à cæteris) logo tantum, an etiam *loco*, *ſede*, *ſubiecto*, *receptaculo*.

De poſteriori quæſtione.

De nonnullis (vt de zoophytis) non eſt difficile videre; vtrum animæ ſint in ipſis ſeparabiles, &c.

Quædam habent dubitationem, dubitandi occaſionem.

Text. 20. Nam { vt in plantis nonnullæ videntur viuere poſt diuiſionem partium à ſeinuicem. Quia in ipſis anima ante diuiſionem exiſtit vna actu, multiplex verò poteſtate [quoniam multas in partes diuidua eſt.]
ita & circa alias animæ differentias videmus euenire inter ἔντομα [inſectaue animantia] in ijs quæ ſecantur in duas partes. }

Text.21. Vtraque enim partium habet ſenſum & motionem ſecundum locum congruentem animali. Quod ſi ſenſio ineſt, ideò etiam phantaſia cum ὄρεξις, ſiue appetitu.

Nam { vbi ſenſus, ibi ſubſequitur dolor & voluptas.
vbi dolor & voluptas, illic neceſſariò epithymia, ſiue cupiditas. }

De intellectu autem & dynami theoretica nihil adhuc manifeſtum.

Digitized by Google

Sed { videtur eſſe aliud animæ genus. / contingit hoc vnum genus ſeparari (à corpore) vt æternum à caduco, & corruptibili. } *Circa immortalitatem animi.*

Concluſio pro ſolutione poſterioris quæſtionis.

Ex ijs patet reliquas animæ partes non eſſe ſeparabiles, vt nonnulli aiunt eſſe .p. Pythagorici, Platonici, &c. Sunt enim entelechia corporis, &c. Logo vero & ratione eſſe alias & diſcrepantes perſpicuum eſt. *Text. 22.*

Nam quia τὸ ſentire eſt aliud à τῷ opinari, τὸ eſſe ſenſitiui eſt aliud à τῷ eſſe doxaſtici, opinatiui. Similiter & vnaquæque dictarum partium [eſt aliud.]

Vbinam hæ dynames, differentiæ, et partes viuentium?

Quod nonnullis animantium inſint hæc omnia, [quinque animæ partes .n. *vegetatiua*, &c.] *Text. 23.*

Quibuſdam quædam eorum, cæteris rebus viuentibus .n: plantis non animalibus inſit vnum duntaxat .n. vis vegetatiua.

Hoc vero facit differentias animalium [.n. { & à ſe inuicem. / & à plantis. }] propter quam cauſſam poſteà quærendum.

Simile quid accidit circa ſenſum.

Nam [animalium] habent { quædam omnes quinque ſenſus. / quædam aliquos [non omnes.] / quędam vnũ qui maximè neceſſarius .n. *tactum.* }

Quale principium viuendi eſt anima?

Quid Anima?

Id quo viuimus, ſentimus dupliciter dicitur. *Text. 24.*

Eſt { vnum tanquam *mobile*, materia, receptaculum. / alterum tanquam *motiuum*, [energia, perfectio.] }

Non ſecus atque id quo ſcimus eſt duplex.

Dicimuſque { vnum ſcientiam / alterum animam } ea namque ſcimus.

Conſimiliterque principium id quo valemus benè eſt duplex;

.n. { Vnum *ſanitas.* / alterũ quod ineſt alicui parti corporis, aut toti corpori .p. *humor.* }

Ex ijs vero ſcientia & ſanitas eſt forma, ſpecies quædam, ratio, & velut energia ſuſceptiuorum;

.n. { illa epiſtemonici, ſcientifici [energia.] / hæc hygiaſtici .j. ſubiecti ſanitatis. }

Anima verò eſt hoc quo primo viuimus & ratiocinamur. *Definitio.*

Itavt ſit {
logos quidam & forma.
non autem velut materia & ſubiectum.

Anima quænam ſit ſubſtantia et quomodo affecta corpori?

Text. 25. Cum {
Subſtantia ſit triplex .n. materia, forma, quod ex ambabus.
ſitque materies *potentia*...... forma vero *entelechia*. Quandoquidem animatum ex ambabus compoſitum eſt.

Sanè {
corpus non eſt entelechia animæ.
ſed ipſa corporis alicuius [talis, tali diſpoſiti modo eſt entelechia & actus.] Propterea illi videntur rectè opinari, exiſtimare;

Text. 26. Quibus videtur {
neque animam eſſe ſine corpore quatenus eſt energia & entelechia, & actus corporis.
neque vllum corpus animam eſſe: etenim anima non eſt corpus, ſed quid corporis. Propterea in corpore ineſt, & in tali corpore: Non autem eſt [vt veteres] putarunt, qui ipſam in corpus inſinuant non definiendo quid ſit illud & quale .... [non eſt in quouis corpore.]

Etenim [ſenſu & inductione id perſpicuum eſt quoniam] non videtur quiduis ſuſcipere quiduis.

Id autem fit, euenitque ſic & cum ratione, probatione. Cuiuſque enim rei entelechia per naturam poteſt [ac ſolet] fieri & eſſe in eo quod exiſtit poteſtate, & in propria materia, [talis energia in tali materia.]

CAPITIS III.

Summa.

De animæ partibus, ſiue differentijs, & facultatibus.

Quinque vitales facultates.

Quæ ſunt animæ primariæ dynames, & facultates?

Text. 27. Animæ dynames quæ dictæ ſunt, quæ dicuntur, quæque primariæ, ſunt

quinque .n. {
θρεπτικὸν, ſiue *nutritiuum*, vis vegetatiua & altrix.
αἰσθητικὸν, ſiue *ſenſitiuum*, primaria ſentiendi vis.
ὀρεκτικὸν, ſiue *vis appetitiua*.
κινητικὸν, ſecundum locum, loco motiuum, ſiue *progreſſiua vis*.
διανοητικὸν, ſiue *vis rationalis*.

Quatuor genera viuentium.

Porrò {
inſunt quibuſdam omnes.
quibuſdam aliquæ.
quibuſdam vna.

Primum genus.

Vbinam illæ? genera viuentium.

Plantis non ineſt niſi trepticum, nutritiuum.

Cæteris {
tum trepticum, ſiue vegetatiuum.
tum æſtheticum, ſiue ſenſitiuum, ideoque orecticum.

ὄρεξις

ὄρεξις cupiditas, ira, voluntas.

Orexis { *epithymia*, cupiditas, concupiſcibilis appetitus. / *thymos*, animus, iraſcibilis appetitus. / *boulesis*, voluntas, appetitus rationalis. — ἐπιθυμία. θυμός. βούλησις

Omnia animalium vnum ex ſenſibus habent .n. tactum, cui autem ſenſio ineſt, eidem voluptas & dolor, iucundum & moleſtum, affici iucunditate, affici moleſtia. *Pro ſecundo genere.*

Quibus autem hæc inſunt, ineſt epithymia & cupiditas.

Primò quia hæc eſt orexis & appetentia rei iucundæ.

Secundò quia illa habent ſenſum alimenti: Siquidem tactus eſt ſenſus alimenti. *Text. 28.*

Etenim { tactus eſt ſenſus, ſicci, humidi, calidi, frigidi. / his per ſe nutriuntur animantes. / aliorum ſenſibilium [aliquo per accidens nutriuntur non per ſe,

Quia nihil ad alimoniam conducit neque ſonus, neque color, neque odor. Guſtus eſt quidam tactus.

Fames, & *ſitis*, cupiditas { illa calidi & ſicci. / hæc humidi & frigidi.

Sapor eſt velut aliquod eorum cōdimentū. Sed hæc alibi clarius explicanda.

Cuique animali concludimus ineſſe tactum & orexim quandam, licet non quamuis: vt zoophytis vtrum phantaſia inſit obſcurum eſt, & poſtea conſiderandum. *Text. 29.*

Nonnullis præterea .j. prꝑter ſenſitiuum, nutritiuum, appetitiuum, ineſt promotiuum: vt equis, ſerpentibus. *Tertium genus.*

Alijs præter illa quatuor, ineſt τὸ dianoëticum velut hominibus etſi quod eſt aliud [animal] tale, aut etiam prꝑcellentius. *Quartum genus.*

De animæ definitione, & applicatione.

Animæ logos, ſiue ratio & natura, logos, ſchematis ſiue figuræ ſunt [quique] eodem modo vnus, neuter eſt præter ſingularia, vterque eſt genus non autem vltima ſpecies; *Text. 30.*

putà quia { vt ſimpliciores figuræ virtute continentur in ſequentibus. / ita ſimpliciores animæ, &c.

Etenim { vt hîc non eſt figura præter tr angulum & figuras conſequentes. / ita illic non eſt anima præter enarratas

At in figuris vna communis ratio fieri poſſit quæ omnibus accommodabitur, non autem erit propria figuræ vllius, conſimiliter & in animalibus.

Ideò cum perfecta rei notitia conſiſtat in comprehenſione propriæ naturæ, ridiculum eſt & in his, & in alijs conſectari communem rationem quæ nullius rei ſit propria, neque ſit ſecundum propriam & indiuiduam ſpeciem, p. hominem, elephantem, &c. prꝑtermittendo eam quæ ſit talis [id eſt propria, vt prꝑtermiſerunt veteres.]

Itaque ſigillatim quærendum eſt quæ ſit cuiuſque animæ ratio & natura ve-

lut quæ plantæ, quæ hominis, quæ belluæ, &c.

Text. 31. Præterea quæ ad animã pertinent perindè habent atque id quod ad figuras.

Quia { tum inter figuras / tum inter animas } ſemper quod priùs eſt exiſtit virtute in eo quod deinceps [in conſequenti] vt triangulum in quadrato, vegetatiuum in ſenſitiuo. Propter quam cauſſam res ita habeat per conſecutionem conſiderandum eſt, ſed certè ita habet.

Etenim *nutritiuum* habetur ſine ſenſitiuo, non contra.

Tactus ſine alio ſenſu non contra.

Senſitiuum ſine progreſſiuo, non contra.

Progreſſiuum ſine rationali, non contra.

Text. 32. Quod finale [extremum perfectione] & minimum [non ita magnum numero, magnitudine.]

[Id logiſmum & dianœam habet] ſiue ratiociniũm.

Quibus rebus mortalibus ineſt *logiſmus* iiſdem inſunt cætera: At non omnibus quibus reliquorum vnumquodque ineſt, & logiſmus.

Verum pleriſque ne phantaſia quidem [ſaltem perfectior ineſt.]

Quędam viuunt hac ſola comparatè [.j. phantaſia non logiſmo.]

De intellectu theoretico alius ſermo.

Concluſio.

De anima vegetante. Patet eum logum & ſermonem qui eſt de horum vnoquoque eſſe propriiſſimum etiam de anima.

CAPITIS IV.

Summa.

De treptico, ſiue nutritiuo.

Propoſitum.

Non eſt ſatis animam definiuiſſe ἁπλῶς & generatim.

[Sed de ſingulis animæ differentijs primarijs dicendum eſt ordine, ideoque primum de nutritiua dynami, ſiue de vegetante anima.]

Ei qui de his conſiderationem eſt facturus, quæ ordinis obſeruanda ratio?

Text. 33. Is accipere debet quid earum quæque, deindè conſimiliter de conſequentibus [quanque differentijs aut affectionibus ſi quæ conſequuntur.]

νοητικόν. Si verò dicendum eſt quid ſit earum quæque .p. quid noëticum, quid ſenſitiuum, &c. priùs dicendum eſt quid ſit operatio earum .p. quid intelligere, quid ſentire. Quia energiæ & praxes ſunt priores ſecundum logum & rationem quàm dynames & facultates.

Si vero ſic [res habet, ſi priùs edifferenda quæ priora ſecundũ logum] oportet verò conſiderare contraria obiecta quæ opponuntur facultatibus .p. intelligibile, ſenſibile, &c.] ..... propter eandem cauſſam de his con-

Digitized by Google

trarijs oportet primum determinare, veluti de alimento quod obijcitur vegetanti animæ] de ſenſibili, de intelligibili.

Undè tandem ordiendum?

Quoniam anima nutritiua { & alijs [virtute] ineſt. / & eſt prima & communiſſima animæ dynamis ſecundum quam τὸ viuere omnibus ineſt. } Text. 34.

Ideò primum dicendum eſt de trophe ſiue de alimonia quæ eſt obiectum nutritiuæ, deque generatione, quæ eiuſdem operatio. τροφὴ

Quæ ſunt opera vegetantis animæ?

Sunt generare ſimile ſibi, & alimonia vti [ideoque procurare accretionem, decretionem.]

Cur generare?

Quia maximè naturale opus rerum viuentium eſt generare aliud ſimile ſibi. Si tamen ſunt perfectæ [non recentes & imperfectæ] nec ſint mutilæ membro aut qualitate mutilatæ, ſed integræ, nec habeãt geneſim ſpontaneam.

Propter quem finem naturæ conuenit generare?

Vt τοῦ ſemper [ſempiternitatis] & diuinitatis [diuini boni] res naturales ſunt participes quantum licet. Omnia enim quæ ſecundum naturam operantur illius rei (perpetuitatis & diuinitatis,) ſunt auida, eiuſque gratiâ operantur.

Sed id cuius gratiâ ſiue finis duplex { id cuius. / id quo. }

Quantum poſſunt eum aſſequi finem?

(Poſſunt perpetuitate *ſpeciei* non perpetuitate *indiuidui.*) Cum ſit impoſſibile viuens continuatione & perennitate participare immortalitatem, & diuinitatem: propterea quod caducorum nihil poteſt permanere vnum, & idem numero, quantum tamen poteſt eſſe, tantum vnumquodque eſt particeps, aliud quidem magis, aliud minus. Et permanet non ipſum & idem, ſed velut idem ..... non vnum numero, ſed ſpecie. Text. 35.

Quomodo anima eſt cauſſa viuentis et generationis?

Anima eſt principium & cauſſa viuentis corporis, ideoque & generationis. Text. 36.
Sed cum ea [cauſſa & principium] dicantur multipliciter, anima eſt cauſſa tribus modis diſtinctis, & diſtinctè alibi enarratis.

Quia ipſa eſt { id vndè motio (cauſſa efficiens.) / id cuius gratia (ſiue finis.) / & (cauſſa) tanquam *vſia* & forma animatorum corporum. }

Cur tanquam vſia et forma?

Primò quia cauſſa τοῦ eſſe omnibus (eſt) vſia (vt calor τοῦ calere.) viuere eſt τὸ eſſe rei viuentis, anima vero horum eſt cauſſa. Text. 37.
Secundò quia entelechia eſt logos & ratio rei exiſtentis poteſtate.

Digitized by Google

Quare cauſſa eſt vt id cuius gratia, & finis?

Quia { vt mens (cauſſa dianoëtica) operatur alicuius rei gratia.
ita & natura & hic naturæ eſt finis. }

Atqui & in animalibus & in plantis anima ſecundum naturam eſt tale aliquid, eſt id cuius gratia fit operatio.

Omnia enim (quæ illic) naturalia corpora animæ ſunt organa, animęque gratia, ſed dupliciter dicitur id cuius gratia, finis *cuius*, finis *quo*.

Cur efficiens cauſſa?

Primò quia anima eſt id primum vndè motio ſecundum locum. Sed hæc vis non ineſt omnibus viuentibus.

Secundò quia principium eſt vndè alteratio & accretio ſecundum mentem & animam (extenſio ſenſus) ad obiecta quia ſentire eſt alterari.

Tertiò quia eſt illud vndè incrementum & decrementum.

Siquidem creſcit & decreſcit nihil naturaliter, niſi nutriatur.

Nihil nutritur niſi ſit vitæ particeps.

Quæ ſententia Empedoclis de incremento?

De accretione. Empedocles cum tradidit incrementum euenire plantis;

Text. 38. quod { deorſum radicentur, quod terra ſic feratur.
ſurſum (attollantur) quia ſic ignis [feratur.] }

πᾶσι. Non rectè dixit, nam non benè accipit { τὸ ſupra.
& τὸ infra. }

παντί. Non eſt idem τὸ ſupra & τὸ eſſe infra vniuerſis (omnibus & ſingulis rebus.)

Quod vniuerſo (& toti rei, vniuerſitati rerum.)

Sed { vt caput eſt τὸ ſupra in animali.
ita radix plantarum, omninò radix capiti (analogum quid.) }

Si organa dicenda ſunt diuerſa & eadem propter opera & officia, vt verè ſunt dicenda. (Caput animali pro parte ſuperiori aut pro radice,) quocunque ſtatuatur modo.

Text. 39. Propterea ignis & terra quæ in contraria loca feruntur diuellentur niſi quid prohibeat.

Quid vero apud (Empedoclem) quod hæc contineat?

Si (quid) eſt hoc eſt anima & cauſſa τοῦ nutriri, & τοῦ augeri (qua virtute res continentur, eâdem attrahuntur.)

Quorundam aliorum opinio de accretione et decretione.

Text. 40. Sunt quibus natura ignis videtur omninò cauſſa nutritionis & accretionis: Nam hic ſolus inter corpora, vel inter elementa ſaltem videtur ali & augeri, ideò quis ſuſpicatus fuerit eum in plantis & animalibus eſſe id quod operatur (molitur & conficit nutritionis opus.)

Digitized by Google

Quid nonne eſt cauſſa ſimpliciter & omnino?

Concauſſa [& adiumentum cauſſæ] aliquo modo eſt [calor enim inſtrumentum animæ,] ſed non eſt ſimpliciter cauſa, verum potius anima eſt ſimpliciter cauſa. Text. 41.

Cur non ſimpliciter cauſſa?

Quia accretio ignis in infinitum abit ..., quatenus adeſt pabulum & combuſtibile.

At natura conſiſtentium, vt plantarum & animalium terminus aliquis & logos, ac [modus] magnitudinis & accretionis.

Hæc vero ſunt animæ non ignis opus & λόγου potius quàm materiæ.

Cur agendum primo de trophe et alimonia?

Quia eadem animæ facultas eſt altrix & genitrix: ideò primum tractandum eſt de trophe & alimonia, hoc enim opere ſeparatur ab aliis facultatibus animæ. Text. 42.

Quæ videntur eſſe conditiones alimoniæ?

Quæ prior veterum ſententia de alimonia?

Videtur contrarium contrario eſſe trophe & alimonia: non tantum quoduis cuiuis. Text. 43.

Sed [tantum contrarium quod augere contrarium poſſit] .... ea tantum contrariorum quæ non modo geneſim ex ſe inuicem habent, verumetiam habent incrementum: [quod non ſine cauſa dicitur.]

Multa enim contrariorum ex ſe inuicem [fiunt] vt ſanum ex ægro.

At non omnia ſunt quanta & efficiuntur aucta.

Verum neque illa [omnia contraria quæ fiunt & augentur] videntur eodem modo eſſe alimonia: ſed [tantum quæ ita contrarium augent vt non viciſſim contrario augeantur] .... aqua igni videtur pabulum eſſe, ignis aquam non nutrit.

Ideò in ſimplicibus corporibus videtur nutrire vnum, nutriri alterum.

Quæ poſterior, quæ oppoſita?

Hic dubitatio quia quidam aiunt ſimile nutriri ſimili, vt & augeri. Text. 44.

Quidam contra contrariò contrarium: quia ſimile eſt, ἀπαθὲς non patitur à ſimili: alimonia mutatur, patitur.

Mutatio in omnibus [fit] { vel ad contrarium. / vel ad medium.

Præterea trophe patitur aliquid à τρεφομένῳ, alimonia ab eo quod alitur non contrà: quemadmodum faber non patitur à materia, ſed ab illo ipſa, faber mutatur tantum ex otio in energiam & operationem, idque impulſu finis. p. pecuniæ, & motu metaphorico.

Quæ cenſura, quæ conciliationis ratio?

Intereſt vtrum trophe dicatur, id quod poſtremum adijcitur [vt chylus, ſanguis:] an id quod primum [vt ex. gr. panis:] an [vtrumque.] Text. 45.

{ vtrumque eſt alimentum [& pabulum rei quæ nutritur.]

Quod ſi { ſed { alterum *incoctum* & indigeſtum.
alterum *coctum* & digeſtum,

Vtroque modo liceat dicere trophen [.i. { & ſimilem.
& contrariam, ac diſſimilem.]

Nam { quatenus eſt *incocta* contrarium contrario } nutritur.
quatenus eſt *cocta* ſimile ſimili

Itaque vtrique [aſſertores vtriuſque ſententiæ] aiunt { partim rectè.
partim non.

Cuius rei trophe & alimonia?

Text. 46. Quia nihil nutritur niſi vitæ particeps, quod nutritur eſt quid animatum, eſt animatum corpus: itaque trophe ad animatum [eſt relata] non per accidens, ſed per ſe.

Quomodo differunt nutritiuum, auctiuum, genitiuum?

Quàm rei ratio varia, quæ trophe & alimonia?

Text. 47. τὸ eſſe eſt aliud *alimenti*, aliud *auctiui*.

Nam { res vna eademque numero eſt *auctiuum* quid, quatenus animatum eſt quid quantum & mole præditum.
eſt *alimentum*, quatenus animatum corpus eſt hoc aliquid, & vſia ſiue ſubſtantia.

Si quidem vſiam ſeruat & hæc eſt quandiu nutritur, & eſt *effectiuum* geneſeos ſiue generationis non rei quæ alitur .... ſed rei quæ eſt ſimilis ei quæ nutritur: iam enim eſt ipſa vſia & ſubſtantia, nihil vero ſe ipſum generat, ſed ſeruat aliquid ſeipſum.

Quid ergo nutritiua facultas, quæ neceſſitas alimoniæ?

Text. 48. Tale animæ principium eſt *dynamis* quę poteſt conſeruare τὸ habens ipſam quatenus eſt tale: [vt genitrix facultas vſiam facit]

Alimonia autem ad id efficiendum præparat. (*diſpoſe à le faire, & effectuer:*) ideò quod alimonia eſt paratum quid non poteſt eſſe [durare.]

Quæ maximè obſeruanda in nutritione?

Text. 49. Tria { id *quod* alitur. n. corpus quod animam habet.
id *quo* alitur. n. alimonia.
id *quod* alit. n. anima prima, & *vegetatiua*.

Quæ commoda huius animæ denominatio?

A *fine* omnia denominare eſt æquum: finis [animæ primæ] eſt generare ſimile: Ergo anima prima ſit *generatiua*.

Quotuplex id quo fit nutritio?

Nihil-ne præter alimoniam eſt id quo fit nutritio?

Text. 50. Duplex eſt id quo fit nutritio. n. { *alimentum*.
& *calidum*.

Digitized by Google

Vt id quo ſit gubernatio duplex { *manus.* / *clauus*, ſiue gubernaculum.

n. { vnum quod mouet ſimul & mouetur.n.gubernaculum. / alterum quod mouet tantum.

[Vt reſpondeat { gubernatori anima. / manui calor. / clauo alimentum.]

Omnem alimoniam neceſſarium eſt concoqui poſſe: concoctionem autem conficit calor [ſolus:] ideò omne animatum calorem habet.

Concluſio.

Typo dictum eſt quid ſit alimonia.
In propriis ſermonibus poſtea de ipſa magis perſpicuè.

TERTIA LIBRI PARS *De ſenſitiuo.*

QVÆ DE SENTIENTI ANIMA.

CAPITIS V.

Summa.

De ſenſu generatim. *De ſenſu.*

Quid nunc agendum?

His determinatis dicamus communiter de omni ſenſu. *Text. 51.*

In quo conſiſtit τὸ ſentire?

Senſio videtur eſſe quædam alteratio.
Ideò euenit in τῷ moueri & pati.
Patiatur-ne ſimile à ſimili dictum eſt primo de ortu.
[Propterea ſenſus eſt potentia paſſiua,] ſed dubitatio occurrit.

Quare non datur ſenſuum ſenſio?

Cum ſint intra ſenſum elementa quibus conuenit ſenſio, ſiue τὸ *Text. 52.*

ſentiri { ſecundum ſe, / aut ſecundum ipſorum accidentia.

Cur { non faciunt ſenſionem ſine externis rebus. / (non ſentit ſeipſum ſenſus, organumue ſuum;)

n. quia eſt αἰσθητικὸν, ſiue ſenſitiuum, non eſt actu ſentiens, ſed dynami tantum: vt combuſtibile non comburitur ſecundum ſe ſine combuſtiuo.

Digitized by Google

Combureret enim ſe ipſum, vt non egeret ignis qui ſit actu ignis.

Quot modis dicitur αἴσθησις *ſiue ſenſus?*

Text. 53. Vt ſentire, ita & ſenſus dicitur dupliciter;

n. { poteſtate: vt cum quis etiam dormiens dicitur ſentire. p. videre.
actu & energia; vt quando intuemur. }

Secernitur-ne energia à paſſione?

Text. 54. (Alicubi ſecernuntur energia & patheſis) nunc loquimur perinde atque ſi pati, moueri & energia vti ſint vnum citra illam diſtinctionem.

Motio enim eſt energia quædam licet imperfecta.

A quo res patitur?

Omnia patiuntur & mouentur ab effectiuo: ideò partim à ſimili, partim à diſſimili.

Nam res { patitur dum diſſimilis.
paſſa verò, ſiue poſt paſſionem eſt ſimilis. }

Quomodo diſtinctè diſſerendum eſt de potentia, et entelechia ſi ſimpliciter de ipſis verba faciamus?

Text. 55. [Dynamis { vna *remota*: vt cum dicitur homo ſciens.
altera *proxima*: vt cum grammaticus ſciens: hinc prodit operatio & entelechia: vt contemplari) }

Eſt { aliquid ſciens perinde atque ſi dicatur homo ἐπιστήμων.
quia homo eſt ſciētium & habentium ſcientiā genus ac veluti materia.
aliquid ſciens vt ſi dicatur epiſtemon qui grammaticam habet. }

Porrò { non eſt vterque horum potens eodem modo.
ſed potens { ille quod ſit genus tale ac materia (& remotè.)
hic quod ſi modo velit, poteſt contemplari niſi extremum aliquid prohibeat. } }

Text. 56. Qui vero contemplatur de facto, hic eſt actu & propriè ſciens. exem. gr. hoc τὸ α.

Ambo illi primi ſunt poteſtate ἐπιστήμονες, ſcientes.

Sed { vnus ſcit per matheſim alteratus [quod doceatur] plerunque etiam ex contrario habitu mutatus (quod dedoceatur.)
alter vero ex τῷ habere ſenſum vel grammaticam [quæ ſenſui reſpondet proportione) verum non vti energia & operari in τῷ operari mutatur ſeu alteratur. }

Quid τὸ pati, eſt-ne quid ſimplex & vnius modi?

Quoduis pati eſt-ne propriè alterari?

Text. 57. Non ſed { vnum eſt corruptio quædam à contrario (& propriè alterari: vt quando lignum nimium incaleſcit.)
alterum eſt potius conſeruatio entis poteſtate facta ab ente actu ad ſimile: }

Digitized by Google

ſimile n. vt poteſtas habet ad actum [.i. quatenus actiuum paſſiuo ſimile eſt ac reſpondet, vt calefactiuum calefactibili.]

Nam qui ſcientiam & epiſtemen ἐπιστήμην habet, fit contemplans ex non cōtemplante: Sed non debet dici alterari. Quia fit additio ad αὐτὸ (quod opponitur alteri & alij vnde alterari) & ad perfectionem.

Vel eſt aliud genus ἀλλοιώσεως ſiue alterationis [.n. à corruptiua.]

Ideo non recte prudens quando ſapit, vtiturque prudentia, dicitur alterari: vt neque architectus dum ædificat.

Quod igitur ex ente poteſtate agit, ducitur in actum circa negotium intelligēdi, & ſapiendi. Id non eſt didaſcalia [doctrina & alteratio quædam.] Sed aliā eſt æquum habere denominationem.

Quod vero ex ente poteſtate, [ex eo quod poteſt diſcere] fit diſcens & accipiens ſcientiam ab ante actu & didaſcalico. Id pati non eſt dicendum [etiā ſi doceri.] Vel ſaltem duo ſunt modi alterationis [& paſſionis.]

Vt { Vna ſit mutatio in corruptiuam diſpoſitionem.
altera in habitum & naturam.

Quotuplex mutatio?

[Eſt vna per quam *remota* potentia in proximam euadit, vt homo in grammaticum, altera mutatio per quam *proxima* in energiam & operationem: vt Grammaticus in τὸ ſcire & contemplari.

Quomodo hæc accommodantur negotio ſenſus?

Senſitiui mutatio prima fit à *generante* [anima per quod remota potentia conuertitur in proximam.] Text. 59.

Quando genitum eſt [ſenſitiuum & animal] iam habet τὸ ſentire illud quod eſt veluti ſcientia [.i. ſenſum habitualem, facultatemue ſentiendi.)

τὸ [Sentire] ſecundum energiam [fit per ſecundam mutationem] dicitur eo modo quo *contemplari*.

Nonne differunt ſentire & contemplari?

Differunt quia [ſenſibile] quod eſt effectiuum energiæ in ſenſu [.i. ſenſionis] eſt quid externum: vt aſpectabile, audibile &c. contemplatio fit ab obiecto interiori.

Quia { ſenſus actu (.i. ſenſio) eſt *ſingularium*.
epiſteme (quę abſolute ſcientia quatenus ſcientia) eſt *vniuerſalium*. Text. 60.

Vniuerſale autem quodammodo in ipſa anima (.n. per imaginem.)

Parique modo res habet in ſciētijs ſenſibiliū. p. in mechanicis artibus quæ per peritiā occupantur in ſingularibus ſenſibilibus (.p. in hoc & in illo marmore.)

Senſibilia enim & ſingularia & extrema ſunt. Sed hæc alibi accuratius.

Intelligere cum quis voluerit in eo ipſo ſitum eſt (.n. ſi rem iam comprehendit.)

At { Sentire non eſſe in ipſo ſitum (etiam ſi iam ſenſerit.)
ſed requiritur præſentia ſenſibilis.

(Scientia { *theoretica* vtimur quando volumus. / *practica* non vtimur quotieſcumque volumus.)

Quid concludēdum, quibus vtemur nominibus ad has declarandas differentias?

Text. 61. Cum non ſit ſimplex (& vnici modi) id quod dicitur dynami & potentia.

Sed { aliud quidem vt puer qui dicitur poſſe militare &c. / aliud vt cum qui in (ætate militari aut perfecta) dicitur poſſe militare.

Senſitiuum ſic habet { (vnum eſt remota / alterum proxima } poteſtate.)

Quoniam vero nomine carent horum (quæ expoſuimus) differentiæ, declarauimuſque eſſe diuerſa, & quomodo ſint diuerſa. Neceſſe vti τῷ pati & τῷ alterari tanquam propriis (non ambiguis) nominibus, aut pro propriis nominibus &c.

Quomodo habet æſtheticum, ſenſitiuum?

Senſitiuum tale eſt potentia, quale eſt actu quod ſenſibile.

Patitur quando non eſt ſimile, ſed poſt paſſionem & patheſim eſt ſimile & veluti illud.i. velut ſenſibile.

SEXTI CAPITIS SVMMA.

De ſenſibili.

De obiecto ſenſus.

Text. 62. Inquoque ſenſu [explicando] dicendum eſt primùm de ſenſibili (vt ſignificatū ſupra.)

αἰσθητὸν & ſenſibile dicitur tripliciter.

Text. 63. Quia { quædam ſunt per accidens ſenſibilia ; vt Socrates. / quædam per ſe quæ { vno tantum ſenſu percipiūtur, ſuntque propria ſenſibilia: vt color. / vel pluribus percipiuntur & dicuntur communia, ſenſibilia.

Text. 64. Huiuſmodi ſunt *motus, quies, numerus, figura, magnitudo.*

De viſu. Per accidēs ſentitur Sophroniſci filius, ſi quid albū, & quicquid huius generis.

CAPITIS SEPTIMI SVMMA.

De Aſpectu qui ſenſuum primus ratione claritatis.

Quod obiectum Viſus.

Text. 65. Id cuius eſt opſis eſt viſibile ſiue aſpectabile.

Quidnam aſpectabile per(ſe et propriè?)

Viſibile { eſt color(cum quaſi colore lumen quaſi color. / & aliquid præterea quod (in tenebris aſpectabile,) ἀνώνυμον (nomine que vacans) oratione autem (& pluribus verbis) explicari poteſt.

Tex. 66.

(Sunt autem huius generis ſquamnę,fungi,cornu &c.

Quidnam color?

Color eſt aliquid quod in aſpectabili(quod aſpectabile) quæ ſecundum ſe ſiue per ſe (.p.in niue , in marmore.) *Tex.67.*

Aſpectabile vero ſeu viſibile hoc eſt per ſe.ſecundum ſe.

[Sed { non logo & ratione (non primo modo τῦ per ſe, non quod aſpectabilitas ſit de natura eius.p.de natura marmoris.)
verum quod in ſe ipſo habeat cauſam τῦ eſſe aſpectabile.

Sed { non abſtractè } { non vt linea eſt per ſe longa.
verum concretè } { ſed vt corpus naturale eſt per ſe longum.]

Quænam eſt natura coloris,quomodo viſibilis?

Color omnis eſt quid motiuum rei actu tranſparentis.p. illuſtrati aëris in quē immitit imagines eas quæ opricæ nominantur ſpecies,& hæc eſt phyſis & & natura eius. Ideo non eſt aſpectabilis ſine lumine, vt neque diaphanes actu ſine lumine. Propterea dicendum eſt primum. *διαφανές.*

Quid lumen, quid diaphanes?

Lumen eſt quid diaphanes ſiue pellucidum,perſpicuum,tranſparens.

Diaphanes vt dicam ſimpliciter,ruditer,generatim eſt quid viſibile non per ſe ſed per colorem alienum. *Tex.68.*

Quæ natura pellucidi { tum in ſempiternis(cœleſtibus.)
tum in elementaribus locum habet.

Lumen eſt energia tranſparentis[corporis)quatenus eſt tranſpatens & diaphanes. In his rebus perſpicuis poteſtate inſunt & tenebræ. Sed lumen eſt veluti color pellucidi quatenus eſt actu pellucidum, ignis alteriuſue corporis talis quale eſt cœleſte corpus. Nam vtrique ineſt quid commune. *Tex.69.*

Lumen non eſt corpus quia ſi foret daretur penetratio corporum. *Tex.70.*

Ignis taliſue corporis aut habitus { vt præſentia eſt lumen.
ita abſentia tenebræ.

Empedocles hoc ſibi concedi poſtulat (ſine probatione].n.lumen eſſe corpus quod inter lumen & terram *unà* cum ſole moueatur,quamuis motus illius non cenſeatur.

Sed iniqua eſt poſtulatio. Si tantùm corpus tandiu mouetetur, motus illius perciperetur. *Tex.71.*

Viſibile, inuiſibile.

Colorabile colore vacat. Huiuſmodi autem eſt quod eſt tranſparens(poteſtate non actu,]& quod inuiſibile.

Eadem natura eſt { tenebræ / lumen } .n. { lumen pręſens. / tenebræ abſens.

Color [proprie dictus] non conſpicitur niſi in lumine.

Digitized by Google

Sunt alia quæ in tenebris conſpiciuntur non in lumine, vt cornu, oculus.

Medium, viſio, organum.

Text. 72. Color mouet ſenſum non immediate ſed per medium pellucidum, per aerem.
Itaut à medio motus contiruetur ad organum viſus.
Si autem inanitas inter oculum & rem aſpectabilem intereiperetur.

Text. 73. Tum { non modo hæc non cerneretur accuratius. | ſed ne quidem vllo modo cerneretur. }

Siquidem { opſis fit paſſione, videre eſt pati. | oculus non patitur à colore immediatè, proinde medio eſt opus. }

Viſibile vtriuſque generis.

Text. 74. Ignis cernitur { & in lumine *ſeu interdiu.* | & in tenebris quia ipſe quod diaphanes poteſtate erat, efficit actu diaphanes. }

Medium in ſenſibus.

Text. 75. Medio eſt opus vt in aſpectu, ita in ſenſibus alijs. Quanquam in tactu & guſtu res obſcurior.

Text. 76. Medium { in percipiendis ſonis aer. | in odoribus communis affectus aeris & aquæ. }

OCTAVI CAPITIS SVMMA.

De Auditu.

De auditu.

Obiectum.

Text. 77. Corporum { quædam ſonum edere non poſſunt: vt ſpongia, &c. | alia ſonant { nunc actu. | nunc poteſtate. } }

Hinc ſonus actu, ſonus poteſtate.

Text. 78. Sonus qui ſonus actu eſt alicuius, eſt ad aliquid, eſt in aliquo [. i. eget tribus corporibus *percuſſo, percutienti*, & *medio.*]

Non fit { neque ſonus ſine ictu. | neque ictus ſine motu locali. }

Porro { non quiduis percuſſum ſonat. | ſed tantum quod ſonorum. }

Huius generis { aliud læue, vt æs.
aliud concauum quod reflectit.

Medium & obiectum.

Auditur ſonus { tum in aere.
tum in aqua licet obſcurius. Text. 79.

Aer non efficit ſonum niſi collidantur duo corpora, idque celeriter.

Echo efficitur cum obiectu ſolidi corporis aer ſonans reſilit & reflectitur non diſſolutus.

Probabile eſt tamen ſemper reflecti ſonum, vt & lumen ſolidioris occurſu corporis, quãuis reflexio non ſemper comprehendatur. Text. 80.

Medium aer duplex, &c.

Apud veteres { aer erat inane, ſiue vacuum. Text. 81.
ideo inanitas in auditu dominatur.

Sed aer quia eſt fragilis non perſonat, niſi id quod percutitur ſit læue.

Ergo vt audiamus neceſſe percutiatur corpus læue & vnius ſuperficiei, & ei adhæreſcens aer proindeque vnus [ſeu æquabilis, vnius ſuperficiei, continuatione vnus & læuis] agitetur ad auditum vſque. *Auditio*

Sonum ergo qui audiatur efficit quod mouet (& ſonare facit) vſque ad auditum aerem continuatione vnum.

Sed exteriorem præter aerem ineſt in ipſo ſentiendi organo [medium internum.n.] aer interior mẽbranaq; concluſus qui motu exterioris agitatur. Text. 82.

Neque fit vbique auditio, ſed in illo duntaxat aere.

Soni per ſe expers eſt aer quia facile diſpergitur, ſed quando diſſolutio, diſperſioque prohibetur, motus illius aeris eſt ſonus. Text. 83.

Interior aer per ſe eſt immobilis [experſque ſoni.] Quia percipit omnes motiones, [ad auditum pertinentes, omnes ſonorum differentias.]

In aqua audimus quia [ſeu quando] hæc neque aerem interiorem, neque aures ingreditur propter obliquitatẽ. Quod ſi ingrediatur non audimus, vt neque cum membrana qua interior aer obſidetur male habet. Text. 84.

Harum rerum argumentum eſt auris ſemper ſonans proinde atque cornu, licet ſono alieno non proprio.

An ſonat ſonumue efficit percuſſum, an percutiens, an vtrumq;?

Vtrumque ſed diuerſo modo: ſi quidem ſonus eſt motus eius quod moueri poteſt eo motu quo mouentur ea quę reſiliunt à corporibus læuibus dum percutiuntur: non tamen quicquid percutitur aut percutit ſonum facit. Text. 85.

Sonorum differentiæ.

Soni differentiæ primariæ duæ { *grauis.*
acutus.

Non percipiuntur { neque colores ſine luce.
neque acumen & grauitas ſine ſono in actu. Text. 86.

Text. 87. Sonus { *acutus* multum breui / *grauis* parum multo } tempore afficit ſenſum.

Eſt tamen { aliud acumen....aliud velocitas. / aliud grauitas...aliud tarditas. }

Text. 88. Hæ differentię ſoni per analogiam ductæ à tactu vbi { acuta pungunt. / obtuſa pellunt. }

Vox.

Text. 89. Vox & phone { propriè animalium tantum. / impropriè rerum aliarum: vt tibiæ, buccinæ. }

φωνή. ἄφωνα. Sed aphona minimeque vocalia pleraque animalium.

Huius generis { quęcunque exanguia. / & ex ſanguineis animalibus piſces. Ex quibus tamen aliqui branchiis aliquaue alia ſimili parte ſonare poſſunt. }

Vocem non habent niſi quę vtuntur reſpiratione.

Natura vtitur lingua { & ad guſtum. / & ad vocem. }

Sed { ille eſt magis neceſſarius. / ideoque pluribus ineſt. }

Reſpiratione conſimiliter vtitur { tum ad refrigerationem. / tum ad vocem & interpretationem. }

Reſpirationis organa ſunt fauces, pulmo.

ἑρμηνεία. Reſpiratio propter pręcordia inſtituta.

Text. 90. Vox autem eſt ictus aëris reſpiratione attracti ac detenti. Factus ab anima eam ad partem, quæ gurgulio appellatur.

Text. 91. Piſces & gutture carent, & reſpiratione. Ideo non ſunt vocales.

CAPITIS IX.

Summa.

De Odoratu.

De Olfactu.

Doctrinæ difficultas & ratio.

Text. 92. Difficilius eſt odorem & odorabile [ideoque & odoratum] explicare quam colorem & ſonum.

Quia { parum valemus olfactu.
atque { vt quæ ſunt oculis duris non ſentiunt colorem ſine terrore aut contrario affectu. — *Text. 93.*
ita nos non percipimus odorem abſque voluptate aut dolore. }}

Ideo confugiendum eſt ad analogiam.

Analogia qua vtimur.

Vt olfactus ad guſtum ſe habet, ita odor videtur ad ſaporem. *Text. 94.*

Vt guſtus ad olfactum, ita ſapor ad odorem.

Tactus homini ineſt accuratiſſimus. Ideo homo animal ingenioſiſſimum. Qui tactu præſtat, ille eſt ingenioſior: Præſtat autem qui carne eſt molliori.

Porro guſtus eſt tactus quidam. Quare homini accuratior ineſt quàm olfactus.

Ex claris obſcuriora comprehenduntur per analogiam ſi ſimilia.

præterea ex guſtu per analogiam olfactus comprehendendus eſt, [ideoque odor ex ſapore.]

Saporum autem { alius dulcis / alius amarus } eodem modo & odorum. *Text. 95.*

Sed { aliquando ſapor & odor eiuſdem rei ſunt ſimilis ratione differentiæ, denominationis.
vt in lacte cuius dulcis { tum ſapor. / tum odor. }
aliquando diſſimilis, vt in lilio, floribuſque aliis diſſimilis: vbi odor dulcis, amarus ſapor. }

Obiectum.

Olfactus eſt { odorabilis rei per ſe, ſecundum ſe. / inodorabilis rei per accidens. } *Text. 96.*

Eodem modo & reliqui ſenſus.

Sed inodorabile dicitur { primò quod odore caret. / ſecundo quod exiguum odorem habet. / tertio quod tetri eſt odoris. }

Medium.

Fit olfactus { non modò per aërem. / verum etiam per aquam. } *Text. 97.*

Quia piſces { tum ſanguinei / tum exangues } odorantur alimentum.

Quomodo fit olfactus?

Si ſupra organum odoratus ponatur, odorabile non ſentitur. *Text. 98.*

Proprium eſt hominis [& fortaſſe aliorum quæ reſpirant] olfacere non ſpirãdo, non continendo ſpiritum, ſed reſpirando.

Alia olfaciunt quidem quia percipiunt odorē, at ſine reſpiratione. Etenim ſenſio & perceptio rei benè aut malè olentis eſt olfactus.

Text. 99. Propterea illa corrumpuntur vehementibus odoribus, vt homines.

Organum.

Text. 100. Differt { vt oculus mollis ab oculo duro. | ita inſtrumentum ad odores percipiendos inſtitutum, quod reſpirātium animalium eſt ab inſtrumento aliorum. }

Tex. 101. Palpebræ oculis { mollibus ſuæ | duris nullę } quibus operiantur.

Conſimiliter velamen { in reſpirantibus ineſt | in aliis neutiquam ineſt } inſtrumento odorandi.

In aqua non odorantur quæ reſpirant quia non licet illic reſpirare.

Cuiuſmodi odor & ſapor, cuiuſmodi organa?

Eſt vt odor *ſicci* ... ita ſapor *humidi.*

Organum tale eſt poteſtate, quale obiectum actu.

CAPITIS X.

Summa.

De Guſtu. De Guſtu, guſtabili, & tactu.

Obiectum, medium, ſenſus ipſe.

Text. 102. Guſtabile eſt quiddam tactile [cominus perceptibile.]

Ideo externo medio quod requiritur in tribus præcedentibus ſenſibus non videtur indigere, ſed interno tantum.

Sapor humidis ineſt, in aqua poſitus ſaporem percipere poteſt.

Sed { non quod aqua ſit medium externum per quod ſapores comprehendamus. | verum quia ſapor ipſe diffunditur per aquam, aqua eſt quid [guſtabile.] }

Eſt vt color viſibile..... ita ſapor guſtabile.

Guſtabile eſt humidum { vel actu: vt vinum, iuſculum. | vel potentia tantum: vt ſal, tumque non guſtatur niſi liqueſcat. }

Text. 103. Senſus tamen eſt ſenſitiuus { tum ſenſibilis. | tum inſenſibilis. }

Inſēſibile { partim quod non ſentitur per ſe: vt tenebræ, ſilentium. | partim quod ſentitur remiſſè tantum: vt exiguus odor. | partim quod prauè: vt odor teter, nimius ſplendor. }

Ideo

Ideo guſtus eſt guſtabilis & inguſtabilis, potabilis & impotabilis.
Quanquam hæc duo & ad guſtum & ad tactum pertinent.

Organum ſiue ſenſorium.

Guſtabile eſt humidum.....ideo neceſſe eſt inſtrumentum guſtus ſit actu non humidum, poteſtate humidum. Quare lingua non ſentit quando eſt valde humida. Tex. 104.

Lingua tales indicat ſapores alios [aut nos potius per linguam] qualis eſt ſapor quo imbuta eſt.

Differentiæ ſaporum.

Differentiæ, ſpecieſue
- vt colorum duæ.
- ita etiam & ſaporum. n.
  - *dulce.*
  - *amarum.* Tex. 105.

Inter hæc duo aliæ ſpecies interiiciuntur *acre, acerbum, acidum, acutum, pingue, ſalſum.*

Adheret autem
- vt pingue dulci.
- ita ſalſum amaro.

CAPITIS XI.

Summa.

De Tactu & de tactili.

Tactus vnitas, multiplicitas. *De Tactu*

Tactus
- ſi eſt vnus, tactile eſt vnum.
- ſi eſt multiplex, tactile eſt multiplex. Text. 106.

De vnitate, inſtrumento, & medio.

Dubitatur
- ſitne tactus vnus.
- ſitne caro inſtrumentum eius. Text. 107

Senſus non videtur vnus....niſi quando eſt vnus tantum communitate .p. albi, & nigri. Sed tactile continet plures contrarietates,

.p. { calidum / frigidum } { humidum / ſiccum } { durum / molle } &c.

Quare tactus videtur eſſe multiplex ſenſus, etiam ſi tactus à guſtu ſecernatur.

Sed negatur propoſitio quia etiam in aliis ſenſibus plures inueniuntur contrarietates. Text. 108.

In ſono { acumen / grauitas } { magnitudo. / paruitas. }

Text. 109. Caro autem non eſt organum tactus.

Primò quia res tactilis ſentitur ſupra carnem poſita.

2. quia ſi caro foret inſtrumentum aliquod tactus;

Tum { vt ſe habet tenuis pellicula ad carnem. / ita caro ad inſtrumentum tactus. p. ad neruum.

Text. 110. Pellicula autem illa foret inſtrumentum, continuaque celeriorem ſenſionem quam contigua faceret: vt pellicula illa celeriorem perceptionem facit continua quam contigua: ita cum egeamus celerrimo tactu, inſtrumentum eius oportuit coniunctum eſſe & continuum.

Quare perinde res habebit atque ſi aër per quem videmus, audimus, odoramus, coniungeretur nobiſcum: tunc autem vno inſtrumento videremur comprehendere ſonum & odorem.

Aër enim iudicaretur organum quia coniunctus eſſet, proportioneque carni reſponderet. Proinde viſus, auditus, & olfactus viderentur vnicus ſenſus.

Text. 111. Sed non poteſt aër ſimplexue aliud corpus ac ſolidum coniungi nobiſcum [per continuationem] atque animatum eſſe.

Itaque reliquum eſt vt mixtum corpus coniungatur: Quale eſt caro & quod carnis rationem & proportionem habet: Ergo medium eſt caro, ſed coniunctum & internum: Propterea fit vt tactus videatur vnus quamuis ſit multiplex.

Plures eſſe tactus.

Text. 112. Si quibus partibus corporis percipimus calorem, frigus & conſimilia, iiſdem etiam [omnibus] ſapores comprehenderemus.....tactus non videretur niſi vnicus.

[Si vero res ſecus habet tactus videretur multiplex.].

Atqui lingua ſola [cum palato] percipimus ſapores vnâ cum frigore, &c. Non autem toto corpore.

Ergo duo ſunt tactus....guſtus, & tactus qui propriè dictus, duo ſunt ſenſus.

Occupatio — *Egentne tactus & guſtus medio externo?*

Text. 113. Non tangunt ic ea corpora inter quæ corpus aliud medium interiicitur.

Atqui { tactiuum eſt corpus & tactile corpus. / aqua & aër [media] ſunt corpus.

Ergo ſi intercipiatur inter animal [tactiuum] & rem tactilem, animal non videtur eam percepturum.

Præterea medio externo ſenſus alij videntur indigere, non guſtus & tactus. Proinde tactus & guſtus non videtur fieri in aere, & in aqua. i. per aerem & aquam tanquam media.

Text. 114. R. fieri { ſenſus alios eminus. / guſtum, tactumque cominus.

Verum { non quod nullo cum externo medio. / ſed quod cum tenui. Axiomaque illud accipiendum eſſe de tactu

Google

qui dicitur contiguitas, non de eo qui eſt ſenſus.

Quod attinet ad ſenſus alios . . . . ſenſibile mouet medium quod commotum mouet deinde ſenſum. In his duobus vna cum medio mouetur ſenſus. Text. 115.

Medium internum.

Habet ſe { vt aqua & aer ad viſum.
ita { caro ad tactum.
lingua [cum palato] ad guſtum. Text. 116.

Quare lingua & caro media ſunt, verum coniuncta & interna.

Obiectum tactus.

Tactu percipiuntur differentiæ corporis quatenus eſt elementate. p. calidum, frigidum. Text. 117.

Organum & ſenſus ipſe.

Inſtrumentum tactus pars eſt quæ poteſtate calida, humida &c. Text. 118.

Quia { ſentire eſt pati, ſentiri agere
agit [tantum] quod actu: vt calefactiuum.
patitur quod poteſtate: vt calefactibile.

Itaque non ſentimus niſi exuperationes, & defectus.

Senſus eſt quid medium. Text. 119.

Ideo { ſenſus eſt iudex extremorum.
ſenſus collatus cum vno extremo videtur alterum.

Simili modo organum viſus eſt coloratum { non actu.
ſed poteſtate tantum.

Atque { vt ceteri ſenſus ſunt ſenſibilis & inſenſibilis.
ita tactus eſt tangibilis & intangibilis. Text. 120.

CAPITIS XII.

Summa.

De Senſu generatim.

Communitates quinque ſenſuum.

Quinque ſenſuum collatio.

Senſus quiuis è quinque admittit formas ſine materia.

Senſus quiuis patitur à ſenſibili. p. viſus à viſibili. Text. 121.

Verum { non vt ſenſibile eſt hoc vel illud. p. ſol, lapis, &c.
ſed vt eſt tale. p. calidum, coloratum &c.

Organum ſenſus eſt illud in quo primo ſentiendi ſita eſt facultas.

Organum & ſenſus } { ſunt idem *numero*, ſubiecto. Text. 122.
[Vt oculus & viſus } { non ſunt idem *logo*, & ratione.

Digitized by Google

Etenim
- organum
  - eſt aliqua magnitudo .i. corpus.
  - non eſt ipſe logus, ipſa ratio ſenſus.
- ſenſus eſt
  - non magnitudo.
  - ſed quidam logos, [quædam ratio & forma] magnitudinis.

Text. 123 Hinc fit vt nimium ſenſibile ſenſum labefactet: quia diſſoluit *logon, rationem*, concentum & temperiem.

Text. 124 Hinc etiam fit vt plantæ. p. quercus, fagus, lactuca, vlmus &c. patianrur quidē à ſenſibilibus. p. à calore, frigore &c. non tamen ſentiant, doleant, gaudeāt. Quia non habent logon [& temperamentum] neceſſarium ad percipiendum formas ſine materia.

Tex. 125. Quæritur tamen aliquidne aliud à ſenſu poſſit pati à ſenſibili. p. ab odore, à calore.

Tex. 126. Ex vna parte non videtur poſſe: Quia ſenſitiuum & ſenſibile ſunt correlata: Præterea lumen & tenebræ, odor & ſonus vim ſuam exercere non videntur & exerere in corpora expertia ſenſus. p. in lignum, lapidem &c. Sed duntaxat res illæ quibus inſunt lumen, odor &c.

Nam e. g. finditur lignum
- non tonitru qui eſt ſonus.
- ſed aëre [vbi ſonus.]

Verum altera ex parte *tangibilia* & *ſapores* videntur agere in non ſenſitiuum. Etenim à calore &c. patiuntur res inaniminatę &c. Quin etiam illa ſenſibilia pertinentia ad tres priores ſenſus videntur agere in res expertes ſenſus minimeque animatas.

Et tamen non omne corpus pati poteſt ab odore & à ſono.

Tex. 127. Et ea quæ patiuntur ab odore & à ſono carent terminis .i. humida ſunt, termino proprio difficulter terminantur, neque manent, ſed fluunt: huiuſmodi eſt aër. Olet enim aliquid paſſus [nec fit ex non olenti olens ſine paſſione.]

Reſpondendum propterea olfacere [& ſentire] eſſe aliquid præter τὸ pati [olfactum non eſſe meram paſſionem, paſſionem ἁπλῶς.] Olfacere ſentire eſt ſed quoddam.

Aër dum patitur fit
- non ſenſitiuus aut ſentiens.
- ſed cito ſenſibilis, olet non olfacit.

Finis lib. 2. de Anima.

Digitized by Google

IN
LIBRVM TERTIVM.

PARTITIO.

TRia quę proxime ſequuntur capita annectuntur variè.

Nam { libro ſecundo ab Arabibus.
{ libro tertio à Græcis & à Latinis interpretibus.

Sequimur { Græcos in librorum compoſitione.
{ Latinos in enumeratione capitum.

Ita nihilominus vt ſeries numeruſque textuum ſuperioris libri continuetur vſque ad calcem capitis tertij huiuſce libri.

Capite primo agitur de ſenſuum exteriorum numero.

Capite ſecundo de interiori ſenſu vt & tertio, confertutque cum ratione & logo.

Quinque capita quæ ſequuntur ad animam rationalem pertinent.

Nono, decimo & vndecimo de vi motiua agitur.

Duodecimo & decimo tertio animæ inter ſe conferuntur, applicantur.

CAPITIS PRIMI SVMMA.

Sufficientiæ ſenſuum exteriorum probationes.

De numero ſenſuum

Probatio prima quæ ab obiecto.

Non datur tactile quod non percipiatur tactu. Ergo non opus eſt alio ſenſu exteriori quo tactilia comprehendantur. Eodem pacto iudicandum eſt de alijs ſenſibilibus. *Tex. 128.*

Secunda quæ ab organo.

Si daretur alius ſenſus, daretur & aliud αἰσθητήριον ſiue ſenſorium. Atqui non datur aliud: Ergo neque alius ſeuſus.

Tertio quæ organo & à medio.

Tex. 129.

Medium { vnum internum quo tangimus.
{ alterum externum quo ſentimus eminus.

Hoc autem duplex .n. { aër [cum rebus proportione ſimilibus.]
{ & aqua.

Digitized by Google

Quale verò medium, tale eſt & αἰσθητήριον quod per illud percipit: quodque αἰσθητήριον ſimile eſt medio, percipit ea quæ per medium illud perceptibilia ſunt.

Quare ſi per vnum medium. p. per aerem percipiuntur multa.

Quæ tale αἰσθητήριον quale illud medium habent, ea multa comprehendunt.

Quod vnum percipitur per duplex medium [p. color per aerem & aquam] quę tale αἰσθητήριον habent, quale eorum mediorum alterum id percipiunt.

Concluſio.

Text. 130. Media non niſi duo { aer (cum aereis.) / aqua (cum aqueis.) }

Ergo omne organum ſenſus eſt { vel aer (aereum quid.) / vel aqua, (quid aqueum.) }

Ignis non eſt αἰσθητήριον, ſed quid commune omnibus ſenſoriis.

Terra item non eſt αἰσθητήριον. Sed quid αἰσθητηρίῳ commixtum [vt vnguento cera commiſcetur, præſertimque in tactu.]

Ineſt verò αἰσθητήριον { quoduis cuiuis perfecto animali. / non quoduis imperfecto. }

Quarta probatio quæ per inductionem.

Text. 131. Nullum eſt pathos / nullum eſt corpus } ſenſibile quod non ſentiamus aliquo ex quinque ſenſibus.

Text. 132. Ergo non ſunt plures quam quinque ſenſus:

Obiectio cum reſponſione.

Text. 133. Communia ſenſibilia, vt magnitudo, &c. ſentiuntur: ergo ſunt plura ſenſibilia.

R. communia hæc non vendicare ſibi ſenſum proprium, non eſſe proprium ſenſibile.

De communi ſenſu. Nam ſi vendicarent, tactu perciperetur non per ſe ſed per accidens tantum. (vt dulce per tactum, calidum per viſum.)

Text. 134. Siquidem proprium ſenſibile non percipitur alieno ſenſu niſi per accidens.

Text. 135. *Cur ſenſus plures?*

Plures vt accuratius percipiantur res ſenſibiles.

CAPITIS SECVNDI SVMMA.

De interiori ſenſu quo percipimus nos ſentire.

Hypotheſis.

Text. 136. Sentimus nos ſentire. p. videre, audire, &c.

Digitized by Google

Non videri opus communi ſenſu.

Cum ſentimus nos videre id facimus, *Obiectio Dialectica.*
Aut eodem ſenſu .n. viſu.
Aut alio ſenſu.p.auditu.
Non alio primò quia duo ſenſus verſarentur circa obiectum idem.p. circa calorem: nam qui viſionem percipit, ille idem & colorem comprehendit.
Secundò quia daretur progreſſus in infinitum.
Ergo eodem. Quare non eſt opus alio ſenſu.

Videri opus alio ſenſu.n. communi.

(Si ſenſio exterior percipitur, nec tamen eo quo fit ſenſus alio eſt opus.) *Text.* 137.
Senſio percipitur, & tamen non videtur percipi eo ſenſu quo fit: ergo alio videtur opus. Probatur ſumptio:
Si viſio viſu percipitur, videtur.
Si videtur eſt color.
Si eſt color ſenſui ſenſibile actu ineſt (quia viſio viſui ineſt.)
Hoc autem eſt abſurdum. Quare non videmus nos videre neque viſu viſio percipitur.

Dubitatio circa ſuperiorem coniecturam.

Sed fortaſſe percipere viſu non eſt videre, præterea quod viderid aliquo modo eſt coloratum (ideoque obiectum actu ſenſui ineſt.) *Text.* 138.
Quia ſuſcipit ſenſibile. p. colores licet ſine materia. Indeque fit vt remotis ſenſibilibus in organo maneant ſenſus & imaginationes.

Hypotheſes de actionibus, facultatibus, earumque diſtinctione.

Atqui operatio, &c,

Non idem {
ſenſus actu, & ſenſus poteſtate.
quod ſentit actu, & quod ſentit poteſtate.
quod ſentitur actu, & quod ſentitur poteſtate. 1.
}
Actus rei ſenſibilis & ſenſitiuæ (mouentis & mobilis) idem eſt. Sed idem re non logo & ratione. Vt ſonare (ſono afficere aurem) & audire. 2. 3.
Vterque actus in eo eſt ſitus quod patitur. p. percuſſio facta à ſono in auditu, in auribus, non neceſſario quod mouet mouetur eo actu quo mouet: non enim quicquid ſonat, audit, &c. (ne regrediamur, &c.) 4. *Text.* 139.
Sed {
in quibuſdā ſenſibus nomina occurrunt (diuerſa) quibus vterque actus ſignificetur. *Text.* 140
vt in auditu {
auditio, ἀκοὴ ἄκουσις. *Text.* 141.
& ſonitus (ſiue auris percuſſio à ſono,] ψόφος ἢ ψόφησις. 5.
}
in quibuſdam alter actus nomine & appellatione caret.
}
e.g. {
viſio dicitur non dicitur autem oculi coloratio.
guſtatui non reſpondet nomen ex parte ſaporis.
}

Digitized by Google

Text.142. Vtterque actus ſimul corrumpitur, & ſimul eſt.

6. At potentiæ duæ [p. ſenſibile, & ſenſitiuum te ipſa] differunt neque reciprocantur, aut ſublata vna altera tollitur, (. n. ſi ſpectentur abſolutè non 7. relatè.

Text.143. Itaque veteres non rectè ſublato ſenſu tollebant ſenſibile.

Si tollitur { actus ſenſitiui, tollitur ſenſibilis actus. / facultas ſenſitiua, non ideo tollitur potentia ſenſibilis.

Hypotheſes de proportione ſenſuum.

Text.144 Auditio & ſonus [qui ſonus actu] idem. [idem patientis & agentis actu.] Sonus autem eſt concentus, συμφωνία, ſymphonia.

Concentus eſt ratio & proportio. Ideo auditus proportio eſt.

Exceſſus autem .p. acutum & graue corrumpit rationem: ergo corrumpit auditum.

Eodemque modo iudicandum eſt de alijs ſenſibilibus.

Verum magis obtinent rationem { ſimplicia exceſſus. / mixta & media proportionis, &c.

Ideo mixta ſenſui ſunt iucundiora, congruentiora, quam ſimplicia: vt viror, quàm nigror.

Text.145. Senſus vnuſquiſque { eſt obiecti ſui. / obiecti percipit differentias. / in organo eſt.

Quæ diuerſos ad ſenſus pertinent, tanquam propria obiecta ſecernuntur, vt album & dulce.

Dari ſenſum communem alium à quinque.

Text.146 Senſibilia diuerſorum ſenſuum diſcernuntur, comparantur [ab animalibus, p. candidum & dulce.] Si ſecernuntur, ſenſu ſecernuntur, diſcernuntur: quandoquidem ſenſibilia ſunt.

Ergo { caro non eſt vltimum organum. / tactus non eſt ſenſus quo vlterior nullus habeatur.

Quia tangendo non ſecernitur album à calido, vni eidemque ſenſui nota eſſe debent quæ comparantur non tantum diuerſis percipi.

Nam { vt ſi tu ſentis vnum, & ego alterum fieri comparatio non poteſt. / ita non fiet ſi res duæ duplici non vno & eodem ſenſu percipiantur.

Præterea debent quæ comparantur eodem comprehendi tempore non ſeparato [tãtum.] Quia plura ſimul comprehenduntur ſi fit iudicium. Quare opus eſt ſenſu vno [communi] per quem ſenſibilia diuerſorum ſenſuum, (exteriorum) eodem percipiantur tempore.

Obiectio.

Digitized by Google

Obiectio.

Indiuiſibile nequit moueri ſimul motibus contrariis tempore indiuiſibili (i. vno eodemque planè tempore) quatenus indiuiſibile. *Text.*147

Atqui ſenſus qui dicitur ſecernere & ſentire quæ ſunt diuerſorum ſenſuum eſt aliquid indiuiſibile (.i. indiuiſum vnum atque idem) ſentire eſt moueri atque pati.

Ergo non videtur ſenſus ille ſentire ſimul dulce & amarum, &c.

Solutio. *Text.*148

Obiectioni videmur poſſe reſpondere in hunc modum.

Senſus ille {
numero, loco, (ſubiecto & ſecundum ens) eſt aliquid indiuiſibile.
logo, & definitione eſt diuiſibile (diuiſum multiplex.)
}

Sed videtur ſimul diuiſibile & indiuiſibile eſſe poteſtate, non eſſe actu & energia.

Senſus {
non ſecundum τὸ eſſe
ſed ſecundum τὸ operari
} eſt quid diuiſibile, diuiſum.

Verum inquis non videtur eſſe diuiſibile aut diuiſum ſecundum paſſiones, operationes.

Non enim poteſt idem eſſe ſimul album & nigrum; ideò nec ſenſus, nec intellectus videtur poſſe percipere ſimul & admittere ſpecies (& imagines intentionales) eorum.

Reſp. {
vt {
punctus eſt quid re ipſa vnum.
punctus nihilominus multiplex *officio* quatenus finit, inchoat continuat. *Text.* 149
}
ita & ſenſu ſe habere. | neque contrariarum qualitatum imagines vere contrarias eſſe.
}

CAPITIS III.

Summa.

De Phantaſia.

Argumenta vitæ, collatio ſenſus et intelligentiæ.

Anima & vita à veteribus duabus maximè differentiis finiebatur. *Text.*150.

n. {
motu ſecundum locum.
& [apprehenſione, ſeu] intellectione, indicatione, intellectu.
}

Videtur autem τὸ intelligere & ſapere eſſe velut ſentire quoddam. *Text.* 151.

Nam veteribus, vt Empedocli, & Homero ſentire & ſapere idem.

Ideò Empedocli vt ſimile ſimili tantum ſentitur:

Ita ſimile ſimili intelligitur.

Verum ſi verba feciſſet de deceptione quæ frequentiſſima eſt, deprehendiſſet ſcientiam & intelligentiam eandem verſari circa contraria, ſimileque non comprehendi ſolo ſimili, & deceptionem verſari circa contraria.

Text. 152. Sanè aliud ſentire, aliud ſapere: cum omnium ſit illud, hoc paucorum animalium.

Aliud ſentire, ... aliud intelligere ſiue benè, ſiue malè.

Intelligimus {
rectè *prudentia, ſcientia, opinione vera.*
male contrariis [.n. *imprudentia, inſcitia, falſa opinione.*]
}

Porrò propria ſenſibilia citra errorem ſentiuntur: eadem poſſunt praue intelligi & ratiocinatione comprehendi

De imaginatione & æſtimatione.

Phantaſia eſt aliud {
& à ſenſu exteriori & communi.
& à dianœa ſiue mente.
}

Text. 153. ὑπόληψις. Non fit tamen ſine ſenſione phantaſia & imaginatio: vt neque ſine phantaſia hypolepſis [& exiſtimatio quæ mentis actio.]

Imaginatio differt ab exiſtimatione.

Quia {
pro arbitrio imaginamur quando volumus.
non opinamur & exiſtimamus vt lubet.
}

Præterea {
imaginatio & phantaſia omnium eſt animalium.
exiſtimatio & iudicium non omnium.
}

Text. 154 Adde quod {
dum exiſtimatione iudicamus aliquid bonum aut malum, perturbamur.
dum phantaſia comprehendimus, non videmur magis commoueri, quam dum aliquid depictum intuemur.
}

Concluſio.

Aliud ſentire, aliud intelligere.

Intelligendi cum id verbum generatim ſumitur genera duo,

n. {
exiſtimare quod mentis.
imaginari quod phantaſiæ.
}

De phantaſia ſumpta pro facultate.

Phantaſia facultas eſt idquo fit in nobis viſum, vel phantaſma.

Itaque videri poſſit eſſe de genere facultatum aut habituum quibus percipimus verum, aut falſum, verè aut falſo: cuiuſmodi ſunt *ſenſus, opinio, intellectus, & ſcientia.*

Phantaſiam non eſſe ſenſum.

Phantaſia ſeu imaginatiua diſtinguitur à ſenſu [exteriori & communi.]

Primò quia non eſt {
nec ſenſus actu.
nec ſenſus poteſtate.
}

Digitized by Google

2. quia ſemper. i. in quouis animali inuenitur ſenſus, non ſemper phantaſia.
3. quia ſenſus vt plurimum verus..... imaginatio vt plurimum falſa : ſenſus certior..... phantaſia dubia.

4. quia { *ſenſus* eſt rei præſentis [tantum.] / *phantaſia* etiam abſentis. }

Non eſſe habitum ſemper verum.

Sæpe falſa eſt phantaſia: Ergo non eſt habitus ſemper verus. p. ſcientia vel [intellectus.]

Non eſſe ſcientiam & opinionem.

Phantaſia non eſt doxa & opinio quia fides ſequitur δόξαν & opinionem, vt fidem perſuaſio.
Fides nulli belluarum ineſt, imaginatio pleriſque.

Non eſſe ſenſus et opinionis συμπλοκὴν *& coniunctionem.*

Phantaſia { non eſt opinio per ſenſum. / non coniunctio opinionis & ſenſus. }

Sanè { tum propter ſuperiores coniecturas. / tum quia ſi phantaſia foret opinio & ſenſus, ſanè foret ſenſus & opinio eiuſdem rei. p. albi aut boni. / non autem { opinio vnius. p. boni. / ſenſus alterius. p. albi. } }

Itaque imaginari eſſet idem atque opinari illud ipſum quod ſentitur per ſe, non per accidens: ſed cuius rei ſenſus eſt falſus, vt quando ſol iudicatur bipedalis oculo, eius opinio ſæpe habetur vera.
Quare phantaſia ſi foret ſimul ſenſio & opinio, foret ſimul vera aut falſa.
Idem nobis videretur verum & non videretur: verum ſine mutatione rerum & noua perſuaſione.

Quædam hypotheſes.

Vt phantaſiæ definitio conſtituatur.

Quod mouetur vt oculus poteſt mouere aliud. *Prima.*
Imaginatio videtur eſſe quædam motio..... neque videtur ſine ſenſu fieri. 2.
Motio illa oritur à ſenſu actu [à ſenſione non à ſola facultate ſentiendi.] 3.
Si inde naſcitur ſenſui conſimilis eſt. 4.
Imaginatio ergo eſt motio quæ nequit eſſe ſine ſenſu rei non ſentientis. 5.
Per imaginationem patimur. 6.
Imaginatio & vera eſſe & falſa poteſt. 7.

Senſus { primus *ſenſibilis proprii* qui non eſt [valdè] obnoxius errori. / ſecundus ſenſibilis per accidens, indeque oritur error: non quod male percipiatur proprium ſenſibile. p. amaritudo, ſed quod male applicetur, dicaturque eſſe eius rei cuius non eſt. p. oui cum non eſt oui. / tertius *ſenſibilis communis* qui errori valdè eſt obnoxius. } 8.

6 Ex triplici ſenſione triplex oritur motus in facultate quæ phantaſia vocatur, eaque inde differentias habet.

10. Motio phantaſiæ quæuis fallacior abſenti operatione ſenſus, ſiue dum abeſt operatio, &c.

11. At præſenti { prima quæ circa ſenſibile proprium eſt veracior. / ſecunda, tertia } ad errorem eſt procliuior.

12. Præſertim quando longius diſtat quod ſentitur.

13. Nihil autem aliud ab imaginatione iſta ſibi vendicat.

14. Itaque hinc intelligitur illius definitio.

Quid phantaſia pro functione?

Imaginatio eſt motus qui fit à ſenſu operanti, &c. De qua re in definitione excutienda.

Nomen & effectus.

Viſus eſt maximè ſenſus.

Ideò [à viſu &] lumine [ſumpſit nomen phantaſia.]

Phantaſmata ſeu viſa immanent.

Ideò belluæ quæ expertes mentis agunt per imaginationem: vt & plerique homines [quanquam rationales,] quia mens demergitur perturbationibus, morbis, ſomno.

IN SECVNDAM LIBRI PARTEM.

Vnde librum tertium nonnulli ordiuntur.

De Anima rationali.

De anima rationali.

CAPITIS IIII.

Summa.

Cuiuſmodi intellectus quo intelligimus?

Text. 1. PArtis animæ per quam anima nouit ac ſapit. i. animæ rationalis: ſiue ſit ſeparabilis magnitudine & diſcreta loco ab animalibus alijs: ſiue ratione [ſola] logo tantum explicanda eſt differentia à partibus alijs ac potiſſimum [à ſenſu & phantaſia.]

Digitized by Google

Explicandus modus quo fit intellectio.
Si intelligere & ſentire ſunt ſimilia [vt reuera ſunt.] Sane vt ſentire eſt quoddam pati, ita & intelligere eſt quoddam pati. *Text. 2.*
Si vero intelligere eſt pati & accipere impreſſionem ..... erit pati ab intelligibili: vt videre pati à viſibili, [aut tale aliud pati.]
Quod autem [patitur & recipit, quod] receptiuum id expers pathematis & formæ per materiam recipiendæ: eſtque poteſtate tantum non autem actu tale quale id à quo patitur, quod patitur & [recipit.] *Text. 3.*
Intellectus vero patitur, omnia ſuſcipit, intelligitque omnia: proindè non eſt mixtus & compoſitus ex omnibus rebus, vt quidam voluerunt: ſed eſt alienus à rebus omnibus quo ea ſeiungat, ſecernat, Itaque natura eius poteſtate non actu definienda eſt. *Text. 4.* *Text. 5.*
Ideoque primum intellectus non eſt corpus corporeumue aliquid. *Text. 6.*
Tum quia neque eſt frigidus, neque calidus.
Tum quia organo caret, vt percipitur ex diſſimilitudine ſenſus & intellectus.
Deindè anima rectè dicitur locus ſpecierum intelligibilium.
Non tamen quia anima tota per ſe contineat formas..... ſed quia pars animæ intellectiua.
Non quia actu, ſed quia poteſtate.

Diſſimilitudo ſenſus *et* intellectus.

Senſus vehementi ſenſibili offenditur, læditur, at quô res eſt intelligibilis, eſt intelligibilior & maior, eô intellectus magis perficitur. *Text. 7.*

Quod non euenit niſi quia organo { ſenſus vtitur. / intellectus non vtitur.

De intellectu patienti cum eſt adeptus formam.

Intellectus factus vnumquodque .j. adeptus formas & imagines rerum intelligibilium, eſt intellectus actu & potentia. *Text. 8.*
Actu ſi cum priori ſtatu conferatur.
Poteſtate ſi cum actione & intellectione ipſa.

Tria enim occurrunt .n. { *facultas* [*naturalis.*] / *habitus.* / *actio.*

Poteſtque intellectus tum (cum eſt adeptus formas) per ſe intelligere, atque etiam ſeſe intelligere, antea non poterat. Quoniam non poteſt per ſe in ſeipſum agere. *Text. 9.*

D*iſcrimen* ſenſus *et* intellectus *ratione obiecti, &c.*

In quibuſdam [non in omnibus] .p. in rebus corporeis.

Eſt { aliud res ſiue ens. / aliud τὸ eſſe, ſiue ratio, eſſentiaque rei.

Ex. gr. { aliud magnitudo, aliud τὸ eſſe magnitudinis. / aliud caro quæ continet etiam materiam, aliud τὸ eſſe carnis.

Digitized by Google

Parte animæ { ſenſitiua diſcernitur *ens*.p. calidum, frigidum.
alia, n. intellectu diſcernitur τὸ *eſſe*.p. calor, frigus.

Text. 10. Hæc verò pars aut facultas à ſentiente eſt ſeparabilis [etiam in nobis.]

Text. 11. Separabilis { magnitudine & loco.
aut certè [ratione] eo modo quo linea recta à ſe ipſa flexa.

Hoc verò diſcrimen quo ſcernitur res à τῷ eſſe rei;
Non modo in naturalibus locum habet puta in calido, & in frigido.
Verumetiam in rebus mathematicis vbi abſtractione vtimur.
Nam aliud rectum, &c. aliud rectitudo.

Dubitatio prima.

Text. 12. Patienti & agenti debet eſſe aliquid commune.
[Quod communiter { hoc faciat / illud patiatur } vt calor quem { facit calefactiuum. / ſuſcipit calefactibile.
Intellectus ſi eſt ſimplex & non mixtus, nihil videtur obtinere commune cum intelligibili: Ergo non videtur poſſe pati ab intelligibili.

Dubitatio ſecunda.

Text. 13. Si intellectus ipſe eſt intelligibilis eſt { aut alio quo / aut eodem quo } cætera modo.
Si eodem, cæteris rebus præter intelligibilitatem inerit intellectus & intellectiuitas.
Si diuerſo, intellectus { erit aliquid mixtum. / [conſtabit intellectiuitate & intelligibilitate.]

Solutio primæ.

Text. 14. Aliquid eſt commune verum iſtud eſt { actu in intelligibili. / poteſtate in intellectiuo, & in intellectu.
Vt calor { actu in calido. / poteſtate in calefactibili.
Intellectus [contra Platonem] eſt inſtar tabulæ raſæ in qua nihil adhuc pictum eſt, velut pura charta in qua nihil ſcriptum.

Solutio ſecundæ.

Text. 15. Intellectus eſt intelligibilis vt res aliæ [ſunt intelligibiles per imaginem ſui] nec propterea tamen mixtum aliquid habet.
In rebus immaterialibus idem eſt quod intelligit & quod intelligitur dum ſeſe intelligunt.
Vt epiſteme theoretica [ſcientia dum ſumitur pro τῷ ſcire] eſt quod ſcitur.

Dubitatio tertia.

Intellectus [ſi eſt vt intellectus & intellectiuus ita etiam intelligibilis] quare

Digitized by Google

non ſeſe ſemper intelligit: id accidit quoniā non mouet ſe niſi per res alias.

De prima dubitatione.

Non ſi intellectus intelligitur, propterea quæcunque intelliguntur intellectum habent: Nam quæ materia conſtant, ea non ſunt intelligibilia niſi poteſtate, antequam exprimantur ſpecie intelligibili; intellectus vero eſt potentia ſiue materia quæ poteſt ſubire rationem intelligibilis, [& de facto eſt intellectus intellectiuum quid.] *Text.16.*

CAPITIS V

Summa.

Dari agentem intellectum.

De agenti intellectu.

Vt in omni natura rerum & phyſi inuenitur { & *materia* quæ potentia eſt quiduis. / & *opifex* ſcilicet forma quæ obtinet rationem actus. } *Text.17.*

Ita etiam in anima duplici intellectu opus .n. { vno [*patienti*] qui omnia fiat. / altero *agenti* qui faciat omnia, quoque intelligibile poteſtate efficiatur intelligibile actu: vt per lumen color qui poteſtate viſibilis efficitur viſibilis actu. } *Text.18.*

Conditiones intellectus agentis.

Agens intellectus eſt ſeparabilis [à corpore ſine ſuo interitu & immortalis.] non eſt mixtus & compoſitus ex rebus intellectis, vt volebat Empedocles qui dicebat intelligi terram terrà, &c. Eſt quid ἀπαθὲς paſſione vacat, non ſuſcipit imagines cum ſit energia, & actus, cum eſſentia eius ſit energia. Præſtabilior eſt intellectu patienti: etenim principium mouens agens prǽſtabilius eſt materia [patienti.] *Text.19.*

De ſcientia in actu.

Quæ ſecundum energiam epiſteme, [ſcientia] ea idem eſt quod res [intelligibilis,] vt cera quæ accipit Cæſaris imaginem idem quod Cæſar. *Scientia in actu.*

Epiſteme quæ ſecundum dynamin ſcientia in vno .j. in quibuſdam prior eſt ſecundum tempus quā ſcientia actu, aut [quam res quæ ſcitur] ſed non eſt abſolutè prior ſecundum tempus. *Text. 20.*

[Quod facit illud eſt prius, quod autem poteſtate fit ab eo quod eſt actu.

Antecedit { potentia in quibuſdam actum. / actus ſimpliciter poteſtatem. }

Intellectiuum { in nobis prius intellectione. / in Deo non prius intellectione.] }

Sed epiſteme quæ ſecundum energiam ea non nunc intelligit, nunc vero non .j. ſemper intelligit.

Digitized by Google

De intellectu agenti & patienti.

Intellectus agens eſt ſolum [id quod eſt, j. eſt tantum ratio & forma non tantum forma in materia.]

Idque ſolus eſt ſeparabilis, immortalis, ſempiternus.

Sanè { forma non euadit aliud, materia contra.
{ ſimilis eſt intellectus } *patiens* materiæ.
} *agens* formæ. ¶

Recordamur ne [poſt mortem ?]

Non recordamur quia intellectus *patiens* qui corruptibilis ſuſcipit formas ſine quibus non fit recordatio: Agens non item.

CAPITIS VI

Summa.

νόησις. 1.

Duplex intellectus patientis operatio & intellectio.

ἀδιαίρε-τα. Intellectio vna indiuiſorum [ſiue ſimplicium] quæ verſatur in ijs in quibus non eſt falſum.

Text. 21. Altera quæ in ijs in quibus & falſum & verum, quæ eſt compoſitio quædam noëmatum, quæ ſunt veluti vnum.

Text. 22. Huius autem generis compoſitio non fit ſine additione temporis præſentis, aut præteriti, aut futuri.

Intellectus autem compoſitionis huius eſt opifex.

Quomodo apprehenduntur diuiſa, indiuiſa?

Text. 23. ἀδιαίρετον [ſeu indiuiſibile, vel indiuiſum] dicitur [ſecundum qualitatem] dupliciter.

.i. { ἀδιαίρετον potentia quod diuidi non poteſt.
{ ἀδιαίρετον actu quod non diuiditur diuiſumue eſt.

Fieri poteſt vt quod actu ἀδιαίρετον, ſit tamen poteſtate diuiſum: vt linea. Intelligitur indiuiſum tempore indiuiſo ſine interruptione, & in quauis parte alicuius temporis. Quod ſi partes rei diuiſibilis ſeorſim intelligantur, diuidetur tempus quod reſpondet rei diuiſibili.

Text. 24. Quod verò indiuiſum eſt *ſpecie* & *forma*, vt homo, non *quantitate* & *materia* id tùm indiuiſa anima [.j. intellectione aut parte animæ] tum indiuiſibili indiuiſoque tempore percipitur, ſed per accidens non ſecundum ſe, quatenus id quod intelligit. j. intellectus & tempus quo intelligit ſunt ἀδιαίρετον in ſe complectuntur aliquid indiuiſibile, indiuiſum, non autem quatenus diæreta, diuiſa, diuiſibilia.

Nam in his aliquid inuenitur ἀδιαίρετον [.p. formæ vnitas, momentum,]

Text. 25. Sed fortè quod facit tempus ἀδιαίρετον, & quod longitudinem indiuiſibilem non eſt ſeparabile: iam quod eſt ἀδιαίρετον tum actu tum poteſtate cognoſcitur more priuationum [per aliud, per negationem diuiſibilitatis continui] vt punctus: vt cum contrariorum vnum intelligitur per alterius negationem.

Quale

Quale quod cognoſcit?

Quod cognoſcit [intellectus patiens] & potentia eſt, & in ſe habet poteſtate aliquid .p. terram, cœlum: quod ſi cauſarum aliqua (vt intelligentia cœleſtis) nihil habet quod ipſi adueniſcitur (à quo patiatur) ſane cognoſcit ſe ipſam, actu eſt ſeparabilis [ſeparatur à materia.]

Diſcrimen duplicis intellectionis.

Propoſitio ſemper vera eſt, aut falſa. Intellectus verò non omnis verus [aut falſus.] Sed qui eſt τοῦ quidem ſecundum τὸ quod quid erat eſſe, hic verus: verum vt aliquid de aliquo non vt propoſitio, ſed tantum [vt vera viſio,] vt viſiō proprij viſibilis dicitur vera. Text. 26.

Nam definitio proprij viſibilis. p. colorati ſemper eſt vera, quatenus verò accōmodatur & applicatur. p. quando quod videtur eſſe album iudicatur eſſe contrarium, ita in intellectu res habet.i. vera aut falſa.

SVMMA CAP. VII.

De ſcientia in actu, & ſcientia potentia.

Scientia actu idem quod res, ſcientia verò poteſtate, &c. lege caput quintum. Text. 27.

Senſus collatio cum intellectu.

Senſibile deducit ſenſitiuum [à poteſtate] in actum.

Senſio non eſt [proprie] motus quia eſt perfectus actus.

Sentire eſt quaſi diſcere tantū & intelligere [ſimpliciter apprehēdere] non quaſi proponere. Sed cum ſenſus per phantaſiam & æſtimationem iudicat aliquid iucundum, &c. tum propoſitioni eſt ſimilis, quaſi affirmat & negat, perſequitur, fugit. Text. 28.

Delectari & dolere eſt operari mediante ſenſu circa bonum, aut malum, ſimilique modo auerſari actu, & appetere actu. Text. 29.

Nec verò eſt aliud quod appetit, aliud quod fugit: vt nec aliud quod ſentit, aliud quod appetit. [ſenſitiuum appetitiuum & auerſatiuum idem, licet ratione differant.]

Porrò vt ſenſui ſenſibilia ſubijciuntur obijciunturue: ita animę rationali phāntaſmata, eaque perſequitur ac fugit, cum affirmat aut negat aliquid eſſe bonum vel malum, neque ſine phantaſmate intelligit, vt nēque ſenſus ſine ſenſibili ſentit. Text. 30.

Alia collatio.

Vt aer pupillam mouet ac facit talem imaginem in ea imprimendo, pupilla aliud mouet [.n. ſenſum interiorem.] Text. 31.

Vtque aer auditum mouet: auditus mouet illud quod vltimum.n. vltimum ſenſum, communem ſenſum.

Ea porro quæ communi ſenſu diſcernuntur ſunt vnum numero: vt candidum & dulce in eodem lacte, vel vnum analogia vt album & dulce. Nam vt A. Text. 32.

ad C. album ad dulce: ita B. ad D. nigrum ad amarum habet.
Scientiam in intellectu res habet, intellectiuum formas ipſas intelligit in phantaſmatis.

Alia comparatio, &c.

Text. 33. Syllogiſmus. Vt in ſenſibilibus certum definitumque eſt quod perſequendum aut fugiendum: Ita cum intellectus ſine ſenſu mouere nequeat, certa ipſum phantaſmata mouent. Sed nonnunquam è phantaſmatis (noematis) dum intellectus præſentia cernit, futura [& abſentia] ratiocinando colligit, vbi verò certo quodam in loco rem expetendam eſſe, fugiendamque iudicauerit, tum verò agit.

Praxis.

De vero, ac falſo Theoretico.

Text. 34. Verum & falſum quæ ſunt ſine actione [.i. quæ ſunt theoretica] ſunt in eodem genere in quo bonum & malum: ſed differunt à bono & malo per eſſe abſolute, & ſecundum quid, vel ad aliquid.

De intellectione rerum abſtractarum.

Text. 35. Abſtracta comprehenduntur perinde atque ſi *ſimitas* comprehendatur *vt cauitas*, non vt ſimitas.

De intellectu actu, ſiue in actu.

Text. 36. Intellectus actu eſt res ipſa quæ intelligitur. vtrum intellectus non ſeparatus (antequam ſeparetur à corpore) poſſit percipere res à materia abſtractas, & immateriales conſiderandum eſt.

SVMMA CAP. VIII.

Quomodo *ſenſus* ſit ſenſibile, *intellectus* intelligibile?

Text. 36. Vt ſenſus eſt quodammodo res ſenſibillis res quæ ſentitur: Ita ſcientia & intellectus eſt intelligibile.

Et ſenſus & ſcientia ſecantur in res [diuiduntur per obiecta vnde ſectiones problematum.]

Text. 38. Secatur ſenſus poteſtate in res poteſtate tales [ſenſibiles ſenſatas poteſtate] ſenſus actu in res actu tales. Secatur ſcientia quę actu in res ſcitas, ſcientia poteſtate in res ſcibiles.

Sẽſitiuũ [vt oculus eſt poteſtate ſẽſibile tale poteſtate quale ſẽſibile eſt actu.]

Intellectiuum conſimiliter eſt poteſtate intelligibile [idquod in intellectionem cadit] porro vel res ipſa. p. cœlum in intellectionẽ cadit, vel forma, ſpecies & imago rei. Vel res ipſa [intelligibilis] non cadit in intellectum, igitur ſola forma, & imago rei. p. imago cœli: vt manus eſt organum organorum, ita animus [& mens] formarum forma, ſenſus formarum forma, ſed ſenſibilium.

Sine ſenſu non haberi ſcientiam & intellectionem.

Non intelliguntur niſi formę intelligibiles. Formæ nō ſunt ſeiunctę à magnitudine & corpore, quę à magnitudine non ſunt ſeiuncta, ea ſenſibilia ſunt. *Text.* 39.

Quæ ſenſibilia non niſi ſenſus opera inſinuari poſſunt in mentem: ergo formæ intelligibiles ſine ſenſu non intelliguntur: ſine ſint earum quæ vocantur vulgo abſtractę. p. Mathematicarum, ſiue aliarum, & affectionum, vt calidi, nigri.

Diſcrimen phantaſiæ *et* intellectus.

Differt imaginatio à ſecunda mentis operatione, quia hæc vera eſt vel falſa. imaginatio non eſt idem cum conceptu mentis quanquam hic ſine phantaſmate haberi nequit.

SVMMA CAPITIS IX.

De vi motrice.

Series doctrinæ.

De motiuo.

Anima finiebatur à veteribus *apprehenſione* & motu. Hactenus de ſenſu & intellectu quibus apprehendimus, diſcernimus. *Text.* 40

Nunc agendum de vi motrice per quam animalia mouentur loco.

Quæritur vtrum motiuum ſit pars animę, an anima tota. vtrum ſit pars ſeparata ab aliis ratione tantum, an verò etiam magnitudine & ſede: vtrum ſit aliqua ex partibus enumeratis, an verò alia.

De vulgatis animæ diuiſionibus.

Diuiditur anima in *rationalem, iraſcentē, concupiſcentem* in *rationalem* & irrationalem. Sed videntur eſſe animæ plures & infinitæ [minimè comprehenſæ certo numero] quoniam occurrunt alię partes non minus diſcrepantes quam quæ propoſitæ ſunt. p. *vegetatiua, ſenſitiua:* quæ non videtur neque *rationalis* cùm non ratiocinetur: neque ratio locum habeat in belluis, vbi ſenſus: Non *irrationalis* cùm rationi poſſit obtemperare. *Text.* 44.

Item *imaginatiua* & *appetitiua* quæ ratione ſaltem diſcrepant à propoſitis partibus, neque ad vnam ex illis, ita videntur poſſe reuocari, vt ab aliis aliiſue diſtrahantur.

Appetitiuum enim cuiuis ineſt animæ parti, ſiue in duas diuidatur *rationalem* & *irrationalem*, ſiue in tres *rationalem, iraſcentem, concupiſcentem.* *Text.* 43.

Velitatio Dialectica.

Quæritur Dialecticè quænam pars animalis ſit motiua. *Text.* 49.

Digitized by Google

Motionis eius qua anima creſcit,decreſcit principium eſt pars vegetatiua.
Reſpirationis, expirationis,& *vigiliæ* cauſa alibi explicanda .n. in commentariis de anima.

Text. 44. Quæritur quænam ſit pars aut virtus per quam de loco in locum progreditur animal[.p.ſerpendo,volando &c.]non eſt vis nutriendi. non vis generandi. Quia progreſſiuus motus non fit ſine imaginatione & appetitu ; non ineſt plantis,vt neque organa eum ad motum neceſſaria [.p.pedes,alæ.]

Text. 45. Non *ſentiendi* vis quia non quicquid ſentit progredi poteſt.
Cùm tamen natura vt nihil fruſtra facit,ita neceſſariorum nihil omittit niſi in mutilatis.

Text. 46. Non videtur item *ratiocinandi* vis ſiue intellectus,quia cum ſit duplex ſpeculatiuus non eſt principium motus & actionis,*actiuus*:ſi tem contempletur, comprehendit,non ideo perſequi vel fugere debet.Licet ſi ſit terribilis moueatur cor [& iraſcens appetitus] ſi afficiat voluptate moueatur pars alia corporis[p.hepar apud Platonem.]

Text. 47. Præterea non ſemper obtemperamus rationi præcipienti,ſed ſæpe agimur cupiditate. Adde,quod non ſemper artes [quæ in intellectu practico vt ſtatuaria] mouere poſſunt:[.p.ſi deſit manus,ſi deſit marmor,&c.]

Text. 48. Non de ique ſenſitiuus appetitus videtur mouere : etenim continentes obtemperant non cupiditati ſed rationi[lege Text.53.& 7.Ethic.]

CAPITIS X.

Summa.

Videri eſſe duo principia mouendi.

Text. 49. Videntur eſſe duo principia mouendi in animalibus *intellectus*, *appetitus*:intellectus quatenus includit phantaſiam,imaginationem.Nam belluæ mouentur imaginatione tantum,& plerumque homines non reguntur ſcientia, ſed imaginatione.
Practicus autem accipiendus venit intellectus,qui fine differt à theoretico,eſtque principium agendi.Nam practicus ducitur fine, vt & appetitus.
Theoreticus intellectus & contemplatio nullo ducitur fine.De qua re alibi. Si quidem id cuius eſt appetitus[.i.appetibile & bonum] principium eſt intellectus practici[.i.illud à quo mouetur intellectus practicus]& principiũ agendi vltimum[.i.primum mouens.]

Text. 50. Imaginatio non mouet ſine appetitione,vt neque intellectus.

Unum videri eſſe principium mouendi.

Vnum videtur mouendi principium primum.n. appetibile,id quod obiicitur appetitui. Etenim ſi duo principia mouent.p.appetitus, & vis critica per aliquam vnam communem formam mouere debent.

Text. 51. Ratio & imaginatio non mouet ſine appetitu,at ſine ratione mouet appetitus. Itaque appetitus nunc rectus nunc minimè rectus, vt imaginatio nunc re-

Digitized by Google

cta,nunc non recta;intellectus vero[per ſe]eſt rectus omnis,maximè apud Platonicos.

Quale principium illud primum?

Appetibile vel eſt vere bonum,vel ſpecie tenus. *Text.* 52.

Bonum eſt non quoduis ſed tale vt ſub actionem cadat.

Nihil autem ſub actionem cadit,agibileue eſt niſi poſſit aliter habere[ſit contingens.]

Principium vicinius.

Appetitio & affectus rectè dicitur princium mouendi , excitandi motum voluntarium.

Pluresque quam duæ aut tres indicatæ text. 41. animæ partes conſtituendæ ſunt,aut facultates.

Quia *nutritiuum,ſenſitiuum,noeticum*[theoreticè *intellectiuum*] & *deliberatiuum* (logiſticè *intellectiuum*,atque ἐπιθυμητικὸν & θυμικὸν atque ὀρεκτικὸν magis differunt quam ἐπιθυμητικὸν (vis *concupiſcendi*) & θυμικὸν vis *iraſcendi*[quæ diſtinguntur apud Platonicos.]

Diſtinctio appetituum.

In his quæ percipiunt futurum tempus .i. in mente præditis duo ſunt appetitus voluntas,& ſenſibilis appetitus, vnde contrariæ excitantur appetitiones.Ita fit vt quando coniiciuntur oculi mentis in ſolum appetitum ſenſitiuum non videatur motus [voluntarius] ſemper proficiſci ab appetitu. Hinc igitur patet ſolutio dubitationis poſitæ cap.9. *Text.* 53.

Principium motus.

Id[animæ]quod mouet vnum eſt ſpecie(non tamen vltima).n. appetitiuum, ſed appetitiuum mouetur ab appetibili. *Text.* 54.

Spectanda in animalium motu voluntario.

[In animalium motu]tria[non tamen ſola]conſideranda ſunt, id *quod mouet* id *quo mouet*,id *quod mouetur*.

Quod autem mouet ſiue motiuum duplex,quod ita mouet vt non moueatur, quod mouet & mouetur.

Et quidem *appetibile mouet* non mouetur , ſi eſt primum *appetitiuum* , ſeu appetitus mouet ac mouetur. Animal mouetur non mouet[per ſe primo.]

Id vero quô fit motus,quo motiuum mouet eſt quoddam inſtrumentum corporis. De quo dicetur vbi agetur non de ſola anima,ſed de communibus animę & corporis officiis,& operibus.p.in libro de animalium motu: Inſtrumentum motus voluntarij collocandum eſt vbi idem & principium & finis,ac veluti in cardine quodam.

In cardine vnum concauum,alterum conuexum. Vnum habet rationem principij, & mouetur. Alterum habet rationem *finis* & quieſcit.

Cùm enim vniuerſa quæ ſunt in animali moueantur aut pulſu, aut tractu, ideo dum pars vna mouetur, altera quieſcit licet per accidens fortaſſe moueatur [vt cùm in naui vento agitata deambulamus.]

Concluſio.

Tex. 56. Animal qui eſt motiuum quatenus appetitiuum, orecticum.

Orecticum nihil ſine phantaſia & imaginatione.

Imaginatio autem eſt ſenſitiua, cuius omnes animantes ſunt participes, aut *logiſtica* & rationalis.

SVMMA CAPITIS. XI.

Quæſtio.

Imperfecta animalia ſunt quibus e ſenſibus non ineſt niſi tactus, quæritur à quo moueantur, inſitne ipſis phantaſia & de epithymia.

Tex. 57.

Ineſſe epithymiam, & appetitum.

Vbi inuenitur *dolor* & *voluptas*, illic appetitus: atqui inuenitur in imperfectis animalibus p. in oſtreis: Ergo &c.

Quomodo phantaſia ineſt animalibus imperfectis?

Animalibus imperfectis ineſt imaginatio quia cupiditas ineſt, vtraque videtur ineſſe eo modo quo & motus.

Motus vero indeterminatè & indefinitè illis ineſt ſi moueatur, quare ineſt ipſis *indefinita* [*imperfecta*] imaginatio & cupiditas.

Quotuplex imaginatio, cui quæque inſit?

Phantaſia & imaginatio duplex n. *deliberatiua, ſenſitiua*.

Hæc ineſt etiam rationis expertibus animalibus [*ideoque cuiuis animanti*] illa non niſi logiſticis p. homini: nam ſtatuere vtrum hoc vel illud ſit agendũ, rationis eſt & logiſmi, vtque maius meliuſue ex duobus [pluribuſue vbi eſt deliberatum] perſequamur & eligamus. Opus eſt *vno* quodam [tanquam menſura p. ſalubritate, honeſtate] per quod metiamur, quæ inter ſe conferuntur, comparantur quid ſit optabilius.

Vt autem metiamur neceſſe eſt phantaſmata connectantur [& conferantur ex. g. ſanitas cum pharmaco, pharmacum cum pharmaco] oportetque è pluribus phantaſmatis vnum aliquid efficere proponendo, ratiocinando. Ideo imaginatio illa quæ à ratione oritur opinionem [aſſenſum dubium ortum ex ratiocinatione habet, cùm altera imaginatio non habeat; propterea etiam appetitus [quandoquidem ratione caret] non habet vim deliberandi.

Vter appetitus vincat?

Appetitus appetitum mouet, vt ſphæra [cœleſtis vna aliam ſphæram] idque ita vt motum ſuum non deſerat quando ab alio mouetur.

Interdum inferior ſuperiorem vincit ac mouet appetitum: [vt cùm in nobis dominatur incontinentia] interdum contra [vt cum dominatur con-

tinentia] ſuperior autem [.j. voluntas] eſt magis dominans per naturam motor.

Quanam intellectio moueat, & quotuplex in homine motus?

In homine triplex ſpectatur motus [.p. motus voluntatis, motus appetitus ſenſitiui, motus vtriuſque ſiue ab vtroque excitatus.] *Ex Themiſtio.*

Intellectio vero ſpeculatiua eſt vel practica vniuerſalis vel ſingularis.

Speculatiua autem non mouet excitatus ad agendum [.p. hæc propoſitio. Cœlum mouetur ab intelligentia.] *Tex. 58.*

Practica ſiue actiua vel eſt vniuerſalis [vt hæ propoſitiones. Contraria contrarijs curantur, carnes leues ſunt laudabiles.]

Vel ſingularis (vt quæ ſequūtur propoſitiones. Hę carnes ſunt leues, hoc pharmacum iſti morbo aduerſatur.)

Singularis intellectio mouet non vniuerſalis vel potius ambę mouēt, ita tamē vt vniuerſalis moueat quaſi quieſcens .i. ita vt non moueatur (ſingularis cōtra tanquam non quieſcens (.i. ita vt moueatur) cum ab vniuerſali pendeat.

(Ideo vniuerſales magis pertinent ad theoriam, ſingulares ad praxim.)

SVMMA CAPITIS XII. ET XIII.

Applicatio partium Animæ & corporis.

Quicquid animatum eſt, habet nutritiuum eoque vtitur quandiu viuit, quicquid viuit accretionem & decretionem habet. *Tex. 59.* 1.

Non quicquid viuit ſentit, quia ea quorum corpus eſt ſimplex (plantarum corpus ſimplex non ab ſolute & omnino, ſed comparate & ratione animalium & quæcunque formam ſine materia (ſpeciē ſenſibilē) nequeunt ſuſcipere [more animalium] illa tactum non capiunt, ſine tactu ſenſus alij ineſſe nequeunt. 2. 3. Tex. 60.

Omne animal ſentire debet, quia quęcunque natura fiunt & citra miraculum aut artem: aut fiunt propter finem, aut ſunt caſus & euentus eorum quæ fiunt propter finem. 4.

Si autem animal non ſentiret, natura faceret aliquid fruſtra & imprudenter. Nam ex .g. vis progrediendi obeſſet potius animali quam prodeſſet ſi careret ſenſu.

Præterea quæ immobilia ſunt (nec progrediuntur de loco in locum vt plantę) aluntur illic vbi ſita, & vnde orta: quę mouentur & progrediuntur animalia ſine ſenſu nutriri nequeunt. *Tex. 61.* 5.

Nihil ortum & mobile (vi progrediendi prędįtum) animam & mentem habet quod ſenſu careat: nam natura non facit niſi quod melius: non eſt autem carere ſenſu quam pollere ſenſu præſtabilius aut vtili is: neque menti vt intelligat (à ſenſu notitia) neque corpori vt ſubſiſtat.

Quicquid ſentit corpus eſt ſimplex, vel mixtum: non ſimplex quia ſimplicitas 6.

Digitized by Google

Tex.62. non admittit tactum: Ergo &c.

7\. Omne animal tactu debet præditum eſſe: Nam animal id habere debet ſine

Tex. 63. quo nequit conſeruari: nequit autem niſi perſequatur aut fugiat quæ contigua ſunt: id vero facere non poteſt ſine tactu (alijs ſenſibus percipiuntur remota.)

8\. Tactus neceſſarius eſt, guſtus eſt tactus quidam cum ſit alimenti ſenſus, tactileque eſſe alimẽtum debeat: Ergo guſtus videtur neceſſarius cuiuis animali.

Quare duo ſenſus .n. *guſtus* & *tactus* ſunt neceſſarij, ſunt totius generis, cuiuſ-

9\. uis animalis.

Tex. 64. Ceteri autem (exteriores) ſunt tantum vtiles animali nec ſunt totius generis, ſed definiti (contractique ad ſpeciem) nec neceſſarij cuiuis animali, ſed certis quibuſdam animantibus .p. progredientibus.

10\. Ijs enim quæ progrediuntur non ſufficiunt ad ſui conſeruationem ſenſus quibus percipiuntur duntaxat vicina, ſed requiruntur alij quibus percipiantur quę ſunt eminus conſtituta & remota.

Tex.65. Eminus autem ſentit animal, ſi res ſenſibiles afficiunt medium (externum aërẽ,

11\. aquam,) a medio vero afficiatur moueaturque ſenſus .p. viſus ab aëre. Nam vt in locali motu quod primum pellitur pellit aliud, & ſic deinceps, donec aliquid pellatur nec pellat, ita etiam in alteratione (.p. in ſenſione, viſione) fieri ſolet, niſi illud quod alteratur non mouetur loco.

Ac veluti lapis non cedit, non mouetur, non patitur.

Cera ſi in illam immittatur aliquid (vt pote mollior lapide) deprimitur ac mouetur quantum illud attingit.

Aqua ſi in eam immittatur aliquid, longius mouetur.

Aër longiſſime ſi modo vnus continuuſque eſt.

Ita etiam quodam modo res habet in alteratione .p. in ſenſione.

12\. Idcirco viſibile emittit ſui ſpeciem in aërem, hæc inde ad oculum vſque propagatur.

Viſio enim fit (potius in hunc modum admiſſione ſpeciei) quam emiſſione radiorum opticorum ad rem viſibilem eorumque ad oculum reflexione ac recurſu.

Viſio igitur cogitanda eſt fieri perinde atque ſi figura ſigilli, fictio impreſſa ceræ per totam ceram continuaretur, non autem ſoli imprimeretur extremitati.

CAPITIS XIII.

Summa.

13\. Nullius animalis corpus eſt ſimplex .p. igneum vel aqueum, etenim debet eſſe

Tex.66. inſtrumentum tactus.

Neque vero aër, aut aqua &c. poteſt eſſe tactus inſtrumentum, quia organa quæ ſunt aquea vel aërea vel ignea ſentiunt eminus, tactus communes percipere debet & tangendo, vnde habet appellationem: neque etiam terra poteſt eſſe tactus inſtrumentum: etenim tactus eſt quaſi medocritas omniũ tangibilium,

Digitized by Google

tangibilium, ac propterea quæ ſunt terrena, tactus expertia ſunt, vt pili, vngues, plantæ.

Animal ſi priuetur tactu neceſſariò perit, cùm hic ſenſus reciprocetur cum 14.
animali, ceteri non item, ideo exuperationes aliorum ſenſibilium à tactili *Tex. 67.*
corrumpunt quidem organum ſenſus ad quē referuntur, ſed non corrumpunt animal, niſi per accidens, & quatenus adiunctas habent qualitates tactiles: vt cum teter odor inuadit cerebrum, inuehitur enim vnâ cum illo tactilis fumus pernicioſus.

Exuperatio cuiuſuis ſenſibilis deſtruit ſenſum cui reſpondet: tactiles qualitates 15.
reſpondent tactui: Ergo perimunt tactum, proindeque animal &c. *Tex. 68.*

Tactus neceſſarius eſt vt ſit animal, reliqui ſēſus vt benè habeat. Guſtus natura 16.
ineſt cuiuis animali, ſi tamen tollatur ac perimatur non ideo animal perit, aut 17.
confeſtim perit.

Finis Contextus lib. de Anima.

COMMENTATIONES IN LIBROS DE ANIMA.

PRÆFATIO.

De exiſtentia ſcientiæ de Anima.

SCientiam de anima ſuſtulerunt Academici, Pyrrhonij, vt & cæteras. Suſtulit Dicæarchus ſi creditur Sexto philoſopho ca. 5. li. 2. hypotheſeon; quamquam lib. 4. de placitis philoſophorum cap. 2. profertur animæ definito ex Dicęarcho.

Sic ſentiendum doceri de anima *an ſit, quid ſit, an ita ſit, cur ita ſit.*

Præterea
- cùm ſit duplex animæ rationalis ſtatus
  - vnus ante mortem.
  - alter à morte.
- Philoſophiam
  - de illo multa profiteri.
  - de hoc nonnihil meditari.

Doctrinam de anima vniuerſam
- partim ex diuina reuelatione ducere originem.
- partim induſtria humana conſtitutam eſſe.

Item partim certa demonſtratione, partim coniectura, & ſi le demonſtrari.

Obiectiones.

1. Quod non cadit in ſenſum, id ſcientia non comprehenditur ex 3. de anima tex. 13. poſter. cap. 14. Anima autem non ſentitur: Ergo &c.

2. D. S. { per ſe C. / per aliud, ſeu per operationes & effectus. N.

Anima non recipitur in ſeipſam; Ergo ſeipſam nec ſentit, nec cognoſcit.

D. A: { per ſe C. / per ſpeciem imaginemue ſui N.

3. Idem non mouet ſeipſum: Ergo mens non obiicitur menti.

D. A. { per ſe C. / per aliud N.

4. Quod recipit, id recipiendo caret ex 3. de anima cap. 4.: Sed anima non eſt denudata ſe ipſa: Ergo ſeipſam non recipit, nec proinde nouit.

Reſpondeo recipere ſe non per ſe, ſed per imaginem ſui: quemadmodum oculus beneficio ſpeculi imagininem ſui admittit, ſeque intuetur.

5. Anima non eſt è numero rerum vniuerſalium. Reſponde eſſe genus ſaltem analogicum, & partiale.

6. Aliud intelligens, aliud res intellecta, ſiue intelligibilis; Ergo anima rationalis ſe ipſam non intelligit.

D. Ant. { aliud formaliter C. / aliud numero, & materialiter N.

Cuius ſit artificis doctrina de anima?

Doctrina de anima duplex { reuelata quæ Theologica eſt. / Philoſophica, aut noſtro marte comparata.

De hac autem controuerſia eſt, ſed diuidenda quæſtio.

Anima { *aſſiſtens* { proprie, & abſolute metaphyſica eſt. / ſecundum quid phyſiologica. } / *informans* quę ſpectatur generatim aut ſpeciatim.

De anima generatim ſumpta, & informante.

Anima eſt hæc { partim phyſica, partim metaphyſica Philopono. 1. de animo. / Mathematica videtur metaphyſico propter abſtractionem. / Medium quid inter phyſicam, & matheſim Simplicio. / Sed phyſica eſt Ariſtoteli. 1. de animo tex 5. 6. metaphyſ. cap. 2. 12. metaphyſ. cap. 1. 1. de partibus cap. 1. & quidem merito cùm ſit forma naturalis.

Species.

Animæ vegetantes, ſentientes, ac belluinæ nec re nec conſideratione ſeparantur à materia: ideo phyſicæ ſunt & aliquo modo medicæ.

Rationalis animæ notitia
- practica, eſt moralis, vel dialectica, vel medica.
- theoretica diiudicāda eſt ex vario, ſeu duplici illius ſtatu.

Status à morte
- partim reuelatione innotuit.
- partim phyſicis explicatur rationibus.

Status eius ante mortem poteſt cogitari quadruplex.

Conſideratur
- 1. ſecundum ſe, ſeu in ſtatu naturali, puriſue natutalibus.
- 2. inſtructa dotibus ijs quibus patētes primos Deus exornarat.
- 3. ijs dotibus priuata, & deſtituta.
- 4. denique Chriſti reſtituta meritis.

Ac primo quidem tertioque modo
- partim theologica eſt, & metaphyſica, quia ſpiritale quiddam.
- partim phyſica cùm ſit natura quędam.

Reliqui modi pertinent ad reuelationem, non autem ad philoſophiam niſi ſecundum quid.

Obiectiones.

Vtrùm aliquid remaneat, id eſt vtrum forma aliqua, ſiue anima rationalis ſit ſeparabilis & immortalis exquirendum eſt ex 12. methaphyſ. tex. 13. 1.

Vbi ſenſus
- prior vtrum aliquid remaneat poſtea videndum eſt.
- poſterior vtrum aliquid remaneat poſtea videndum eſt.

Ergo anima rationalis pertinet ad metaphyſicam.

Reſpondeo
- 1. multa inſeri metaphyſicæ Ariſtotelis, quæ phyſica ſint.
- 2. agi 12. metaphyſicæ de formis à materia ſeparatis.
- 3. forte Ariſtotelem ſignificare agendum eſſe de rationali anima.

Agendum inquam
- non in opere metaphyſico, neque enim tractata illic inuenitur propoſita quęſtio de anima rationali.
- ſed forte in libris exotericis, vel alijs.

Formæ naturales interitui ſunt obnoxiæ ex 1. phyſ. cap. vlt. 2.

Item
- nec re, nec cogitatione ſeparatæ à materia ex 6. metaphyſ. & 2. phyſ. tex. 12.
- minus abſtractæ quam formę mathematicorum ex 1. de animo cap. 1.

Sed anima rationalis
- incorruptibilis eſt & ſeparabilis. 1. de animo tex. 65.
- ingenerabilis ex cap. 3. lib. 2. de generatione animalium. Ergo non videtur eſſe phyſicæ conſiderationis.

Reſp. ad propoſitionem
- 1. phyſicas formas corruptibiles eſſe, & ſecundū rē inſeparabiles maxima ex parte, ſed nō ſimpliciter.
- 2. Animam rationalem ſeparari à materia ſecundū rem, non ſecundum conſiderationem, quia in phyſiologia non cōſideratur ſine corpore.

Primæ philoſophiæ eſt exponere quo ſe habeat modo forma ſeparabilis ex tex. 26. lib. 2. phyſic. 3.

Digitized by Google

D. { Si de intelligentiis id accipias. C.
Si de anima D. { quando ſpectatur coniuncta cum corpore N.
quando conſideratur conſtituta extra corpus C.

Phyſicus non definit niſi per materiam ex hoc cap. & 6. Metaphyſ. text. 2.
Reſp. animã rationalem definiri per affectionem, & habitudinem ad corpus.

5. Ariſtoteles hîc { non concludit Phyſicam agere de *omni* anima.
ſed duntaxat concludit agere de aliqua anima.

6. Reſp. eum excludere animas aſſiſtentes .i. cœlorum motores Angelos.
Animæ rationalis cauſſæ non ſunt naturales: Ergo non eſt Phyſiologica.
Materiam eſſe plane naturalem.
Finem
7. Opificem } partim naturalem, partim tranſnaturalem eſſe.

Ariſtoteles .1. de partibus cap. 1. videtur docere ex inſtituto Phyſicam non agere de anima omni.

Reſpondeo { primò animæ nomen poſſe illic generatim vſurpari, ita vt ideas & intelligentias complectatur.
2. Ariſtotelem { videri quidem ratiocinando excludere à Phyſica rationalem animam.
ſed pro more ſuo agere illic Dialecticè, & nihil (vt pote in loco alieno) conſtituere.

Tres Dialecticæ rationes illic poſitæ, & ſolutio.

. Si Phyſicus ageret de omni anima, ageret etiam de omni intellectu: ſi de omni intellectu, & de quouis etiam intelligibili Phyſica complecteretur doctrinam omnem: ſed hoc eſt abſurdum: ergo Phyſica non agit de omni anima.

Reſp. { primò nos non agere de omni intellectu, ſed de rationali tantum.
2. ſi ageremus de quouis intelligibili, non propterea Phyſicam futurã eſſe encyclopædiam, & doctrinam omnem.

Doctrina, inquis, de omni intelligibili videtur eſſe doctrina omnis.

D. { ſi ſit doctrina de quouis intelligibili, & quouis modo conſiderato. C.
ſi de quouis intelligibili, non tamen quouis conſiderato nomine N.

In libris autem de animo agimus quidem de intelligibili, ſed tantum vt exponamus affinitatem eius cum intellectu.

Forma eſt natura ſiue principium motus: Anima rationalis non eſt natura: Ergo, &c.

D.S. { ſecundum partes inferiores vegetantem & ſentientem N.
ſecundum mouentem D. { ratione motus progreſſiui C.
ſimpliciter N. de quare ſuo loco.

Forma phyſica non eſt à materia ſeparabilis: rationalis anima contra: Ergo.

D.P. { ſecundum rationem & conſiderationem C.
ſecundum rem D. { plurima C.
quæuis N. }

Ad ſumptionem reſponſum ſuprà.

De ſcientiæ huius origine, natura, cauſis, affectione, partitione.

Conſulenda doctrina dialectica de origine ſcientiarum.

Scientiæ huius { *finis* eſt contemplatio.
ſedes, & effectrix cauſa mens theoretica.
obiectum anima.
definitio ex genere, & cauſſis coagmentanda. }

Genere doctrina hæc ſcientia eſt, ſed plerumque diuertendum ad opiniones propter inopiam demonſtrationum.

Partitio poſita in contextu explicando.

Dignitas æſtimetur ex materia, & cauſſis aliis.

Vtilitas deprehenditur inductione. Quod Theoreticum, poteſt eſſe ſecundario practicum & vtile.

Suauitas tanta, vt nulla Phyſicæ pars cum hac videatur eo nomine cōferenda.

Difficultas { partim ab ingenij humani hebetudine.
partim ex eo quod materies diſciplinæ huius magna ex parte, non incurrit in ſenſum, &c. }

Metaphyſica tamen eſt difficilior. 1. de partibus cap. 5.

Certitudo partim à mente, partim à re conſiderata.

Methodi ratio poſita ab Ariſtotele licet dubitando.

Digitized by Google

APPENDIX AD LIB. I. ET TRIA PRIMA CAPITA LIB. II. DE ANIMA.

SEU

Diſputatio de Anima in genere.

Partitio eius.

PRIMO de anima & animato diſſerendum eſt.
2. de animæ receptaculo, potiſſimumque de humano corpore.
3. de animæ facultatibus.

SECTIO PRIMA.

De Anima & de Animato ἁπλῶς.

ARTICULUS PRIMUS.

Nomenclatura, notio, exiſtentia, origo.

Nomenclatura.

Ζωὴ Græcè vita à ζεῖν à feruendo, vnde etiam Ioui nomen apud Græcos. Forma per quam viuimus vocatur *pſyche*, *anima*, *animus* &c.

Anima dicitur ab ἀνέμῳ .i. vento apud Græcos: vt *pſyche* Græcis à frigore propter reſpirationem.

Quod animam habet, appellatur viuens, animatum.

Anima.

Alibi anima ſumitur pro *halitu*, & odore oris, pro aqua, pro vento, pro corpore, homine, pro iracundia, pro ſono &c.

Apud nos { generatim pro forma per quam viuitur propriè.
ſpeciatim pro forma animalis. }

Item anima interdum eſt *informans* vel *aſſiſtens* : vt cum Cœli dicuntur animati, anima præditi.

Hic ſumitur tantum pro informanti anima. Quo ſenſu Angelus qui cœlum mouet non eſt anima Cœli, nec Cœli ſunt animati.

Animus.

Animus ſumitur { pro vi atque impetu facultatis iraſcendi, qui dicitur θυμός. | aut pro facultate ipſa iraſcendi, vnde nominantur *animoſi*. }

Item pro cognitione, pro memoria.

Non raro pro voluntate, vnde dicimus benè & male animati.

Sæpe pro anima quauis.

Propriè Scaligero exercit. 307. pro animæ vi, ſiue pro humana anima.

Animatum.

Vt aliæ ſignificationes omittantur & alienæ.

Apud nos { generatim quod animam habet: vt planta, animal. | ſpeciatim animal tantum. }

Viuens.

Viuit metaphoricè ignis, argentum viuum, &c.

Propriè generaliſſimè (vt Deus & Angeli comprehendantur) quidquid intelligit, aut vegetat, intelligitue.

Hic quod animam habet, præcipuè quod ſentientem.

Id cuius in corpore pars mouens diſtinguitur à parte mota, & quod mouetur ſponte in omnem loci differentiam per materiei admiſſionem.

Notio.

Vitæ nomine propriè non metaphoricè accipiuntur nobiliores quædam & è materiei fęce ſeſe attollentes actiones, quales ſtatim indicabo.

Harum actionum primarium & ſubſtantiale principium vocatur *anima*.

Exiſtentia.

Exiſtentiæ animarum argumenta ſunt varia. p. conſenſus mortalium, corpus organicum, præſcriptio figuræ, temperationis, magnitudinis, paruitatis, ſenſio, appetitus, motus in omnem loci differentiam &c.

Margaritis & conſimilibus rebus præſcripti magnitudinis nō videntur termini niſi per accidens. p. quod naſcantur in conchis animalium.

Origo.

De origine formarum alibi. i. primo phyſ.

Animæ cæteræ à rationali oriuntur è materiæ fœcunditate.

De origine animæ rationalis diſſerendum eſt ad librum tertium.

Monitum.

Argumenta animæ repetenda ex contextu.

Qui plantas negant eſſe animatas, ij cum Peripateticis certant, ſed de nomine tantum.

ARTICVLVS II.

Sententiæ veterum de natura Animæ, & indago definitionis.

Quid ſenſerunt Veteres de natura animæ?

Anima eſt *idea* quædam Poſſidonio. Certè animæ rationalis non datur idea per legem Platonis, quia animæ rationales ſunt incorruptibiles, ideiſque proinde ſimiles.

Eſt { *Eſſentia quinta* Critolao.
{ *Stellaris* eſſentiæ ſcintilla Heraclito poëtæ.

Diuinum quiddam ſeipſum ſemper mouens Alcmæoni.

Subſtantia intelligibilis ſeipſa mobilis ad numeros Platoni.

Subſtantia quædam duobus conſtans orbibus altero ſimplici, altero harmonico & in ſeptem orbes diſtributo ad numeros mouens & ſeipſam & corpus cui eſt annexa Timæo Platonico.

Ignis, rotundæue ac ſubtiles atomi Democrito.

Vt { Heraclito *ignea exhalatio* ex Ariſtotele *lumen* ex Plutarch.
{ Hipparcho *igneus vigor*.

Aer Diogeni, Anaximeni.

Aer conceptus ore, efferueſcens in pulmone, temperatus in corde, ſenſus per vniuerſum corpus: vt Varroni placuit.

Spiritus quidam concordiæ: vt Zenoni.

Aqua quibuſdam: vt Hipponi.

Terra pura nulli, ex Ariſtotele.

Terra & *ignis* Parmenidi.

Terra & *aqua* Xenophani.

Ignis aere & ſpiritu commixtus Epicuro.

Natura elementorum victoria & amore conſtans nonnullis Arabum.

Elementa quatuor. n. ignis &c. Empedocli.

Sanguis qui cordi ſit affuſus eidem Empedocli.

Sanguis abſolutè Critiæ.

Spiritus ſubtilis fuſus per corpus vniuerſum Hippocrati.

Horizon (finitor) ſuperiorum & inferiorum quibuſdam, quia homo medius inter corporea & incorporea.

Pythagoreorum quibuſdam *atomi* quales motitantur in aere. Quibuſdam quod eas atomos ciet. Quibuſdam omnino quod ſeipſum mouet.

Natura ſemper mobilis ſeipſam mouens non paucis.

Numerus ſeipſum mouens Pythagoræ, Platoni ex Laërtio, & Xenocrati.

Numerus denarius apud alios qui ſit compoſitus ex vnitate, binario, ternario, quaternario. i. intellectu, ſcientia, opinione, ſenſu.

Harmonia

Harmonia quædam & ſymphonia Dicæarcho.
Temperies quatuor qualitatum aliis.

Item { *calor* naturalis nonnullis. / *frigus* naturale quibuſdam: hinc pſyches appellatio, frigidi ingenioſi.

Senſuum exercitatio Aſclepiadi.
Perfectio corporis ex quorumdam mente.
Ariſtoteli *entelechia* prima, &c. id quo viuimus, &c.
De Stoicis alibi.

Monitum.

Plerique veterum cum de anima loquuntur non niſi de humana, aut de mundana, aut de vtraque ſentiunt.

Stoicis plantæ non viuunt. Peripateticis contrà.

Apud Græcos tria, itemque apud Latinos:

Anima, animatum. animal.
ζωὴ ζῶν ξῶον.

Dicitur vita, viuenſque latine, ſed deficit tertius gradus.

Eſt-ne nec-ne anima aliquid rei?

Eſt vere aliquid quia veras cauſſas, veros effectus habet.

Exploſa *iampridem* ſententia Cratis, qui motus vniuerſos, atque operationes rerum viuentium corpori vni acceptos referebat.

Nam ſi corpus ineſt idem animali & cadaueri, cur non & iidem motus affectuſque congruunt & effectus? ſi quia ſunt aliæ affectiones & accidentia: ſanè ab iis non à ſolo corpore motus illi oriuntur.

Si contra non eſt idem corpus animalis & cadaueris : ſanè aut totum corpus perit pereunte animali, aut non totum: iam ſi totum perire dicitur, aliquid ex nihilo fiet, aliquid reſoluitur in nihil quod abſurdum dictu : ſi vero partim perit, partim eſt ſuperſtes, id. n. quod perit, erat motionum inanimali cauſſa, verbiſque non ſententia ceteris à Philoſophis diſſentit Crates.

Credibile eſt Cratem iudicaſſe de rebus animatis, vt nos iudicamus de artificioſis machinis, in quibus quæ varietas motionum reperitur, prodit ab affectionibus variis: vt cogitet & in artificioſis, & in naturalibus tum *automata*, tum alia quæ ſeipſa mouere nequeant.

Sed primò automata artificioſa non pertinent niſi localem ad motionem. In viuentibus aliæ ſunt motiones ab anima prodeuntes.

2. in automatis artificioſis, quæ pars mouet non eſt fuſa per eam quæ mouetur.

3. automata atteruntur vſu, nec ſponte reparantur : vt animalis inſtrumenta, &c.

Eſt-ne ſubſtantia, an accidens?

Coniecturæ formæ ſubſtantialis alibi prolatæ.

Animam rationalem conſtat ſubſtantiam eſſe quia ſeparatur.

Commentator primo & ſecundo de anima opinatur perſpicuam eſſe hanc ſententiam.

Anima eſt ſubſtantia.

Sed veriſimilius alij ſentiunt qui opinantur non modo eam non eſſe per ſe claram & apertam, ſed vix occurrere & ſuppetere demonſtrationes, quibus de ſententia dimoueatur qui ſic ſentiat: n. formas irrationales & primarias eſſe *qualitates* ex earum genere, quæ *virtuales* nuncupantur, aut ſimile quiddam.

Secernendæ conditiones claræ ab obſcuris.

Eſt-ne in Categoria?

Quo quidque iure admittatur in categoriam, quo excludatur inde, declarant logici.

De ſede animæ generatim ſūptæ ex ſynonymia, vel homonymia iudicabis.

Obiectio. Quî verò inquis fieri poteſt vt animæ noſtræ, quæ incorporea eſt, ſit commune aliquid cum animabus aliis propter ſubſtantiæ gradum qui altiſſimus: (corporeo & incorporeo nihil videtur eſſentialiter commune propter ſubſtantiæ gradum.)

Reſp. primum facile fieri vt per analogiam ſit commune aliquid.

Deinde etiam retenta ſynonymia communitatis fieri poſſe: ſi modo euertatur differentiarum *reciprocatio*. De qua re in Log.

Eſt-ne corporea, an incorporea, elementaris an cæleſtis?

Ceteræ à rationali animæ formæ informantes materiam nōn ſunt quidem corpora: ſunt tamen *corporales* & energia materiæ. De qua re alibi.

Corporales { non quia ex corpore componantur.
ſed { quia ex materia naſcuntur.
quia in corpore ſunt.

Quo vno ſenſu anima rationalis eſt corporea, ea tamen neutiquam propriè elementaris.

Cæteræ animæ ſunt elementares non cœleſtes.

Conſulenda doctrina de origine formæ, & doctrina de origine animæ rationalis, quæ quibuſdam eſt quid cœleſte.

Totum ne an pars?

Subſtantia duplex totalis, partialis, ſeu completa, & incompleta.

Anima Platoni videtur eſſe tota eſſentia animalis. Refellitur iis argumentis quibus materia docetur ad eſſentiam rei naturalis pertinere. De qua re ad lib. 1. Phyſico. fuſe egimus.

Eſt-ne actus, an potentia?

Anima { potentia eſt ſi referatur potentia ad affectiones quas parturit.
non eſt tamen potentia & aptitudo ad ſubſtantiam.

Anima nō eſt materia prima rerum naturalium: eſt materia ſubiecta ſuis accidentibus.

Forma-ne aſſiſtens, an natura?

Non eſſe formam aſſiſtentem colliges ex conditionibus formæ aſſiſtentis, quæ non largitur formaliter eſſe, ſed τὸ moueri tantum, idque efficaciter.

Digitized by Google

Natura { interdum forma quæuis ſubſtantialis cum materia.
{ interdum forma quæuis ſubſtantialis alia ab anima.

Si per diuinam virtutem fieri poteſt vt forma quæpiam *aſſiſtens* animalis corpori procuret eos motus qui ſenſu deprehenduntur in animalibus: ſanè non facile eſt demonſtrare animam eſſe formam informantem. Verum ſitne poſſibile illud non eſt huius loci indagare.

Nomina actus.

Actus & formæ appellationes paſſim excuſſæ.

ἐντελέχεια, vel ἐνδελέχεια potius Ciceroni eſt continua quædam agitatio.

Vtroque nomine nobis ſignificatur actus, & energia.

Entelechia { generatim quiuis actus: vt quando collocatur in definitione motus. quanquam à nonnullis ponitur illic ἐνδελέχεια non ἐντελέχεια.
{ ſpeciatim & propriè ſubſtantialis forma, atque actus.

Res ἐν τέλει ἔχει in fine habet ſe cum aſſequuta formam eſſentialem.

Finis enim generationis { vt compoſitum poſtremus & præcipuus.
{ ita forma proximus.

Legendus Scaliger exercit. 367. numero 12.

Anima qualis actus.

Actus { & *accidentarius*, cuiuſmodi non eſt anima.
{ *ſubſtantialis* ad quem referenda anima.

Actus { *ſecundus*, cuiuſmodi eſt calefactio, intellectio.
{ *primus* { abſolutiſſimè vnicus Deus.
{ in re quaque, quicunque illic citra imperfectionem primus.

Sed primus illic { alius abſolutè. n. forma ſubſtantialis, vt anima.
{ alius ſecundum quid tantum: vt mens, ſcientia.

Mens actus { primus ſi conferatur cum intellectione.
{ ſecundus ſi conferatur cum anima.

Eſt-ne primus actus rei viuentis ſine ſecundo?

Actus primus per naturam ſecundum antecedit: vt calor calefactionem per quam calefacit.

Quæro vtrum aliquandiu ſeparetur à ſecundis actibus?

Sanè { non ſeparatur à proprietatibus, vt conſtat ex Logicis.
{ ſeparatur à quibuſdam operationibus, & accidentibus. p. diſputatione, virtute.
{ an poſſit aliquandiu planè ceſſare & otiari controuerſia eſt. De qua re alibi.

Conſenſio animæ cùm cæteris formis ſubſtantialibus.

Quæuis anima conſentit cum aliis formis ſubſtantialibus.

Quia:
- eſt ſubſtantia, eſt ſimplex.
- eſt actus primus, proprieque entelechia.
- eſt initium facultatum & operationum.
- admittitur in materiam paratam non paratiſſimam.
- abſoluit diſpoſitionem ſui domicilij.
- ceſſat informare ſi tollitur diſpoſitio.

Irrationalis preterea conſentit quia eruitur è materiei poteſtate, &c.

Diſcrimina.

Quænam ſint conditiones corporis animati exponemus poſteà.

Anima eget corpore organico tali, quale exponetur poſteà.

Mouet in omnem loci differentiam alio modo quam per rarefactionem, etiam ſublato periculo inanitatis, &c.

Conſulendus ſermo de notis & argumentis animæ.

Cuius rei actus eſt anima?

Actus eſt ſui aliquomodo etiam quæ corporalis.

Actus materiæ, actus rei totius.

Qualis corporis anima ſit actus quæretur in ſectione tertia.

Qualis affectio animi ad corpus?

Conſulenda doctrina de affectione formæ ad materiam, item quæ dicentur infra.

Prior Animæ definitio.

Anima definitur *entelechia*, perfectio prima *corporis* naturalis organici, poteſtate proxima habentis vitam.

Partes definitionis intelligendæ partim è ſuperioribus, partim è ſermone de animato corpore.

Definitio hæc non conuenit animæ aſſiſtenti: conuenit vegetanti & ſentienti, idque citra controuerſiam.

Vtrum conueniat animæ rationali quæritur: ſanè ex rei veritate conuenit, quandoquidem eſt propriè actus corporis, &c.

An conueniat ex mente Ariſtotelis diſſenſio eſt inter interpretes.

Monitum.

Poſterior animæ definitio manifeſto animæ rationali conuenit; ideò ſi quis priorem cum poſteriori putat reciprocari, neceſſe eſt animæ rationali tribuat priorem definitionem.

Coniecturæ cur non videatur prior conuenire?

Entelechia corporis non eſt ſeparabilis text. 11. lib. 2.

Anima rationalis eſt ſeparabilis. Ergo non eſt energia corporis, &c.

D. P. { ſi ſit duntaxat entelechia corporis C.
ſin autem ſit & corporis & *ſui* N.

N. C. quia anima ea eſt actus tum alterius, tùm ſui: modo res intelligatur verba non moror (de diuiſione actus & energiæ in rudimentis Metaphyſicis.)

Anima rationalis eſt diuerſum animæ genus text. 21. 2.

Reſp. ſæpè diuerſum genus vſurpati pro diuerſa ſpecie, præterea diuerſa genera beneficio proportionis in eandem definitionem cadere poſſe.

Aduerſariæ coniecturæ cum ſolutione.

Ex text. 11. conſtat Ariſtotelem generatim egiſſe de anima. *Prima*

Reſp. Ariſtotelem antea feciſſe mentionem animæ rationalis.

Ariſtoteles definitione poſteriori animam rationalem eſt complexus: Ergo & priori. 2.

Reſp. definitionem poſteriorem non proponi ab Ariſtotele planè explicatam, & conſule monitum.

Monitum.

Si fateris animam rationalem contineri poſteriori definitione, eamque eſſe tolerabilem, & ſatis explicatam definitionem, neceſſe eſt fatearis contineri etiam prioris definitionis ambitu. Quæ definitiones ſeſe inuicem probant ac demonſtrant reciprocæ ſunt, iſtæ vero duæ vt conſtat ex contextu ſeſe inuicem declarant.

Qualis hæc definitio?

Synonyma videtur ſi excipiatur anima rationalis: quia fruſtra multiplicantur analogiæ ſine neceſſitate.

Analogica ſi includatur rationalis.

Phyſica eſt quia anima definitur per materiam.

Eſſentialis quantum licet per relatorum, p. corporis conditionem.

Quæ poſterior definitio?

Animæ poſterior definitio repetenda è contextu.

Eſt-ne exquiſita?

Reſp. ex Ariſtotele eſſe rudem & parum accuratam.

Eſt-ne alia à priori definitione?

Sunt qui negant eſſe, verum citra probabilitatem.

Quid ſignificant partes quibus conſtat?

Vitæ nomine accipienda eſt vegetatio.

Moueri eſt progredi animalium more, &c.

Quonam modo partes ſunt accipiendæ?

Accipe per diſtinctionem, in hunc modum & ſenſum.

Anima eſt {
- id quo viuimus .i. vegetamus tantum.
- vel quo præterea ſentimus.
- vel quo viuimus, ſentimus, mouemur.
- vel quo præterea intelligimus.
- vel omninò id quo horum aliquid præſtamus .n. id primum & eſſentiale.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

Inſidet-ne toti corpori anima, an parti tantum?

Diuiſio quæſtionis.

Anima { ſi *virtus* ſpectetur funditur per corpus vniuerſum ferè ſine controuerſia: vt per mundum vis ſolis.
ſi *eſſentia* & entitas nonnullorum iudicio inſidet corpori toti, aliorum opinione parti tantum. Sed hi diſtrahuntur in ſententias varias. }

Monitum.

Ex anima rationali & homine iudicandum eſt de animabus alijs, deque alijs rebus animatis.

Sententiæ variæ de ſede animæ in hominis parte.

Caput animæ ſedes Hippareho, Platoni, &c.
Caput & *aluus* Democrito.
Caput & *concretus ſanguis* Empedocli.
Sanguis Heoricis.
Ventriculus cerebri intimus Theophraſto.
Superciliorum interſtitium Stratoni.
Cor Stoïcis; cordis ventriculus ſiniſter Hippocrati.
Anima in corde eſt principium vitæ Pythagoricis: vt in capite ratiocinandi.

Timæo { *rationalis* anima eſt in capite conſtituta.
concupiſcens in hepate.
iraſcens in corde. }

Teſtimonia Ariſtotelis aduerſus diffuſionem animæ per totum corpus, cum ſolutione.

Primũ. Anima [tanquam] princeps in arce non in toto corpore ex lib. de communi animalium motu.
2. Anima eſt in particula corporis ex lib. de ſenectute.
3. Cor principium vitæ lib. 3. de partibus, cap. 4.
4. Non neceſſario anima in omni parte corporis 2. de animo text. 88.
Omninò anima non eſt in toto corpore plantæ, animalis.

Diſt. { ſecundum facultatem quamuis .p. vim motricem, vim ratiocinandi, &c. C.
ſecundum eſſentiam atque informationem, item ſecundum aliquam facultatem .p. vegetatricem, N. }

Saltem ſi excipiantur partes quæ non vegetant.

Rationes aduerſus eandem diffuſionem.

Prima. Viuens non eſt homogeneum; Caro eſt homogenea & ſimilaris: Ergo.
Diſt. totale C. partiale N. omne diſſimilare reſoluitur tandem in ſimilare.
2. Anima rationalis eſt indiuiſibilis: Ergo eſt in ſubiecto indiuiſibili.
N. quia eſt tota in toto corpore, & tota in quauis parte.

Digitized by Google

Cor primum viuit, vltimum moritur: Ergo eſt animæ ſedes. 3.
Diſt. pręcipua C. tota N.
Quando amputatur membrum aliquod, non amputatur anima. 4.
Diſt. humana C. plantæ vel belluæ N. De qua re alibi.
Rei non continuæ forma non videtur vnica eſſe. 5.
Atqui partes noſtri corporis videntur *contigua* tantũ non continuæ: Ergo.
Negatur S. P. alibi expenditur.

Sententia Marcelli.

Anima illic demum, vbi facultas eius; facultas illic vbi operatio occurrere poteſt.

Ideò anima { *vegetans* fuſa eſt per corpus vniuerſum quatenus viuit. / *ſentiens* non eſt niſi vbi ſenſus, propterea; non eſt in oſſe, &c. / *rationalis* non niſi vbi ratiocinatio. }

Hęc ſententia poteſt confirmari quando operatio eſt ſignum & argumentum idoneum formæ ſi congruit.

Sed Diſt. { ad aſſertionem idoneum C. / ad negationem N. / in toto ſuppoſiti C. / in ſuppoſiti parte N. }

Explicatio quæſtionis de entitate & eſſentia.

Anima { vel tantum ratione ſuæ *eſſentia* & informationis. / vel etiam ratione *facultatum* dicitur eſſe in toto corpore. }

Anima { alicubi ratione *eſſentia.* / alicubi ratione *eſſentia* & *informationis.* / alicubi ratione *eſſentia informationis* & *facultatum* cogitatur. }

De ſede facultatum animæ alibi.
De eſſentia & informatione quid ſit ſentiendum quæritur.
De entitate vt diſtinguitur ab eſſentia agetur poſtea.

Non eſſe animam in ſolo corde, &c.

Non eſt anima noſtra in ſolo capite, non in ſolo corde, vel conſimili alia parte.

Primò quia caput, &c. non videtur tale corpus quale deſcribitur ab Ariſtotele.
Secundò quia habet ſe vt figura ad ſecurim, ita anima ad corpus.
Tertiò quia anima plantarum & entomorum fuſa eſt per totum corpus ex text. 93.
Quartò quia neque caput, neque cor, &c. eſt totum animal. Manus abſciſſa eſt homonyme manus.
Quintò quia animæ partes animalis formam obtinebunt aliam, & futuræ ſunt aliud ab animali.

Eſt-ne vere anima in quauis parte corporis plantæ, aut animalis?

Partium quædam pertinent ad integritatem rei viuentis, non ad eſſentiam: vt pili, vngues, cornua, &c. Quædam & ad *integritatem* & ad *eſſentiam.*

.n. illæ in nobis ex Galeno 1. de vſu cap. 1. quæ toti cohærentes communi funguntur ac fruuntur vita, actionique inſeruiunt: vt caro, neruus.

Anima noſtra per has vniuerſas dicitur fundi, ſed per illas minimè fundi.

Conſtat ſemper intra corpus integrum viuens exiſtere aliquid minimè viuens .p. aërem, ſuccum, &c. De qua re poſtea.

Quas partes humani corporis anima carere ſit credibile quærendum in ſermone de humano corpore.

Poſſitne materia continuari quanuis forma ſubſtantialis minimè continuetur controuerſia eſt. De qua alio loco.

Omninò partium corporis noſtri quędam animantur anima hominis, quędam aut non animantur .j. non ſunt animatæ, vt chylus: aut non animantur anima rei totius, vt pili.

Eſt anima ſecundum quoſuis gradus in quauis animatarum ab ipſa partium?

Multi ſunt animæ vnius & eiuſdem numero gradus.

Potà { principium eſſentiale mouendi, progrediendi. / principium eſſentiale ſentiendi, &c.

Reſpondet { vt generatim formæ formalis effectus, animæ animatio. / ita tali formæ talis effectus formalis, cuique formæ gradui aliquis ſimilis effectus formalis quanuis propria appellatione careat.

Anima { ſecundum omnes ſuos gradus dicitur eſſe in quauis parte animati, quando anima eſt quid homogeneum & ſimilare, aut quid indiuiſibile: vt anima rationalis. / ſed non ſecundum ſuos omnes effectus formales.

Principium ex. gr. *ſentiendi* eſt in neruo & neruoſis, neruumque informat ſenſibilemque facit, ſiue ſenſitiuum. Eſt etiam in oſſe, nec tamen oſſi vim ſentiendi tribuit, os ſenſitiuum facit. verum hæc iudicanda ex communi ſermone de informatione.

Eſt-ne anima tota in quauis parte corporis?

Totane entitas vt eſſentia tota?

Rationalis anima eſt plane tota in quauis parte corporis. De qua re in rudimentis & alibi.

Alia ſecundum *eſſentiam* eſt tota, quia eſt quid homogeneum: vt tota eſſentia aquæ in vna guttula ſecundum *entitatem*, realitatem non eſt tota, ſi diuiſibilis, partibilis.

Alicubi vt in planta, & in entomo manifeſto eſt partibilis, ſecabilis.

Alicubi vt in equo, & in elephanto quæritur ſitne partibilis.

ARTICULUS

ARTICVLVS IIII.

De coniunctione animæ cum corpore.

Coniungitur-ne anima cum corpore?

Coniungitur alioquin ex anima & corpore non efficeretur vnum.
Coniungitur autem per penetrationem, quia eſt forma.

Quid hic coniunctionis nomine ſignificatur?

Animam cum corpore eſſe per penetrationē & informari ab anima corpus.

Quomodo diſtinguitur coniunctio à partibus?

Vt modus à re cuius eſt modus.

Eſt-ne naturalis?

Abſolutè eſt naturalis, vt ſeparatio: contra violenta.

Cur mors quædam appelletur naturalis & fatalis, & geneſis quædam violenta alibi quæretur.

Eſt-ne anima in coniunctione iſta actus corporis actu?

Non quæro vtrum corpus ſit actu actuatumue poſtquam ſuſcepit animam (vt eſt candidum poſt candoris ſuſceptionem.)

Non vtrum antequam animetur formam ſubſtantialem habeat quæ tamen animæ aduenienti cedat.

Non vtrùm inductis in materiam diſpoſitionibus, & materiei qualitatibus quædam priori formæ ſubſtantiali ſint ſuperſtites; nam hæc problemata ad generaliora pertinent.

Verum vtrum rudiori quadam forma, ſubſtantiali tamen ſternatur aditus ad ſuſcipiendam animam: ita vt huius aduentu illa non pellatur .p. forma oſſis, forma nerui, &c. Sed hoc excutietur poſtea.

Eſt-ne anima actus corporis inſeparabilis?

Ex eo quod anima eſt entelechia corporis videtur Ariſtoteles cōcluſiſſe eam eam eſſe inſeparabilem (non poſſe deturbari de materia quin pereat.)

Reſp. breuiter nullam animam & formam eſſe ſeparabilem quatenus eſt energia corporis.

Si quæ ſit ſeparabilis (vt anima noſtra) eſſe ſeparabilem: Non quia ſit actus & energia *corporis*, ſed quia ſit energia *ſui*. Si res intelligitur, parum verba moror.

Eſt-ne anima extenſa, ſiue diuiſibilis?

Anima { rationalis ſiue humana ſuo excutietur loco.
{ quæ verò ſtirpium aut belluarum eſt diuiſibilis & extenſa.

Primò quia in plantis, & in inſectis id perſpicuum eſt ex lib. de longitudine, cap. 3. lib. de vita cap. 1. 4. de hiſtoria cap. 7.

Secundò quia forma excurrit, à parte in partem eſt ſeparabilis: quicquid verò educitur è materiei poteſtate, id inſeparabile.

Digitized by Google

Tertiò quia accretio eſt quædam generatio, &c. De qua re alibi.

Obiectiones.

Prima. Neque per ſe anima eſt diuiſibilis, neque per materiam. Reſpond. eſſe per *quantitatem*.

2. Anima per accidens tantum eſt diuiſibilis: Ergo non vere diuiditur. N. Conſequens, quia candor veriſſime diuiditur, licet diuidatur per accidens, & per conſequutionem ad diuiſionem materiæ.

3. In accretione manet idem viuens. Reſp. manere idem eo modo quo aqua in quam altera infunditur, eadem manet. De qua re ſæpius.

4. Si anima plantæ eſt in ſurculo, propagatione fiet immortalis. Reſp. eandem nō numero ſtirpium partem non propagari ſæpius, ſed aliam atque aliam. De qua re paſſim.

Species ſenſibiles (quales in ſpeculis, & de quibus infra) ſunt immateriales: Ergo multo potiori iure anima belluina immaterialis eſt, proindeque indiuiſibilis.

Diſt. Ant. { quod nulli hæreant materiæ N.
quod non hæreant materiæ rei quæ ſentitur C. }

Quot modis anima diuiſibilis?

Duobus { aliquando diuiditur in duas partes ita vt vtraque maneat ac duret, vt euenit in plantis, ac ſerpentibus.
aliquando ita diuiditur in duas, pluresue, vt vna ſtatim pereat, altera conſeruetur: vt cum equo amputantur aures. }

Si quid diuiditur in duas (pluresue) ita vt ambæ pereant non propriè diuiditur.

ARTICVLVS V.

De generibus ſpeciebuſue Animarum.

Quæſtio.

Quæritur quot ſint animæ partes, dynames, differentiæ, ſpecies.
Quot ſint energiæ ſubſtantiales, quarum quæque animæ mereantur nomen.

Sententia prima aliena.

Pleriſque genera animarum duo tantum *ſentiens, rationalis*.

Putà { Stoïcis quia negant plantas viuere.
quibuſdam quia ſuſpicantur plantas aliquo ſentire modo.
nonnullis quod belluarum animas credunt aliquo modo rationales. }

Sententia ſecunda.

Tot animarum genera quot animatorum: Ergo quatuor.

Tertia ſententia.

Tot animæ genera quod facultatum vitalium, animatarum-ue: Ergo quinque.

Digitized by Google

Sententia Peripatetica.

Anima diuiditur aut per eſſentiales differentias & ſunt plures quã tres animæ ſpecies. (Conſulendum præceptum Ariſtotelis de diuidendo ſtatim per multas differentias multa differentiarum iuga) ad calcem librorum de demonſtratione.

Aut per diſcrimina *eleuationis* à materia notabilis, & non ſunt niſi tria animarum genera.

Quinque ſunt *vitalium* ſeu ſupra materiei fæcem eleuatarum genera .n. vegetare, ſentire, appetere, &c.

Quatuor nihilominus ſunt duntaxat *animatorum* ordines, qui tamen in plures diduci poſſunt.

Nam {
quædam viuunt tantum, ſiue vegetant : vt ſtirpes.
quædam vegetant, ſentiunt, appetunt : vt zoophyta.
quædam præterea progrediuntur : vt equi.
quædam præterea etiam ratiocinantur: vt Petrus, Paulus.

Non tamen niſi tria animarum genera ſpecieſue ſtatuuntur.

Vegetans, *ſentiens*, *rationalis*.

Quia non niſi triplex genus eleuationis, triplex motus, triplex forma.

Triplex motus ab interno principio, tria organorum genera, tria materiæ.

Triplex operatio, quæ ſit propriè vitalis.

Etenim {
quædam vere libera, quæ in hominem cadit.
quædam libera ſed ſpecie tenus, qualis in belluam cadit.
quędam nec vere libera, nec ſpecie: vt creſcere.

Obiectiones.

Cur ex numero *facultatum* non expenditur animatorum numerus? *Prima*.

Reſp. {
primò quia *appetitio* eſt comes ſenſus.
ſecundò quando *eleuationes* non variantur pro varietate facultatum.

Videtur genus eleuationis aliud in equo, aliud in zoophytis, &c. 2.

Diſt. {
ſi res accuratè non populariter expendatur C.
ſi ruditer tantum & per notabilia interualla N.

Poſſunt equus & zoophyton ad idem genus reuocari : quia non ſecernuntur tanto interuallo quanto zoophyton, & planta. 3.

Cur non memoria adiungitur quinque facultatibus ? Reſp. reuocari ad ſenſum & ad mentem. Sitne omnium animaliũm quæretur alibi.

Anima vegetans eſt animarum prima & communiſſima, primum animæ principium Ariſtoteli: Ergo eſt anima ἁπλῶς & in genere : proindè non relinquuntur niſi duæ ſpecies. 4.

Grauiter nonnulli inſectantur Ariſtotelem quod animam tribuerit plantis. Horum coniecturæ refellendæ : quanquam ferè de nomine ſolo controuerſiam inſtituunt.

Dicitur inquiunt {
vt græcè ζῶον ἀπὸ τῆς ζωῆς [à vita].
ſic latinè animal ab anima. 5.

Ergo ſi plantis anima & vita ineſt, plantæ animalia ſunt.

Diſt. Ant. { ab anima & quauis vita N. | à vigore animæ, ab anima & vita paulo perfectiori, C. }

6. Si in homine eſſet ſola anima vegetans, homo non diceretur factus in viuentem animam ex Diuo Auguſt. 7. de Geneſi ad literam cap. 17. Ergo vegetatio non eſt vita.

Diſt. vita dicitur { generaliſſime, quo ſenſu ignis dicitur viuere. | generatim, quo ſignificatu plantę viuunt, non auté ignis. | ſpeciatim quo ſenſu nihil naturale viuit, nihil moritur prętet animal. }

Atque hic poſtremus ſenſus ad citati loci interpretationem eſt afferendus.

Non potiori iure planta ſunt animatæ, quam metalla.

Circa vegetantem animam obiectiones. Negatur propoſitio. De quã te ſuo loco.

A vigore animæ ab anima & vita paulo perfectiori C.

Concluſio.

Tres animæ gradus, & differentiæ maximè notabiles, tres energiæ ſubſtantiales quarum quæque nuncupatur anima.

Differentijs commune aliquid proferri poſſe declarauimus apud Porphyrium.

Tribus iſtis gradibus ſubſtantialibus aliquid commune .p. quod eorum quiſque appellatur anima, quiuis rem attollat ſupra materiei fæcem, poſtulat organicum corpus, &c.

ARTICVLVS VI.

De numero Animarum viuenti in eodem.

Quid hîc certum, quid controuerſum?

1. Plures animæ ratione à ſe inuicem diſtinctæ inueniuntur in homine & belluis .p. vegetans, & ſentiens.

2. Plures gradus animæ diſcreti definitione offenduntur in ipſis ſtirpibus.

Etenim anima vegetans eſt quoddam genus: genus autem indiuiduo nunquam tribuitur niſi contractum per inferiores gradus & differentias, non datur planta quæ non ſit talis & certæ ſpeciei planta. Gradus vero inferiores *ratione* & *definitione* ſecerniuntur à ſuperioribus: vt ratio lactucæ à ratione oleris.

3. Non ſi ſuperior gradus meretur animæ nomen, vt vis vegetatiua, ideò & quæuis differentia quæ adiungitur illi meretur animæ nomen.

Quæritur vtrum duæ pluresue animæ & realiter & ratione à ſe inuicem diſcrepantes in re vna eademque numero inueniantur .p. in Petro.

Quot modis realiter diſtinctæ animæ cogitantur plures?

Ex duabus animabus de tribus pluribuſque iudicandum.

Duæ animæ realiter diſtinctæ, ſi cogitantur in re vna eademque;

Tùm
- aut vtraque funditur per corpus vniuerſum rei viuentis, eo modo quo per niuem frigus & candor.
- aut vna funditur per totum, p. anima vegetans: altera non item: vt ſi ſentiens per neruos fundatur, non per oſſa.
- aut planè ſitu diſtinguntur, & ſua cuique diſtincta ſedes aſſignatur, p. cor, hepar, cerebrum.

Tunc
- vel ſunt *continua*, ſibique inuicem adhæreſcentes.
- vel non
  - ſiue ſint *contigua*.
  - ſiue tantum *deinceps* poſitæ.

Continua autem
- vel *homogenea* cogitantur.
- vel *heterogenea*, & diuerſæ naturæ.

Conſtat in belluis & plantis reperiri plures animas partiales ſitu diſcrepantes, & realiter continuaſque & homogeneas: nam ex. gr. pars animæ quercus vna in vno ramo continetur, altera in altero. De cæteris modis controuerſia eſt: intueamur primum plantas, deinde belluas, tum homines.

De numero in planta.

In planta vna numero anima fere omnium confeſſione non eſt niſi vnica: quia fruſtra, &c.

Si tamẽ in inſitionibus poſſunt permiſceri ſpecies. (De qua re alibi,) credibile eſt in laurocaraſo, piromalo & ſimilibus arboribus & ſtirpibus duplicem animam diuerſæ ſpeciei inueniri.

Idque
- ſiue per *penetrationem*.
- ſiue duntaxat per *iuxta poſitionem*.

In belluis.

Statuunt
- plerique animas duas. n. vegetantem vnam, ſentientem alteram. *Prima.*
- alij vnicam ſentientem, quæ tamen virtute complectatur vegetantem. 2.
- alij ſentientem quæ comprehendat vegetantem formaliter, non virtute tantum & eminenter: vegetantem inquam generatim ſumptam, non vegetantem plantarum propriam quam continere non poteſt niſi *virtute*. 3.

Quidam etiam plures ſentientes propter varietatem ſenſuum. 4.

In homine.

Ex Platone tres animæ ſede diſtinctæ: *concupiſcens, iraſcens, rationalis.* *Prima.*

Philopono tres eædem, ſed non diuulſæ ſubiecto & ſede. 2.

Ochamo vna *ſenſitiua* quæ ſit mortalis, & virtute *vegetantem* complectatur: altera *rationalis* & immortalis. 3.

Manicheis vna *bona*, altera *mala* anima in homine: vt primus auctor Deuſque duplex vnus *bonus*, alter *malus*.

Digitized by Google

5. Nonnullis vna anima quæ ſit propria cuiuſque : altera quæ præterea fundatur per res cæteras. n. anima mundi.

6. Auerroi { vna quæ ſit vnius propria & mortalis. altera quæ ſit omnium hominum communis voceturque intellectus communis, intellectus agens. De quo errore alibi.

Communior ſententia.

Veriſimilius videtur in re vna numero. p. in Bucephalo, in vna quercu, &c. non inueniri niſi vnam numero animam, eamque ſimilarem nec compoſitam ex diſſentaneis: maximè ſi excipiantur quæ fiunt per ſeminum ſuccorumque mixtionem.

Firmatur hæc ſententia præcipue quod attinet ad hominem.

Primò teſtimoniis patrum.

2. teſtimonio Ariſtotelis 2. de animo text. 21. &c.

3. rationibus variis, quæ pertinent ad totum genus, ſeu ad quæſtionem generalem de numero formarum ſubſtantialium ſuppoſito in eodem : quare operæpretium eſt diſputationem attollere ad vniuerſum genus, cuius explicatio huc remiſſa.

ARTICVLVS VII. *ET VLT.*

De Numero formarum ſubſtantialium ſuppoſito in eodem.

Sententiæ complures multiplicem aſtruentes formam.

Prima ſententia.

Præter formam priuatam cuiuſque rei. p. animam meam, datur illic anima mundi.

Secunda ſententia.

In quouis corpore tum forma ſubſtantialis propria: tum *corporeitas*, quæ fida materiæ comes.

Tertia ſententia.

In mixto tum forma propria. p. energia lapidis: tum incolumes formæ quatuor elementorum.

Incolumes per penetrationem, vel citra.

Sine remiſſione, vel cum remiſſione.

Quarta ſententia.

Plures animæ ſpecie diuerſæ in re eadem poſſunt inueniri.

Quinta ſententia.

In ſubſtantia quauis naturali quot ſunt gradus diſcrepantes, tot ſunt formæ diſtinctæ.

Ita vt homo ex. gr. Sit corpus per vnam formam, ſit mixtum corpus per alteram, &c.

Sexta ſententia.

Suppoſitum homogeneum & ſimilare: vt lapis, cera. Tumque vnica illius forma.

Vel diſſimilare: vt homo, equus, quercus. Tumque illi ineſt forma vna princeps, quę toti incubet materiei: ſed prætereà inſunt aliæ partiales quæ reſpondeant partibus heterogeneis. p. forma oſſis, forma nerui, &c.

Septima ſententia.

Formæ miſcentur per inſitionem, mixtionemque ſeminum.

Octaua ſententia.

Pręter animas ſingulorum hominum datur *mens* communis quæ per omnes & per ſolos fundatur homines.

De his ſententiis.

Octaua ſententia impia & examinanda ad librum tertium.

Prima eſt abſurda & examinatur ad librum primum de Cœlo.

Quinta eſt planè inſulſa.

De ſecunda, tertia, ſeptimaque alibi.

Quarta minus probabilis, quàm ſexta.

Sexta & ſeptima non improbabilis.

Nona ſententia.

Probabilius eſt apud Peripateticos rei numero vni non niſi numero vnam ineſſe formam.

Coniecturæ pro vnitate & ſolitudine.

Generatio eſt mutatio totius in totum nullo ſenſibili ſubiecto remanente ex 1. de generatione text. 23. *Prima.*

Ergo forma vt anima rationalis non inducitur in ſubiectum iam informatū.

D. { generatio partialis formæ C.
generatio principis formæ, quæ aliis vtatur tanquam miniſtris N.

Subiectum generationis non eſt ens actu ſaltem ſubſtantialis. 2.

D. generationis primæ per quam inducatur forma quæ alia non indigeat C. ſecus N.

Forma eſt *hoc aliquid.* Reſp. quamque eſſe hoc aliquid. pro modo ſuę dignitatis. 3.

Subſtantialis forma dat eſſe ſimpliciter.

Reſp. vnam dare magis ſimpliciter quam alteram. 4.

Ex duobus entibus actu non fit tertium 2. de Animo tex. 3. 7. Metaphyſicæ. To. 4. 5.

D. ſi vtrumque ſit perfectus actus C. Secus N. ex duplici aqua fit vna aqua.

Anima eſt actus corporis organici. Ergo videtur reſidere in omnibus illius partibus. Reſp. non propterea tolli formas particulares. 6.

Recedente anima nulla pars corporis propriam virtutem & facultatem retinet. Ergo nulla retinet formam ſubſtantialem. N. Ant. quia pharacam contrarium videntur ſuadere. 7.

Digitized by Google

8. Idem non eſt ſimul rationale & irrationale.

D. ſecundum eandem rationem C. ſecundum diuerſas N.

9. Quæque anima facit rem animatam. Reſp. facere ſed variè.

10. Nix per vnum idemque tempus non eſt niſi ſemel candida. Ergo corpus animalis non eſt bis animatum.

D. anima vnius ſpeciei C. animabus diuerſæ ſpeciei & definitionis N.

11. Si in homine foret anima multiplex vis generandi foret vnius vel duarum, &c. Reſp. animam quamque pro ſuo captu concurrere ad generationem.

12. Impium eſt duas animas ſtatuere in eodem homine, aut duas formas.

D. more Manicheorum C. Simpliciter N.

13. Actiones rei vnius naturalis ſeſe inuicem im pediunt: Ergo oriuntur ab eadem forma quæ diſtractione fiat imbecillior.

N. C. quia etiam vicina ſeſe impediunt, maximè ſi communi vtantur organo.

Quod [eſſentiale] ſemel aſſumpſit Chriſtus, non dimiſit: dimiſiſſet autem animam ſentientem per triduum mortis, ſi homini vlla ineſſet alia à rationali quia perijſſet. Ergo, &c.

D. P. ſi id accipiatur de præcipuis duabus partibus. n. corpore & animo rationali C. ſi de quauis parte ſubſtantiali. N. etenim viuens Chriſtus per decretionem multas materiæ dimiſit partes, eo modo quo nobis quotidie elabuntur.

Exempla coniecturarum pro multiplicitate.

Prima. Anima humana bipartitia, vel tripartitia 1. Ethi. cap. 5.

D. ita vt partes ratione diſcrepent. C. ita vt ſede aut realiter N.

2. Signa ſunt operationes facultatum, humanæ formarum & animarum.

Reſp. { operationes magis diſtingui, quàm facultates.
operationes & facultates, quàm formas ſubſtantiales.

3. Varietas animarum & formarum recte colligitur ex varietate facultatum.

D. in diuerſis ſuppoſitis C. in eodem N.

4. Embryo (fœtus in vtero humanus) ex 2. de generatione cap. 3.

viuit { primum vitam *plantæ.*
deinde vitam *animalis.*
denique vitam *hominis.*

Reſpondent nonnulli fœtum initio viuere per maternam animam, non per propriam: vel foueri calore vteri, non autem viuere, niſi impropriè. n. donec infundatur anima rationalis.

Alij reſpondent priorem animam nobiliori & poſteriori cedere. De qua re alibi.

5. Anima ſentiens educitur è materiei gremio, eſt inſeparabilis: rationalis non item: Ergo.

D. P.

Digitized by Google

D.P. { ſentiens belluina.p.leonina &c.C.
ſentiens generatim.N.

Sentiens humana D. interim { ea quæ in vtero ſuccedit vegetanti ceditque animæ rationali.C.
ea quę permanet cum rationali.N.

Sola anima rationalis eſt ſeparabilis,reliquę ſunt inſeparabiles. 6.

Diſt. { quando ſunt in belluis & plantis C.
quando in homine & virtute.N.

Intellectus agens eſt ſeparabilis [immortalis:] intellectus paſſibilis eſt inſeparabilis. 7

Reſp.duos iſtos intellectus non diſtingui realiter.

Paſſibilem perire ſecundum modum,non ſecundum rem.De qua re alibi.

Quod generat,procreat aliquam formam ſubſtantialem:homo hominem generat Ariſtoteli,non tamen animam rationalem cum adueniat aliunde:Ergo aliam animam,aliamue formam. 8.

D.P. { ſi educi poſſit è materię poteſtate procreat per ſe.
ſecus non procreat per ſe ſed tantum diſponit domicilium.

Si homo neque generat animam, neque corpus non videtur generare hominem. 9.

N.C.quia materiam diſponit,procurat coniunctionem animę cum corpore.

Contrarij effectus animaduertuntur in eodem animali·Reſp. cōtraria proficiſci poſſe ab eadem forma.p.amare,& odiſſe. 10.

Prius generatur cor hominis quam partes alię. Reſp. non eſſe propriè cor humanum antequam forma rationalis ſit inducta. 11.

Non videtur embryo primum eſſe planta,deinde bellua,vt ſit deinde homo. 12.

Diſt.ſi plantę belluæque nomine intelligatur quędam ſpecies vltimam aſſecuta abſolutionem,quæque ſui gratia à natura intendatur C.

Si ſpecies quędam quę à natura referatur aliô eo modo quo oua,ſemina N.

Ad vnitatem formę requiritur continuitas:partes animalium non ſunt continuę:Ergo. 13

Reſpondent { aliqui non requiri exquiſitam materię vnitatem & continuitatem,ſed ſufficere talem qualis procuratur glutine.
alij partes animalium continuas eſſe, ſaltem remote & per ſuas extremitates.Pars mouens dicitur non eſſe continua parti,quę mouetur in animali 8.phyſ.

partes rei heterogeneę & diſſimilaris differunt ſpecie:Ergo partes animaliū &c. 14.

D.P.ſpecie *accidentaria* quę repetatur à varietate figurę.magnitudinis,& temperici·C.Specie *eſſentiali* N.

Os diuulſum à carne retinet animam & formam quam habebat antea ſubſtantialem. 15.

Diſt. { ſi humanum erat N. retinere.
ſi vero belluinum,vel nullo modo retinet,vel non retinet diu.

16. In inſitionibus & ſeminum mixtionibus miſcentur formæ ſubſtantiales.

Reſp. { primò eſſe qui miſceri negent.
2. ſi miſceantur effici vnam formam ex duabus, vt efficitur materia vna ex duabus. propterea ſaltem non reperiri duas in eadem minima materiei parte. }

17. Suę ſunt formę pilis, vnguibus, cornibus &c. Cur non igitur & ſuę oſſibus?

Reſp. { quia duplex forma non cohęret ſimul, oſſa animãtur anima rei totius, pili &c. nullo animantur modo.
vel ſunt quaſi plantę animali inſitę: vt quercui viſcus, muſcus. }

18. Diſpoſitio varia refertur ad variam formam variſue formas.

Reſp. { vel ad varias referri.
vel ad vnam quę inſtrumentis egeat. }

19. Non datur interitus ſine productione formę. Non datur generatio ſine interitu formę. R. reſpondendum in ſermone de generatione.

20. Quando moritur animal, non naſcitur forma. R. naſci.

21. Cum intromittitur anima rationalis in fœtum non fit corruptio.
Diſt. ſimplex C. ſecundum quid N.
Cęterum decima nona propoſitio alio pertinet.

Monitum.

Vix liquet per coniecturas quid ſit ſentiendum.
Hinc videtur contendendum ad vnitatem quantum licet.
Illinc videntur varię formę ex variis & diſſentaneis colligendę proprietatibus.
Quo momento amputatur digitus, eo deſeritur ab anima rationali, & tamen non videtur momento labefactari poſſe diſpoſitio vetus, vt aſtruatur noua cum noua forma ſubſtantiali.

SECTIO SECVNDA.

De Corpore animato ἁπλῶς, deque humano.

ARTICVLVS I.

Res Anatomica.

De Corpore rei viuentis, ſiue animatæ.

Quid, cur, quale?

Corpus animatum definitur *materia naturalis organica poteſtate proxima viuens, aut prædita vitali facultate.*
Eſt corpus naturale non artificioſum: vt corpus nauis.
Organicum & inſtrumentatum non expers organorum: vt cera.

Non quouis organicum modo: vt cadauer. Sed ita organicum vt proxima poteſtate viuat, contineat vitalem formam.

Conditiones ex definitione colligendæ.

Quomodo organicum corpus?

Organum in negotio cauſę efficientis generatim eſt id quo forma, efficiens ſue cauſa ad agendum vtitur.

Organum & inſtrumentum animę occurrit multiplex.

.n. { *ſeparatum* { *quod contiguum*: vt ſtylus, ferra. / vel non contiguum: vt ſemen proiectum, quod in generatione inſtrumentum eſt plantę, vnde eſt decerptum. } / vel *coniũctũ* { quod *accidens* vt calor. / vel *corpus*, vel diſpoſitum corpus. } }

Diſpoſitum corpus { vel homogeneum, & ſimilare: vt corpus aquę. / vel heterogeneum & diſſimilare: vt manus proprieque organicum. }

porro corpus quod futurum eſt inſtrumentum animę debet eſſe propriè organicum & diſſimilare propter varietatem officiorum & facultatum rei viuentis.

Quibuſnam conſtat & abſoluitur eius diſpoſitio?

Primò certo *figura* genere (non certa vltima ſpecie) corpus humanum e. g. non poteſt rotundum eſſe.

2. *magnitudinis* certo non quouis modo. Res viuentes vt & artificioſę machinę limites habent tum magnitudinis, tum paruitatis.

3 *poroſum* eſt, aut ita affectum vt in ipſum alimonia inſinuari poſſit. Corpus rei viuentis nequit eſſe ſolidum more auri.

4. conſtat *temperiei* vario & certo genere.

5. etiam *partiali* forma ſubſtantiali. p. forma oſſis, forma radicis. n. ſi admittuntur formę quę dicuntur partiales.

Requiritur { temperies quia forma non admittitur niſi in materiam diſpoſitam, non ſeruatur niſi in diſpoſita. / varia temperies, quia variarum partium varia officia, }

Omnino aptatur, diſponiturque corpus animatum, ita vt aliquam vitalem facultatem continere poſſit.

Cur?

Finis corporis huius eſt anima, animatum, & actio vitalis.

Illud corpus inſtrumentarium, & organicum animę domicilium videtur diſponi & elaborari à duplici cauſa.

Digitized by Google

Nempe { partim à *generante*, ſeu cauſa eff. ctrice rei animatæ, non ſine opera virtutis in materiam transfuſæ. p. à parente per virtutem ſeminalem, quia quod generat diſponit. De quare ſuo loco.
partim ab ipſa anima iam inducta: vt perſpicuum eſt in plantis, vniuerſis hominibus conualeſcentibus. }

Materia partim à ſemine, partim ab alimento.

Diſpoſitio iſta eſt cõgeries variarum rerum & categoriarum, ſed conſpirantium ad vnum eundemque finem, quæque cõtineãtur in officio primum à generante, deinde ab inducta anima, formæ eſt continere.

Quot illic attributorum genera?

Quædam communia corpori organico cum rebus mixtis inanimatis: vt calor, ariditas, ſiccitas, durities.

Quædam propria viuentis corporis. p. quod ſit per ſe heterogeneum aliquid &c.

Obiectio.

Partes humani corporis non differunt ſpecie, genereue à ſe inuicem: atqui oſſis & nerui materia eſt vna eademque ſpecie, itemque forma: Ergo.

D. { de forma *accidentaria*. N. quia differunt naturali temperamento.
de *ſubſtãtiali* D. totalis aut princeps C. partialis N. ſi dãtur partiales formę. }

Occupatio.

At quæ partes videntur conſimili modo à ſe inuicem plerumque diſcrepare.

Nam { dum vna calet, altera friget.
dum vna rotunda, altera minime rotunda: Ergo nulla ſolutio. }

N. Ant. { 1. quia per naturæ propenſionem variæ partes aquæ non requirunt variam figuram, varium calorem aut frigus.
2. quia quæ figura deſideratur in corpore organico magnitudinis & paruitatis limites præſcriptos habet.
3. quæ pars corporis heterogenea certum per naturam poſtulat genus temperationis, configurationis. }

Partes corporis.

1. Aut ſunt *ſimilares* partes animati corporis.
Aut *diſſimilares*: vt manus, ramus.

Diſſimilares { componũtur ex ſimilaribus, heterogeneum ex homogeneis.
reſoluunturque in ſimilares ne progrediamur &c. }

2. Partes materiæ vnde coaleſcit animatum corpous mutantur, ſufficitur materies noua, per accretionem expellitur aliquid eius, quæ prius habebatur.

Idque { ſiue expellatur vetus forma, & noua inducatur.
ſiue non, vt in homine. }

3. Semper aliquid in animato corpore in animatum: vt ſuccus, aër.
Poroſum eſſe.

Digitized by Google

Inanime corpus non neceſſe eſt, animatum neceſſe eſt, vt admittat alimoniam.

Illc
- *vera* partes, ac viuẽtes, & animatę anima rei totius: vt radix, caput, caro. 4.
- *excrementitia* partes: vt pili, pennæ, ſquammæ, vngues.
- *ſucci* laudabiles: vt ſanguis.
- *excrementa*, quę liquida, vel meliora
- *aër* fere cum crudiori alimonia. 5.

Sed in omni parte grandiori aliquid durius, aliquid mollius, aut liquidum. 6.

Quę continuitas partium requiratur ad vnitatem formæ alibi quæritur.

Omnino partes animati corporis
- vel communi fruuntur vita.
- vel non de quare ſupra. 7.

8.

Diuiſiones partiũ animati corporis occurrũt variæ vt declarabimus. Sed pars 9.
quęque eius tum homogenea, tum heterogenea, tum diſſimilaris, vel ſimilaris obtinet præſcriptos magnitudinis terminos & paruitatis: nam alioquin, corpus totum non requireret, requirunt quia ſunt machinæ & inſtrumenta.

Quid proprie pars.

Definitio prima.

Pars Gal. quod totum complet.

Quo ſenſu quicquid ineſt in corpore ſecundum naturam dicitur Pars.

Idque
- ſiue conferat ad vitam degendam.
- ſiue ad commodiorem.

Hinc partium genera Aphrod. { ſpiritus, humores, ſolidæ partes } Hipp. { continentia. contenta. impellentia. }

Hinc apud Ariſtotelem { humores, ſemen, pili } inter partes.

Definitio Secunda.

Alijs pars corpus quod nec vndequaque circunſcriptionem habet, nec vndequaque coniunctum eſt alijs.

Etenim
- omni ex parte circunſcriptum totum eſt non pars.
- pars quę componit debet cohærere cum toto.

Hac finitione humores, quia vagi excluduntur, non pili, vngues.

Definitio tertia & commodiſſima.

Definiatur pars toti cohærens, communi vita coniunctum, & ad illius functionem, vſumue comparatum.

Ab hac notione
- ſpiritus & humores expunguntur quia { fluunt / anima carent }
- verrucæ & quæ adnaſcuntur, quia nullius vſus.
- tumores contra naturam, quia corporis actionem lædunt.

Diuiſio prima partium.

Animati corporis partium
- aliæ ita cohærent, vt communi fruantur vita, quę ſunt propriiſſimè partes rei viuentis: vt caro, neruus.
- aliæ ita cohærent, continuanturue, vt tamen non fruantur communi vita: vt rami aridi.
- aliæ non ſunt proprie continuæ & cohærentes, ſed contiguæ tantum: vt humores, pili.

Harum
- aliæ à quibuſdam conceduntur viuere: vt ſpiritus, pili.
- aliæ negantur: vt ſucci multi.

Secunda.

Partium
- quædam dicuntur viuere anima rei totius.
- aliæ negantur: vt pituita.

Idque
- ſine nihil animæ obtineant.
- ſiue dicantur ſibi vendicare aliquid proprię vitæ & priuatæ: vt pili, vngues, cornua.

Tertia.

Pars
- neceſſaria, vel non neceſſaria.
- ad vſum, ad ornatum, ad vtrumque.

Quanquam forte omnia & venuſte & vtiliter natura facit.

Quarta.

Eſt
- exterior: vt ſquamma, cutis, oculus,
- vel interior: vt cor, medulla.

Quinta.

Pars
- vel durior: vt os, radix, cartilago.
- vel mollior: vt caro & quod carneum.
- vel liquida: vt ſpiritus, ſanguis, pituita.
- partes liquidæ funduntur per duriores, & molles.

Sexta.

Eſt
- neceſſaria ad conſtitutionem congruentem: vt manus.
- vel ſuperuacanea: vt ſextus digitus.

Septima.

Eſt
- vel propter ſpeciei propagationem: vt fructus, ſemina.
- vel propter indiuiduum: vt pedes.
- vel propter vtrumque: vt ventriculus, hepar.

Digitized by Google

Octaua diuiſio.

Pars
- communis animali cum planta, ſaltem per proportionem: vt fibra, brachium, cutis, membrana.
- vel animalium propria: vt pes, pulmo.
- vel plantarum propria: vt radix, truncus, flos, folium, &c.

Nona.

Pars
- ſimilaris quæ non diſſoluitur niſi in homogeneas.
- diſſimilaris quæ diſſoluitur in diſparatas & diſſimiles: vt caput, folium.

Diſſimilaris
- quædam tantum propter figuram: vt neruus, cerebrum.
- quædam etiam propter temperamentum partium: vt manus.

Diſſimilaris
- primò vendicat ſibi certam figuram, vel proprium temperamẽtum, vel vtrumque.
- 2. certam ſaltem & operationem dum animatur. p. auditum.

An vendicet ſibi ſubſtantialem formam partialem, multaſque partiales quæritur.

Decima.

Pars
- vel conuenit cuiuis viuenti: vt cutis, & ſanguis ſi ſumatur pro eo quod eſt propriè ſanguis, & pro analogo.
- vel non: vt cor, pulmo.

Quotuplex corpus viuens?

Eſt totale, vel partiale.

Conſideratur generatim, vel ſpeciatim, idque variè.

Eſt
- plantæ: vt herbæ, fruticis, arboris, pili, vnguis.
- animalis perfectioris, vel imperfectioris, &c.

Conſideratur quidquid partium inuenitur in humano corpore: ſiue alibi reperiatur, ſiue non: ſubiungendę partes quæ belluarum propriæ: vt ſquãma, pinna, &c. vt tradantur vltimo loco quæ plantarum propriæ.

Vnde potiſſimum repetitur conſenſio et diſſenſio partium?

Identitas & diuerſitas partium potiſſimum repetitur à ſimilitudine, & diſſimilitudine officiorum vt ſignificauit Ariſtoteles: ſed repetitur etiam aliunde. p. à compoſitione, figura, temperamento, generante, &c.

ARTICVLVS II.

De Corpore humano et Anatome.

Eſtne Phyſici de anatome diſputare.

primò quia Philoſophi complures de rebus anatomicis tractauere: nobile Democriti ſtudium in diſſecandis animalibus: idem chamæleontis cor-

Digitized by Google

Eſt
- corpus per omnia membra diſſectum peculiari volumine dignum iudicauit, teſte Plinio.
- 2. quia ipſe Ariſtoteles vtrãque artis anatomicę partem egregiè exercuit.
- tertiò quoniam non certior demõſtrandi via, non vtilior indago facultatum & functionum, quã quę à membrorum notitia, vſu, ſtructura, actione.

Cur in limine ſermonum de animo doctrina anatomica?

Ridetur à Poetis Prometheus, quod cum hominem fingere & fabricare vellet, à maſſa terrena ſeu corpore incœperit.

O prima infelix fingenti terra Prometheo,
Ille parum cauti pectoris egit opus.
Corpora diſponens mentem non vidit in arte,
Recta animæ primum debuit eſſe via.

Minus rectè
- primò, quia coniugata ſe inuicem aperiunt & demonſtrant.
- 2. quia ordiendum à notioribus & magis ſenſibilibus.
  - animæ natura nihil obſcurius: corpus per affectiones ſenſibiles patet.
- 3. quia corpus natura prius quam anima: hoſpitium & domicilium per naturam præcedere dicitur.
- 4. quia functionum varietas [quę niſi in materia, ſubiectoque non ſolet eſſe conſpicua] facultates arguit, earumque principium.

Naturæ inſtituto
- à functionibus ad facultates
- à facultatibus ad eſſentiale principiũ.

prouehimur.

Hoc autem in viuentibus anima eſt.

Quid Anatome?

Anatome
- propriè eſt
  - artificioſa ratio diſſecãdi corpus hominis aut humanum cadauer.
  - humani corporis cũ ratione & iudicio adminiſtrata diſſectio & in partes tum ſimplices tum corruptas ad perfectam earum notitiam reſolutio.
  - abditarum hominis partium ſpeculatio.
- latè pertinet ad quoduis animal. v. g. ad ſimiam, canem, &c.
- latiſſimè ad corpus viuens aut cadauer eius.

Cuiuſmodi.

Anat.
- inter *præſtantiſſimas* diſciplinas. Dignitas æſtimetur ex humani corporis perfectione & commendatione. De qua te alij.
- Vtilis
  - *vnicuique* ad ſui notitiam.
  - *Theologo* ad faciliorem Dei cognitionem. *Confitebor tibi Domine, quia tua ſapientia magnitudinem declaraſti in corporis mei fabrica.*
  - Philoſopho
    - tum per ſe,
    - tum propter animam & facultatum indaginem.

indaginem.

necessaria *medico* ad naturalium rerum ſcientiam membrorum *diagnoſim* *prognoſim* *therapiam.* &c.

Antiquitas.

Artis anatomicæ *vetuſtatem* ſacræ literæ non obſcuris veſtigijs referunt, in quibus plurimæ corporis humani partes deſignantur & delineantur. 1.

Oſtendit brutarum animantium diſſectio, quæ penes ſacerdotes & in publicis ſacrificijs exercebatur. 2.

Illic non licebat carnes pro arbitrio *laniare.*

Sed ὀρθοτομεῖν, decenter & artificioſè partiri.

Confirmant ea tempora, quibus Salomon, Hom. Hipp. Democritus ſummi Anatomicæ ſcientiæ cultores floruerunt. 3.

Reuera
- *cœpit* cum arte medica & Philoſophia, & vt aliquis non temerè cenſuerit primis etiam parentibus innotuit, quos non eſt veriſſimile in tanta rerum omnium notitia ſuſtinere potuiſſe vt ſe ipſos haberent incognitos. 4.
- *exculta* deinde eſt per occaſionem in ſacrificijs & à brutis animantibus ad hominem quoque traducta.
- *perducta* tandem ad vltimum complementum, non tam ſcientiæ ſtudio, quam morborum cauſa, quorum ſedes, natura, cauſæ varietas non alia magis opera deprehendi poſſunt.

Quotuplex anatome?

Eſt totalis / partialis; theoretica / actiua; fortuita / artificioſa; viua / mortua; humana / belluina &c.

Totalis, quæ in integro corpore celebratur.

Partialis, cùm pars aliqua. p. cerebrum, vel oculus à corpore reſectus conſideratur.

Theoretica, cum ſecamus cogitatione ſola.

Actiua, quando etiam manu.

Vtramque exequutus Ariſtoteles
- hanc 7. voluminibus quæ περὶ ἀνατομῶν conſcripſit teſte Laertio.
- illam libris de hiſt. de partibus & de gen. anim.

Fortuita, quæ contingit caſu: vt ſi vulneris occaſione inteſtinorum ſitus & inferioris ventris partes inſpiciantur, quæ *Empiricorum* propria eſt.

Artificioſa, cum de induſtria peragitur partium occultarum cauſa.

Viua exercetur in corpore *viuo.*

Mortua in *cadauere.*

Humana hominem duntaxat explicat, cuius partes vniuerſę aliqua ratione diſcrepant à belluinis.

Belluina in brutarum animantium diſſectione occupatur.

Digitized by Google

Cur ſeligitur humanum corpus ſpeciatim explicandum?

Primò quia eſt præcellentiſſimum & quaſi exemplar cæterorum.
2. quia ferè clariſſimum eſt, ſaltem ſi ſpectentur partes exteriores.
3. quia maximè neceſſaria & vtilis notitia eius.
Quanquam brutorum anatome vtilis & in vſu.
Cogimur interdum humani cadaueris penuria brutorum corpora ſubſtituere, quę ad ipſum propius accedunt.
Eorum genera ſex medici recenſent. Ruffus Epheſ. c. 17. lib. 1.

Eſt ne vtilis, aut neceſſaria viuentis hominis anatome?

Fuere qui cenſerent *neceſſariam*.

Sententia prior. Quia
- in *cadauere* ſola partium organica conſtitutio.
- in *viuente* etiam actio ſpectatur.

1. Vt olim Herophilus & Eraſiſtratus nocentes homines à Regibus accepere, vt etiam ſpiritu remanente ea, quæ natura ante clauſiſſet conſiderarent.
Crudelem quia neque paucorum hominum eorumque nocentium ſupplicijs reſpondentia populis queruntur innocentibus.
Quod etiam ſuperiore ſęculo nonnullis factum, vt Veſalio & Iac. Carpo.
2. Sed crudelis & impia curioſitas: adde etiam *inutilis*.
Nam ſi corpora metu, dolore, inediâ, cruditate, laſſitudine, mille alijs mediocribus affectibus ſæpe mutātur, multo magis veriſſimile eſt ſub grauiſſimis vulneribus & ipſa trucidatione immutari.

Poſterior. Præſtat in brutis viuam anatomen adminiſtrare, in quibus eadem quæ in homine viuo poſſunt obſeruari.

p.
- motus
  - cerebri.
  - cordis & arteriarum.
  - pulmonis.
  - diaphragmatis.
  - inteſtinorum.
- fœtus in vtero conſtitutio.
- vocis formandæ ratio.
- eius & reſpirationis inſtrumenta.

Quid humanum corpus & quotuplex?

Corpus humanum eſt corpus naturale, organicum, idoneum ad recipiendam, continendamque animam rationalem.

Id
- prodigioſum / vel non
- mutilum / integrum
- exiguum / grandius
- nigrum / album
- ſexus maſculini. / fœminini. / vtriuſque.

Item
- cum ſuperuacaneis, inſuetiſque partibus.
- vel ſealiter habens.

Philoſophia autem docet ea quæ *ſemper* fiunt, vt & quę *plerumque tantum*.

Quot modis conſideratur humanum corpus?

Conſideratur
- nunc viuum / nunc mortuum
- nunc confuſè. / nunc diſtinctè.

Confuſè .i. per modum *totius*.
Diſtinctè .i. per partes, per anatomen & diſtributionem.

Quot modis conſideratur per partes?

Quatuor maximè:
- primò ita vt quicquid *includit*, includereue ſolet, numeretur inter ipſius partes: (quicquid, inquam, corporis) quo ſenſu aer, cibus, & pharmacum partes videri poſſunt.
- 2. itaut cum animalis partibus referantur vnà ad totũ humanum corpus quæcunque illic conſueuerunt inueniri alia ab aere incluſo pharmaca; cibo propriam retinente formam, & partibus corruptis p. pures.
- 3. itaut cum animalis partibus cenſeantur quæcumq; alia ab aere neceſſaria ſunt ad tuitionẽ vitæ, vt cibus, chylus.
- 4. ita vt ſolæ partes animatæ & per animam humanam viuentes inſpiciantur.

Quo modo hîc nobis inſpiciendum?

Secundo, maximè, itaut partes corporis in varias claſſes tribuantur, vt ſunt tributæ in rudimentis.

Vnde difficultas artis anatomicæ?

Partim à *re* ipſa: partim à *nomenclatura*.

De nominibus proprijs partium corporis humani, eorumque vſu multiplici: tum in ipſo anatomico argumento: tum per metaphoram. Conſulendi ſunt anatomici cum Camerario.

Difficultatis profectæ à *re* ipſa argumentum multiplex.

P.
- *Diſſenſio eorum* qui ſcripſerunt de re anatomica.
- *Multiplicitas elementorum* & partium humani corporis.
- *Varietas contextus*, figurationis, ſitus, magnitudinis.
- *Obſcuritas vſus* & officij.
- Naturæ *inconſtantia*, & excurſus.

Anatomicorum diſſenſio.

Diſſenſio
- vna generalis, quæ de ipſa anatome.
- altera *particularis*, quæ de ſingulis humani corporis partibus.

P.
- partium principatu.
- origine: venarum; neruorum.
- cordis ventriculis.
- cerebri actione & facultatibus
- lienis vſu.
- teſtium officio.
- abdominis muſculis, &c.

quæ celebriorum controuerſiarum exempla.

Nonne hîc ſaltem Natura conſtans?

Quanquã liberior dephrehenditur natura dum molitur plantas in partiũ configuratione, numero, magnitudine, colore, &c. hominiq; homo ſimilior, quã quercui quercus, fago fagus; tamen in cõtexendo humano corpore non ita eſt certæ addicta legi & conformationi, vt non interdum aliqua varietate ludat & excurrat.

Sed { *conſtantior* fere eſt, ſi ſpectes membra grandiora, partes principes & nobiliores, earumque potiſſimos ramos & propagines.
variat non rarò, ſi ſpectetur partium minorum & ignobiliorum .p. venularum ſitus, configuratio, numerus, magnitudo &c. }

Quanquam etiam in præcipuis illis nonnunquam aliquid ſibi permittit varietatis.

.p. { in pupilla, quæ interdum gemina eiuſdem oculi.
in renibus, qui ætate noſtra conſpecti ſunt quater gemini.
in maioribus venarum ramis, vt duplici intercoſtali, loco azygævenæ.
in inteſtinis, vt colo, duodeno.
in veteri vaſis, quæ quatuor vtrimque obſeruata Herophilo.
in ſitu hepatis, quod in ſiniſtris viſum, vt in dextris lien. Plinius. }

Quod imprimis animaduertendum ne temerè veniat in mendacij ſuſpicionem quicquid deprehenditur ſcriptum, nec ſatis congruit conſtructioni alicuius corporis, cuius diligentem diſſectionem intuearis.

Monita circa doctrinam ſuperiorem.

Monitum primum.

De naturæ excurſu, & mutationibus.

In omni propè rerum genere multa viſuntur hodie aliter ſe habere quam veterum temporibus.

De imminuta corporis noſtri magnitudine querela eſt vulgatiſſima.
(*Terra malos homines nunc educat atque puſillos.*
Vita quoque veteribus quam noſtris hominibus longior fuiſſe creditur.)
Morbi etiam noui & inſolentes iactantur.
Plantarum & metallorum ſpecies aliquot dicũtur defeciſſe. de qua re diximus ad libros de Cœlo.

Quæ mutantis naturæ incõſtãtia (ſi eſt vlla) { vel à cœlo & ſyderum influxu.
vel à ſolo & regionum varietate.
in animalibus etiam à victu & alimentorum qualitate pendet. }

Monitum ſecundum.

De Scriptoribus anatomicis.

Videtur { vt in *ætiologia* plurimum *veteribus* deferendum.
ſic in *hiſtoria* magis fidendum *recentioribus*. }

Tametſi quorundam iudicio ne in illa quidem veteres cedũt. Quia recentiores arrogantiùs & inſolentiùs artis gloriâ vſui ſunt creduntur que dum veteres ambitioſiùs inſectantur inepta pleraque & abſurda calumniandi ſtudio proponere.

Multum crede mihi refert à fonte bibatur,
Quæ fluit, an pigro quæ ſtupet vnda lacu.

Digitized by Google

Anatomici { recentiores Sylnius Veſalius, Fallopius, Laurentius præcipui. / veteres { Galenus. / Ariſtoteles.

Ariſtoteles vniuerſum propè genus animantium attigit.
Galen. in hominis anatome diligentiùs elaborauit.

Monitum tertium.

De opera noſtra.

Nos primas anatomicæ rei ſumus ducturi lineas.

Diligentior hiſtoria partium humani corporis repetatur ex ſcriptoribus anatomicis.

Sed dato operam vt rudem & craſſiorem delineationem aut adumbrationem comprehendas *mente* & *memoriâ*, antequam te conferas ad lectionem diligẽtioris deſcriptionis & ad inſpectionem ocularem alicuius diſſectionis.

ARTICVLVS III.

De elementis, chylo &c.

Monitum.

Differentiæ partiũ enarratæ articulo primo, applicandę ſunt humano corpori.

Partes ſunt liquidæ, mediç, molles, durç.

Quæ liquidæ ſunt aſpectabiles, magiſue aſpectabiles vt *ſanguis*: vel minus aſpectabiles, vt ſpiritus, fumi, vapores.

Vniuerſum humanum corpus partim à ſemine, menſtruoque ſanguine, partim ab alimonia. De membrorum partiumque incremento in ſermone de accretione.

De elementis.

Ab elementis ſemen, menſtruus ſanguis & alimonia: vt elementa à materia & forma.

De quatuor elemẽtis, deq; eorum concurſu ad mixtionẽ alibi ſermo inſtituitur.

De chylo.

De chylo agetur vbi de alimento, & vegetanti anima.

De excrementis, & partibus corruptis.

De excrementis infra, vbi de partibus excrementitiis.

De ſemine in ſermone de generatione, & vi genitrice.

Corruptę partes non ſunt partes niſi ambiguè: vt ramus aridus, lapidea man⁹.

Monitum.

Non pauca paſſim offendentur quæ pertineant anatomicum ad negotium. Nam ex gr. verba fiunt de oculo in ſermone de aſpectu &c. de pulmone in ſermone de reſpiratione & voce, &c. de neruis, muſculis, &c. in ſermone de vi motiua, &c.

ARTICVLVS IIII.

De quatuor Humoribus.

§. I.

De toto genere.

Quid. Humor { interdum vſurpatur ad ſignificandum accidens è primis qualitatibus. / hocce loco non eſt qualitas, ſed ſubſtantia & ſuccus.

Succus verò { non quiuis; nam generatim Medicis humor ſubſtantia eſt noſtri corporis profluens, liquida, ſiue ſit vtilis ſiue noxia, quo ſenſu chylus, ſputum, vrina, ſanguis in humorum cenſu. / ſed ſpeciatim & propriè qui ex chylo opera facultatis vegetatricis procreatur, reſpondet proportione vni ex elementis quatuor, eſtque materia ſpirituum, partiumque ſimilarium ac diſſimilarium: aut certè aliquid excrementitium.

Accuratior definitio colligenda ex cauſis & affectionibus.

Officina. Hi { non fiunt in *corde*, vbi tamen Ariſtoteli eſt officina ſanguinis. / ſed inchoantur in *ventriculo*, & in *hepate* perficiuntur.

Maximè qua parte ſunt laudabiliores.

Nam pituita ſuperflua & inutilis { in cerebro / pulmone / ventriculo } generatur, cumulatur.

Vbi ſanguis elaboratur, { ibi etiam repurgatur ſuis ſordibus. / ibi etiam deponuntur excrementa, ſiue humores [excrementitij.

Iecur autem ſanguinis videtur eſſe opifex.

Propter quid. *Materia.* *Efficiens.* *Finis.* *Forma.*

Humores { ex *chylo* tanquam ex *materia* progenerantur aut exprimuntur, vt chylus ex alimonia in ventriculo conficitur. / procreantur *caloris* opera. An vnius & eiuſdem controuerſia eſt. / referuntur ad { alendum / temperandum / mouendum } corpus. / forma ſingulorum { *eſſentialis* & interna incognita, formæ rerum latent nos. / accidētaria multiplex petēda ex { colore / cōſiſtentia / temperie / ſapore } cęteris accidentibus.

Quotuplex Numerus adſtruitur { 1. conſenſu Medicorum & Philoſophorum. / 2. humorum analogia cum elementis perfectiorum animalium elementa ſunt humores. igni bilis reſpondet &c. / 3. numero { primarum qualitatum. / temperamentorum. / tempeſtatum anni. / 4. purgantium medicamentorum triplici genere & phlebotomia. / 5. facili obſeruatione ſingulorum in detracto ſanguine.

Digitized by Google

- Humorum
  - omniũ conceptacula ſunt venæ & arteriæ, vbi fouentur & conſeruantur ne concreſcant, ne corrumpantur. *ſedes præcipua.*
  - ſingulorum peculiare quoddam eſt & proprium.

Quiſque enim principem aliquam ſedem dicitur obtinere, vel aliquas, niſi quod ferè excipitur *pituita*.

Princeps illa ſedes neceſſe eſt polleat virtute per quam humorem congruentem attrahat, retineat.

- In hoc genere *Qualis.*
  - ſanguis eſt quiddam laudabilius. In quoque genere excellit aliquid.
  - cæteri ſunt quaſi excrementa ſanguinis.
- Præterea
  - ſanguine nutrimur.
  - reliqui humores valent
    - potius ad corpus
      - mouendum,
      - temperandum.
    - quam ad nutriendum.

§. 2.

Species prima ſiue bilis.

- Cholera ſiue bilis flaua *Quid.*
  - eſt quid humoris igneum ebulliens, expers animæ, leuiuſque cęteris humoribus.
  - tenuior atque calidior ſanguinis portio in hepate generata calore eius ex chyli parte calidiore propter &c.
- Cauſæ *Cauſſa.*
  - præcipuæ
    - materia
      - chyli pars calidior.
      - alimentum calidius.
    - efficiens iecur.
  - ſecundariæ & adaugentes
    - calor
    - inedia
    - iuuentus
    - æſtas.
- Sedes *Officina.*
  - præcipua eius folliculus fellis, qui in homine & pleriſque animalium.
  - vniuerſa corpus.
- Bilis *Affectiones.*
  - temperies
    - calida
    - ſicca
      - ſi non actu & conſiſtentia.
      - ſaltem poteſtate & viribus.
  - calor flauus.
  - ſapor amarus.
  - facultates variȩ ſolertes facit iracundos, leues, inconſtantes &c.
- Officiũ eius *Vſus.*
  - nutrire partes calidas & ſiccas.
  - mundare ſanguinem & inſtar ſalis & condimenti acuere.
  - detergere pituitam.
  - iuuare excretionem excrementorum.
  - excitare animal ad agendum.

Digitized by Google

16. In inſitionibus & ſeminum mixtionibus miſcentur formæ ſubſtantiales.

Reſp. { primò eſſe qui miſceri negent.
2. ſi miſceantur effici vnam formam ex duabus, vt efficitur materia vna ex duabus. propterea ſaltem non reperiri duas in eadem minima materiei parte. }

17. Suę ſunt formę pilis, vnguibus, cornibus &c. Cur non igitur & ſuę oſſibus?

Reſp. { quia duplex forma non cohęret ſimul, oſſa animātur anima rei totius, pili &c. nullo animantur modo.
vel ſunt quaſi plantę animali inſitę: vt quercui viſcus, muſcus. }

18. Diſpoſitio varia refertur ad variam formam variſue formas.

Reſp. { vel ad varias referri.
vel ad vnam quę inſtrumentis egeat. }

19. Non datur interitus ſine productione formę. Non datur generatio ſine interitu formę. R. reſpondendum in ſermone de generatione.

20. Quando moritur animal, non naſcitur forma. R. naſci.

21. Cum intromittitur anima rationalis in fœtum non fit corruptio.
Diſt. ſimplex C. ſecundum quid N.
Cęterum decima nona propoſitio alio pertinet.

Monitum.

Vix liquet per coniecturas quid ſit ſentiendum.
Hinc videtur contendendum ad vnitatem quantum licet.
Illinc videntur varię formę ex variis & diſſentaneis colligendę proprietatibus.
Quo momento amputatur digitus, eo deſeritur ab anima rationali, & tamen non videtur momento labefactari poſſe diſpoſitio vetus, vt aſtruatur noua cum noua forma ſubſtantiali.

SECTIO SECVNDA.

De Corpore animato ἁπλῶς, deque humano.

Res Anatomica.

ARTICVLVS I.

De Corpore rei viuentis, ſiue animatæ.

Quid, cur, quale?

CORpus animatum definitur *materia naturalis organica poteſtate proxima viuens, aut prædita vitali facultate.*
Eſt corpus naturale non artificioſum: vt corpus nauis.
Organicum & inſtrumentatum non expers organorum: vt cera.

Digitized by Google

Non quouis organicum modo: vt cadauer. Sed ita organicum vt proxima poteſtate viuat, contineat vitalem formam.

Conditiones ex definitione colligendæ.

Quomodo organicum corpus?

Organum in negotio cauſę efficientis generatim eſt id quo forma, efficienſue cauſa ad agendum vtitur.

Organum & inſtrumentum animę occurrit multiplex.

.n.
- *ſeparatum*
  - *quod contiguum*: vt ſtylus, ferra.
  - vel non contiguum: vt ſemen proiectum, quod in generatione inſtrumentum eſt plantę, vnde eſt decerptum.
- vel *coniunctum*
  - quod *accidens* vt calor.
  - vel *corpus*, vel diſpoſitum corpus.

Diſpoſitum corpus
- vel homogeneum, & ſimilare: vt corpus aquę.
- vel heterogeneum & diſſimilare: vt manus proprieque organicum.

porro corpus quod futurum eſt inſtrumentum animę debet eſſe propriè organicum & diſſimilare propter varietatem officiorum & facultatum rei viuentis.

Quibuſnam conſtat & abſoluitur eius diſpoſitio?

Primò certo *figura* genere (non certa vltima ſpecie) corpus humanum e. g. non poteſt rotundum eſſe.

2. *magnitudinis* certo non quouis modo. Res viuentes vt & artificioſę machinę limites habent tum magnitudinis, tum paruitatis.

3 *poroſum* eſt, aut ita affectum vt in ipſum alimonia inſinuari poſſit. Corpus rei viuentis nequit eſſe ſolidum more auri.

4. conſtat *temperiei* vario & certo genere.

5. etiam *partiali* forma ſubſtantiali. p. forma oſſis, forma radicis. n. ſi admittuntur formę quę dicuntur partiales.

Requiritur
- temperies quia forma non admittitur niſi in materiam diſpoſitam, non ſeruatur niſi in diſpoſita.
- varia temperies, quia variarum partium varia officia.

Omnino aptatur, diſponiturque corpus animatum, ita vt aliquam vitalem facultatem continere poſſit.

Cur?

Finis corporis huius eſt anima, animatum, & actio vitalis.

Illud corpus inſtrumentatum, & organicum animę domicilium videtur diſponi & elaborari à duplici cauſa.

Digitized by Google

Nempe { partim à *generante*, ſeu cauſa eff. ctrice rei animatæ, non ſine opera virtutis in materiam transfuſæ. p. à parente per virtutem ſeminalem, quia quod generat diſponit. De quare ſuo loco.
partim ab ipſa anima iam inducta: vt perſpicuum eſt in plantis, vniuerſis hominibus conualeſcentibus. }

Materia partim à ſemine, partim ab alimento.

Diſpoſitio iſta eſt cõgeries variarum rerum & categoriarum, ſed conſpirantium ad vnum eundemque finem, quæ que cõtineãtur in officio primum à generante, deinde ab inducta anima, formæ eſt continere.

Quot illic attributorum genera?

Quædam communia corpori organico cum rebus mixtis inanimatis: vt calor, ariditas, ſiccitas, durities.

Quędam propria viuentis corporis. p. quod ſit per ſe heterogeneum aliquid &c.

Obiectio.

Partes humani corporis non differunt ſpecie, genereuè à ſe inuicem: atqui oſſis & nerui materia eſt vna eademque ſpecie, itemque forma: Ergo.

D. { de forma *accidentaria*. N. quia differunt naturali temperamento.
de *ſubſtãtiali* D. totalis aut princeps C. partialis N. ſi dãtur partiales formę. }

Occupatio.

Aquæ partes videntur conſimili modo à ſe inuicem plerumque diſcrepare.

Nam { dum vna calet, altera friget.
dum vna rotunda, altera minime rotunda: Ergo nulla ſolutio. }

N. Ant. { 1. quia per naturæ propenſionem variæ partes aquæ non requitunt variam figuram, varium calorem aut frigus.
2. quia quæ figura deſideratur in corpore organico magnitudinis & paruitatis limites præſcriptos habet.
3. quæ pars corporis heterogenea certum per naturam poſtulat genus temperationis, configurationis. }

Partes corporis.

1. Aut ſunt *ſimilares* partes animati corporis.
Aut *diſſimilares*: vt manus, ramus.

Diſſimilares { componũtur ex ſimilaribus, heterogeneum ex homogeneis.
reſoluunturque in ſimilares ne progrediamur &c. }

2. Partes materiæ vnde coaleſcit animatum corpous mutantur, ſufficitur materies noua, per accretionem expellitur aliquid eius, quæ prius habebatur.

Idque { ſiue expellatur vetus forma, & noua inducatur.
ſiue non, vt in homine. }

3. Semper aliquid in animato corpore in animatum: vt ſuccus, aër.
Poroſum eſſe.

Inanime corpus non neceſſe eſt, animatum neceſſe eſt, vt admittat alimoniam.

Illæ
- *vera* partes, ac viuẽtes, & animatę anima rei totius: vt radix, caput, caro. 4.
- *excrementitia* partes: vt pili, pennæ, ſquammæ, vngues.
- *ſucci* laudabiles: vt ſanguis.
- *excrementa*, quę liquida, vel meliora.
- *aër* fere cum crudiori alimonia.

Sed in omni parte grandiori aliquid durius, aliquid mollius, aut liquidum. 5. 6.

Quę continuitas partium requiratur ad vnitatem formæ alibi quæritur.

Omnino partes animati corporis
- vel communi fruuntur vita.
- vel non de quare ſupra. 7.

Diuiſiones partiũ animati corporis occurrũt variæ vt declarabimus. Sed pars 8.
quęque eius tum homogenea, tum heterogenea, tum diſſimilaris, vel ſimi- 9.
ris obtinet præſcriptos magnitudinis terminos & paruitatis: nam alioquin, corpus totum non requireret, requirunt quia ſunt machinæ & inſtrumenta.

Quid proprie pars.

Definitio prima.

Pars Gal. quod totum complet.

Quo ſenſu quicquid ineſt in corpore ſecundum naturam dicitur Pars.

Idque
- ſiue conferat ad vitam degendam.
- ſiue ad commodiorem.

Hinc partium genera Aphrod. { ſpiritus, humores, ſolidæ partes } Hipp. { continentia. contenta. impellentia. }

Hinc apud Ariſtotelem { humores, ſemen, pili } inter partes.

Definitio Secunda.

Alijs pars corpus quod nec vndequaque circunſcriptionem habet, nec vndequaque coniunctum eſt alijs.

Etenim
- omni ex parte circunſcriptum totum eſt non pars.
- pars quę componit debet cohærere cum toto.

Hac finitione humores, quia vagi excluduntur, non pili, vngues.

Definitio tertia & commodiſſima.

Definiatur pars toti cohærens, communi vita coniunctum, & ad illius functionem, vſumue comparatum.

Ab hac notione
- ſpiritus & humores expunguntur quia------- { fluunt / anima ca- [rent }
- verrucæ & quæ adnaſcuntur, quia nullius vſus.
- tumores contra naturam, quia corporis actionem lædunt.

Diuiſio prima partium.

Animati corporis partium
- aliæ ita cohærent, vt communi fruantur vita, quę ſunt propriiſſimè partes rei viuentis: vt caro, neruus.
- aliæ ita cohærent, continuanturue, vt tamen non fruantur communi vita: vt rami aridi.
- aliæ non ſunt proprie continuæ & cohærentes, ſed contiguæ tantum: vt humores, pili.

Harum
- aliæ à quibuſdam conceduntur viuere: vt ſpiritus, pili.
- aliæ negantur: vt ſucci multi.

Secunda.

Partium
- quædam dicuntur viuere anima rei totius.
- aliæ negantur: vt pituita.

Idque
- ſine nihil animæ obtineant.
- ſiue dicantur ſibi vendicare aliquid proprię vitæ & priuatæ: vt pili, vngues, cornua.

Tertia.

Pars
- neceſſaria, vel non neceſſaria.
- ad vſum, ad ornatum, ad vtrumque.

Quanquam forte omnia & venuſte & vtiliter natura facit.

Quarta.

Eſt
- exterior: vt ſquamma, cutis, oculus,
- vel interior: vt cor, medulla.

Quinta.

Pars
- vel durior: vt os, radix, cartilago.
- vel mollior: vt caro & quod carneum.
- vel liquida: vt ſpiritus, ſanguis, pituita.
- partes liquidæ funduntur per duriores, & molles.

Sexta.

Eſt
- neceſſaria ad conſtitutionem congruentem: vt manus.
- vel ſuperuacanea: vt ſextus digitus.

Septima.

Eſt
- vel propter ſpeciei propagationem: vt fructus, ſemina.
- vel propter indiuiduum: vt pedes.
- vel propter vtrumque: vt ventriculus, hepar.

Digitized by Google

Octaua diuiſio.

Pars { communis animali cum planta, ſaltem per proportionem: vt fibra, brachium, cutis, membrana.
vel animalium propria: vt pes, pulmo.
vel plantarum propria: vt radix, truncus, flos, folium, &c. }

Nona.

Pars { ſimilaris quæ non diſſoluitur niſi in homogeneas.
diſſimilaris quæ diſſoluitur in diſparatas & diſſimiles: vt caput, folium. }

Diſſimilaris { quædam tantum propter figuram: vt neruus, cerebrum.
quædam etiam propter temperamentum partium: vt manus. }

Diſſimilaris { primò vendicat ſibi certam figuram, vel proprium temperamẽtum, vel vtrumque.
2. certam ſaltem & operationem dum animatur. p. auditum. }

An vendicet ſibi ſubſtantialem formam partialem, multaſque partiales quæritur.

Decima.

Pars { vel conuenit cuiuis viuenti: vt cutis, & ſanguis ſi ſumatur pro eo quod eſt propriè ſanguis, & pro analogo.
vel non: vt cor, pulmo. }

Quotuplex corpus viuens?

Eſt totale, vel partiale.

Conſideratur generatim, vel ſpeciatim, idque variè.

Eſt { plantæ: vt herbæ, fruticis, arboris, pili, vnguis.
animalis perfectioris, vel imperfectioris, &c. }

Conſideratur quidquid partium inuenitur in humano corpore: ſiue alibi reperiatur, ſiue non: ſubiungendę partes quæ belluarum propriæ: vt ſquāma, pinna, &c. vt tradantur vltimo loco quæ plantarum propriæ.

Vnde potiſſimum repetitur conſenſio et diſſenſio partium?

Identitas & diuerſitas partium potiſſimum repetitur à ſimilitudine, & diſſimilitudine officiorum vt ſignificauit Ariſtoteles: ſed repetitur etiam aliunde. p. à compoſitione, figura, temperamento, generante, &c.

ARTICVLVS II.

De Corpore humano et Anatome.

Eſtne Phyſici de anatome diſputare.

{ primò quia Philoſophi complures de rebus anatomicis tractauere: nobile Democriti ſtudium in diſſecandis animalibus: idem chamæleontis cor-

Digitized by Google

Eſt { corpus per omnia membra diſſectum peculiari volumine dignum iudicauit, teſte Plinio.
2. quia ipſe Ariſtoteles vtrãque artis anatomicę partem egregiè exercuit.
tertiò quoniam non certior demõſtrandi via, non vtilior indago facultatum & functionum, quã quę à membrorum notitia, vſu, ſtructura, actione.

Cur in limine ſermonum de animo doctrina anatomica?

Ridetur à Poetis Prometheus, quod cum hominem fingere & fabricare vellet, à maſſa terrena ſeu corpore incœperit.

O prima infœlix fingenti terra Prometheo.
Ille parum cauti pectoris egit opus.
Corpora diſponens mentem non vidit in arte,
Recta animæ primum debuit eſſe via.

Minus rectè {
primò quia coniugata ſe inuicem aperiunt & demonſtrant.
2. quia ordiendum à notioribus & magis ſenſibilibus. animæ natura nihil obſcurius: corpus per affectiones ſenſibiles patet.
3. quia corpus natura prius quam anima: hoſpitium & domicilium per naturam præcedere dicitur.
4. quia functionum varietas [quę niſi in materia, ſubiectoque non ſolet eſſe conſpicua] facultates arguit, earumque principium.
}

Naturæ inſtituto { à functionibus ad facultates / à facultatibus ad eſſentiale principiũ. } prouehimur.

Hoc autem in viuentibus anima eſt.

Quid Anatome?

Anatome {
propriè eſt {
artificioſa ratio diſſecãdi corpus hominis aut humanum cadauer.
humani corporis cũ ratione & iudicio adminiſtrata diſſectio & in partes tum ſimplices tum corruptas ad perfectam earum notitiam reſolutio.
abditarum hominis partium ſpeculatio.
}
latè pertinet ad quoduis animal. p. ad ſimiam, canem, &c.
latiſſimè ad corpus viuens aut cadauer eius.
}

Cuiuſmodi.

Anat. {
inter *præſtantiſſimas* diſciplinas. Dignitas æſtimetur ex humani corporis perfectione & commendatione. De qua re alij.
Vtilis {
vnicuique ad ſui notitiam.
Theologo ad faciliorem Dei cognitionem. *Confitebor tibi Domine, quia tua ſapientia magnitudinem declaraſti in corporis meſi fabrica.*
Philoſopho { tum per ſe, / tum propter animam & facultatum indaginem. }
}
}

indaginem.

neceſſaria *medico* ad { naturalium rerum ſcientiam, membrorum { *diagnoſim*, *prognoſim*, *therapiam*. } } &c.

Antiquitas.

Artis anatomicæ *vetuſtatem* ſacræ literæ non obſcuris veſtigijs referunt, in quibus plurimæ corporis humani partes deſignantur & delineantur. 1.

Oſtendit brutarum animantium diſſectio, quæ penes ſacerdotes & in publicis ſacrificijs exercebatur. 2.

Illic non licebat carnes pro arbitrio *laniare*.

Sed ἐργοτομεῖν, decenter & artificioſè partiri.

Confirmant ea tempora, quibus Salomon, Hom. Hipp. Democritus ſummi Anatomicæ ſcientiæ cultores floruerunt. 3.

Reueta {
cœpit cum arte medica & Philoſophia, & vt aliquis non temerè cenſuerit primis etiam parentibus innotuit, quos non eſt veriſſimile in tanta rerum omnium notitia ſuſtinere potuiſſe vt ſe ipſos haberent incognitos. 4.
exculta deinde eſt per occaſionem in ſacrificijs & à brutis animantibus ad hominem quoque traducta.
perducta tandem ad vltimum complementum, non tam ſcientiæ ſtudio, quam morborum cauſa, quorum ſedes, natura, cauſæ varietas non alia magis opera deprehendi poſſunt. }

Quotuplex anatome?

Eſt { totalis, partialis } { theoretica, actiua } { fortuita, artificioſa } { viua, mortua } { humana, belluina } &c.

Totalis, quæ in integro corpore celebratur.

Partialis, cùm pars aliqua, p. cerebrum, vel oculus à corpore reſectus conſideratur.

Theoretica, cum ſecamus cogitatione ſola.

Actiua, quando etiam manu.

Vtramque exequutus Ariſtoteles { hanc 7. voluminibus quæ περὶ ἀνατομῶν conſcripſit teſte Laertio. illam libris de hiſt. de partibus & de gen. } anim.

Fortuita, quæ contingit caſu: vt ſi vulneris occaſione inteſtinorum ſitus & inferioris ventris partes inſpiciantur, quæ *Empiricorum* propria eſt.

Artificioſa, cum de induſtria peragitur partium occultarum cauſa.

Viua exercetur in corpore *viuo*.

Mortua in *cadauere*.

Humana hominem duntaxat explicat, cuius partes vniuerſę aliqua ratione diſcrepant à belluinis.

Belluina in brutarum animantium diſſectione occupatur.

Cur ſeligitur humanum corpus ſpeciatim explicandum?

Primò quia eſt præcellentiſſimum & quaſi exemplar cæterorum.
2. quia ferè clariſſimum eſt, ſaltem ſi ſpectentur partes exteriores.
3. quia maximè neceſſaria & vtilis notitia eius.
Quanquam brutorum anatome vtilis & in vſu.
Cogimur interdum humani cadaueris penuria brutorum corpora ſubſtituere, quę ad ipſum propius accedunt.
Eorum genera ſex medici recenſent. Ruffus Epheſ. c.17. lib. 1.

Eſt ne vtilis, aut neceſſaria viuentis hominis anatome?

Fuere qui cenſerent *neceſſariam*.

Sententia prior. Quia
- in *cadauere* ſola partium organica conſtitutio.
- in *viuente* etiam actio ſpectatur.

1. Vt olim Herophilus & Eraſiſtratus nocentes homines à Regibus accepere, vt etiam ſpiritu remanente ea, quæ natura ante clauſiſſet conſiderarent.
Crudelem quia neque paucorum hominum eorumque nocentium ſupplicijs reſpondentia populis queruntur innocentibus.
Quod etiam ſuperiore ſeculo nonnullis factum, vt Veſalio & Iac. Carpo.
2. Sed crudelis & impia curioſitas: adde etiam *inutilis*.
Nam ſi corpora metu, dolore, inediâ, cruditate, laſſitudine, mille alijs mediocribus affectibus ſæpe mutatur, multo magis veriſſimile eſt ſub grauiſſimis vulneribus & ipſa trucidatione immutari.

Poſterior. Præſtat in brutis viuam anatomen adminiſtrare, in quibus eadem quæ in homine viuo poſſunt obſeruari.

p.
- motus
  - cerebri.
  - cordis & arteriarum.
  - pulmonis.
  - diaphragmatis.
  - inteſtinorum.
- fœtus in vtero conſtitutio.
- vocis formandæ ratio.
- eius & reſpirationis inſtrumenta.

Quid humanum corpus & quotuplex?

Corpus humanum eſt corpus naturale, organicum, idoneum ad recipiendam, continendamque animam rationalem.

Id	prodigioſum	mutilum	exiguum	nigrum	ſexus maſculini.
					fœminini.
	vel non	integrum	grandius	album	vtriuſque.

Item
- cum ſuperuacaneis, inſuetiſque partibus.
- vel ſe aliter habens.

Philoſophia autem docet ea quæ *ſemper* fiunt, vt & quę *plerumque tantum*.

Quot modis conſideratur humanum corpus?

Conſideratur	nunc viuum	nunc confuſè.
	nunc mortuum	nunc diſtinctè.

Confuſè .i. per modum *totius*.

Diſtinctè .i. per partes, per anatomen & diſtributionem.

Quot modis conſideratur per partes?

Quatuor maximè:
- primò ita vt quicquid *includit*, includereue ſolet, numeretur inter ipſius partes: (quicquid, inquam, corporis) quo ſenſu aer, cibus, & pharmacum partes videri poſſunt.
- 2. itaut cum animalis partibus referantur vnà ad totú humanum corpus quæcunque illic conſueuerunt inueniri alia ab aere incluſo pharmaca, cibo propriam retinente formam, & partibus corruptis p. pures.
- 3. itaut cum animalis partibus cenſeantur quæcumq; alia ab aere neceſſaria ſunt ad tuitioné vitæ, vt cibus, chylus.
- 4. ita vt ſolæ partes animatæ & per animam humanam viuentes inſpiciantur.

Quo modo hîc nobis inſpiciendum?

Secundo, maximè, itaut partes corporis in varias claſſes tribuantur, vt ſunt tributæ in rudimentis.

Vnde difficultas artis anatomicæ?

Partìm à *re* ipſa: partim à *nomenclatura*.

De nominibus proprijs partium corporis humani, eorumque vſu multiplici: tum in ipſo anatomico argumento: tum per metaphoram. Conſulendi ſunt anatomici cum Camerario.

Difficultatis profectæ à *re* ipſa argumentum multiplex.

p.
- *Diſſenſio eorum* qui ſcripſerunt de re anatomica.
- *Multiplicitas elementorum* & partium humani corporis.
- *Varietas contextus*, figurationis, ſitus, magnitudinis.
- *Obſcuritas vſus* & officij.
- Naturæ *inconſtantia*, & excurſus.

Anatomicorum diſſenſio.

Diſſenſio
- vna generalis, quæ de ipſa anatome.
- altera *particularis*, quæ de ſingulis humani corporis partibus.

P.
- partium principatu.
- origine
  - venarum
  - neruorum.
- cordis ventriculis.
- cerebri actione & facultatibus
- lienis vſu.
- teſtium officio.
- abdominis muſculis, &c.

quæ celebriorum controuerſiarum exempla.

Nonne hîc ſaltem Natura conſtans?

Quanquã liberior dephrehenditur natura dum molitur plantas in partiũ configuratione, numero, magnitudine, colore, &c. hominiq; homo ſimilior, quã quercui quercus, fago fagus; tamen in cõtexendo humano corpore non ita eſt certæ addicta legi & conformationi, vt non interdum aliqua varietate ludat & excurrat.

Sed { *conſtantior* ferè eſt, ſi ſpectes membra grandiora, partes principes & nobiliores, earumque potiſſimos ramos & propagines.
variat non rarò, ſi ſpectetur partium minorum & ignobiliorum .p. venularum ſitus, configuratio, numerus, magnitudo &c. }

Quanquam etiam in præcipuis illis nonnunquam aliquid ſibi permittit varietatis.

.p. { in pupilla, quæ interdum gemina eiuſdem oculi.
in renibus, qui ætate noſtra conſpecti ſunt quater gemini.
in maioribus venarum ramis, vt duplici intercoſtali, loco azygo venæ.
in inteſtinis, vt cœlo, duodeno.
in veteri vaſis, quæ quatuor vtrimque obſeruata Herophilo.
in ſitu hepatis, quod in ſiniſtris viſum, vt in dextris lien. Plinius. }

Quod imprimis animaduertendum ne temerè veniat in mendacij ſuſpicionem quicquid deprehenditur ſcriptum, nec ſatis congruit conſtructioni alicuius corporis, cuius diligentem diſſectionem intueatis.

Monita circa doctrinam ſuperiorem.

Monitum primum.

De naturæ excurſu, & mutationibus.

In omni propè rerum genere multa viſuntur hodie aliter ſe habere quam veterum temporibus.

De imminuta corporis noſtri magnitudine querela eſt vulgatiſſima.

Terra malos homines nunc educat atque puſillos.

Vita quoque veteribus quam noſtris hominibus longior fuiſſe creditur.

Morbi etiam noui & inſolentes iactantur.

Plantarum & metallorum ſpecies aliquot dicũtur defeciſſe. de qua re diximus ad libros de Cœlo.

Quæ mutantis naturæ incõſtãtia (ſi eſt vlla) { vel à cœlo & ſyderum influxu.
vel à ſolo & regionum varietate.
in animalibus etiam à victu & alimentorum qualitate pendet. }

Monitum ſecundum.

De Scriptoribus anatomicis.

Videtur { vt in *ætiologia* plurimum *veteribus* deferendum.
ſic in *hiſtoria* magis fidendum *recentioribus*. }

Tametſi quorundam iudicio ne in illa quidem veteres cedũt. Quia recentiores arrogantiùs & inſolentiùs artis gloriâ vſi ſunt creduntur que dum veteres ambitioſiùs inſectantur inepta pleraque & abſurda calumniandi ſtudio proponere.

Multum crede mihi refert à fonte bibatur,
Quæ fluit, an pigro quæ ſtupet vnda lacu.

Anatomici { recentiores Sylvius Veſalius, Fallopius, Laurentius precipui.
veteres { Galenus.
Ariſtoteles. }

Ariſtoteles vniuerſum propè genus animantium attigit.
Galen. in hominis anatome diligentiùs elaborauit.

Monitum tertium.

De opera noſtra.

Nos primas anatomicæ rei ſumus ducturi lineas.

Diligentior hiſtoria partium humani corporis repetatur ex ſcriptoribus anatomicis.

Sed dato operam vt rudem & craſſiorem delineationem aut adumbrationem comprehendas *mente* & *memoriâ*, antequam te conferas ad lectionem diligétioris deſcriptionis & ad inſpectionem ocularem alicuius diſſectionis.

ARTICVLVS III.

De elementis, chylo &c.

Monitum.

Differentiæ partiũ enarratæ articulo primo, applicandę ſunt humano corpori.

Partes ſunt liquidæ, mediç, molles, durç.

Quæ liquidæ ſunt aſpectabiles, magiſue aſpectabiles vt *ſanguis*: vel minus aſpectabiles, vt ſpiritus, fumi, vapores.

Vniuerſum humanum corpus partim à ſemine, menſtruoque ſanguine, partim ab alimonia. De membrorum partiumque incremento in ſermone de accretione.

De elementis.

Ab elementis ſemen, menſtruus ſanguis & alimonia: vt elementa à materia & forma.

De quatuor eleméťis, deq; eorum concurſu ad mixtionẽ alibi ſermo inſtituitur.

De *chylo.*

De chylo agetur vbi de alimento, & vegetanti anima.

De excrementis, & partibus corruptis.

De excrementis infra, vbi de partibus excrementitiis.

De ſemine in ſermone de generatione, & vi genitrice.

Corruptç partes non ſunt partes niſi ambiguè: vt ramus aridus, lapidea man*.

Monitum.

Non pauca paſſim offendentur quæ pertineant anatomicum ad negotium. Nam ex gr. verba fiunt de oculo in ſermone de aſpectu &c. de pulmone in ſermone de reſpiratione & voce, &c. de neruis, muſculis, &c. in ſermone de vi motiua, &c.

Digitized by Google

Humorum
- omniū conceptacula ſunt venæ & arteriæ, vbi fouentur & conſtruantur ne concreſcant, ne corrumpantur. *ſedes præcipua.*
- ſingulorum peculiare quoddam eſt & proprium.

Quiſque enim principem aliquam ſedem dicitur obtinere, vel aliquas, niſi quod ferè excipitur *pituita*.

Princeps illa ſedes neceſſe eſt polleat virtute per quam humorem congruentem attrahat, retineat.

In hoc genere *Qualis.*
- ſanguis eſt quiddam laudabilius. In quoque genere excellit aliquid.
- cæteri ſunt quaſi excrementa ſanguinis.

Præterea
- ſanguine nutrimur.
- reliqui humores valent
  - potius ad corpus
    - mouendum.
    - temperandum.
  - quam ad nutriendum.

§. 2.

Species prima ſiue bilis.

Cholera ſiue bilis flaua *Quid.*
- eſt quid humoris igneum ebulliens, expers animæ, leuiuſque cęteris humoribus.
- tenuior atque calidior ſanguinis portio in hepáte generata calore eius ex chyli parte calidiore propter &c.

Cauſæ *Cauſſa.*
- præcipuæ
  - materia
    - chyli pars calidior.
    - alimentum calidius.
  - efficiens iecur.
- ſecundariæ & adaugentes
  - calor
  - inedia
  - iuuentus
  - æſtas.

Sedes *Officina.*
- præcipua eius folliculus fellis, qui in homine & pleriſque animalium.
- vniuerſa corpus.

Bilis *Affectiones.*
- temperies
  - calida
  - ſicca
    - ſi non actu & conſiſtentia.
    - ſaltem poteſtate & viribus.
- calor flauus.
- ſapor amarus.
- facultates varię ſolertes facit iracundos, leues, inconſtantes &c.

Officiū eius *Vſus.*
- nutrire partes calidas & ſiccas.
- mundare ſanguinem & inſtar ſalis & condimenti acuere.
- detergere pituitam.
- iuuare excretionem excrementorum.
- excitare animal ad agendum.

Digitized by Google

Varietas. Cholera
- intra folliculum / vel extra
  - corrupta eſt / vel incorrupta
    - naturalis / præter naturam

Item
- alimentaria / excremētitia
  - vitellina.
  - porracea.
  - æruginoſa.
  - glaſtea.

Quæ diuidendi ratio homonyma eſt & ad cæteros humores adhiberi debet.

§. 3.

Species 2. ſiue nigra bilis.

Nomen. In humoris huius nomine periculoſa latet ambiguitas.

Nam
- *melancholicus* humor ſuccus eſt craſſus, niger, fæculentus.
- ſed *naturalis* appellatio à colore nigro.
- *atra bilis* propriè humorem ſignificat totâ ſpecie naturæ infeſtum.

Quid. Priori ſenſu
- eſt humor terrenus, grauis & expers animę.
- craſſus & fæculentus humor qui vnâ cum ſanguine per venas meat generatus in hepate calore illius, ex chyli & alimenti parte magis terreſtri propter &c.

Cur. Cauſę
- præcipuæ
  - materia portio magis craſſa & terrena
    - chyli.
    - alimenti.
  - efficiens hepatis calor ſed imminutus.
- adiuuantes
  - frigidior corporis conſtitutio.
  - autumnus.
  - ſenilis ætas.
  - longus mœror.

Officina. Sedes eius pręcipua in liene, à quo per ſplenicum portę ramum prolicitur.

Affectiones. Is
- temperamento
  - frigidus
  - ſiccus.
- colore niger.
- ſapore
  - acerbus
  - acidus.

Propter quid. Vſus
- terreſtres partes, vt oſſa nutrire.
- ſanguinem craſſiorem reddere.
- vim retentricem roborare.

Genera varia, affectibuſque diſſimilia.

Quotuplex Eſt
- naturalis / præter naturam
  - vtilis.
  - inutilis ſiue ſuperfluus.
  - noxius.

Naturalis

Digitized by Google

- Melancholia
  - naturalis
    - animi conſtantiam & firmitudinem parit.
    - iudicium acuit & ingenium. Cur melancholici ingenioſi quæſitum alibi.
  - præter naturam
    - obtundit ingenium.
    - terret animum.
    - metum inducit & triſtitiam ex Hipp. Aph.

Facultates.

§. 4.

Species tertia ſiue pituita.

- Phlegma ſiue pituita
  - eſt quid humoris aqueum, crudum & expers animæ.
  - totius ſanguinis crudior portio.
  - ex dimidio coctus ſanguis & ſemicocta quidem alimonia.

Quid.

Et ſanè ſi validè excoquatur inde aliquid ſanguinis natura eruit.

- Cauſæ
  - præcipuæ
    - materia
      - chyli pars frigidior, humidior.
      - alimentum omne frigidum, humidum, viſcidum, craſſum.
    - efficiens iecur.
  - adiuuantes
    - ſomnus diuturnus.
    - tempus pluuium & hyems.
    - ſenilis ætas.

Cauſa.

Funditur per corpus vniuerſum: ſed ita vt credatur à nonnullis præcipuè reſidere in ventriculo, cerebro & pulmone. *Sedes.*

- Officium
  - flauæ bilis & ſanguinis ardorem *temperare.*
  - frigidiores partes *nutrire.*
  - per inediam in ſanguinem verti & in alimentum cedere.

Vſus.

- Pituita
  - tẽperie
    - frigida
    - humida.
  - colore alba aut potiùs pellucida.
  - ſapore nullo.

Affectiones.

- Varia eſt. Differentiæ à
  - ſapore.
  - colore.
  - alijs qualitatibus.

Differentiæ.

- Eſt
  - frigidior
  - calidior
    - acida
    - ſalſa
      - aquea.
      - mucoſa.
      - vitrea.
      - gypſea.
        - &c.

Digitized by Google

§. 5.

Species quarta ſiue ſanguis.

Nomen. Sanguis
- nunc miſcellam ſignificat quatuor humorum qui permiſti ſimul & confuſi continentur in venis quamquam aliter ſentit Ariſtoteles.
- hic illius maſſæ pars quarta rubicũdior, humidior & dulcior portio.

Notio. Eſt
- aëreus humor, ideoque aliquid calidum, humidum.
- ex quatuor humorum congerie pars humidior, calidiorque, proindeque temperamenta ex conſimili chyli & alimenti portione in hepate genita, ad totius corporis nutritionem.

Cau. Cauſſæ
- præcipuæ
  - materia temperatior, chyli portio.
  - efficiens Iecoris parenchyma.
- adiuuantes
  - temperies aeris
  - vernum tempus.
  - adoleſcentia.

Temperamentum. Tẽperamẽtũ eius
- frigidius Ariſtoteli & Hippocrati l. de corde. ex quorum ſententia ſi calet ſanguis, calet magna ex parte per vim alienam vaporum more, non naturę propenſione.
- calidum reuera alioqui
  - eandem haberet materiam cum pituita.
  - non nutriret.
  - calorem natiuum non foueret, non deferret per omnes partes: vitali ſpiritui materiam non ſuppeditaret.

Officina. Princeps ſedes *Hepar* cum *Venis*. Conſulendus ſermo de nutritione.

Neceſſitas Animalibus
- ſanguineis ineſt.
- in
  - exanguibus
  - plantis

  aliquid ſanguini analogum.

ſanguis. Sanguis varius
- ſpiſſior / rarior
  - naturalis / vitioſus
    - purus / impurus
      - &c.

Quæritur ſit ne ſanguis animatus?

Sententia Prima.

Sanguis vnus in arteriis qui animatus.
Alter alibi qui inanimatus.

Idque
- ſiue ſit in venis.
- ſiue ſit fuſus per carnes & alias ſolidiores partes.

Cenſura.

Quod continetur in arterijs eſt ſpiritus vitalis non ſanguis propriè.

Digitized by Google

Aut ſi eſt ſanguis,ſpiritnoſus eſt ſanguis.

Sententia ſecunda.

Vnus inanimatus ſanguis qui in iecore,aut venis.
Alter animatus,qui intra carnes parteſque id genus duriores.

Sententia tertia.

Nonnullis vt *os* informatur quidem anima ſentienti,ſed non ſentit.
Ita *ſanguis* informatur anima vegetante,non tamen ita vt vegetet.
Itaque ſi ratiocinando eos ſic adoriaris.
Quod animatum eſt,id ſaltem vegetat.Sanguis animatus: Ergo &c.

Diſtingunt Prop. in hunc ſenſum & modum { totale C. / partiale N.

Ergo inquis anima in ſanguine eſt inutilis.
R.negando quia ſanguinem informat,quamuis non animet ipſum.

Sententia quarta.

Quibuſdam abſolutè ſanguis videtur eſſe animatus, ſaltem dum ſumitur merus, & ſecluduntur humores alij qui cum ipſo permiſcentur.

Sententia quinta.

Multis ſanguis eſt animatus poteſtate proxima non autem actu. *Scoto & aliis.*
Confirmatur hæc ſententia teſtimoniis Ariſtotelis.

Nam { humores non ſunt partes animalium primo de partibus cap.1.& 10. / quod aqua eſt plantis irriguis,id ſanguis animali ex cap. 5.

Confirmatur phyſicis rationibus.

.p. { primò quia ſanguis eſt alimentum,hoc initio forma diſſimile. / 2.quia ſi ſanguis foret animatus,nō ſtatim atque exiit è vena belluæ animam deponeret.Quandoquidē non deponit ſtatim temperamentum.

3.quia ſanguis non vegetat,non augetur more viuentium rerum.
Confirmant præterea Theologi quidam hāc ſententiam.Quia ſacroſanctis in myſteriis *ſanguis* non eſt vna cum corpore niſi per concomitantiam? videtur autem futurus per ſe illic ſi ſit animatus,& pars animalis animata.

Teſtimonia quædam Ariſtotelis pro animatione ſanguinis & explicatio.

Sāguis eſt { pars primo de partibus cap. 1. / pars ſimilaris 3.de hiſt. cap. 2. / pars mollis 2. de part. cap. 7. Ergo animatus.

Digitized by Google

D. Ant. { quæ ſit viua & animata N.
quæ pertineat ad integritatem, ornamentum & perfectionem C.

2. Ex 2. de partibus ſanguis ſolus *animatur* (ac feruet.)

D. { ſi animari interpreteris euadere animatum, conuerti in ſubſtantiam animalis C.
ſi eſſe animatum [vt ſunt oſſa & carnes] hoc ſenſu non animatur propriè.

Impropriè tamen animatus ſanguis appellari poſſit, quia continet calorem quo fouetur vita.

Phyſicæ rationes, & obiectiones.

1. Viuere non poteſt animal ſanguineum ſine ſanguine: vt nec exangue ſine ſucco analogo.

Ergo pars animalis tum ſanguis, tum ſuccus ille proportionalis.

R. eſſe partem integrantem, non animatam.

2. Soboles efficitur ex ſubſtantia patris.

D. { ſi ſubſtantia complectitur quidquid ad integritatem pertinet C.
ſi tantum partes viuas & animatas propriè,

diſtingo { ratione ſanguinis N.
ratione ſpirituum, qui permiſcentur cum ſanguine & ſemine C.

quanquam forte naturales ſpiritus non ſunt animati.

Theologicæ.

1. Sanguis inter partes Chriſti. D. integrantes C. animatas N.

2. Sanguis ille vere vnitur cum diuinitate, ideoque infiniti eſt meriti & valoris: ergo eſt pars viua & animata. Negatur conſequutio.

3. Chriſtus non aſſumpſit aliam formam à rationali anima: aſſumpſit tamen ſanguinis formam: Ergo.

D. P. { aliam quæ ſit perfecta & propter ſe C.
aliam quæ ſit imperfecta, & propter rationalem. p. formas vnguium, capillorum, &c. N.

Anima in ſanguine Leuitici 12. &c.

D. tanquam in ſubiecto N. tanquam in cauſa conſeruante C.

4. In Sacroſancto Calice c[...] to per concomitantiam, &c. quod pars partem comitetur: Ergo ſanguis eſt pars.

5. R. eſſe ſed integrantem tantum.

Concluſio & monita.

1. Conſtat { chylum, qui futurus eſt caro nondum eſſe animatum & viuentem.
carnem contra eſſe viuentem, atque animatam.
chylum paulatim elaborari & accedere ad naturam carnis.

Quo momento elaborationis chylus animetur non liquet.

2. Forte veriſſimilius eſt aliquid ſanguinis eſſe animatum, maximè ſi *ſpirituum* vlli aſſeruntur animati.

Digitized by Google

Si quis animatus ſanguis.p. ille qui paulo ſpiſſior & magis glutinoſus, *mutatio* eius in partem duriorem .p. in carnem non eſt futura generatio: niſi aſtruuntur partiales formæ. p. forma oſſis, forma carnis, ſed tantum *alteratio* quædam: non ſecus atque quando puerorum oſſa indurantur. 3.

Argumenta quę proferuntur contra animationem ſanguinis non ſunt ſolutu valde difficilia, & fere non minus oppugnant *ſpirituum* quam ſanguinis animationem. 4.

Si *animatur* aliquid ſanguinis, aliquid ſpiritus, non videtur improbabilis opinio eorum qui negant ad *vnitatem* formæ in viuentibus requiri exquiſitam *continuitatem* materiei. 5.

Non videtur continuari cum vena ſanguis exquiſita continuatione, niſi forraſſe dicas aquam continuari proprie cum innatanti glacie, eodemque modo ſanguinem cum ſuo alueo.

Quæritur poſſit ne aqua liquida continuari cum dura. n. cum glacie.

Continuantur ne in nobis humida cum duris, & ſpirituoſa cum vtriſque.

ARTICVLVS V.

De ſpiritibus & medijs partibus.

§. PRIOR.

Quid ſpiritus?

Spiritus
- alibi
  - interdum atque ſubſtantia incorporea, vt Metaphyſico in negotio.
  - nonnunquam ventus & aer.
  - ſępe exhalatio, flatus.
  - aliquando *fumus*, qui complectatur tum vapores, tum exhalationes.
- quarum rerum vtraque intra corpus animalis procreari poteſt.
- nunc eſt ſanguis tenuior ſeu quaſi quinta ſanguinis eſſentia, aut potius ſubſtantia quædam animalis propria ſanguine tenuior, calidior, qua peragitur vel *nutritio* & ſanguis, vel motus & ſenſus.

Definiatur
- corpus tenue & calidum primum naturæ & animæ in obeundis functionibus inſtrumentum.
- corpus
  - æthereum
    - non natura & origine.
    - ſed tenuitate & operandi perfectione.
  - caloris ſedes.
  - facultatum domicilium & vinculum.
  - primum peragendæ functionis organum.

An ſit?

Exiſtētia colligitur
- primò ex motu & ſenſu, &c.
- 2. ex arterijs & corde, quæ aſſiduè pulſant.
- 3. ex ventriculis cordis cerebri cauitatibus, neruorū ſinubus & manifeſto ductu qui cum in cadauere inanes viſantur ne admittant vacuum tenuiſſima quadam aura in viuentibus repleri fatendum eſt.

4. impulſu multarum rerum, vt locij qui cum impetu erumpit è veſica, ſanguis, qui è vena & arteria.
5. Hippocratis authoritate & Aphrodiſęi, quibus tria ſunt partium genera, &c.

Cur?

Spirituum
- materia ſanguis.
- officia inſeruit
  - nutritioni.
  - ſenſui.
  - motui.
- opifex anima per calorem.

Officina.

Officina varia pro vario genere. p.
- iecur
- cor
- cerebrũ.

De qua re in ſingulis ſpeciebus.

Quotuplex?

Ex medicis Spiritus
- *fluens*, influens, vagus, oberrans.
- *fixus*, inſitus, complantatus, permanens.

Inſitus, qui ex ſemine ducit originem, ſolidis partibus primum inſidet, à quibus in carnoſas poſtea propagatur.

Varietas eius à varietate partium & temperamentorum.

Influens qui à principibus partibus, vbi ſingulorum officina eſt continenter emanat in fixi ſubſidium: ſpiritus, quo inſtauratur permanens, vt qui in arteriis continetur.

Quotuplex fluens?

Triplex
- *naturalis*. De quo nomine Scal. in lib. de plant. Ariſtot. & nos alibi.
- *vitalis*, qui inſeruit vitali facultati.
- *animalis* qui animali.

Cuiuſque cauſæ?

Spirit'
- *naturalis*
  - materia tenuior & vaporoſa ſanguinis portio.
  - opifex iecur vi & proprietate ſibi inſita.
  - officina idem iecur.
  - ſedes pręcipua idem viſcus & venę.
- *vitalis*
  - elaboratur in ſiniſtro cordis ventriculo.
  - materia
    - ſpiritus vitalis
    - aër inſpiratus

    per quos ductus materia hęc deferatur petendum ex Anatomicis.
  - funditur à corde per arterias &c.

- *Animalis*
  - fit in cerebri ventriculis.
  - materia
    - remotior
      - aër purus.
      - vapor odoratus.
    - propior ſpirit⁹ vitalis per iugulares internas & carotidas delat⁹ ad cerebrũ vbi diligẽti⁹ elaboratur, tẽperatur.
  - efficiens
    - non temperies & qualitas manifeſta cerebri.
    - ſed propria & peculiaris facultas.
  - à cerebro in vniuerſum corpus deriuatur.

Diſcrimina.

Differunt hi ſpiritus { tenuitate, agilitate, ſede, officio } &c.

Spiritus
- vitales, animales } credũtur ferè animati, vtpote propria inſtrumẽta { vitę. ſẽſus. mot⁹.
- naturales non videntur animati & viuentes proprie, ſaltem qui per ſanguinem funduntur niſi ſanguis ille ſit animatus.

Nam alioquin in animali daretur pars animata planè ſecreta à cęteris animalis partibus, n. ſpiritus ſanguine circunſeptus ex omni parte.

§. poſterior.

Mediæ partes.

Media pars adeps, ſeuum, medulla.

Quid media pars? Eſt mollis, liquida & fluens minus quam chylus, ſpiritus, humor & ſeuum magis quam partes reliquæ.

Adeps cur?

Adipis
- materia pinguior & tenuior & magis aërea ſanguinis portio concreta & quaſi congelata.
- efficiens calor debilior, ſanguis enim contactu membranarum & partium frigidarum cogitur & craſſeſcit.
- officium
  - primo natiui caloris cuſtodia prohibito illius effluxu.
  - 2. ſubiectarum partium tutela ab externis iniuriis.
  - 3. facilitas motus & ſicciorum corporum *oblitio.*
  - 4. vaſorum firmitas & meatuum occluſio.

Vbi copioſus. Sub cute copioſus generatur adeps, quia cutis craſſior & denſior tenuiorem ſanguinis partem per tenues vaſorum tunicas roris inſtar exudantem retinet & incraſſat.

Seuum. Seuum ab adipe ſiue pinguedine affectione potius quam natura videtur diſcrepare. i. κατ' ἧττον καὶ μᾶλλον, ſecundum magis & minus: etiam ſi admittas partiales formas.

Medulla. Medulla pars eſt corporis ſimplex, humida, mollis, pinguis, dulcis neruorum & ob id ſenſus expers, oſſibus contenta, & eorum familiare alimentum.

Digitized by Google

Medullula
- intra oſſa grandiora, magiſque concaua continetur. Ariſtoteles 3. de hiſtoria, non omnibus oſſibus medullam videtur tribuere
- eorum ſaltem aliqua ex parte eſt alimentum. nam negare videtur Ariſtoteles cap. 6. lib 2. de partibus.
- eſt quaſi ſanguis alteratus, dealbatus, naturam oſſis induens.

Conſulendus ſermo de nutritione.

Medulla triplex pro triplici oſſiũ cauitate
- rubicunda in maioribus grandiorum oſſium cauitatibus.
- candida in minoribus exiguorum.
- non tam medulla quam medullaris ſuccus in ſpongioſis.

ARTICVLVS VI.

De Partibus ſimilaribus.

De toto genere.

Quæ ſeries partium ratione duritiei & oppoſitarum affectionum?

Sunt
- *halituoſæ* & ſpirituoſæ partes, vt ſpiritus, vapores, exhalationes.
- *humidæ* propriè & per ſe, non more madidę ſpongiæ, vt ſanguis.
- *molles.*
- *mediæ* inter duras & molles.
- *duræ.*

Cur à ſimilaribus ordiendum?

Quod ſimplex, id compoſito & natura & doctrina prius eſt.

Itaque de ſimplicibus partibus ſiue ſimilaribus antè agendum eſt quàm de cõpoſitis, diſſimilaribus.

Quid pars ſimilaris?

Similare & homeomeres primo quod non poteſt diuidi niſi in partes homogeneas & planè ſimiles: vt cera diuiditur in ceras.

2. quicquid in ſimiles partes diuidi poteſt, vt lac, caro, ſiue poſſit in diſſimiles, ſiue non.

Idem pro diuiſione varia diuiditur
- nunc in partes ſimiles.
- nunc in diſſimiles.

Arteria
- poſteriori modo eſt quid ſimilare, vt & lac.
- priori modo non eſt, quia conſtat fibra, membrana &c.

Arteria
- poteſt diuidi in fibram & membranam. De qua re etiam poſtea.
- poteſt etiam frangi in partes ſimiles.

Lac
- ſimilare ſi diuidatur in duas partiones, quarum vnaquæque ſit lac.
- diſſimilare, ſi ſpectetur caſeus, ſerum, & cremor.

Monitum Idem nomen nunc partis ſimilaris, nunc diſſimilaris, vt muſculus.

Quia

Digitized by Google

Quid pars ſimilaris in homine?

Similaris pars
- vocatur ſimilaris, ſimplex, incorporata, homœomeres, prima, ſolida, informis (vt opponatur organicæ ſiue inſtrumentariæ.)
- definitur
  - generatim quæcumque diuidi poteſt in ſimiles partes, ſiue poſſit in diſſimiles, ſiue non: quo ſenſu humores, ſpiritus & mediæ partes vnà cum chylo & ſero inter partes ſimilares.
  - ſpeciatim eſt pars corporis humani minus liquida, fluens aut mollis, quàm mediæ partes humores & ſpiritus: atque hoc quidem ſenſu ſimilare hoc loco vſurpatur.

Forma ſiue eſſentia ſimilarium partium num tota ſit in temperamento poſita controuerſia eſt.

Quot ſunt genera partium ſimilarium?

Similares
- quædam ratione *forma* ſiue figuræ, quæ vnius formæ & figuræ, vt vena, arteria.
- quædam ratione *materia*, vt caro, cuius etiam minima particula (caro eſt.

Item
- quædam *re ipſa* ſunt ſimilares, vt os, caro, ligamentum.
- quædam *ad ſenſum* tantum, vt neruus, cuius ſubſtantia
  - interior medulloſa.
  - exterior membranoſa eſt.

Item
- quædam *molliores*, quæ flecti poſſunt, & extendi ſine partium diſſolutione: vt ligamenta & membranæ.
- quædam *duriores*, quæ flecti nequeunt niſi frangantur, vt oſſa.

Diuiſio præcipua:

Petita ex materiali ipſarum principio.

Duo ſunt noſtræ generationis principia
- vtrumque ſemen.
- maternus ſanguis.

Ex quibus partes generantur ſimplices atque ſimilares.

Inter ſimilares partes
- caro dicitur *ſanguinea.*
- reliquæ dicuntur *ſpermaticæ*, vt cutis, membrana, cartilago, &c.

Generantur
- caro ex materno ſanguine poſt primã partium ſpermaticarum delineationem affluente, ſecundo totius conformationis tempore.
- ſpermaticæ immediatè ex ſeminis craſſamento.

Diſtinguntur
- primò quia
  - ſpermaticæ candidum ſeminis colorem retinent.
  - ſanguinem rubrum habent ſãguinis colorem.
- 2. quia
  - ſanguineæ calidiores. anima.i. calor in ſanguinem.
  - exangues frigidæ, quàm ſeminis calor vnà cum ſpiritu euanuit.

3: quia { ſpermaticæ in adultis ſi diuidantur non coaleſcunt ex 3. de Hiſt. | ſanguineæ molliores ſunt, diuiſæ coeunt { nunc immediatè. | nunc interuentu medij homogenei. }

Cur ſpermaticæ non coaleſcant facit { primò effectricis cauſſæ imbecillitas, vis formatrix partu in lucem edito aboletur vel feriatur ſaltem. | 2. materia ſeminalis humidæ, pinguis, aëriæ defectus, humidum primigenium ſi reſarciri nequit, quanto minus ſemen. | 3. ſolidarum partium ſiccitas atque durities: humida duntaxat duci poſſunt & extendi. }

Numerus.

Similarium partium numerus videtur prima fronte plurimum controuerſus.

Quippe { alicubi 7: duntaxat enumerantur oſſa, cartilagines, ligamenta, membranæ, fibræ, adeps, caro. | alibi vngues, pili, &c. medulla adiunguntur, vt cap. 1. lib. 3. de Hiſt. | etiam loco quodam tendines & cutis. | non rarò nerui, venæ arteriæ, muſculi inter ſimilares receſentur. }

Quicquid ſit varietas iſta non magni momenti eſt.

Tota pendet ex duplici vocabulo. n. *partis*, *ſimilaris*.

Reſponſio prior. Itaque { ſi vnguis inter partes qui diu inter digitorum partes minimas ſtatuatur. | ſi ſanguis, ſanies, pituita, vtraque bilis, ſtercus, pili partibus accenſentur cur non ſimilaribus adnumeret Ariſtoteles? }

Gal. de diff. morb. Itaque medici prima & ſimplicia inſtrumenta vocauere.

Præterea conſtatur { vena, arteria } ex fibris & membranis. | muſculus ex { vena. | arteria. | villis neruoſis & ligamentoſis. | carne ſimplici & propria. | tendine. } | neruus ex meninge & propria ſubſtantia medulloſa. }

Reſponſio poſterior. Reſp. corporatas quidem eſſe partes, ſed minus quam alias propè omnes.

Itaque ſimilares dici collatione facta cum ijs quæ magis corporatæ ſunt.

Nec reuera tam eſſe ſimplices quam ſimilaribus & ſimplicibus proximas.

Omninoque proximè ad naturam ſimilarium accedere.

Digitized by Google

Caro.

Caro commune quid eſt animalibus & plantis. Nam ipſis etiā ſtirpibus circa lignoſos ac veluti neruoſos villos ſuam quoque carnem tribuit Theophraſtus. *Nomen.*

In homine pars eſt corporis ſimplex & ſimilaris, mollior, & inſtar ſanguinis coagulati & mediocriter reſiccati. *Quid.*

Caro quadruplex:
- *muſculorum*, quæ verè, proprieque caro maxima ex parte rubicunda. (ſi albicat aquoſiorem vel aliter intemperatum ſanguinem partem animalium plurimam conſtituit: fibras muſculorum neruoſas & ligamentoſas vndique complectitur, à caloris inſiti vehementia defendit, ab externorum iniuriis tuetur, calore, frigore, duritie, contuſione, atque adeò munit, fouet & nutrit.
- *viſcerum*, vt iecoris, lienis quæ propria cuiuſque viſceris ſubſtantia. quæ παρέγχυμα dicitur ſiue affuſio, quaſi viſcerum moles effuſo è venis ſanguine concreſcat.
- partium ſingularum, vt ventriculi, oeſophagi, inteſtinorum, veſicæ, vteri.
- *glandularum*, vt thymi, pancreatis, & omnium corporis glandularum.

Valet caro:
- tum ad æſtum temperandum.
- tum ad arcendum frigus.
- tum ad prohibendum, quo minus frangantur oſſa inſtar molioris operimenti & ſubſterniculi. *Officium.*
- tum quo minus vaſa diſrumpantur, diuellantur. *Commune.*

Variarum carnium varia officia intelligenda ex partibus diſſimilaribus.

Sic:
- muſculi caro voluntarii motus primarium eſt inſtrumentum ſaltem per neruum & neruoſum ligamentum. *Peculiare cuiuſque.*
- cerebri ſpiritum animalem elaborat.
- cordis vitalem ſpiritum & ſanguinem arterioſum,
- pulmonis aërem præparat.
- lienis craſſum & fœculentum ſanguinem { trahit. / conficit. }
- renum ſanguinem allicit & ſerum, quod poſtea tranſmittit in veſicam.

Glandula pars eſt ſimplex, rara, friabilis, ſpongiæ modo mollis. *Glandula quid.*

Officium triplex: *Vſus.*
- humores ebibere: ſunt quædam quaſi naturæ emunctoria, vnde copioſæ in inguinibus & axillis, vbi natura ſuis impuritatibus ſe exonerat.
- vaſorum diuiſionem firmare, ne motibus violentis diuellerentur: plantis etiam quo loco brachiantur, & in ramos finduntur natura, ſeu carnem aliquam largiorem impoſuit huius diuiſionis firmamentum.
- partes alias humiditate neceſſaria rigare:

Sic:
- in faucibus tonſillæ & amygdalæ ſaliuam generant.
- in thorace mammæ lactis conficiendi facultatem obtinent.
- in ſcroto teſtes ſeminis opifices ſunt.

Os.

Nomen. ὀστέον παρὰ τῷ ἵστημι. quaſi ſit τὸ αἴτιον τῆς στάσεως, corpori firmitatem tribuat & rectitudinem.

Oſſa latinis quaſi vſta, quòd olim cremarentur: quanquam aliter ſentit Scal. de cauſ. ling. lat.

Quid. Os pars eſt noſtri corporis ſimilaris, maximè omnium terreſtris, ob idque frigidiſſima, duriſſima, ſicciſſima, & quæ neruos non recipit (præter quam dentes.) ſenſus expers, qua tanquam carina fulcitur corpus.

Cur. Oſſis
- materia ſeminis craſſamentum, i. craſſior & magis terreſtris pars eius.
- efficiens vis formatrix per calorem & ſpiritum.
- officia ſunt
  - communia
    - fulcire corpus.
    - tegere.
    - continere.
    - corpori figuram dare, rectitudinem, ſtabilimen.
  - propria ſingulorum varia.
- forma
  - eſſentialis
    - vel anima ipſa totum informans.
    - vel partialis, ſi dantur partiales.
  - accidentaria multiplex.

Quale. Id
- ſiccum exhauſto humido ab intenſiore calore.
- frigidum.
- durum
  - non concretione, vt glacies.
  - non tenſione, vt tympanum.
  - ſed ſiccitate, vt lignum.
- graue, quia terrenum.
- album, quia ſpermaticum.
- ſolidum & compactum, vt commodiùs vniuerſum corpus fulciret, ſuſtentaret.
- inſenſibile ad δυσπάθειαν.

Quæ oſſea. Oſſa non inſunt niſi ſanguineis animalibus; caro quibuſuis.

Sine ſenſu. Vbi deſunt oſſa animalia habent aliquid quod proportione reſpondeat oſſi. Oſſa non ſentiunt, ſed panniculi & membranæ, quibus obuoluuntur neruis acutiſſimi ſenſus intermiſcentur.

Origo. Naſcuntur oſſa ex ſpina dorſi, ad eamque referuntur.

Cur multiplex. Niſi ſimul & ſemel delineantur in prima partium conformatione. Os oportuit non eſſe vnum. n. vt moueretur, flecteretúrque animal.

Differẽtia. Oſſa
- aut *caua* ſunt & nutriuntur maximè medullis, ſed eo modo quo corticibus maceratis corium.
- aut *ſolida* & nutriuntur ſanguine, vt & caua aliquo modo.

Differẽtiæ aliæ ſumuntur à cõſiſtentia, magnitudine, numero figura, ſitu. Item ab apophyſibus, epiphyſibus, cartilaginibus, ceruicibus, capitibus, ſoliditate, cauitatibus, ſupercilijs, medulla, quibuſdam partibus, &c.

Partes. Oſſium partes *apophyſis, epiphyſis.*

Cõiunctio. Structura & coniunctio varia per articulum, per ſymphyſim, &c. Neceſſaria ad motuum varietatem.

De numero oſſium in humano corpore diſcrepantes ſunt ſententiæ, in eo natura, vt ſolet, variat. *Numerus.*

Natura conſtantior in grandioribus rebus & materiei maioris.

In alijs variat & quaſi ludit, ſaltem interdum.

Sceletum oſteologia explicatur, à qua ferè Medici ſimilarium partium ordiuntur explicationem. *Sceleton.*

Partes ſpectandum & per analyſim.

Dentes.

Sintne *dentes* ex numero *oſſium* controuerſia eſt. *Dentium oſſea natura.*

Sanè niſi ſunt *oſſa*, ſunt *oſſeum* quiddam.

Sunt oſſa *ſui generis*, vt loquitur Scalig.

De nomine non certandum.

Videndum quænam proferatur oſſis definitio.

Dens { partim *oſſa* (qui citra controuerſiam oſſa) æmulatur. p. ſi ſpectetur durities, temperamentum frigidum & ſiccum, & cæteræ oſſis affectiones,
partim *vngues* & capillos. p. ſi ſpectetur creſcendi ratio. }

Quæ proferuntur argumenta varietatis non euertunt oſſis naturam, ſed adſtruunt peculiarem.

Dentium eſt tanta durities, vt nec ignibus cremari, nec ſarcophago lapide credantur abſumi. *Durities.*

Perpetuò accreſcunt, quia perpetuo attritu attenuantur. *Accretio.*

In vtriuſque maxillæ cellulis infixi latent quæ dicuntur *alueoli* & præſepiola. *Locus.*

Partes { vna extra gingiuas prominent & *baſis* appellatur.
altera intra alueum reconduntur, & dicitur *radix* quæ excauata, vt venam, arteriam, neruum excipiat. } *Partes.*

Officium varium pro ipſorum varietate.

Sunt { inciſores, canini, molares } quibus { non conficitur tantum cibus, manditur, præparatur.
ſed vox ipſa formatur, articulatur. } *Vſus.*

Dentes plerumque 32. { inciſores 8. canini 4. molares 20. } vtriuſque maxillæ. *Numerus.*

Extiterunt tamē { & qui vnicum haberent dentem, vt Pyrrhus, Pruſias.
& qui plures dentium ordines. }

Sentiantne dentes quærendum alibi. *Senſus.*

De cute ſiue pelle.

Cutis pars ſimilaris propria ſanguineorum animalium (3. de hiſt.) ad corpus obtegendum inſtituta à natura,

Ea varia pro varietate animalium. p. { durior, mollior } &c.

Homini cutis ineſt ſiccior carne, mollior oſſe ac neruo, tenuibus neruia po-

iis ac ſpiraculis, carni adhæreſcens, &c.

Eſt
- vna *exterior* quæ vocatur *epidermis* cuticula, cuticula ſumma & ſuperior.
- altera *interior*, quæ propriè *derma*, quod omni ex parte poſſit excoriari, deris, χρῶμα, Hipp. & Ariſtoteli cutis, corium, aluta, pellis.

Hæ duæ cutes & pelles multiplici ratione differunt.

.p.
- *ſitu* quia
  - vna *exterior*.
  - altera *interior*.
- *geneſi*, quia
  - interior anteceſſit.
  - exterior tum demum incipit primum nutritur iam cutis & excrementitijs humiditatibus abundat.
- *materia*, quia
  - cutis ex ſemine & ſanguine ſimul mixtis conflatur.
  - cuticula ex cutis excremento producitur.
- *temperatione*, quia
  - exterior vtpotè magis excremẽtitia denſior eſt, vnde ſæpè attollitur in φλυκταίνας & papulas.
  - interior magis peruia.
- *facultate*, quia
  - exterior ſenſu deſtituta eſt, amputatur & à ſubiecta carne ſine dolore reſecatur.
  - interior valdè ſenſilis eſt.

Epidermis, cuticula, eſt quaſi cutis ſuperficies ſiue tenuiſſima cutis effloreſcentia, ceparum pelliculis ſimilis tenuioribus toti cuti ſupertenſa inſenſilis & penè exanguis, ex cutis excremento craſſiore genita.

Cutis vera membrana eſt omnium noſtri corporis ampliſſima & craſſiſſima ex ſeminis & ſanguinis permiſtione orta, temperiem moderatam obtinens, externi tactus verum organum, ſubiectarum tegumentum, munimentum, ornamentum.

Temperies eius exquiſita, quia tactus iudex & æſtimatrix. De qua re ad lib. 2. in ſermone de tactu.

Organum decet eſſe ἄποιον, & eius qualitatis expers quam ſit percepturus.

Figura non peculiaris vlla, ſed qualis partium ſubiectarum.

Color non omninò candidus, ſed humoris prædominantis.

Qualis humor, talis in cute color effloreſcit.

Foramina habet
- conſpicua
  - tum vt aliquid immittatur, vt in ore, vmbilico.
  - tũ vt emittatur excernaturq; vt in
    - oculis.
    - auribus.
    - naribus.
    - pudẽdis.
    - ano.
- latentia ſiue poros inſenſili tranſpirationi & excludendæ fuligini deſtinatos.

Varietas
- à ſubſtantia hinc
  - mollior & rarior.
  - vel durior, denſior.
- à motu
  - quædam mobilis, vt in fronte & tota ferè facie.
  - quædam immobilis, vt quæ alibi.
- ab exquiſitiore ſenſu, vt vola, manus.
- à pilis.

Officia breuiter ſupra indicata.
Cutis vt ignobilior carne, ita ex deteriori alimenti portione.
Exanguibus animalibus ineſt aliquid analogum cuti.
Vt & plantis .p. cortex.
Sua piris, pomis, &c. caro ſe ad analoga.

De membrana ſiue tunica & panniculo.

Appellatio varia dicitur
- latinis membrana, tunica, panniculus.
- græcis ὑμὴν, χιτὼν, μήνιγξ. *Nomen.*

Diſtinguuntur interdum, vt cùm meninges traducuntur ad ſignificandas cerebri membranas.
Sæpiùs promiſcuè vſurpantur.
Membrana pars eſt noſtri corporis ſimplex & ſimilaris, tēperamento frigida & ſicca, ſed minus quam os, ex ſeminis portione lenta & ductili genita, ob idque lata, plana, tenuis, ſed valida tamen, alba, & neruoſa, ob idque ſentiens & dilatari comprimique citra noxam apta, ſine fibris tamen magna ex parte. *Quid.*
Membranas omnes prima in conformatione natura cum cæteris partibus ſpermaticis delineauit. *Genere.*
Membrana omnis licet tenuis & ſimplex appareat duplex tantum. *Textura.*

Officium *Uſus.*
- partes
  - veſtire.
  - continere.
  - à ſe inuicem ſecernere & diſcriminare.
- ſenſum elargiri, quem quia neruoſæ ſunt habent acerrimum.

Differentiæ à ſubſtantia, magnitudine, figura, ſitu, contextu, partibus veſtiendis, &c. *Differentia.*

Habet ſe ferè *Diſtinctio à cute.*
- vt *pellis* ſiue cutis ad totum noſtrum corpus.
- ita *membrana* ad cor, ad cerebrum, aliaſque partes huius generis.

Niſi quod membrana non ita adhæreſcit rei tunicatæ, vt corpori cutis.
Pellis detracta & quicquid ſimile illi dicitur membrana: vt quod analogum alis in veſpertilione: vt librariæ membranæ, &c.
Indè exprimitur pingue quiddam & excrementitium, quod paulatim exſiccatur, &c.

- oſſium perioſtios.
- cranij pericranios.
- cerebri meninges ſpeciatim dictæ

Digitized by Google

Præcipuæ totius corporis. Membranæ præcipuæ ſunt
- oculi coniunctiua, &c.
- cordis pericardios.
- thoracis ſubcoſtalis ſiue pleura.
- abdominis peritonæum.
- fœtus
  - χορίον.
  - amnios,
  - & in brutis allantoides.

Monitum.

Idem nomen nunc ſignificat partem ſimplicis naturæ, & ſimilarem, nunc diſſimilarem, ſed vario ſenſu vt muſculus, arteria, membrana, &c.
Ferè anatomica vocabula ambiguitate inuoluuntur.
Sępè creduntur diſſentire qui non niſi de nomine certant.
Qui variant definitionem nomini reſpondentem, non ideò diſſentire ſunt dicendi.
Multa plantis & animalibus communia per analogiam: vt cerebrum, cutis, membrana, fibrana.
Non pauca etiam cum ſynonyma, vt fortaſſe membrana, &c.

De vena & arteria.

Nomen. Venarum nomine etiam arterias comprehendebant veteres.

Nunc
- *arteria* micantem, pulſantemque venam ſignificat.
- *vena* quietam, ἄφυκτον.

Quid. *Vena* eſt alueus, per quem ab hepate, aliundeue deriuatur ſanguis, ſubſtantiaue eius aluei.

Arteria eſt canalis, quo à corde ſpiritus deferuntur, ſubſtantiaue canalis eius.

Vena vas eſt oblongum, rotundum, fiſtulæ modo excauatum, ſimplici conſtans & prætenui tunica, omni tamen fibrarum genere contexta, ab hepate ortum, continendo, diſtribuendo & aliquatenus conficiendo ſanguini à natura deſtinatum.

Arteria conceptaculum itidem oblongum eſt, rotundum & cauum, duplicem vel triplicem tunicam fibris omnis generis intextam habens à ſiniſtro cordis ventriculo originem ducens, deducendi ſpirituoſi ſanguinis & vitalis ſpiritus organum, necnon temperandi, reficiendique ſingularum partium caloris inſiti.

Temperies & natura ſimilar. s. Vena vt & arteria pars eſt ſimilaris, frigida & ſicca ex ſeminis craſſamento aut eius lenta, ductili, viſcidaquę portione genita.

Frigida
- reipſa & naturali temperamento.
- non iudicio ſenſus, ſanguinis contactu & ſpirituum incaleſcit.

Continuitas. Venarum & arteriarum admirabilis eſt *continuitas*, communio, confluxus, ex 2. de part.

Differunt

- **Differunt**
  - officio
    - vena vas *ſanguineum*, craſſiorem ſanguinem, ſpiritumque continet.
    - arteria *ſpirituoſum* vitalem defert ſpiritum cum tenuiſſimo ſanguine.
  - origine
    - vena omnis ab *hepate* prodit.
    - arteria à *corde*.
  - ſtructura & compoſitione quia
    - vena ex vna tantum *tunica*.
    - arteria ex duplici aut triplici tunica [conſtat. *Diſcrimina venæ & arteriæ.*]
  - affectione, quoniã
    - venarum tunica tenuiſſima eſt.
    - arteriæ ſpiſſiores ſunt, & vt obſeruat apud Gal. Herophilus quintuplo craſſiores, ne videlicet tenuiores ſpiritus effluat.
  - motu quia
    - vena *immobilis*.
    - arteria *pulſat* .i. perenni & manifeſto ſyſtoles & diaſtoles motu agitur. [*Occup.*]

Arteriarum denſitas inſtituta ne feruidior ſanguis & ſpumans cum ſpiritum exhalet.

Atqui effluunt quædam craſſiora ſpiritibus per meatus eos per quos non effluunt ſpiritus.

Sed id fit, quia natura eſt pertinax rei conuenientis, expultrix inimicæ & inutilis. [*Reſp.*]

- **Venarum officium** [*Officia venarum.*]
  - commune eſt
    - ſanguinem *continere*, extra venas ſtatim putreſcit aut coit, loci eſt conſeruare.
    - ſingulis partibus quaſi per tubos & canales *diſtribuere*.
    - *calorem*, *ſpiritumque* naturalem deferre.
    - inchoatam in hepate *hæmatoſim* abſoluere.
  - proprium
    - *emulgentium* ſerum expurgare.
    - *ſpermaticarum* primum ſemini rudimentum conferre.
    - *meſaraicarum* chyſum ad hepar deuehere.
    - *vaſis breuis* melancholicũ ſuccum in ventriculũ effundere.
    - vaſorum *vteri* menſtruum ſanguinem ſtatis periodis excernere.
    - *ſplenicarum* fœculentum ſanguinem expurgare.

- **Differentiæ**
  - à magnitudine
    - cauæ ſiue ſanguifluæ.
    - exiles ſiue capillares.
  - à numero
    - habent parem & coniugem venam.
    - vel ſunt ſine pari, vt quæ nominatur azygos.
  - à ſitu
    - ſuperior / inferior
    - aſcendens / deſcendens
    - dextra / ſiniſtra
    - interna / externa
    - &c.

Differentia earumdem.

- ab officio
  - *emulgentes*, quæ ſeroſum humorem prolectant.
  - *ſpermaticæ* quæ ſemen
    - deuehunt.
    - præparant.
    - conficiunt.
- à partibus quas perreptant
  - iugulares
  - axillares
  - mammariæ
  - renales
  - iliacæ
  - hypogaſtricę
  - poplitcæ
  - &c.

Origo tam venarum quam arteriarum.

- Oriuntur
  - non
    - vt fluuij à riuulis.
  - ita
    - venæ à venulis.
    - arteriæ grandes ab exiguis.
  - ſed contra venula à venis, &c.

Collatio cum fluminibus. Idem ſentiendum eſt de origine illius rei, quæ intra venas, arteriaſque continetur.

Si forſan excipiantur quæ dicuntur *meſaraicæ* venæ, quæ nobis videntur eſſe pro radicibus, &c.

Cum Arboribus.

- Similior
  - *arboreis* ramis vena ſi ſpectetur origo, diſperſio & propagatio ramorum.
  - *fluuijs*, ſi conſideretur *alueus* & capacitas.
  - omninò *ramis* arborum quàm *radicibus* ſi excipiantur venæ *meſaraïcæ*.

De origine venarum controuerſia.

Sententia prima. Ariſtoteles & alij quidam venas à dextro ventriculo *cordis* repetunt, vt & quod in venis continetur.

Primò quia cor eſt venoſum, calidum, humidum, principium vegetandi, venæ illi continuantur, &c.

Quæ coniecturæ leues.

Deindè quia cor eſt officina ſanguinis, hepati venæ non continuantur.

Tertiò quia in hepate nulla eſt cauitas, neceſſaria tamen, vbicumque publica & officialis coctio perficitur.

Quartò quia cor primũ viuit: vita definitur nutritione: nutrimur ſanguine.

Quintò quia nullibi continetur ſanguis pręterquam in corde & venis.

Sanguis autem extra naturalem locũ effuſus ſtatim corrumpitur & concreſcit.

Ergo cor proprium ſanguinis conceptaculum videri poteſt.

Sextò quia in metu, triſtitia, alio affectu ſanguis recurrit ad *ſuum fontem*; recurrit autem ad cor.

Septimò quia vena caua circa cor inſignior eſt & amplior.

Vena arterioſa manifeſtò non oritur ab hepate, &c.

Quæ argumenta partim falſa, partim inutilia.

2\. Sunt qui à *cerebro* venas manare prędicant.

Sed ſenſu ipſo refelluntur.

Digitized by Google

Medici ferè & probabiliùs venas ab *hepate* deriuant, non à corde. 3.

Primò quoniam quum ſint duæ principes venæ *porta*, *caua*.

Illa nulla ſui parte coniuncta deprehenditur { vel cum *caua*. / vel cum *corde*. }

Secundò quia non omnibus ſanguineis animalibus *dexter* cordis ventriculus ineſt, cui vena inſeratur.

Tertiò quia truncus ille qui vocatur *caua* vena, anguſtior eſt circa cor quam circa hepar.

Quartò quia hepar eſt officina ſanguinis, priùs formatur, &c.

Quintò quia hepatis *ſubſtantia*, quæ *parenchyma* nominatur minimùm diſtat à ſanguinis venoſi natura.

Si ſpectetur { ſubſtantia. / temperies. / color. }

Eſt veluti concretus & coagulatus ſanguis.

Elaboratus in corde ſanguis tenuior eſt, calidior, ſpumoſior.

Sextò quia dexter quoque cordis ſinus pulſat. *Orta atteſtantur ſuis principijs.* venæ non pulſant.

Septimò quia læſo hepate læditur hæmotoſis.

Octauò quia credibile eſt repurgari ſanguinem ſua in officina.

Repurgatur autem in regione hepatis, &c.

De arteria.

Arteriæ nomen { vel à ſaltu & dilatatione. / vel ab officio. / vel à neruoſa eius ſubſtantia. } *Arteria nomen.*

Græci, vt Ariſtoteles *aortam* dicunt.

Arteriæ à corde oriuntur, &c. vt conſtat ex diſſectione, ex pulſu, &c. *Origo.*

Notiſſimus arteriarum, cordiſque motus ille qui dicitur *pulſus*. De quo ad libr. 3. *Perennis motus.*

Tunica conſtat { *interiore* quintuplo denſiore { tumne ſpiritus ſua tenuitate exhalent. / tumne perpetuo motu diſrumpatur. } / *exteriore*, mollitie tunicis venarum pari. / tertia communi telis aranearum ſimili externam veſtiente. } *Tunica.*

Porrò { vt in vena, quæ receptaculum ſanguinis nonnihil *ſpiritus*. / ita in arteria nonnihil ſanguinis. } *Quid contineat.*

Neruus.

Neruorum { quidam prodeunt ab *oſſibus*, & dicuntur *vincula*, ligamenta. / quidam à *muſculis* & dicuntur *tendines*. / quidam à *cerebro* & ſpinali medulla, & dicuntur *nerui*. } *Diſtinctio.*

De poſtremis agimus.

Neruus pars eſt noſtri corporis ſimilaris & ſimplex, exanguis, ſpermatica, *Quid.*

ſenſu tantum aut ſenſu motuque prędita, à cerebro aut ſpinali medulla exorta, interiore parte medullaris, exteriore membranea: eo fine à natura inſtituta, vt animalem ſpiritum in omnes corporis partes deuehat ſenſus & motus authorem.

Origo. Neruorum originem non videtur agnouiſſe Ariſtoteles.

Vnicum illi venarum, arteriarum & neruorum principium cor.

Finis. Vt neque officium: de qua re in ſermone de tactu.

Neruorum συζυγίαι. Nerui per *paria* ſiue *coniugationes* propagantur.

Genera. Nerui { *puriores* à medulla ſpinali oriuntur, quæ facilè in fila oblonga ſoluuntur caudam equinam referentia, immiſſa in aquam. / *molliores* verò à cerebro. }

Paria. Vtrique varias ſortiuntur coniugationes; neque tamen ita ſecantur in ramos, vt venæ & arteriæ.

Diuiduntur { *molliores* in ſeptem paria, his duobus vulgatis verſibus comprehenſa

Optica proxima oculos, monet altera, tertia guſtat.
Quarta que, quinta audit, ſexta eſt vaga, ſeptima lingua.

duriores in 30. qui per totius ſpinæ vertebrarum foramina egrediuntur, & in totum corpus diſſeminantur. }

Nerui cauitas vt agnoſcenda. Alueolos & meatus plerique habent tam anguſtos, vt adſpectum fugiant. vt adſpiciantur opus animali magno nuper mactato, & aëre lucido.

Cartilago.

Cartilago eſt natura magis oſſea quam carnea.

Quid. Nimirum pars ſimilaris, poſt os maximè terreſtris, ob idque ſicciſſima, duriſſima, frigida, ſenſus expers vti & neruorum, pellucida, læuis & polita, ſolidaque, non inſtar oſſium excauata.

Cum oſſe affinitas. Cartilaginis & oſſis natura valdè eſt affinis.

Primò quia quæ animalia oſſibus carent, illis cartilago oſſium vicem gerit ex Ariſtotele.

Secundò quia temperies ferè eadem, color, conſiſtentia, cæteræ affectiones propè conſimiles, vt priuatio ſenſus, &c.

Tertiò cartilaginem ex eadem conſtare materia ex qua oſſa rectè ſcripſit Ariſtoteles cap. 1. lib. 1. de hiſt. ſed minus ſicca.

Quartò quoniam cartilago tempore induratur & naturam oſſis induit.

Quintò quia alterutrum fractum, diuiſumue non coaleſcit ex 3. de hiſt.

Diſcrimen. Differunt primò quia duriora ſunt oſſa, cartilago mediæ cuiuſdam naturæ eſt inter os & ligamentum, eſt { oſſe mollior. / ligamento durior. }

Secundò quoniam inæqualia plerumque ſunt oſſa & aſpera, cartilago æqualis & polita.

Tertiò quoniam medulloſa ſunt oſſa & excauata, cartilago tota eſt ſui plena.

Oſſa ferè omnia in primo ortu cartilaginea apparent.

Dentes etiam alueolis ſuis adhuc concluſi quaſi cartilagines ſunt, ſed in oſſa tandem indurantur.

Digitized by Google

Cartilagines non minus ætatis proceſſu ſicceſcentes euadunt oſſeæ.

Sic aſperæ arteriæ cartilago
- in minoribus animalibus mollior eſt.
- in grandioribus durior.
- in maximis, vt elephantis vel os planè vel oſſea.

Cartilago ob naturæ cognationem ætatis aut temperamenti ſiccioris occaſione in os degenerat.

Differētia

Cartilaginum, vt & oſſium differentiæ variæ ſunt.

Petuntur
- à ſubſtantia
  - molliores quæ articulos colligant & ligamentorum naturam referunt.
  - duriores, quæ tandem in oſſis naturam degenerant.
- à figura
  - enſiformis.
  - annularis.
  - arytænoides.
- à ſitu.
- ab vſu.
- à connexione, &c.

Cartilago
- quædam circumueſtit oſſa, ne lædantur carnes, &c [·]
- quædam non item, vt quæ aurium, narium, &c.

Cartilago
- vel oſſibus connaſcitur, tumque
  - vel oſſa inuicem connectit.
  - vel oſſibus tantum appenditur & cohæret.
- vel partem per ſe conſtituit vt in epiglottide, larynge toto, & omnibus aſperæ arteriæ bronchiis.

Quæ oſſa coniungit
- vel per ſe coniungit, vt in oſſibus ſterni, pubis.
- vel communium Ariſtoteli ligamentorum interuentu ſiue per medium.

Officium
- inſeruire motuum
  - facilitati.
  - varietati.
  - ſecuritati.
  - diuturnitati.
- molliorem attritum efficere.
- oſſa inter ſe coniungere.
- extrinſecus occurſantes iniurias (quaſſantes, contundentes, frangentes) fruſtrari & molliter cedendo eludere. *Officium ſiue finis.*
- fulcire ſubiectas partes & earum quibus cohærent, iunguntur ue, functionem præparatim adiuuare.
- in motibus violentis vt puerperio dilatari.

Leuis & polita ſuperficies ad motum promptior quam aſpera. *Motus.*

Extrema oſſium duriſſima mutuo contactu frangerentur, niſi molliore cartilagine obducta eſſent. *Attritus.*

Digitized by Google

Articulatio. Oſſa ipſa cartilaginum interuentu articulantur.
Quæ *ſyndeſis* & colligatio *ſynchondroſis*. i. oſſium per mediam cartilaginem vel cartilaginoſum ligamentum coniunctio nominatur.

Tutela & cuſtodia partium. Impetum & violentiam foris occurſantium frangit mediocriter cedendo.
Cartilaginis ſubſtantia maximè idonea eſt ad tegendum & defendendum partes ſubiectas.

Non enim poteſt { frangi & comminui, vt dura & friabilia. / incidi & contundi, vt mollia & carnoſa.

Dilatatio. Dilatatur quoque inflexione, extenſione, motu alio.
Cartilago pubis oſſa connectens mollior eſt & laxior, quò facilius dilatatur in partu, vt ampliorem fœtui locum relinquat.

Ligamentum.

Ligamentum { latè & generatim quicquid partem parti alligat, vt cutis, membrana. / ſpeciatim & propriè eſt pars noſtri corporis ſimplex & ſimilaris, ſecundum os & cartilaginem maximè terrena, partem alligans parti, muniens, veſtiens, ſuſpendens, & in ſuo ſitu continens, dura, ſicca, frigida, exanguis ſed inſenſibilis, neruo ſimilis, ſed durior, nec à cerebro emanans, aut ſpinæ medulla, ſed ab oſſe, vel cartilagine, vel membrana, &c.

Ligamentum {
- ratione ſubſtantiæ { membranoſum. / vel neruoſum. / vel cartilaginoſum.
- ratione figuræ { latum. / vel rotundum.
- ratione coloris { candidum. / vel rubrum.

Tendo.

Tendo, τένων, a tendendo, quod eius actio præcipua ſit in tenſione ſiue contractione.
Pars eſt durior neruo, ligamento mollior, quæ contractis verſus ſuum principium fibris partem cui inſeritur eodem adducit ac reuellit.
Naſcitur ex alterutro. i. ex fibris neruorum & ligamentorum in vnum coëuntibus, inſeruit motui, non eſt planè inſenſibilis.

Eſt { *neruoſus*. / vel *carnoſus* circumfuſa carne.

Fibræ.

Fibræ ſunt villi & fila quædam oblonga, gracilia, ſolida & valida, alba atque exanguia, omnis generis partibus inſerta, frigida magis, minus pro natura partis ipſos ambientis, varia pro varietate rerum vnde oriuntur.
Oriuntur præcipuè ex ligamentis & neruis.

Fibræ
- ratione ſubſtantiæ & originis
  - ſunt *neruoſæ*, ſenſuque præditæ & à neruis oriuntur.
  - vel *ligamentoſæ* & ſenſus expertes & ab oſſium ligamentis in minima queque filamenta diffiſſis enaſcuntur.
  - vel propriā & à cæteris diſtinctam ſpeciem conſtituunt: vt fibræ cordis, arteriarum, oeſophagi.
- ratione ſitus
  - *rectæ* quæ ſecūdum corporis eius cui inſunt ligamentum extenduntur.
  - *tranſuerſæ* quę rectas interſecāt ad angulos rectos & ęquales.
  - *obliquæ* mediæ ſitu ſunt & ambas (ſi adfuerint) ad angulos obliquos, acutum vnum, alterum obtuſum diuidunt.
- ratione partium inſunt
  - *animalibus* organis, vt neruis, muſculis, tendonibus.
  - *vitalibus*, vt cordi, arteriis.
  - *naturalibus*, vt oeſophago, ventriculo, inteſtinis, venis, vtero, veſicis.

Officium propria actio. Hoc eſt ipſarum in ſe contractio.

Hæc
- non *priuata* & peculiari partis vtilitati deſtinata.
- ſed officialis & toti corpori communis.

Nam quatenus alimentum ſibi pars attrahit, illud idem retinet, excremēta propria expellit, fibris non magis indiget quam viſcerum carnes, oſſa, cartilagines, aliæque partes ſimilares aut diſſimilares, quę fibris deſtitutæ optimè tamen nutriuntur.

Fibrarum actio quodam modo varia eſt pro vario fibrarum ſitu.

Nam
- rectæ *attrahunt*.
- tranſuerſæ *expellunt*.
- obliquę *retinent*, non tamen ſine opera cæterarum.

Retentio fieri cogitatur ab omnibus fibris ſimul contractis circa id quod continent.

Muſculus.

Muſculus, μῦς
- vel ab excoriati *muris* figura.
- vel quia muſculum piſcem planum & rotundum repræſentat. *Nomen.*

Lacertus eadem ratione.

Eſt
- ſi ſpectes *officium* immediatum voluntarij motus inſtrumentum:
- ſi *ſtructuram* & compoſitionem *Quid.*
  - caro ſimplex ſentiendi mouendique vim ſortita.
  - fibræ à neruis & ligamentis deductæ, quas caro ſimplex plurima circumcingit.

- ſimplices
  - *neruus*, qui motricem facultatem defert mole minimus, virtute maximus.
  - *ligamentum*, à quo & membrana muſculum ambiens.
  - *caro* ſimplex ambobus in fibras diductis interiecta.

Digitized by Google

Partes.

Partes
- propriæ
  - corporatæ
    - *caput* in quod neruus & ligamentum inſeruntur.
    - *venter* vt plurimum carneus.
    - *tendo* ex confuſis neruorum & vinculorum fibris partibus mouendis inſerendus.
- communes cæteris partibus nec eſſentiales
  - venæ / arter. — quæ muſculum perreptant, vt nutriatur. / viuat.
  - membrana inueſtiens & muſculum à muſculo diſcriminans.

Propriæ partes non rarò difficulter ſecernuntur.

Diſtinctio. Muſculus à muſculo potiſſimum diſtinguitur
- per *ventrem*.
- per *actionem*.

Actio. Actio propria & peculiaris eſt fibrarum eius verſus ſuum principium contractio.

Varietas. Varia hæc pro vario fibrarum ſitu.

Eſt
- *manifeſta*.
- *obſcura*, vt in interoſſeis, muſculis oſſis hyoidis.

A quo tãquam principio. Cui potiſſimum parti tribui debeat res eſt controuerſiarum pleniſſima.

Motus quotuplex. Motus muſculi
- per ſe
  - *contractio* dum verſus ſuum caput muſculus retrahitur, quæ propria & inſita eius actio eſt.
  - motus *tonicus* ſiue *tenſio*, cum muſculorum fibræ intenduntur & tenſæ permanent, ita vt pars quidem videatur immobilis, moueatur tamen.
- per accidens
  - *extenſio*, cum contracto muſculo contrario ſiue antagoniſta alter relaxatur.
  - *tranſlatio* ſiue decidentia, vt quando non voluntario motu, ſed ſua grauitate & pondere deorſum fertur, vt in tremore.

Differẽtia Muſculus ratione
- *ſubſtantiæ*
  - carnoſus, vt ſphincter.
  - neruoſus, vt ſemineruoſus.
  - membranoſus, vt faſcia lata & ſemimembranoſus.
- *quantitatis*
  - magnus, vt vaſti duo, ſerratus maior, minor.
  - longus.
  - latus, vt latiſſimus.
- *numeri partium*
  - biceps.
  - triceps.
  - digaſtricus.
- *totius*
  - gemelli.
  - trigemini.
  - quadrigemini.
- *figuræ*
  - deltoides.
  - rhomboides.
  - trapezius.
  - ſcalenus.

[*]

parte

- *parte* cui affigitur
  - crotaphita.
  - iliacus.
  - cruteus.
- cõnexionis
  - inter ſe.
  - cum aliis partibus, vt arytęnoideus..

Situs
- antici / poſtici
- interni / externi
- aſcendentes / deſcendentes
- recti / trãſuerſi / obliqui
- &c.

Actionis
- primo
  - congener qui in idem corpus conſpirat, vt flectentes duo.
  - contrarius ſiue antagoniſta quæ contrariam edit actionem.
- 2.
  - ſe ipſum mouens, vt ſphincter.
  - vel os aliud ue quidpiam.
- 3.
  - vnius & ſimplicis actionis.
  - vel multiplicis, vt in maſſetere, trapezio.

Congener muſculus, vt dexter & ſiniſter, anticus & poſticus eiuſdem generis.

Contrarius
- flexori tenſor.
- adductori abductor.
- leuatori depreſſor.
- clauſori apertor.

Numerus pluimum controuerſus. Quanquam ſæpe ne excurrit in infinitum *Numerus.*

vnus idemque muſculus diuerſos motus edit
- obliquos per ſe.
- rectos cum oppoſito ſibi congenere.

ARTICVLVS VII.

De Partibus diſſimilaribus internis.

§. 1.

Diuiſio totius corporis.

Corporis partes
- caput.
- thorax.
- venter.
- extrema quatuor.

Deſinuus
- *caput* vertice & prima colli vertebra.
- *thorax*
  - ſuperiore parte clauiculis.
  - inferiore xiphoide, cartilagine.
  - dextra / ſiniſtra — coſtis 12.
  - anteriore oſſe pectoris ſiue ſterno.
  - poſteriore dorſo.

Digitized by Google

venter { ſuperiore parte xiphoide & diaphragmate.
inferiore oſſibus pubis & ilium.
anteriore abdominis mole carnea.
poſteriore vertebris lumborum & oſſe ſacro. }

Extrema ſiue artus ſunt manus & pedes, qui velut rami trunco corporis adnaſcuntur.

Naturam oportuit ſeparatas cauitates conſtituere, in quibus tria nobiliſſima viſcera toto genere diſtincta præcipuarum corporis facultatum principia concluderentur.

Continetur { cerebrum capite.
cor thorace.
iecur epigaſtrio. }

Qualis quaque regio et quid continet?

Continentur { *capite* quæ nominantur *animalia* organa. Cerebrum nimirum mentis ſedes & rationis, motus & ſenſus origo.
thorace partes *vitales* & *reſpirationi* ſeruientes, cor, pulmones, arteriæ.
abdomine, naturales { nutritioni / procreationi } dicatæ. }

Regio { *ſuperior* oſſibus obuallata, vt nobiliſſima corporis pars minus externis pateret iniuriis.
media { partim *oſſea* ad cordis munimentum.
partim *carnea* vt in reſpiratione dilatetur, contrahatur. }
inferior anteriore parte tota carnea: vt & alimoniam excipiat, & ad aliquod tempus excrementa contineat. }

Locus { capiti ſuperior ceſſit { vt ſenſus facilius excubarent.
vt cerebrum à coctionis officina longius diſtaret. }
thoraci medius vt calor in omnem partem commodius diffunderetur.
ventri infimus ob excrementi pondus & faciliorem eius excluſionem. }

De toto diſſimilarium partium genere.

Diſſimilares partes, quæ in diſſimilis naturæ particulas & diuerſæ ſpeciei diuidi poteſt.

Organicæ κατ' ἐξοχὴν appellatur quod perfectior & manifeſtior ſit earum actio, figura, magnitudo, numerus, ſitus.

Nam etiam ſimplices ſuis diſtinctæ limitibus.

Sunt { diſſimilares ſola *figura*, vt vena, lapides, manus.
vel *ratione* & *definitione*, vt manus, pulmo. }

Sunt { primi generis, & immediatè componuntur ex ſimplicib. & in ipſas reſoluuntur: vt muſculus ex neruo, carne, tẽdine & prima nominãtur & ſimpliciſſima inſtrumenta.
ſecundi & ex primis cõflãtur, vt digit⁹ ex muſculo.
tertij & cõponũtur ex ſecũdis, vt manus ex digitis. [man⁹ tota.
quarti & ex tertijs exurgunt omnium maximè corporatæ, vt caput,

In homine { ſũt *interiores* / vel *exteriores* } præcipuę iudicandę paucis.

De interioribus.

In hoc genere ſunt cerebrum, palatum cum lingua & faucibus, viſcera, vt hepar, pulmo.

Viſcera { partim ſupra diaphragma, vt cor, pulmo. / partim infra, vt hepar, lien. / partim diaphragma ipſum.

Qua in parte corporis centrum conſtitui debeat controuerſia eſt.

A quibus ordiendum?

D. { ſi ſpectetur *dignitatis* ordo, à capite quod cęteris partibus præcellit. / ſi *neceſſitatis*, p. quando anatome etiam manu in cadauere adminiſtratur à ventre inferiori quia partes continet citiſſimè putreſcentes.

§. 2.

Capitis partes interiores.

Cerebrum.

Cerebrum pars interior capitis, mollis, alba, flexuoſa, principium facultatis animalis, per naturam frigida, medullæ ſimilis, non medulla tamen, cùm non liquetur medullæ more. *Quid?*

Subſtantia cerebri { foris candidior occurrit & mollior. / intus colore eſt cineritio atque coactior. } *Subſtãtia.*

Temperies frigida humida. Cerebrum ſedes frigidi & glutinoſi. *Tẽperies.*

Cerebri frigore temperantur ſpiritus animales & partes inferiores. Quod vnicum cerebri officium eſt Ariſtoteli. *Vſus.*

Credibilius multo eſt ad interiorum ſenſuum, principúque facultatum functiones & animalium ſpirituum opificium comparatum eſſe.

Oſtẽdit tamẽ ſinuũ, plexuũ, arteriolarũ, neruorum, concamerationũ ſingulare artificium.

Cerebri *plurimum* homini pro modo corporis. vel ſi cum *boue* conferas, aut *elephanto.* *Magnitudo.*

Figura eadem quæ *cranij.* *Figura.*

Orbicularis, quia diuiniſſimo membro perfectiſſima figura debebatur.

Oblongior tamen & ad latera leuiter compreſſa.

Situs in editiſſimo corporis loco quaſi arce & domicilio. *Situs.*

An caput cerebri cauſa, vel propter oculos, qui quaſi exploratores excubarent controuerſia eſt.

De motu & ſenſu parum conſtat.

Sunt qui cerebri ſubſtantiam per ſe *immobilem* eſſe volunt: nec palpitantem infantium verticem obſtare: quia duræ meningis pulſatio in concurſu ſuturarum duntaxat percipitur. *Motus.*

Digitized by Google

Siue quia contra perpetuo motu agitari.

Et per diaſtolen attolli, per ſyſtolen comprimi, conſtringique.

Senſus. Senſum tactus cerebro denegat Ariſtoteles 3. de hiſt. & 2. de partibus ſi ſentit ſentit obtuſo ſenſu, vt viſcerum carnes: & poteſtate potius, quam actu.

Quamquam ſentiendi vim nonnulli deriuant à membranis, quæ ſenſum habent exquiſitiſſimum.

Sed leuiſſima coniectura hæc.

Particulæ variæ. In cerebro particulæ complures ab anatomicis obſeruantur.

Nimirum *anfractus* tenuis meningis, *falx*, *calloſum corpus*, *ſeptum lucidum*, *fornix*, *plexus choroides*, *conarium* glandula *thalami* neruorum opticorum, *teſtes*, *nates*, *anus*, *vermiformis* apophyſis, *choana*, *glandulæ*, *rete mirabile*, *proceſſus mammillares*, ſeptem neruorum paria, radices ſpinalis medullæ.

Diuiſio. Cerebri
- vna *poſterior* pars quæ *cerebellum* dicitur.
- altera *anterior* quæ
  - dextra.
  - ſiniſtra.

Cerebellū. *Cerebellum* pars eſt totius cerebri poſterior ſita in occipite à cerebro duplicatæ meningis interuētu ſeparata, quatuor partibus conſtans duobus lateralibus totidem in medio ſitis quartum cerebri ventriculum complexa, à quo in neruos & ſpinæ mēdullam ſpiritum effundit animalem.

Differunt
- colore cerebellum cineritio prorſus colore eſt.
- ſubſtantia
  - cerebrum humidius eſt & mollius.
  - cerebrum ſiccius, duriuſque.
- magnitudine cerebellum fermè decuplo minus.

Ventriculi Cerebro ſui ventriculi inſunt: de quibus alibi.

Meninges.

Obuoluitur cerebrum membranis quæ *meninges* appellantur.

Eſt
- vna *interior*
- altera *exterior*

quæ Arabibus
- *pia mater.*
- *dura mater.*

Græcis
- *tenuis* meninx
- *craſſa* meninx

dicitur.

Matres vocant Arabes, quaſi ab illis omnes corporis membranæ oriantur.

Mollem & ceream cerebri ſubſtantiam conſtringunt, & ab oſſis duritie defendunt, temperant quoque, & numeroſis venarum ſurculis nutriunt.

Exteriore ſua ſuperficie ficus folia referunt.

Cerebrum non obuelant tantum ſed interius penetrantes variè diuidunt.

Parte
- anteriore in
  - dextrum.
  - ſiniſtrum.
- poſteriore in
  - anticum quod *cerebrum.*
  - poſticum quod *cerebellum.*

nominatur.

Spinalis medulla.

E cerebri & cerebelli ſubſtantia tanquam è radice caudex *ſpinalis medulla* producitur, quæ in fiſtuloſa ſpinæ cauitate continetur. *Quid.*

Eius eadem fermè quæ cerebri *dignitas, neceſſitas*, ſubſtantia, ſtructura, vſus. *Dignitas.*

Neceſſitas ex eo quod remotiſſimis partibus vix commode neruos poterat cerebrum elargiri. *Neceſſitas.*

Eius appendix & vicaria medulla hæc circumiectis partibus neruos ſecurè diſtribuit.

Obuallatur { vt cerebrum oſſibus cranij. / ſic medulla ſpinalis duriſſimis & ſolidiſſimis vertebrarum corporibus. *Munimentū*

Obuelatur { vt cerebri ſubſtantia duplici meninge. / ſic medulla hæc { cum duplici tunica quæ à meningibus cerebri producuntur. / rum validâ durâ & neruoſâ altera membranâ ab oſſe cranij vel neruorum ligamentis. *Inuolucra.*

Ne dum ſpina inflectatur, medulla diducatur & diſrumpatur.

Radices eius quatuor in baſi cranij { partim à cerebro. / partim à cerebro. *Exortus.*

Bipertita eſt & tenui meninge vndique ſecreta. *Structura.*

Motum per neruos duriores ferè diſpenſat. *Vſus.*

Tota deſinit in funiculos & capillamenta, quæ caudam equinam referunt, ne qua parte flectitur & contorquetur ſpina, medulla premeretur aut diſrumperetur. *Extremitas ſiue cauda equina.*

Oris partis interiores.

Os { nunc fiſſura labiorum. / nunc totum id ſpatium, quod diductis labris ad fauces extenditur. *Os.*

In ore *palatum*, lingua, gingiuæ, dentes, vuula, amygdalæ, fauces.

Palatum pars oris ſuperior, concaua & fornicata, vt aëre repercuſſo vox reddatur acutior, crenis exaſperata, vt ei membrana duriſſima tenacius inhæreat, rugoſa & aſpera, vt ciborum maſticationem adiuuet, ſaporum in homine etiam index. *Palatum.*

De lingua in ſermone de guſtu. *Lingua*

Gingiuæ carnes ſunt immobiles, quibus dentes ſuis in alueolis ſiſtuntur, retinentur. *gingiua.*

Dentium hiſtoria ſupra poſita eſt. *Dentes*

Vuula ſiue *plectrum* ſiue *gargareon* caro eſt mollis & fungoſa ab extremitate palati iuxta narium meatus in os propendens. *vuula.*

Officium { prohibere ne aër frigidior affatim & repente irrumpat in pulmones. / vocem ſua titillatione & gargaliſmo modulari.

Digitized by Google

Iſthmus. Iſthmus meatus faucium atque anguſtia.

Glandula. Iſthmo incubãt *glandulæ* (tonſillæ, amygdalæ, pariſthmia, antiades) quæ fauces, os & linguam ſaliuâ irrigãt ad guſtatum & cibi maſticationem, aut immodicè fluentem è capite humorem excipiunt & ebibunt.

Ab ore duæ protendũtur fiſtulæ, duo tubi & canales.

n. { vna ad *pulmonem* quæ dicitur *aſpera arteria.* / altera ad *ventriculum* (ſtomachum) quę inſeruit alimentorum tranſuectioni, & nominatur *œſophagus.* }

Aſpera arteria. *Aſpera arteria* ſpiritalis fiſtula eſt, per quam aer inſpiratur, exſpiratur.

Annulis conſtat cartilagineis figuræ ſemicirculatis, ab inuicem ſeparatis, ſed interuentu membranulæ inter ſe reuinctis delata ad iugulum bipertita in pulmones numeroſa ſerie ſpargitur, ſimplicior pars *larynx* nominatur & aſperæ arterię caput.

Quinque conſtatur cartilaginibus larynx { thyroide. / cricoide. / arytænoide. / epiglottide. / glottide. }

Motibus cietur varijs { aperitur / clauditur } { dilatatur ...... / conſtringitur } opera aliquot muſculorum.

Oeſophagus. *Oeſophagus* ſiue *gula*, fiſtula eſt cibaria, via cibi potus, ab ore ad ventriculum pertingit, cui perforato diaphragmate connectitur, eaque commiſſura *ſtomachus* nominatur: aſperæ arteriæ cohæret & ſubſternitur.

Inſidet colli vertebris, ſed glandulis interiectis ab oſſis duritie defenditur.

Iiſdem conſtat tunicis quibus ventriculus.

n. { vnâ interiore, neruoſâ, craſsâ, durâ, omnibus oris partibus communi. / alterâ *exteriore* & carnoſâ. }

Cibos { attrahit / regerit } fibris { rectis. / tranſuerſis. }

§. 3.

Thoracis partes interiores.

Viſcerum regiones & membranæ.

Triplex viſcerum regio, vt ſupra diximus { caput. / thorax. / venter. }

Quæque proprijs veſtitur inuolucris.

Cingitur { cerebrum *meningibus.* / thorax *ſubcoſtali* tunica. / venter *peritonæo.* }

Digitized by Google

Niſi fortè vnica membrana eſt quæ pro locorum diuerſitate aliam atque aliam appellationem ſortiatur.

Thoracis membranæ.

In thorace aduertẽdi tres panniculi pręcipuè, quibus diſtinguatur ipſius regio

n. { *pleura* ſiue *ſuccingens* tunica ſiue *ſubcoſtalis*.
diaphragma. ſeptumue tranſuerſum.
mediaſtinum ſiue paries intergerinus ipſius thoracis.

Regio { quę *ſupra* diaphragma dicitur *thorax*, vbi cor, pulmo.
quæ *infra* diaphragma, nominatur *venter*.

Pleura.

Pleura, mẽbrana eſt neruoſa, dura, denſa, gemina omni ex parte, dorſi vertebris firmiter alligata, non ſolum coſtas ſuccingens, ſed & vniuerſam thoracis capacitatem ſuo ambitu comprehendens & coercens, omnibus quoque thoracis partibus membranas largiens quibus veſtiantur.

Diaphragma.

Diaphragma *muſculoſum* aliquid (*muſculus caro eſt in orbem circunducta*) reſpirationi inſeruiens totamque illam capacitatem viſcerum in duas regiones diuidens. *Quid.*

Libera reſpirationis inſtrumentum eſt. *Officium.*

Naturales partes à vitalibus ſecernit.

Denſitate ſua vapores ſurſum aſcendentes repercutit. *Dignitas.*

Pars eſt dignitate ſumma.

Nam { vulneratum repentinam mortem affert. Exemplum eſt Odyſſ. 9.
contabeſcens febrem hecticam lethalem inducit.
inflammatum phrenitidem.

Ex diaphragmate *ſubtilitas* mentis.

In eo præcipua *hilaritatis* ſedes & riſus. *Facultates.*

Hinc gladiatoribus mortem cum *riſu* traiecta præcordia attulerunt Plin.

partes habet { materia *nerueam* in medio eius ſiue centro collocatam ad robur, hepar enim, lienem & ventriculum ſuſpendit.
alteram *carnoſam* vndique circuniectam. *Partes.*

Succingitur { intra thoracem *pleura*.
intra ventrem inferiorem peritonæo. *Membrana.*

Ineſt etiam piſcibus, qui non reſpirant, ſed prorſus membranoſum. *Quibus inſit.*

Diaphragmatis centro nerueo pericardium adhęret, vt motum cordis eò dirigeret. *Pericardij adhæſio.*

Percutitur à cordis cono ſiue cuſpide.

Non vt motum infundat diaphragmati.

Sed vt oppoſitum iecur ſuccutiens ſanguinem in venam cauam refundat & eius ad ſuperiorem partem diſtributionem ſua diuerberatione faciliter. *Percuſſio cordis.*

Digitized by Google

Natura. & motus. *Natura & motus* diaphragmatis apud Anatomicos controuertitur.

Mediaſtinum.

Mediaſtinum extenſum eſt à iugulo ad diaphragma.

Thoracem diuidit in duas regiones { dextram / ſiniſtram } vt vna læſa, incolumis altera perſiſtat, viſceraque ſuſpendantur.

Geminata pleura eſt & reduplicata, & ab oſſe pectoris ad corpora vertebrarum dorſi producta.

Duplex mediaſtini membrana non eſt ſibi mutuò appreſſa, ſed ſatis inſigni interuallo diſiunctá vocis efformandæ cauſa.

Quod ſpatium non prorſus inane eſt, ſed neruoſis filamentis & membraneis fibris intertextum.

Cor.

Subſtãtia. Cor eſt viſcus dura, craſſa, *fibroſa*, cauaque carne conſtans vt motus perennitati ſufficeret, ſpirituum, caloremque natiuum conſeruaret.

Dignitas. *Nobiliſſima* pars eſt principium vitalis facultatis & ſpiritus.

Iraſcibilis animæ ſedes.

Arteriarum radicatio. Ariſtoteli etiam neruorum & venarum.

Neceſſitas Ad vitã prorſus *neceſſaria* Nullum animal viſum corde carens. 4. de gen. anim.

Pericardium. Pericardium tamen cordis inciſio non quæuis lethalis, &c. niſi ventriculus aliquis aperiatur.

Corde exempto canes procurrere viſi, &c.

Cordi ſua *capſula* qua includi *pericardium* nominatur.

Id proprium cordis inuolucrum, durum, craſſum, nerueum, quo vndique contegitur.

Tantum à corde *diſtat*, quantum exigit pulſatio eius.

Comparatum { vt ſecuritatem cordi præſtet. / vt ſeroſum humorem contineat { ad cordis humectationem. / ad faciliorem motum. } }

Seroſus ille pericardij humor an in viuentibus inſit & qua ex materia generetur Medici diſputant.

Aqua cordis. *Adeps.* Carnoſam cordis ſubſtantiam extrinſecus *adeps* oblinit & circundat vt facilius moueatur.

Locus. Vt perenni motu calefactum non penitus exareſcat.

Situs. Quem mirum viſceri calidiſſimo adnaſci, qui calore funditur, colliquatur.

Pulſatio in ſiniſtro latere. *Locus* thorax: niſi quòd aſello piſci creditur cor in imo ventre contineri.

Situ eſt in *medio* thorace. i. æquè diſtat à clauibus, diaphragmate, ſterno, dorſo.

Qui inquam in homine conus eius centrum diaphragmatis ferit & pertingit.

Cor in ſiniſtram partem vergit. *Pulſatio* infra *leuam papillam* percipitur.

Quia ſiniſter cordis vẽtriculus ſpirituoſus cum aorta in hanc inclinat partem.

Inclinat autem quò ſiniſtram partem per naturam frigidiorem calfaciat.

In dextris hepar, vena caua, azygos.

Magnitudo

Magnitudo varia [*Magnitudo.*]
- pauidis & ignauis animalibus prægrande.
- audacibus puſillum aut mediocre.

Homini corporis ratione cæteris animalibus grandius. Ariſtoteli. [*Argumētum.*]

Id ad 50. ætatis annum ſingulis annis pondere 2. drachmarum augeri, à 50. detrahi tantundem fabuloſum.

Figura conoides ſiue turbinata & propemodū pyramidalis, quæ caloris propria. [*Figura.*]

Exteriores partes ſecundæ [*Partes.*]
- latior & ſuperior — quæ — baſis.
- acuminata & inferior — quæ — mucro, conus.

Cordi ventriculi duo [*Ventriculi.*]
- dexter qui amplior.
- ſiniſter qui anguſtior.

Ventri
- dexter venoſus.
- ſiniſter arterioſus, ſpirituoſus.

Tertium adiungit Ariſtoteles in grandioribus animalibus: vt Elephanto, rhinocerote. [*An 3.*]

Sed refellit Gal. qui præſentibus Medicis Romæ elephantem diſſecuit, in quo eadem ſtructura cordis, iidem ventres, eadem vaſa.

Niſi credimus intellexiſſe Ariſtotelem inſignem ductum & meatum in ſuperiore parte ſepti cordis, & pro tertio ventriculo habuiſſe.

Ventriculi diſtinguntur
- ſitu
  - dexter.
  - ſiniſter.
- vaſis
  - in dextro venæ
    - caua.
    - vena arterioſa.
  - in ſiniſtro arteriæ
    - aorta.
    - arteria venoſa.
- ſubſtantiæ
  - mollitie
  - craſſitie
  - ventr.
    - dexter carne conſtat molli & tenui.
    - ſiniſter carne triplo duriore & craſſitie.
- calore
  - dexter Ariſtoteli calidior ſanguinis copia.
  - ſiniſter frigidior aeris inſpirati frigore.
- cauitate
  - dexter latior & capacior.
  - ſiniſter anguſtior.

Ventriculos interiectus paries poroſus diſterminat, per quem ſanguis à dextro ventriculo in ſiniſtrum tranſcolatur. [*Septum cordis.*]

Ventriculis ſuę ſunt *auricula*, ſiue appendices membraneæ. [*Auricula.*]

Vaſis incubant materiam ad cor deferentibus.

Subſtantiam habent à cordis parenchymate diſtinctam.

Imo & motum. deficiente cordis motu palpitant aliquandiu & in his vitalitas omnis elangueſcit & emoritur.

Auricula
- dextra grandior & capacior orificio venæ cauæ apponitur.
- ſiniſtra durior & anguſtior arteriæ venoſæ.

Vaſa. Cordi *vaſa* quatuor
- duæ venæ
  - caua.
  - vena arterioſa.
- duæ arteriæ
  - aorta.
  - arteria venoſa.

In ventriculo
- dextro
  - *caua* ſanguinem ab hepate cordi tranſmittit.
  - *vena arterioſa* ſanguinem ex corde pulmonibus ſuppeditat.
- ſiniſtro
  - *aorta* ſiue truncus arteriarum ſanguinem, ſpiritumque vitalem toti corpori diſtribuit.
  - *arteria venoſa*
    - aerem inſpiratum ad cor attrahit.
    - ſpiritus vitalis excrementa ſiue fuligines expurgat.
    - arterioſum ſanguinem pulmonibus miniſtrat.

Valuula. Vaſorum orificijs natura *valuulas* ſiue membranulas apposuit ſingulis tres exceptâ arteriâ venoſâ quæ binas tantum habuit.

Earum
- aliæ *tricuſpides*, quibus materia *admittitur*, prohibeturque ne quod ſemel influxit remigret.
- aliæ *ſigimoides*, ſemicirculares, quæ ſanguinem & ſpiritum *effundunt*.

Et ne quod elapſum eſt regrediatur impediunt.

Foris intro. *Intus foras.*

Valuulæ
- tricuſpides *foris intro*
- ſemicirculares *intus foras*

ſpectant.

Valuulæ
- tricuſpides vaſis materiam aduehentibus
  - venę cauæ.
  - arteriæ venoſæ.
- ſigimoides deferentibus
  - aorta.
  - venæ arterioſæ.

Motus. *Motus* cordis duplex
- *diaſtole*, dilatatio, quâ ſanguinem & ſpiritum cor attrahit.
- *ſiſtole* & contractio, quâ expellit.

Qua ſpecie motus, qua facultate, quo inſtrumento cor moueatur dubium eſt.

Pulmo.

Quid. Pulmo caro eſt ſpongioſa, molliſſima, laxiſſima, aſperæ arteriæ ſeſe in mediâ eius ſubſtantiam inſinuanti attendens, reſpirationis inſtrumentum cum diaphragmate.

Digitized by Google

Pulmo ſolis animantibus quæ reſpirant & collum habent. *Quibus ineſt.*
Vniuerſam thoracis capacitatem occupat. *Locus.*

Diuiditur in { dextrum. / ſiniſtrum. } *Diuiſio.*

Vterque in plures *lobos* ſiue partes, quæ quia alatum more dilatantur & explicantur dicuntur *alæ*.

Membranâ tegitur tenuiſſimâ quam rectè indicat Ariſtoteles tenuiſſimis foraminulis pertuſã, vt pus & ſanies per anacatharſim tuſſiendo expectoretur. *Membrana.*

Vaſa habet { venam arterioſam ad nutritionem. / arteriam venoſam ad vitalitatem & aeris ad cor tranſmiſſionẽ. / aſperam arteriam ad reſpirationem. } *Vaſa.*

Aſperæ arteriæ extremitates cartilagineſę dicuntur *Bronchia*.

Pulmo { *dilatatur*, vt per os & nares aerem attrahat. / *conſtringitur*, vt fuligines excludat & amandet. } *Motus.*

Officium { aerẽ intra ſuã ſubſtantiã cordi pręparare ad vitalis ſpiritus generationem. / æſtuantem cordis calorem temperare. / fuligines excernere. } *Officium.*

§. 4.

Ventris interioris partes interiores. Ventris nomen.

Venter { interdũ quęuis maior *capacitas* corporis, vt vẽter cerebri, vẽter cordis. / nonnunquam tota *viſcerum* regio. / aliquando illa tantum quæ *infra* diaphragma. / propriè vas illud quod *ventriculus* appellatur vulgo *ſtomachus*. }

Ventris quotuplex regio?

Ventris autem qui infra diaphragma regio conſtituitur triplex.

Vocant { ſuperiorem *ſtomachalem* in qua *hypochondrium* { dextrum. / ſiniſtrum. } / mediã *vmbilicalem*, cuius laterales partes *lumbi*. / inferiorem *hypogaſtrium*, cuius latera *ilia*. }

Ventriculus.

Ventriculus corpus eſt neruoſum, rotundum & oblongum, in quod alimenta per gulam recipiuntur. *Quid.*

Membranoſum, durum, denſum, vt facilè dilatetur & cõptimatur in ingluuie. *Cur membranoſum.*
Tunicis conſtans tribus. *Magnitudine* inæquali pro corporum varietate. *Tunica. Magnitudo.*
Rotundum in figura *oblonga* ad capacitatem & commodiorem chyli vacuationem. *Figura.*

Dignitatis ſummæ { ſiue *actionis* ſpectetur neceſſitas quod animalibus terra, id animalibus venter primæ coctionis vitium ſecunda non emendat. / ſiue *ſympathia* & reliqui corporis conſenſus. } *Dignitas.*

Primæ coctionis ſiue chyloſeos officina eſt alimentique conceptaculum. *Officium.*

Digitized by Google

Numerus Ventriculus { quibuſdam animalibus duplex.p.boui,lepori,gallinæ, &c. / quibuſdam triplex. / quibuſdam quadruplex ,vt oui. }

Ex duplici { qui vicinior ori dicitur *ingluuies,præcipium,prolobus.* / alter autem retinet commune nomen. }

Homini vnicus: ſi quando duplex tribuatur, ventriculi nomine inteſtinum intelligitur..

Locus. In abdomine ſedem habet.

Diaphragmate ſeparatur à thorace.

Et vt facilior ſit reſpiratio.

Et ne fœdo eius odore ſuperiora inquinentur.

Situs. Medius inter iecur & lienem conſiſtit,quorum calore in coquendo adiuuatur.

Vergit tamen aliquantulum in ſiniſtram partem, vt ampliorem hepati locum relinquat.

Orificia. Os ventriculi { *ſuperius,* vocatur *ſtomachus,* appendetque gulæ vel ingluuiei. / *inferius* dicitur *pylorus.* }

Orificium { ſuperius amplius eſt ſedes famis & ſitis, acutiſſimo ſenſu præditũ ob plexum neruorum ſtomachicorum. / inferius anguſtius nec ita exactè ſentiens. }

Peritonæum.

Quid? *Peritonæum* tunica eſt,quâ ventris inferioris (qui protenditur à diaphragmate ad oſſa pubis) membra omnia obuoluuntur.

Robur. Ea valida fibris contexta omnis generis ne in dilatatione diſrumpatur.

Origo. A ligamentis vertebrarum lumbarium exorta,vel à prima conformatione(firmiores partium adhæſiones exortus Anatomici appellatur.)

Officium. Inſtituta vt omnibus epigaſtrij ſiue abdominis partibus membranas largiatur.

Meſenterium gignit atque epiploum.

Vmbilicus.

Quid? Vmbilicus eſt vaſorum quatuor vmbilicalium nodoſus coitus venæ vnius, duarum arteriarum & vraci.

Officium. Vaſa hæc { in fœtu nutritionis cauſa comparata. / in adultis areſcunt & in ligamenta degenerant. }

Suſpendit { vena hepar. / arteriæ cum vraco veſicam. }

Neceſſitas Eorum tanta neceſſitas vt diſruptis ipſis { vel interitus / vel diſpnœa } conſequatur.

In ipſo centrum corporis. Ægyptij graſſatores tandiu detracto corio viuebant,donec vmbilicum carnifex circinaſſet Scal.exer. 246.

In vmbilico totius corporis centrum conſtituitur.

Omentum.

Omentum tunica eſt neruis,venis & arteriis diſtincta , cui pinguedo copioſa circunfundi ſolet,ventriculi fundo & inteſtinis innatans, & eas partes obtegens. *Quid?*

Tunicis conſtat duabus,ſed nuſquam in medio vnitis,intra quas ſæpe illuuies & inferioris ventris ſaburra colligitur. *Tunica.*

Quibus iecut aqua plenum in omentũ erupetit hydropici fiunt & motiũtur.

Figurâ marſupium refert. *Figura.*

Origo ex meſenterio cuius { & ſubſtantiam glandulosam / & officium } æmulatur. *Origo.*

Vſus { inſitum ventriculi & naturalium partium calorem fouere. Quibus adẽpta epiploi portio ij deteriùs coquunt. / lienis purgamenta excipere. / colũm inteſtinum colligare & in ſuo ſitu continere. } *Vſus.*

Inteſtinum.

Inteſtinum eſt vnum corpus membranoſum, cauum, rotundum, in pleriſque animalibus flexuoſum,quod imo à ventriculo cui adhæreſcit protenditur ad aluum vſque. *Quid?*

A natura inſtitutum eſt { diſtribuendi in iecur chyli gratia. / continendi / expellendi } ſtercoris. *Officium.*

Membranoſum, vt diſtendi poſſit & dilatari. *Membranoſum.*

Flexuoſum { tum ne gulæ perpetuò mancipemur. / tum ad perfectæ diſtributionis munus, ne alimentum confeſtim elabens venatum meſentericarum ſuctum ſubterfugeret. } *Anfractuoſum.*

Voracia animalia vnicum habent inteſtinum rectâ ad anum productum. *Quibus vnicum.*

Ventriculo *adnexum* eſt non *continuatum*, vt oſtendit fibrarum varietas & membranarum ſtructura diſſimilis. *Ventriculo adhæret.*

Longitudine eximia.n.ſepties totius corporis longitudinem æquante. *Lõgitudo.*

Membraneis conſtat { interiore & carnoſa. / exteriore membranea. / tertia communi à peritoneo. } *Mẽbrana.*

Fibras habet { tranſuerſas ad chyli ac ſtercoris expulſionem. / rectas ad robur. } *Fibra.*

Mouetur motu *Periſtaltico*, cùm *ſuperne deorſum* conſtringũtur & contrahũtur inteſtina. *Motus.*

Id quanquam vnicum & à ventriculo vſque ad anum continuum,variè tamẽ diuiditur.

Eſt
- ratione ſubſtantiæ
  - tenue.
  - craſſum.
- ratione officij
  - diſtribuendo chylo præpoſitum.
  - fæcibus excipiendis, excludendis.
- ratione figuræ
  - rectum.
  - anfractuoſum, vt ileum, colon.
- ratione ſitus
  - ſuperius.
  - inferius.

Vulgo tota hæc lõgitudo pro vario ſitu, figura, magnitudine in ſex ſecatur partes variis diſtinctas appellationibus.

Dicitur *exortum*, ieiunum, tenue, cæcum, colum, rectum.

Meſenterium.

Meſenterium corpus eſt membranoſum in medio inteſtinorum, (vt nomen indicat) ſitum, duabus tunicis, venis & arterijs innumeris, adipeque copioſo & glandulis contextum: exquiſito ſenſu præditum, inſtitutum ne varijs anfractibus contorta inteſtina temere confunderentur.

Pancreas.

Pancreas corpus carnoſũ, glandulis multis & magnis conſtitutum, vẽtriculo.i. fundo inter iecur & ſplenem collocatum venæ portæ ramos connectens, eiuſque diuiſionem ſtabiliens & ſecuriorem efficiens.

Iecur.

Quid. *Hepar* ſiue iecur & *lien* ventriculum circunſiſtunt.

Hepar eſt pars neceſſaria ſanguineis animalibus, vt pote fons & officina *ſanguinis* & eius conficiendi primarium inſtrumentum.

Venarum radicatio eſt, facultatis naturalis & animæ concupiſcentis ſedes.

Viſcerum naturâ primum.

Caro ſiue parenchyma. Sanitatis & integritatis in toto corpore fundamentum.

Subſtantia eius ſimilis concreto ſanguini, dura, rubra.

Locus. Suppoſitum eſt hypochondrio dextro ſub nothis coſtis & diaphragmate: quã quam interdum vtrumque opplet vel locum cum liene commutat,

Lobi. *Lobis* in homine nullis diſtinguitur, ſed continuum eſt.

Regiones. Regiones habet { ſuperiorem & exteriorem quæ *Gibba* / inferiorem & interiorem quæ *Caua* } nominatur.

Ligamenta. Ligamentis tribus ſuſpenditur & cartilagini, xiphoidi atque diaphragmati affigitur.

Emunctoria. Eidem hepati duo ſolent appendi folles cum liene.

Nimirum quia confectus in iecore ſanguis non prius per venas vniuerſo corpori diſtribuitur quam ſuis impuritatibus repurgetur.

Itaque { veſicula bilem ſecernit.
lien humorem melancholicum.
renes, vreteres & veſica ſerum. }

Meſaraicæ venæ.

Meſaraicæ venæ protendũtur ab hepate ad inteſtinum, hiſque tanquam radiculis ſed cauis exſugitur chylus.

In ipſis iam incipit rubere chylus & quaſi quoddam ſanguinis rudimentum aſſequi.

In plures ſurculos diuiduntur. De quorum diſtributione Anatomici.

Folliculus fellis.

Folliculus fellis eſt conceptaculum in quod recipitur *flaua bilis.*

Veſicula hepati ſuppoſita & quaſi immerſa ad ſecernendum bilem amaram à ſanguine, vt dulcior factus nutrire poſſit (dulcibus nutrimur) fundum habens, ceruicem & meatus bilem deferentes, venas etiam cyſticas, arterias & neruos.

Lien.

Lien viſcus eſt ſpongioſum, rarum, molle, fungoſum, in ſiniſtro latere ventriculi ferè conſtitutum (vt in dextro hepar) receptaculum melancholiæ. *Quid.*

Parenchyma lienis valde laxum & friabile: *Caro ſiue ſubſtantia.*

Membranâ vnicâ & tenuiſſimâ ſuccingitur. *Membrana.*

Pars eius { ſumma & craſſa & *caput.*
inferior, & *cauda* nominatur. } *Partes.*

Alligatur diaphragmati per tenuia ligamenta, ſi relaxentur, prolabitur vel in hypogaſtrium. *Ligamenta. Prolapſus.*

In hypochondrio ſiniſtro conſiſtit, nonnumquam tamen cum iecore locum permutat, ſed prodigioſè ex c. 13. l. 1. de hiſt. *Locus.*

Magnitudo, figura, color in ſingulis ferè hominibus diuerſa. *Magnitudo. Figura. Color.*

Magnitudo haud optabilis, quibus viſcus id magnum & tumens, his corpus gracileſcit & impurum redditur, vtque amplificato fiſco regio ſingulorum præparatæ opes minuuntur, ſic amplificato liene ſingulæ partes corporis decreſcunt. *Quæ potior magnitudo an paruitas.*

Officium { vel humiditates ſuperfluas ex ventriculo attrahere; quæ non bibunt animalia, ijs lien nullus ex Ariſtotele.
vel ſanguinis elaborationi conferre.
vel craſſum & fæculentum humorem ab hepate proiicere. } *Officium.*

Veſica.

Veſica ad quam per renes defluit excrementum ſecundæ concoctionis ſiue *lotium* & vrina eſt humidi excrementi conceptaculum, corporiſque quaſi matula. *Quid.*

Sæpiſſimè vnica, rarò duplex vel medio ſepto in duas partes diuiſa, ijs data tantum animalibus, quæ pulmonem habent ſanguineum. *Numerus quibus insit.*

Digitized by Google

Magnitudo. Magnitudine varia caſidioribus amplior, homini quàm brutis.

Figura. Figura rotunda & aliquantum oblonga.

Situs. *Sublimis* in homine ob erectam illius figuram.

Locus. Duplicato peritonæo incluſa ac veluti extra abdominis capacitatem eiecta, propriumque ac ſeparatum ventrem conſtituens.

Tunica. Tunicis conſtans
- proprijs
  - neruoſa vna.
  - carnoſa altera.
- tertia communi. i. apophyſi & productione peritonæi.

Partes. Partes habens
- ſuperiorem ſiue fundum & corpus veſicę.
- inferiorem ſiue collum & ceruicem.

Veſicę
- corpus membranoſum. Ideò diſſectum nunquam coaleſcit 3. de hiſt.
- ceruix carnoſa, vbi celebratur lithotomia.

Foramina. Perforata
- tum à veſicam ſubeunte vretere.
- tum in ceruice vt vrinæ exitus præbeatur.

Sphincter veſicæ. Ceruix muſculo ſphinctere cingitur, clauditurque ne inuitis nobis vrina effluat.

Vreteres.

Vreteres vaſa ſunt à ſinuoſâ renum parte ſuper lumborũ muſculos ad veſicam producta, concaua, alba, craſſa, arteriarum inſtar neruea, ſimplici tamen tunicâ cõſtructa, rectis tantum fibris conſtructa, quibus à renibus vrina tranſmittitur ad veſicam.

Neceſſarij canales iſti propter longiorem renum & veſicæ diſtantiam.

Renes.

Quid. Locus. Officium. Renes partes ſunt carnoſę, duræ, denſæ, concauæ, fibrarum expertes, lumbis adhæreſcentes, ſeroſum humorem ab hepate exſugentes tranſmiſſurę in veſicam, eumque redolentes.

Id quibus inſtrumentis perficiunt. Serum
- alliciunt per *emulgentes*
  - venas.
  - arterias.
- deponunt in veſicam per *vreteres*.
- ſecernunt à ſanguine per *carunculas* quaſdam papillis ſimiles.
- retinent & aſſeruant ad aliquod tempus in cauitate ſua quæ dicitur *Peluis*.

Quibus inſunt. Renes nulli corticato animali præterquam teſtudini.

Numerus. Renes ferè *gemini*, viſi quatergemini: viſus vnicus atque is maximus.

Cur gemini. Gemini
- & ad corporis æquilibrium.
- & ad actionis continuitatem, ne vno affecto ceſſaret ſeroſi humoris excretio.

Situs. Dexter ferè ſiniſtro ſuperior eſt.

Vterus

Vterus.

Vterus pars eſt ſexus fœminini propria, inſtrumentum concipiendi, generandique fœtus, conſtans tunicis, venis, arterijs, neruis, ligamentis, cotyledonibus, cornibus &c. Quid.

Situs eius in hypogaſtrio & inferioris ventris parte ima. Situs.
recto inteſtino & veſicæ interiacet.
intus reconditur vt à partium internarum ca ◦ re foueatur.

In ipſo obſeruandæ *partes* duplicis generis. Partes.
n. { *externa* pubes, mons veneris, orificium exterius, labra, frenum, nymphę, clitoris, caruncula, myrtoides, hymen.
interna ceruix, orificium interius, fundus vteri, vaſa ſpermatica deferentia, eiaculantia, teſtes, tuba vteri, ligamenta, quatuor cornua, cotyledones. }

Vterus *biſſinuatus* { non intergerino pariete, quamquam viſum.
ſed linea, quâ dirimitur in dextrum & ſiniſtrum. } Diuiſio.

Fictitiæ quæ iactantur illic *cellulæ* ad polytociam ſiue plures fœtus. Cellula.

ARTICVLVS IX.

De partibus exterioribus.

§. 1.

Capitis partes exteriores.

Caput.

Caput quicquid collo ſuppoſitum eſt.
Membrum id *Diuiniſſimum* Platoni in Timæo. Quid.
Habitum *ſacrum* ex Ariſtotele prob. 9. ſ. 33. Dignitas.
Sedes eſt potiſſima *rationalis animæ*: domicilium facultatum animalium, ſentientis, motricis, phantaſiæ, memoriæ, rationis.

Figura capitis { *naturalis* orbicularis, quę tamen { non exactè *ſphærica*.
ſed verſus tempora leuiter [*compreſſa*. }
deprauata { rotunda omnino, cum vtraque proiectura deeſt.
acuminata vt Therſitæ. Il. 2. } } Figura.

Magnitudo homini amplior quàm brutis animantibus ob cerebri molem. Magnitudo.

Potior *paruitate* quæ { pendet ex { inopia materię.
formatricis imbecillitate. }
arguit ingenium præceps & temerarium. } An præferenda paruitati.

Ariſtoteles hominem animal prudentiſſimum agnoſcit, quia paruum & breue caput habeat. O Be

Digitized by Google

Siue quia contra perpetuo motu agitari.

Et per diaſtolen attolli, per ſyſtolen comprimi, conſtringique.

Senſus. Senſum tactus cerebro denegat Ariſtoteles 3. de hiſt. & 2. de partibus ſi ſentit, ſentit obtuſo ſenſu, vt viſcerum carnes: & poteſtate potius, quam actu.

Quamquam ſentiendi vim nonnulli deriuant à membranis, quæ ſenſum habent exquiſitiſſimum.

Sed leuiſſima coniectura hæc.

Particulæ variæ. In cerebro particulæ complures ab anatomicis obſeruantur.

Nimirum *anfractus* tenuis meningis, *falx*, *calloſum corpus*, *ſeptum lucidum*, *fornix*. *plexus choroides*, *conarium* glandula *thalami* neruorum opticorum, *teſtes*, *nates*, *anus*, *vermiformis* apophyſis, *choana*, *glandulæ rete mirabile*, *proceſſus mammillares*, ſeptem neruorum paria, radices ſpinalis medullæ.

Diuiſio. Cerebri
- vna *poſterior* pars quæ *cerebellum* dicitur.
- altera *anterior* quæ
  - dextra.
  - ſiniſtra.

Cerebellũ. *Cerebellum* pars eſt totius cerebri poſterior ſita in occipite à cerebro duplicatæ meningis interuectu ſeparata, quatuor partibus conſtans duobus lateralibus totidem in medio ſitis quartum cerebri ventriculum complexa, à quo in neruos & ſpinæ medullam ſpiritum effundit animalem.

Differunt
- colore cerebellum cineritio prorſus colore eſt.
- ſubſtantia
  - cerebrum humidius eſt & mollius.
  - cerebrum ſiccius, duriuſque.
- magnitudine cerebellum fermè decuplo minus.

Ventriculi Cerebro ſui ventriculi inſunt: de quibus alibi.

Meninges.

Obuoluitur cerebrum membranis quæ *meninges* appellantur.

Eſt
- vna *interior*
- altera *exterior*

quæ Arabibus
- *pia mater.*
- *dura mater.*

Græcis
- *tenuis* meninx
- *craſſa* meninx

dicitur.

Matres vocant Arabes, quaſi ab illis omnes corporis membranæ oriantur.

Mollem & ceream cerebri ſubſtantiam conſtringunt, & ab oſſis duritie defendunt, temperant quoque, & numeroſis venarum ſurculis nutriunt.

Exteriore ſua ſuperficie ficus folia referunt.

Cerebrum non obuelant tantum ſed interius penetrantes variè diuidunt.

Parte
- anteriore in
  - dextrum.
  - ſiniſtrum.
- poſteriore in
  - anticum quod *cerebrum.*
  - poſticum quod *cerebellum.*

nominatur.

Spinalis medulla.

E cerebri & cerebelli ſubſtantia tanquam è radice caudex *ſpinalis medulla* producitur, quæ in fiſtuloſa ſpinæ cauitate continetur. *Quid.*

Eius eadem fermè quæ cerebri *dignitas*, *neceſſitas*, ſubſtantia, ſtructura, vſus. *Dignitas.*

Neceſſitas ex eo quod remotiſſimis partibus vix commode neruos poterat cerebrum elargiri. *Neceſſitas.*

Eius appendix & vicaria medulla hæc circumiectis partibus neruos ſecutè diſtribuit.

Obuallatur { vt cerebrum oſſibus cranij. / ſic medulla ſpinalis duriſſimis & ſolidiſſimis vertebrarum corporibus. *Munimentũ*

Obuelatur { vt cerebri ſubſtantia duplici meninge. / ſic medulla hæc { cum duplici tunica quæ à meningibus cerebri producuntur. / rum validâ durâ & neruoſâ altera membranâ ab oſſe cranij vel neruorum ligamentis. *Inuolucra.*

Ne dum ſpina inflectatur, medulla diducatur & diſrumpatur.

Radices eius quatuor in baſi cranij { partim à cerebro. / partim à cerebro. *Exortus.*

Bipertita eſt & tenui meninge vndique ſecreta. *Structura.*

Motum per neruos duriores ferè diſpenſat. *Vſus.*

Tota deſinit in funiculos & capillamenta, quæ caudam equinam referunt, ne qua parte flectitur & contorquetur ſpina, medulla premeretur aut diſtumperetur. *Extremitas ſiue cauda equina.*

Oris partis interiores.

Os { nunc fiſſura labiorum. / nunc totum id ſpatium, quod diductis labris ad fauces extenditur. *Os.*

In ore *palatum*, lingua, gingiuæ, dentes, vuula, amygdalæ, fauces.

Palatum pars oris ſuperior, concaua & fornicata, vt aëre repercuſſo vox reddatur acutior, crenis exaſperata, vt ei membrana duriſſima tenacius inhæreat, rugoſa & aſpera, vt ciborum maſticationem adiuuet, ſaporum in homine etiam index. *Palatum.*

De lingua in ſermone de guſtu. *Lingua*

Gingiuæ carnes ſunt immobiles, quibus dentes ſuis in alueolis ſiſtuntur, retinentur. *gingiua.*

Dentium hiſtoria ſupra poſita eſt. *Dentes*

Vuula ſiue *plectrum* ſiue *gargareon* caro eſt mollis & fungoſa ab extremitate palati iuxta narium meatus in os propendens. *vuula.*

Officium { prohibere ne aër frigidior affatim & repente irrumpat in pulmones. / vocem ſua titillatione & gargaliſmo modulari.

Iſthmus. Iſthmus meatus faucium atque anguſtia.

Glandula. Iſthmo incubāt *glandulæ* (tonſillæ, amygdalæ, pariſthmia, antiades) quæ fauces, os & linguam ſaliuâ irrigāt ad guſtatum & cibi maſticationem, aut immodicè fluentem è capite humorem excipiunt & ebibunt.

Ab ore duæ protendūtur fiſtulæ, duo tubi & canales.

n.
- vna ad *pulmonem* quæ dicitur *aſpera arteria.*
- altera ad *ventriculum* (ſtomachum) quę inſeruit alimentorum tranſuectioni, & nominatur *œſophagus.*

Aſpera arteria. *Aſpera arteria* ſpiritalis fiſtula eſt, per quam aer inſpiratur, exſpiratur.

Annulis conſtat cartilagineis figuræ ſemicircularis, ab inuicem ſeparatis, ſed interuentu membranulæ inter ſe reuinctis delata ad iugulum bipertita in pulmones numeroſa ſerie ſpargitur, ſimplicior pars *larynx* nominatur & aſperæ arteriæ caput.

Quinque conflatur cartilaginibus larynx
- thyroide.
- cricoide.
- arytænoide.
- epiglottide.
- glottide.

Motibus cietur varijs
- apetitur – dilatatur ......
- clauditur – conſtringitur

opera aliquot muſculorum.

Oeſophagus. *Oeſophagus* ſiue *gula*, fiſtula eſt cibaria, via cibi potus, ab ore àd ventriculum pertingit, cui perforato diaphragmate connectitur, eaque commiſſura *ſtomachus* nominatur: aſperæ arteriæ cohæret & ſubſternitur.

Inſidet colli vertebris, ſed glandulis interiectis ab oſſis duritie defenditur.

Iiſdem conſtat tunicis quibus ventriculus.

n.
- vnâ interiore, neruoſâ, craſsâ, durâ, omnibus oris partibus communi.
- alterâ *exteriore* & carnoſâ.

Cibos
- attrahit
- regerit

fibris
- rectis.
- tranſuerſis.

§. 3.

Thoracis partes interiores.

Viſcerum regiones & membranæ.

Triplex viſcerum regio, vt ſupra diximus
- caput.
- thorax.
- venter.

Quæque proprijs veſtitur inuoluctis.

Cingitur
- cerebrum *meningibus.*
- thorax *ſubcoſtali* tunica.
- venter *peritonæo.*

Digitized by Google

Niſi fortè vnica membrana eſt quæ pro locorum diuerſitate aliam atque aliam appellationem ſortiatur.

Thoracis membranæ.

In thorace aduertēdi tres panniculi pręcipuè, quibus diſtinguatur ipſius regio n.
- *pleura* ſiue *ſuccingens* tunica ſiue *ſubcoſtalis*.
- *diaphragma*, ſeptumue tranſuerſum.
- *mediaſtinum* ſiue paries intergerinus ipſius thoracis.

Regio
- quę *ſupra* diaphragma dicitur *thorax*, vbi cor, pulmo.
- quæ *infra* diaphragma, nominatur *venter*.

Pleura.

Pleura, mēbrana eſt neruoſa, dura, denſa, gemina omni ex parte, dorſi vertebris firmiter alligata, non ſolum coſtas ſuccingens, ſed & vniuerſam thoracis capacitatem ſuo ambitu comprehendens & coercens, omnibus quoque thoracis partibus membranas largiens quibus veſtiantur.

Diaphragma.

Diaphragma *muſculoſum* aliquid (*muſculus caro eſt in orbem circunducta*) reſpirationi inſeruiens totamque illam capacitatem viſcerum in duas regiones diuidens. *Quid.*

Libera reſpirationis inſtrumentum eſt.

Naturales partes à vitalibus ſecernit. *Officium.*

Denſitate ſua vapores ſurſum aſcendentes repercutit. *Dignitas.*

Pars eſt dignitate ſumma.

Nam
- vulneratum repentinam mortem affert. Exemplum eſt Odyſſ. γ.
- contabeſcens febrem hecticam lethalem inducit.
- inflammatum phrenitidem.

Ex diaphragmate *ſubtilitas* mentis.

In eo præcipua *hilaritatis* ſedes & riſus. *Facultates.*

Hinc gladiatoribus mortem cum *riſu* traiecta præcordia attulerunt Plin.

partes habet
- materia *nerueam* in medio eius ſiue centro collocatam ad robur, hepar enim, lienem & ventriculum ſuſpendit.
- alteram *carnoſam* vndique circuniectam. *Partes.*

Succingitur
- intra thoracem *pleura*.
- intra ventrem inferiorem perionæo. *Membrana.*

Ineſt etiam piſcibus, qui non reſpirant, ſed prorſus membranoſum. *Quibus inſit.*

Diaphragmatis centro nerueo pericardium adhęret, vt motum cordis eò dirigeret. *Pericardij adhæſio.*

Percutitur à cordis cono ſiue cuſpide.

Non vt motum infundat diaphragmati.

Sed vt oppoſitum iecur ſuccutiens ſanguinem in venam cauam refundat & eius ad ſuperiorem partem diſtributionem ſua diuerberatione facilitet. *Percuſſio cordis.*

Digitized by Google

Natura. & motus. *Natura & motus* diaphragmatis apud Anatomicos controuertitur.

Mediaſtinum.

Mediaſtinum extenſum eſt à iugulo ad diaphragma.

Thoracem diuidit in duas regiones { dextram / ſiniſtram } vt vna læſa, incolumis altera perſiſtat, viſceraque ſuſpendantur.

Geminata pleura eſt & reduplicata, & ab oſſe pectoris ad corpora vertebrarum dorſi producta.

Duplex mediaſtini membrana non eſt ſibi mutuò appreſſa, ſed ſatis inſigni interuallo diſiunctá vocis efformandæ cauſa.

Quod ſpatium non prorſus inane eſt, ſed neruoſis filamentis & membtaneis fibris intertextum.

Cor.

Subſtãtia. Cor eſt viſcus dura, craſſa, *fibroſa*, cauaque carne conſtans vt motus perennitati ſufficeret, ſpirituum, caloremque natiuum conſeruaret.

Dignitas. *Nobiliſſima* pars eſt principium vitalis facultatis & ſpiritus.

Iraſcibilis animæ ſedes.

Arteriarum radicatio. Ariſtoteli etiam neruorum & venarum.

Neceſſitas Ad vitã prorſus *neceſſaria*. Nullum animal viſum corde carens. 4. de gen. anim.

Pericardium. Pericardium tamen cordis inciſio non quæuis lethalis, &c. niſi ventriculus aliquis aperiatur.

Corde exempto canes procurrere viſi, &c.

Cordi ſua *capſula* qua includi *pericardium* nominatur.

Id proprium cordis inuolucrum, durum, craſſum, nerueũm, quo vndique contegitur.

Tantum à corde *diſtat*, quantum exigit pulſatio eius.

Comparatum { vt ſecuritatem cordi præſtet. / vt ſeroſum humorem contineat { ad cordis humectationem. / ad faciliorem motum. } }

Seroſus ille pericardij humor an in viuentibus inſit & qua ex materia generetur Medici diſputant.

Aqua cordis. Carnoſam cordis ſubſtantiam extrinſecus *adeps* oblinit & circundat vt facilius moueatur.

Adeps. Vt perenni motu calefactum non penitus exareſcat.

Locus. Quem mirum viſceri calidiſſimo adnaſci, qui calore funditur, colliquatur.

Situs. *Locus* thoraxnıſi quod à Hello piſci creditur cor in imo ventre contineri.

Pulſatio in ſiniſtro latere. Situ eſt in *medio* thorace. i. æquè diſtat à clauibus, diaphragmate, ſterno, dorſo.

Quinquam in homine conus eius centrum diaphragmatis ferit & pertingit.

Cor in ſiniſtram partem vergit. *Pulſatio* infra *lęuam papillam* percipitur.

Quia ſiniſter cordis véntriculus ſpirituoſus cum aorta in hanc inclinat partem.

Inclinat autem quò ſiniſtram partem per naturam frigidiorem calfaciat.

In dextris hepar, vena caua, azygos.

Magnitudo

Magnitudo varia
- pauidis & ignauis animalibus prægrande.
- audacibus puſillum aut mediocre.

Magnitudo.

Homini corporis ratione cæteris animalibus grandius. Ariſtoteli. *Argumētum.*

Id ad 50. ætatis annum ſingulis annis pondere 2. drachmarum augeri, à 50. detrahi tantundem fabuloſum.

Figura conoides ſiue turbinata & propemodū pyramidalis, quæ caloris propria. *Figura.*

Exteriores partes ſecundæ *Partes.*
- latior & ſuperior, quæ baſis.
- acuminata & inferior, quæ muero, conus.

Cordi ventriculi duo *Ventriculi.*
- dexter qui amplior.
- ſiniſter qui anguſtior.

Ventri
- dexter venoſus.
- ſiniſter arterioſus, ſpirituoſus.

Tertium adiungit Ariſtoteles in grandioribus animalibus: vt Elephanto, rhinocerote. *An 3.*

Sed refellit Gal. qui præſentibus Medicis Romæ elephantem diſſecuit, in quo eadem ſtructura cordis, ijdem ventres, eadem vaſa.

Niſi credimus intellexiſſe Ariſtotelem inſignem ductum & meatum in ſuperiore parte ſepti cordis, & pro tertio ventriculo habuiſſe.

Ventriculi diſtinguntur
- ſitu
  - dexter.
  - ſiniſter.
- vaſis
  - in dextro venæ
    - caua.
    - vena arterioſa.
  - in ſiniſtro arteriæ
    - aorta.
    - arteria venoſa.
- ſubſtantiæ
  - mollitie
  - craſſitie
  - ventr.
    - dexter carne conſtat molli & tenui.
    - ſiniſter carne triplò duriore & craſſitie.
- calore
  - dexter Ariſtoteli calidior ſanguinis copia.
  - ſiniſter frigidior aeris inſpirati frigore.
- cauitate
  - dexter latior & capacior.
  - ſiniſter anguſtior.

Ventriculos interiectus paries poroſus diſterminat, per quem ſanguis à dextro ventriculo in ſiniſtrum tranſcolatur. *Septum cordis.*

Ventriculis ſuę ſunt *auriculæ*, ſiue appendices membraneæ.

Vaſis incubant materiam ad cor deferentibus. *Auriculæ.*

Subſtantiam habent à cordis parenchymate diſtinctam.

Imo & motum. deficiente cordis motu palpitant aliquandiu & in his vitalitas omnis elangueſcit & emoritur.

Auricula
- dextra grandior & capacior orificio venæ cauæ apponitur.
- ſiniſtra durior & anguſtior arteriæ venoſæ.

Vaſa. Cordi *vaſa* quatuor
- duæ venæ
  - caua.
  - vena arterioſa.
- duæ arteriæ
  - aorta.
  - arteria venoſa.

In ventriculo
- dextro
  - *caua* ſanguinem ab hepate cordi tranſmittit.
  - *vena arterioſa* ſanguinem ex corde pulmonibus ſuppeditat.
- ſiniſtro
  - *aorta* ſiue truncus arteriarum ſanguinem, ſpiritumque vitalem toti corpori diſtribuit.
  - *arteria venoſa*
    - aerem inſpiratum ad cor attrahit.
    - ſpiritus vitalis excrementa ſiue fuligines expurgar.
    - arterioſum ſanguinem pulmonibus miniſtrat.

Valuulæ. Vaſorum orificijs natura *valuulas* ſiue membranulas appoſuit ſingulis tres exceptâ arteriâ venosâ quæ binas tantum habuit.

Earum
- aliæ *tricuſpides*, quibus materia *admittitur*, prohibeturque ne quod ſemel influxit remigret.
- aliæ *ſigimoides*, ſemicirculares, quæ ſanguinem & ſpiritum *effundunt*.

Et ne quod elapſum eſt regrediatur impediunt.

Foris intro. Intus foras. Valuulæ
- tricuſpides *foris intro* ſpectant.
- ſemicirculares *intus foras* ſpectant.

Valuulæ
- tricuſpides vaſis materiam aduehentibus
  - venę cauæ.
  - arteriæ venoſæ.
- ſigimoides deferentibus
  - aorta.
  - venæ arterioſæ.

Motus. *Motus* cordis duplex
- *diaſtole*, dilatatio, quâ ſanguinem & ſpiritum cor attrahit.
- *ſiſtole* & contractio, quâ expellit.

Qua ſpecie motus, qua facultate, quo inſtrumento cor moueatur dubium eſt.

Pulmo.

Quid. Pulmo caro eſt ſpongioſa, molliſſima, laxiſſima, aſperæ arteriæ ſeſe in mediâ eius ſubſtantiam inſinuanti attendens, reſpirationis inſtrumentum cum diaphragmate.

Pulmo ſolis animantibus quæ reſpirant & collum habent. *Quibus ineſt.*
Vniuerſam thoracis capacitatem occupat. *Locus.*

Diuiditur in *Diuiſio.*
- dextrum.
- ſiniſtrum.

Vterque in plures *lobos* ſiue partes, quæ quia alarum more dilatantur & explicantur dicuntur *alæ*.

Membranâ tegitur tenuiſſimâ quam rectè indicat Ariſtoteles tenuiſſimis foraminulis pertuſã, vt pus & ſanies per anacatharſim tuſſiendo expectoretur. *Membrana.*

Vaſa habet *Vaſa.*
- venam arterioſam ad nutritionem.
- arteriam venoſam ad vitalitatem & aeris ad cor tranſmiſſionẽ.
- aſperam arteriam ad reſpirationem.

Aſperæ arteriæ extremitates cartilagineſę dicuntur *Bronchia*.

Pulmo *Motus.*
- *dilatatur*, vt per os & nares aerem attrahat.
- *conſtringitur*, vt fuligines excludat & amandet.

Officium *Officium.*
- aerẽ intra ſuã ſubſtantiã cordi pręparare ad vitalis ſpiritus generationem.
- æſtuantem cordis calorem temperare.
- fuligines excernere.

§. 4.

Ventris interioris partes interiores. Ventris nomen.

Venter
- interdũ quęuis maior *capacitas* corporis, vt vẽter cerebri, vẽter cordis.
- nonnunquam tota *viſcerum* regio.
- aliquando illa tantum quæ *infra* diaphragma.
- propriè vas illud quod *ventriculus* appellatur vulgo *ſtomachus*.

Ventris quotuplex regio?

Ventris autem qui infra diaphragma regio conſtituitur triplex.

Vocant
- ſuperiorem *ſtomachalem* in qua *hypochondrium*
  - dexterum.
  - ſiniſtrum.
- mediã *vmbilicalem*, cuius laterales partes *lumbi*.
- inferiorem *hypogaſtrium*, cuius latera *ilia*.

Ventriculus.

Quid.

Ventriculus corpus eſt neruoſum, rotundum & oblongum, in quod alimenta per gulam recipiuntur.

Membranoſum, durum, denſum, vt facilè dilatetur & cõprimatur in ingluuie. *Cur membranoſum.*

Tunicis conſtans tribus. *Magnitudine* inæquali pro corporum varietate. *Tunica. Magnitudo.*

Rotundum in figura *oblonga* ad capacitatem & commodiorem chyli vacuationem. *Figura.*

Dignitatis ſummæ *Dignitas.*
- ſiue *actionis* ſpectetur neceſſitas quod animalibus terra, id animalibus venter primæ coctionis vitium ſecunda non emendat.
- ſiue *ſympathia* & reliqui corporis conſenſus.

Primæ coctionis ſiue chyloſeos officina eſt alimentique conceptaculum. *Officium.*

Digitized by Google

Numerus Ventriculus { quibuſdam animalibus duplex. p. boui, lepori, gallinæ, &c. | quibuſdam triplex. | quibuſdam quadruplex, vt oui. }

Ex duplici { qui vicinior, ori dicitur *ingluuies, præcipium, prolobus.* | alter autem retinet commune nomen. }

Homini vnicus: ſi quando duplex tribuatur, ventriculi nomine inteſtinum intelligitur.

Locus. In abdomine ſedem habet.

Diaphragmate ſeparatur à thorace.

Et vt facilior ſit reſpiratio.

Et ne fœdo eius odore ſuperiora inquinentur.

Situs. Medius inter iecur & lienem conſiſtit, quorum calore in coquendo adiuuatur.

Vergit tamen aliquantulum in ſiniſtram partem, vt ampliorem hepati locum relinquat.

Orificia. Os ventriculi { *ſuperius,* vocatur *ſtomachus,* appenditque gulæ vel ingluuiei. | *inferius* dicitur *pylorus.* }

Orificium { ſuperius amplius eſt ſedes famis & ſitis, acutiſſimo ſenſu præditũ ob plexum neruorum ſtomachicorum. | inferius anguſtius nec ita exactè ſentiens. }

Peritonęum.

Quid? *Peritonæum* tunica eſt, quâ ventris inferioris (qui protenditur à diaphragmate ad oſſa pubis) membra omnia obuoluuntur.

Robur. Ea valida fibris contexta omnis generis ne in dilatatione diſrumpatur.

Origo. A ligamentis vertebrarum lumbarium exorta, vel à prima conformatione (firmiores partium adhæſiones exortus Anatomici appellatur.)

Officium. Inſtituta vt omnibus epigaſtrij ſiue abdominis partibus membranas largiatur.

Meſenterium gignit atque epiploum.

Vmbilicus.

Quid? Vmbilicus eſt vaſorum quatuor vmbilicalium nodoſus coitus venæ vnius, duarum arteriarum & vraci.

Officium. Vaſa hæc { in fœtu nutritionis cauſa comparata. | in adultis areſcunt & in ligamenta degenerant. }

Suſpendit { vena hepar. | arteriæ cum vraco veſicam. }

Neceſsitas Eorum tanta neceſſitas vt diſruptis ipſis { vel interitus | vel diſpnœa } conſequatur.

In ipſo centrum corporis. Ægyptij graſſatores tandiu detracto corio viuebant, donec vmbilicum carnifex circinaſſet Scal. exer. 246.

In vmbilico totius corporis centrum conſtituitur.

Omentum.

Omentum tunica eſt neruis, venis & arteriis diſtincta, cui pinguedo copioſa circunfundi ſolet, ventriculi fundo & inteſtinis innatans, & eas partes obtegens. *Quid?*

Tunicis conſtat duabus, ſed nuſquam in medio vnitis, intra quas ſæpe illuuies & inferioris ventris ſaburra colligitur. *Tunica.*

Quibus iecur aqua plenum in omentũ erupetit hydropici fiunt & moriũtur.

Figurâ marſupium refert. *Figura.*

Origo ex meſenterio cuius { & ſubſtantiam glandulosam / & officium } æmulatur. *Origo.*

Vſus { inſitum ventriculi & naturalium partium calorem fouere. Quibus adēpta epiploi portio ij deteriùs coquunt.
lienis purgamenta excipere. *Vſus.*
colũm in teſtinum colligare & in ſuo ſitu continere. }

Inteſtinum.

Inteſtinum eſt vnum corpus membranoſum, cauum, rotundum, in pleriſque animalibus flexuoſum, quod imo à ventriculo cui adhæreſcit protenditur ad aluum vſque. *Quid?*

A natura inſtitutum eſt { diſtribuendi in iecur chyli gratia.
continendi / expellendi } ſtercoris. *Officium.*

Membranoſum, vt diſtendi poſſit & dilatari. *Membranoſum.*

Flexuoſum { tum ne gulæ perpetuò mancipemur.
tum ad perfectæ diſtributionis munus, ne alimentum confeſtim elabens venarum meſentericarum ſuctum ſubterfugeret. } *Anfractuoſum.*

Voracia animalia vnicum habent inteſtinum rectà ad anum productum. *Quibus vnicum.*

Ventriculo *adnexum* eſt non *continuatum*, vt oſtendit fibrarum varietas & membranarum ſtructura diſſimilis. *Ventriculo adhæret.*

Longitudine eximia. n. ſepties totius corporis longitudinem æquante. *Lõgitudo.*

Membraneis conſtat { interiore & carnoſa.
exteriore membranea.
tertia communi à peritonęo. } *Mẽbrana.*

Fibras habet { tranſuerſas ad chyli ac ſtercoris expulſionem.
rectas ad robur. } *Fibra.*

Mouetur motu *Periſtaltico*, cùm *ſuperne deorſum* conſtringũtur & contrahũtur inteſtina. *Motus.*

Id quanquam vnicum & à ventriculo vſque ad anum continuum, variè tamẽ diuiditur.

Digitized by Google

Eſt
- ratione ſubſtantię
  - tenue.
  - craſſum.
- ratione officij
  - diſtribuendo chylo præpoſitum.
  - fæcibus excipiendis, excludendis.
- ratione figuræ
  - rectum.
  - anfractuoſum, vt ileum, colon.
- ratione ſitus
  - ſuperius.
  - inferius.

Vulgo tota hæc lõgitudo pro vario ſitu, figura, magnitudine in ſex ſecatur partes variis diſtinctas appellationibus.

Dicitur *exortum*, ieiunum, tenue, cæcum, colum, rectum.

Meſenterium.

Meſenterium corpus eſt membranoſum in medio inteſtinorum, (vt nomen indicat) ſitum, duabus tunicis, venis & arterijs innumeris, adipeque copioſo & glandulis contextum; exquiſito ſenſu prçditum, inſtitutum ne varijs anfractibus contorta inteſtina temerè confunderentur.

Pancreas.

Pancreas corpus carnoſũ, glandulis multis & magnis conſtitutum, vẽtriculo.i. fundo inter iecur & ſplenem collocatum venæ portæ ramos connectens, eiuſque diuiſionem ſtabiliens & ſecuriorem efficiens.

Iecur.

Quid. *Hepar* ſiue iecur & *lien* ventriculum circunſiſtunt.

Hepar eſt pars neceſſaria ſanguineis animalibus, vt pote fons & officina *ſanguinis* & eius conficiendi primarium inſtrumentum.

Venarum radicatio eſt, facultatis naturalis & animæ concupiſcentis ſedes.

Viſcerum naturâ primum.

Caro ſiue parenchyma locus. Sanitatis & integritatis in toto corpore fundamentum.

Subſtantia eius ſimilis concreto ſanguini, dura, rubra.

Suppoſitum eſt hypochondrio dextro ſub nothis coſtis & diaphragmate: quãquam interdum vtrumque opplet vel locum cum liene commutat.

Lobi. *Lobis* in homine nullis diſtinguitur, ſed continuum eſt.

Regiones. Regiones habet { ſuperiorem & exteriorem quæ *Gibba* / inferiorem & interiorem quæ *Caua* } nominatur.

Ligamenta. Ligamentis tribus ſuſpenditur & cartilagini, xiphoidi atque diaphragmati affigitur.

Emunctoria. Eidem hepati duo ſolent appendi folles cum liene.

Nimirum quia confectus in iecore ſanguis non prius per venas vniuerſo corpori diſtribuitur quam ſuis impuritatibus repurgetur.

Itaque { veſicula bilem ſecernit. / lien humorem melancholicum. / renes, vreteres & veſica ſerum. }

Meſaraicæ venæ.

Meſaraicæ venæ protendũtur ab hepate ad inteſtinum. hiſque tanquam radiculis ſed cauis exſugitur chylus.

In ipſis iam incipit rubere chylus & quaſi quoddam ſanguinis rudimentum aſſequi.

In plures ſurculos diuiduntur. De quorum diſtributione Anatomici.

Folliculus fellis.

Folliculus fellis eſt conceptaculum in quod recipitur *flaua bilis*.

Veſicula hepati ſuppoſita & quaſi immerſa ad ſecernendum bilem amaram à ſanguine, vt dulcior factus nutrire poſſit (dulcibus nutrimur) fundum habens, ceruicem & meatus bilem deferentes, venas etiam cyſticas, arterias & neruos.

Lien.

Lien viſcus eſt ſpongioſum, rarum, molle, fungoſum, in ſiniſtro latere ventriculi ferè conſtitutum (vt in dextro hepar) receptaculum melancholiæ. *Quid.*

Parenchyma lienis valde laxum & friabile: *Caro ſiue ſubſtantia.*

Membranâ vnicâ & tenuiſſimâ ſuccingitur. *Membrana.*

Pars eius { ſumma & craſſa & *caput*. / inferior, & *cauda* nominatur. } *Partes.*

Alligatur diaphragmati per tenuia ligamenta, ſi relaxentur, prolabitur vel in hypogaſtrium. *Ligamenta. Prolapſus.*

In hypochondrio ſiniſtro conſiſtit, nonnumquam tamen cum iecore locum permutat. ſed prodigioſè ex c. 13. l. 1. de hiſt. *Locus.*

Magnitudo, figura, color in ſingulis ferè hominibus diuerſa.

Magnitudo haud optabilis, quibus viſcus id magnum & tumens, his corpus gracileſcit & impurum redditur, vtque amplificato fiſco regio ſingulorum pręparatæ opes minuuntur, ſic amplificato liene ſingulę partes corporis decreſcunt. *Magnitudo. Figura. Color. Quæ potior magnitudo an paruitas.*

Officium { vel humiditates ſuperfluas ex ventriculo attrahere; quę non bibunt animalia, ijs lien nullus ex Ariſtotele. / vel ſanguinis elaborationi conferre. / vel craſſum & fæculentum humorem ab hepate proiicere. } *Officium.*

Veſica.

Veſica ad quam per renes defluit excrementum ſecundæ concoctionis ſiue *lotium* & vrina eſt humidi excrementi conceptaculum, corporiſque quaſi matula. *Quid.*

Sæpiſſimè vnica, rarò duplex vel medio ſepto in duas partes diuiſa, ijs data tantum animalibus, quæ pulmonem habent ſanguineum. *Numerus quibus insit.*

Digitized by Google

Magnitudo. Magnitudine varia calidioribus amplior,homini quàm brutis.
Figura. Figura rotunda & aliquantum oblonga.
Situs. *Sublimis* in homine ob erectam illius figuram.
Locus. Duplicato peritonæo incluſa ac veluti extra abdominis capacitatem eiecta, propriumque ac ſeparatum ventrem conſtituens.

Tunica. Tunicis conſtans { proprijs { neruoſa vna. / carnoſa altera. } / tertia communi.i. apophyſi & productione peritonęi. }

Partes. Partes habens { ſuperiorem ſiue fundum & corpus veſicę. / inferiorem ſiue collum & ceruicem. }

Veſicę { corpus membranoſum. Ideò diſſectum nunquam coaleſcit 3. de hiſt. / ceruix carnoſa,vbi celebratur lithotomia. }

Foramina. Perforata { rum à veſicam ſubeunte vretere. / tum in ceruice vt vrinæ exitus præbeatur. }

Sphincter veſicæ. Ceruix muſculo ſphinctere cingitur, clauditurque ne inuitis nobis vrina effluat.

Vreteres.

Vreteres vaſa ſunt à ſinuoſâ renum parte ſuper lumborũ muſculos ad veſicam producta,concaua,alba,craſſa, arteriarum inſtar neruea,ſimplici tamen tunicâ cõſtructa,rectis tantum fibris conſtructa,quibus à renibus vrina tranſmittitur ad veſicam.

Neceſſarij canales iſti propter longiorem renum & veſicæ diſtantiam.

Renes.

Quid. Locus. Officium. Renes partes ſunt carnoſę,duræ,denſæ,concauæ,fibrarum expertes,lumbis adhæreſcentes,ſeroſum humorem ab hepate exſugentes tranſmiſſurę in veſicam,eumque redolentes.

Id quibus inſtrumentis perficiunt. Serum { alliciunt per *emulgentes* { venas. / arterias. } / deponunt in veſicam per *vreteres*. / ſecernunt à ſanguine per *carunculas* quaſdam papillis ſimiles. / retinent & aſſeruant ad aliquod tempus in cauitate ſua quæ dicitur *Pelius*. }

Quibus inſunt. Renes nulli corticato animali præterquam teſtudini.
Numerus. Renes ferè *gemini*, viſi quatergemini: viſus vnicus atque is maximus.
Cur gemini. Gemini { & ad corporis æquilibrium. / & ad actionis continuitatem, ne vno affecto ceſſaret seroſi humoris excretio. }
Situs. Dexter ferè ſiniſtro ſuperior eſt.

Vterus

Vterus.

Vterus pars eſt ſexus fœminini propria, inſtumentum concipiendi, generandique fœtus, conſtans tunicis, venis, arterijs, neruis, ligamentis, cotyledonibus, cornibus &c. *Quid.*

Situs eius in hypogaſtrio & inferioris ventris parte ima. *Situs.*
recto inteſtino & veſicæ interiacet.
intus reconditur vt à partium internarum cætere foueatur.

In ipſo obſeruandæ *partes* duplicis generis. *Partes.*

n. { *externa* pubes, mons veneris, orificium exterius, labra, frenum, nymphę, clitoris, caruncula, myrtoides, hymen.
interna ceruix, orificium interiùs, fundus vteri, vaſa ſpermatica deferentia, eiaculantia, teſtes, tuba vteri, ligamenta, quatuor cornua, cotyledones. }

Vterus *biſſinnatus* { non intergerino pariete, quamquam viſum. | ſed linea, quâ dirimitur in dextrum & ſiniſtrum. } *Diuiſio.*

Fictitiæ quæ iactantur illic *cellulæ* ad polytociam ſiue plures fœtus. *Cellula.*

ARTICVLVS IX.

De partibus exterioribus.

§. *1.*

Capitis partes exteriores.

Capur.

Caput quicquid collo ſuppoſitum eſt.
Membrum id *Diuiniſſimum* Platoni in Timæo. *Quid.*
Habitum *ſacrum* ex Ariſtotele prob. 9. ſ. 33. *Dignitas.*
Sedes eſt potiſſima *rationalis animæ*: domicilium facultatum animalium, ſentientis, motricis, phantaſiæ, memoriæ, rationis.

Figura capitis { *naturalis* orbicularis, quę tamen { non exactè *ſphærica.* | ſed verſus tempora leuiter [*compreſſa.* } | *deprauata* { rotunda omnino, cum vtraque proiectura deeſt. | acuminata vt Therſitæ. Il: 1. } } *Figura.*

Magnitudo homini amplior quàm brutis animantibus ob cerebri molem. *Magnitudo.*

Potior *paruitate* quæ { pendet ex { inopia materię. | formatricis imbecillitate. } | arguit ingenium præceps & temerarium. } *An præferenda paruitati.*

Ariſtoteles hominem animal prudentiſſimum agnoſcit, quia paruum & breue caput habeat. *O Be*

Siue quia contra perpetuo motu agitari.
Et per diaſtolen attolli, per ſyſtolen comprimi, conſtringique.

Senſus. Senſum tactus cerebro denegat Ariſtoteles 3. de hiſt. & 2. de partibus ſi ſentit, ſentit obtuſo ſenſu, vt viſcerum carnes: & poteſtate potius, quam actu.
Quamquam ſentiendi vim nonnulli deriuant à membranis, quæ ſenſum habent exquiſitiſſimum.
Sed leuiſſima coniectura hæc.

Particulæ variæ. In cerebro particulæ complures ab anatomicis obſeruantur.
Nimirum *anfractus* tenuis meningis, *falx*, *calloſum corpus*, *ſeptum lucidum*, *fornix plexus choroides*, *conarium* glandula *thalami* neruorum opticorum, *teſtes*, *nates*, *anus*, *vermiformis* apophyſis, *choana*, *glandulæ rete mirabile*, *proceſſus mammillares*, ſeptem neruorum paria, radices ſpinalis medullæ.

Diuiſio. Cerebri
- vna *poſterior* pars quæ *cerebellum* dicitur.
- altera *anterior* quæ
  - dextra.
  - ſiniſtra.

Cerebellũ. *Cerebellum* pars eſt totius cerebri poſterior ſita in occipite à cerebro duplicatæ meningis interuẽtu ſeparata, quatuor partibus conſtans duobus lateralibus totidem in medio ſitis quartum cerebri ventriculum complexa, à quo in neruos & ſpinæ mẽdullam ſpiritum effundit animalem.

Differunt
- colore cerebellum cineritio prorſus colore eſt.
- ſubſtantia
  - cerebrum humidius eſt & mollius.
  - cerebrum ſiccius, duriuſque.
- magnitudine cerebellum ferme decuplo minus.

Ventriculi Cerebro ſui ventriculi inſunt: de quibus alibi.

Meninges.

Obuoluitur cerebrum membranis quæ *meninges* appellantur.

Eſt
- vna *interior*
- altera *exterior*

quæ Arabibus
- *pia mater.*
- *dura mater.*

Græcis
- *tenuis* meninx
- *craſſa* meninx

dicitur.

Matres vocant Arabes, quaſi ab illis omnes corporis membranæ oriantur.
Mollem & ceream cerebri ſubſtantiam conſtringunt, & ab oſſis duritie defendunt, temperant quoque, & numeroſis venarum ſurculis nutriunt.
Exteriore ſua ſuperficie ficus folia referunt.
Cerebrum non obuelant tantum ſed interius penetrantes variè diuidunt.

Parte
- anteriore in
  - dextrum.
  - ſiniſtrum.
- poſteriore in
  - anticum quod *cerebrum.*
  - poſticum quod *cerebellum.*

nominatur.

Digitized by Google

Spinalis medulla.

E cerebri & cerebelli ſubſtantia tanquam è radice caudex *ſpinalis medulla* producitur, quæ in fiſtuloſa ſpinæ cauitate continetur. *Quid.*

Eius eadem fermè quæ cerebri *dignitas, neceſſitas*, ſubſtantia, ſtructura, vſus. *Dignitas.*

Neceſſitas ex eo quod remotiſſimis partibus vix commode neruos poſſetat cerebrum elargiri. *Neceſſitas.*

Eius appendix & vicaria medulla hæc circumiectis partibus neruos ſecurè diſtribuit.

Obuallatur { vt cerebrum oſſibus cranij. / ſic medulla ſpinalis duriſſimis & ſolidiſſimis vertebratum corporibus. *Munimentũ*

Obuelatur { vt cerebri ſubſtantia duplici meninge. / ſic medulla hæc { cum duplici tunica quæ à meningibus cerebri producuntur. / tum validâ durâ & neruoſâ altera membranâ ab oſſe cranij vel neruorum ligamentis. *Inuolucra.*

Nedum ſpina inflectatur, medulla diducatur & diſrumpatur. *Exortus.*

Radices eius quatuor in baſi cranij { partim à cerebro. / partim à cerebro.

Bipertita eſt & tenui meninge vndique ſecreta. *Structura.*

Motum per neruos duriores ferè diſpenſat. *Vſus.*

Tota deſinit in funiculos & capillamenta, quæ caudam equinam referunt, ne qua parte flectitur & contorquetur ſpina, medulla premeretur aut diſrumperetur. *Extremitas ſiue cauda equina.*

Oris partis interiores.

Os { nunc fiſſura labiorum. / nunc totum id ſpatium, quod diductis labris ad fauces extenditur. *Os.*

In ore *palatum*, lingua, gingiuæ, dentes, vuula, amygdalæ, fauces.

Palatum pars oris ſuperior, concaua & fornicata, vt aëre repercuſſo vox reddatur acutior, crenis exaſperata, vt ei membrana duriſſima tenacius inhæreat, rugoſa & aſpera, vt ciborum maſticationem adiuuet, ſaporum in homine etiam index. *Palatum.*

De lingua in ſermone de guſtu. *Lingua*

Gingiuæ carnes ſunt immobiles, quibus dentes ſuis in alueolis ſiſtuntur, retinentur. *gingiua.*

Dentium hiſtoria ſupra poſita eſt. *Dentes*

Vuula ſiue *plectrum* ſiue *gargareon* caro eſt mollis & fungoſa ab extremitate palati iuxta narium meatus in os propendens. *vuula.*

Officium { prohibere ne aër frigidior affatim & repente irrumpat in pulmones. / vocem ſua titillatione & gargaliſmo modulari.

Iſthmus. Iſthmus meatus faucium atque anguſtia.

Glandula. Iſthmo incubāt *glandulæ* (tonſillæ, amygdalæ, paciſthmia, antiades) quæ fauces, es & linguam ſaliuâ irrigāt ad guſtatum & cibi maſticationem, aut immodice fluentem è capite humorem excipiunt & ebibunt.

Ab ore duæ protendūtur fiſtulæ, duo tubi & canales.

n. { vna ad *pulmonem* quæ dicitur *aſpera arteria.*
altera ad *ventriculum* (ſtomachum) quę inſeruit alimentorum tranſue-ctioni, & nominatur *œſophagus.* }

Aſpera arteria. *Aſpera arteria* ſpiritalis fiſtula eſt, per quam aer inſpiratur, exſpiratur.

Annulis conſtat cartilagineis figuræ ſemicircularis, ab inuicem ſeparatis, ſed interuentu membranulæ inter ſe reuinctis delata ad iugulum bipertita in pulmones numeroſa ſerie ſpargitur, ſimplicior pars *larynx* nominatur & aſperæ arterię caput.

Quinque conflatur cartilaginibus larynx { thyroide. cricoide. arytænoide. epiglottide. glottide. }

Motibus cietur varijs { aperitur / clauditur } { dilatatur ...... / conſtringitur } opera aliquot muſculorum.

Oeſophagus. *Oeſophagus* ſiue *gula*, fiſtula eſt cibaria, via cibi potus, ab ore ad ventriculum pertingit, cui perforato diaphragmate connectitur, eaque commiſſura *ſtomachus* nominatur: aſperæ arteriæ cohæret & ſubſternitur.

Inſidet colli vertebris, ſed glandulis interiectis ab oſſis duritie defenditur.

Iiſdem conſtat tunicis quibus ventriculus.

n. { vnâ interiore, neruoſâ, craſſâ, durâ, omnibus oris partibus communi.
alterâ *exteriore* & carnoſâ. }

Cibos { attrahit / regerit } fibris { rectis. / tranſuerſis. }

§. 3.

Thoracis partes interiores.

Viſcerum regiones & membranæ.

Triplex viſcerum regio, vt ſupra diximus { caput. thorax. venter. }

Quæque proprijs veſtitur inuolucris.

Cingitur { cerebrum *meningibus.* / thorax *ſubcoſtali* tunica. / venter *peritonæo.* }

Niſi fortè vnica membrana eſt quæ pro locorum diuerſitate aliam atque aliam appellationem ſortiatur.

Thoracis membranæ.

In thorace aduertẽdi tres panniculi præcipue, quibus diſtinguatur ipſius regio

n. { *pleura* ſiue *ſuccingens* tunica ſiue *ſubcoſtalis*,
diaphragma, ſeptumue tranſuerſum.
mediaſtinum ſiue paries intergerinus ipſius thoracis.

Regio { quę *ſupra* diaphragma dicitur *thorax*, vbi cor, pulmo.
quæ *infra* diaphragma, nominatur *venter*.

Pleura.

Pleura, mẽbrana eſt neruoſa, dura, denſa, gemina omni ex parte, dorſi vertebris firmiter alligata, non ſolum coſtas ſuccingens, ſed & vniuerſam thoracis capacitatem ſuo ambitu comprehendens & coercens, omnibus quoque thoracis partibus membranas largiens quibus veſtiantur.

Diaphragma.

Diaphragma *muſculoſum* aliquid (*muſculus caro eſt in orbem circunducta*) reſpirationi inſeruiens totamque illam capacitatem viſcerum in duas regiones diuidens. *Quid.*

Liberæ reſpirationis inſtrumentum eſt.

Naturales partes à vitalibus ſecernit. *Officium.*

Denſitate ſua vapores ſurſum aſcendentes repercutit. *Dignitas.*

Pars eſt dignitate ſumma.

Nam { vulneratum repentinam mortem affert. Exemplum eſt Odyſſ. χ.
contabeſcens febrem hecticam lethalem inducit.
inflammatum phrenitidem.

Ex diaphragmate *ſubtilitas* mentis.

In eo præcipua *hilaritatis* ſedes & riſus.

Hinc gladiatoribus mortem cum *riſu* traiecta præcordia attulerunt Plin. *Facultates.*

partes habet { materia *nerueam* in medio eius ſiue centro collocatam ad robur, hepar enim, lienem & ventriculum ſuſpendit.
alteram *carnoſam* vndique circuniectam. *Partes.*

Succingitur { intra thoracem *pleura*.
intra ventrem inferiorem perionæo. *Membrana.*

Ineſt etiam piſcibus, qui non reſpirant, ſed prorſus membranoſum. *Quibus inſit.*

Diaphragmatis centro nerueo pericardium adhęret, vt motum cordis eò dirigeret. *Pericardij adhæſio.*

Percutitur à cordis cono ſiue cuſpide.

Non vt motum infundat diaphragmati.

Sed vt oppoſitum iecur ſuccutiens ſanguinem in venam cauam refundat & eius ad ſuperiorem partem diſtributionem ſua diuerberatione facilitet. *Percuſſio cordis.*

Digitized by Google

Natura. & motus. *Natura & motus* diaphragmatis apud Anatomicos controuertitur.

Mediaſtinum.

Mediaſtinum extenſum eſt à iugulo ad diaphragma.

Thoracem diuidit in duas regiones { dextram / ſiniſtram } vt vna læſa, incolumis altera perſiſtat, viſceraque ſuſpendantur.

Geminata pleura eſt & reduplicata, & ab oſſe pectoris ad corpora vertebrarum dorſi producta.

Duplex mediaſtini membrana non eſt ſibi mutuò appreſſa, ſed ſatis inſigni interuallo diſiunctá vocis efformandæ cauſa.

Quod ſpatium non prorſus inane eſt, ſed neruoſis filamentis & membraneis fibris intertextum.

Cor.

Subſtãtia. Cor eſt viſcus dura, craſſa, *fibroſa*, cauaque carne conſtans vt motus perennitati ſufficeret, ſpirituum, caloremque natiuum conſeruaret.

Dignitas. *Nobiliſſima* pars eſt principium vitalis facultatis & ſpiritus.

Iraſcibilis animæ ſedes.

Arteriarum radicatio. Ariſtoteli etiam neruorum & venarum.

Neceſſitas Ad vitã prorſus *neceſſaria*. Nullum animal viſum corde carens. 4. de gen. anim.

Pericardium. Pericardium tamen cordis inciſio non quæuis lethalis, &c. niſi ventriculus aliquis aperiatur.

Corde exempto canes procurrere viſi, &c.

Cordi ſua *capſula* qua includi *pericardium* nominatur.

Id proprium cordis inuolucrum, durum, craſſum, nerueum, quo vndique contegitur.

Tantum à corde *diſtat*, quantum exigit pulſatio eius.

Comparatum { vt ſecuritatem cordi præſtet. / vt ſeroſum humorem contineat { ad cordis humectationem. / ad faciliorem motum. } }

Seroſus ille pericardij humor an in viuentibus inſit & qua ex materia generetur Medici diſputant.

Aqua cordis. Carnoſam cordis ſubſtantiam extrinſecus *adeps* oblinit & circundat vt facilius moueatur.

Adeps. Vt perenni motu calefactum non penitus exareſcat.

Locus. Quem mirum viſceri calidiſſimo adnaſci, qui calore funditur, colliquatur.

Situs. *Locus* thorax: niſi quòd aſello piſci creditur cor in imo ventre contineri.

Pulſatio in ſiniſtro latere. Situ eſt in *medio* thorace. i. æquè diſtat à clauibus, diaphragmate, ſterno, dorſo.

Qui inquam in homine conus eius centrum diaphragmatis ferit & pertingit.

Cor in ſiniſtram partem vergit. *pulſatio* infra *læuam papillam* percipitur.

Quia ſiniſter cordis vẽtriculus ſpirituoſus cum aorta in hanc inclinat partem.

Inclinat autem quò ſiniſtram partem per naturam frigidiorem calfaciat.

In dextris hepar, vena caua, azygos.

Magnitudo

Magnitudo varia *Magnitudo.*
- pauidis & ignauis animalibus prægrande.
- audacibus puſillum aut mediocre.

Homini corporis ratione cæteris animalibus grandius. Ariſtoteli. *Argumentum.*

Id ad 50. ætatis annum ſingulis annis pondere 2. drachmarum augeri, à 50. detrahi tantundem fabuloſum.

Figura conoides ſiue turbinata & propemodū pyramidalis, quæ caloris propria. *Figura.*

Exteriores partes ſecundæ *Partes.*
- latior & ſuperior, quæ baſis.
- acuminata & inferior, quæ mucro, conus.

Cordi ventriculi duo *Ventriculi.*
- dexter qui amplior.
- ſiniſter qui anguſtior.

Ventri
- dexter venoſus.
- ſiniſter arterioſus, ſpirituoſus.

Tertium adiungit Ariſtoteles in grandioribus animalibus: vt Elephanto, rhinocerote. *An 3.*

Sed refellit Gal. qui præſentibus Medicis Romæ elephantem diſſecuit, in quo eadem ſtructura cordis, iidem ventres, eadem vaſa.

Niſi credimus intellexiſſe Ariſtotelem inſignem ductum & meatum in ſuperiore parte ſepti cordis, & pro tertio ventriculo habuiſſe.

Ventriculi diſtinguntur
- ſitu
  - dexter.
  - ſiniſter.
- vaſis
  - in dextro venæ
    - caua.
    - vena arterioſa.
  - in ſiniſtro arteriæ
    - aorta.
    - arteria venoſa.
- ſubſtantiæ mollitie, craſſitie ventr.
  - dexter carne conſtat molli & tenui.
  - ſiniſter carne triplò duriore & craſſitie.
- calore
  - dexter Ariſtoteli calidior ſanguinis copia.
  - ſiniſter frigidior aeris inſpirati frigore.
- cauitate
  - dexter latior & capacior.
  - ſiniſter anguſtior.

Ventriculos interiectus paries poroſus diſterminat, per quem ſanguis à dextro ventriculo in ſiniſtrum tranſcolatur. *Septum cordis.*

Ventriculis ſuę ſunt *auriculæ*, ſiue appendices membraneæ.

Vaſis incubant materiam ad cor deferentibus. *Auriculæ.*

Subſtantiam habent à cordis parenchymate diſtinctam.

Imo & motum. deficiente cordis motu palpitant aliquandiu & in his vitalitas omnis elangueſcit & emoritur.

Auricula { dextra grandior & capacior orificio venæ cauæ apponitur. / ſiniſtra durior & anguſtior arteriæ venoſæ.

Vaſa. Cordi *vaſa* quatuor { duæ venæ { caua. / vena arterioſa. } / duæ arteriæ { aorta. / arteria venoſa. } }

In ventriculo { dextro { *caua* ſanguinem ab hepate cordi tranſmittit. / *vena arterioſa* ſanguinem ex corde pulmonibus ſuppeditat. } / ſiniſtro { *aorta* ſiue truncus arteriarum ſanguinem, ſpiritumque vitalem toti corpori diſtribuit. / *arteria venoſa* { aerem inſpiratum ad cor attrahit. / ſpiritus vitalis excrementa ſiue fuligines expurgat. / arterioſum ſanguinem pulmonibus miniſtrat. } } }

Valuula. Vaſorum orificijs natura *valuulas* ſiue membranulas appoſuit ſingulis tres exceptâ arteriâ venoſâ quæ binas tantum habuit.

Earum { aliæ *tricuſpides*, quibus materia *admittitur*, prohibeturque ne quod ſemel influxit remigret. / aliæ *ſigimoides*, ſemicirculares, quæ ſanguinem & ſpiritum *effundunt*. }

Et ne quod elapſum eſt regrediatur impediunt.

Foris intro. Intus foras. Valuulæ { tricuſpides *foris intro* / ſemicirculares *intus foras* } ſpectant.

Valuulæ { tricuſpides vaſis materiam aduehentibus { venę cauæ. / arteriæ venoſæ. } / ſigimoides deferentibus { aorta. / venæ arterioſæ. } }

Motus. *Motus* cordis duplex { *diaſtole*, dilatatio, quâ ſanguinem & ſpiritum cor attrahit. / *ſiſtole* & contractio, quâ expellit. }

Qua ſpecie motus, qua facultate, quo inſtrumento cor moueatur dubium eſt.

Pulmo.

Quid. Pulmo caro eſt ſpongioſa, molliſſima, laxiſſima, aſperæ arteriæ ſeſe in mediá eius ſubſtantiam inſinuanti attendens, reſpirationis inſtrumentum cum diaphragmate.

Digitized by Google

Pulmo ſolis animantibus quæ reſpirant & collum habent. *Quibus ineſt.*

Vniuerſam thoracis capacitatem occupat. *Locus.*

Diuiditur in { dextrum. / ſiniſtrum. } *Diuiſio.*

Vterque in plures *lobos* ſiue partes, quæ quia alarum more dilatantur & explicantur dicuntur *alæ*.

Membranâ tegitur tenuiſſimâ quam rectè indicat Ariſtoteles tenuiſſimis foraminulis pertuſã, vt pus & ſanies per anacatharſim tuſſiendo expectoretur. *Membrana.*

Vaſa habet { venam arterioſam ad nutritionem. / arteriam venoſam ad vitalitatem & aeris ad cor tranſmiſſionẽ. / aſperam arteriam ad reſpirationem. } *Vaſa.*

Aſperæ arteriæ extremitates cartilaginoſę dicuntur *Bronchia*.

Pulmo { *dilatatur*, vt per os & nares aerem attrahat. / *conſtringitur*, vt fuligines excludat & amandet. } *Motus.*

Officium { aerẽ intra ſuã ſubſtantiã cordi pręparare ad vitalis ſpiritus generationem. / æſtuantem cordis calorem temperare. / fuligines excernere. } *Officium.*

§. 4.

Ventris interioris partes interiores. Ventris nomen.

Venter { interdũ quęuis maior *capacitas* corporis, vt věter cerebri, věter cordis. / nonnunquam tota *viſcerum* regio. / aliquando illa tantum quæ *infra* diaphragma. / propriè vas illud quod *ventriculus* appellatur vulgo *ſtomachus*. }

Ventris quotuplex regio?

Ventris autem qui infra diaphragma regio conſtituitur triplex.

Vocant { ſuperiorem *ſtomachalem* in qua *hypochondrium* { dexterum. / ſiniſtrum. } / mediã *vmbilicalem*, cuius laterales partes *lumbi*. / inferiorem *hypogaſtrium*, cuius latera *ilia*. }

Ventriculus.

Quid.

Ventriculus corpus eſt neruoſum, rotundum & oblongum, in quod alimenta per gulam recipiuntur.

Membranoſum, durum, denſum, vt facilè dilatetur & cõprimatur in ingluuie. *Cur membranoſum.*

Tunicis conſtans tribus. *Magnitudine* inæquali pro corporum varietate. *Tunica. Magnitudo.*

Rotundum in figura *oblonga* ad capacitatem & commodiorem chyli vacuationem. *Figura.*

Dignitatis ſummæ { ſiue *actionis* ſpectetur neceſſitas quod animalibus terra, id animalibus venter primæ coctionis vitium ſecunda non emendat. / ſiue *ſympathia* & reliqui corporis conſenſus. } *Dignitas.*

Primæ coctionis ſiue chyloſeos officina eſt alimentique conceptaculum. *Officium.*

Digitized by Google

Omentum.

Omentum tunica eſt neruis, venis & arteriis diſtincta, cui pinguedo copioſa circunfundi ſolet, ventriculi fundo & inteſtinis innatans, & eas partes obtegens. *Quid?*

Tunicis conſtat duabus, ſed nuſquam in medio vnitis, intra quas ſæpe illuuies & inferioris ventris ſaburra colligitur. *Tunica.*

Quibus iecur aqua plenum in omentũ eruperit hydropici fiunt & moriũtur.

Figurâ marſupium refert. *Figura.*

Origo ex meſenterio cuius { & ſubſtantiam glandulosam / & officium } æmulatur. *Origo.*

Vſus { inſitum ventriculi & naturalium partium calorem fouere. Quibus adépta epiploi portio ij deteriùs coquunt. / lienis purgamenta excipere. / colũm inteſtinum colligare & in ſuo ſitu continere. } *Vſus.*

Inteſtinum.

Inteſtinum eſt vnum corpus membranoſum, cauum, rotundum, in pleriſque animalibus flexuoſum, quod imo à ventriculo cui adhæreſcit protenditur ad aluum vſque. *Quid?*

A natura inſtitutum eſt { diſtribuendi in iecur chyli gratia. / continendi / expellendi } ſtercoris. } *Officium.*

Membranoſum, vt diſtendi poſſit & dilatari. *Membranoſum.*

Flexuoſum { rum ne gulæ perpetuò mancipemur. / rum ad perfectæ diſtributionis munus, ne alimentum confeſtim elabens venarum meſentericarum ſuctum ſubterfugeret. } *Anfractuoſum.*

Voracia animalia vnicum habent inteſtinum rectà ad anum productum. *Quibus vnicum.*

Ventriculo *adnexum* eſt non *continuatum*, vt oſtendit fibrarum varietas & membranarum ſtructura diſſimilis. *Ventriculo adhæret.*

Longitudine eximia. n. ſepties totius corporis longitudinem æquante. *Lõgitudo.*

Membraneis conſtat { interiore & carnoſa. / exteriore membranea. / tertia communi à peritoneo. } *Mẽbrana.*

Fibras habet { tranſuerſas ad chyli ac ſtercoris expulſionem. / rectas ad robur. } *Fibra.*

Mouetur motu *Periſtaltico*, cùm *ſuperne deorſum* conſtringũtur & contrahũtur inteſtina. *Motus.*

Id quanquam vnicum & à ventriculo vſque ad anum continuum, variè tamẽ diuiditur.

Eſt { ratione ſubſtantię { tenue. / craſſum. }
ratione officij { diſtribuendo chylo præpoſitum. / fæcibus excipiendis, excludendis. }
ratione figuræ { rectum. / anfractuoſum, vt ileum, colon. }
ratione ſitus { ſuperius. / inferius. } }

Vulgo tota hæc lõgitudo pro vario ſitu, figura, magnitudine in ſex ſecatur partes variis diſtinctas appellationibus.

Dicitur *exortum*, ieiunum, tenue, cæcum, colum, rectum.

Meſenterium.

Meſenterium corpus eſt membranoſum in medio inteſtinorum, (vt nomen indicat) ſitum, duabus tunicis, venis & arterijs innumeris, adipeque copioſo & glandulis contextum: exquiſito ſenſu prędirum, inſtitutum ne varijs anfractibus contorta inteſtina temerè confunderentur.

Pancreas.

Pancreas corpus carnoſũ, glandulis multis & magnis conſtitutum, vẽtriculo.i. fundo inter iecur & ſplenem collocatum venæ portæ ramos connectens, eiuſque diuiſionem ſtabiliens & ſecuriorem efficiens.

Iecur.

Quid. *Hepar* ſiue iecur & *lien* ventriculum circunſiſtunt.

Hepar eſt pars neceſſaria ſanguineis animalibus, vt pote fons & officina *ſanguinis* & eius conficiendi primarium inſtrumentum.

Venarum radicatio eſt, facultatis naturalis & animæ concupiſcentis ſedes.

Viſcerum naturâ primum.

Caro ſiue parenchyma Sanitatis & integritatis in toto corpore fundamentum.

Subſtantia eius ſimilis concreto ſanguini, dura, rubra.

Locus. Suppoſitum eſt hypochondrio dextro ſub nothis coſtis & diaphragmate: quã quam interdum vtrumque oppler vel locum cum liene commutat,

Lobi. *Lobis* in homine nullis diſtinguitur, ſed continuum eſt.

Regiones. Regiones habet { ſuperiorem & exteriorem quæ *Gibba* / inferiorem & interiorem quæ *Caua* } nominatur.

Ligamenta. Ligamentis tribus ſuſpenditur & cartilagini, xiphoidi atque diaphragmati affigitur.

Emunctoria Eidem hepati duo ſolent appendi folles cum liene.

Nimirum quia confectus in iecore ſanguis non prius per venas vniuerſo corpori diſtribuitur quam ſuis impuritatibus repurgetur.

Itaque { veſicula bilem ſecernit.
lien humorem melancholicum.
renes, vreteres & veſica ſerum. }

Meſaraicæ venæ.

Meſaraicæ venæ protenduntur ab hepate ad inteſtinum. hiſque tanquam radiculis ſed cauis exſugitur chylus.

In ipſis iam incipit rubere chylus & quaſi quoddam ſanguinis rudimentum aſſequi.

In plures ſurculos diuiduntur. De quorum diſtributione Anatomici.

Folliculus fellis.

Folliculus fellis eſt conceptaculum in quod recipitur *flaua bilis.*

Veſicula hepati ſuppoſita & quaſi immerſa ad ſecernendum bilem amaram à ſanguine, vt dulcior factus nutrire poſſit (dulcibus nutrimur) fundum habens, ceruicem & meatus bilem deferentes, venas etiam cyſticas, arterias & neruos.

Lien.

Lien viſcus eſt ſpongioſum, rarum, molle, fungoſum, in ſiniſtro latere ventriculi ferè conſtitutum (vt in dextro hepar) receptaculum melancholiæ. *Quid.*

Parenchyma lienis valde laxum & friabile: *Caro ſiue ſubſtantia.*

Membranâ vnicâ & tenuiſſimâ ſuccingitur. *Membrana.*

Pars eius { ſumma & craſſa & *caput.*
inferior, & *cauda* nominatur. } *Partes.*

Alligatur diaphragmati per tenuia ligamenta, ſi relaxentur, prolabitur vel in hypogaſtrium. *Ligamenta. Prolapſus.*

In hypochondrio ſiniſtro conſiſtit, nonnumquam tamen cum iecore locum permutat, ſed prodigioſè ex c. 13. l. 1. de hiſt. *Locus.*

Magnitudo, figura, color in ſingulis ferè hominibus diuerſa.

Magnitudo haud optabilis, quibus viſcus id magnum & tumens, his corpus gracileſcit & impurum redditur, vtque amplificato fiſco regio ſingulorum præparatæ opes minuuntur, ſic amplificato liene ſingulę partes corporis decreſcunt. *Magnitudo. Figura. Color. Quæ potior magnitudo an paruitas.*

Officium { vel humiditates ſuperfluas ex ventriculo attrahere; quę non bibunt animalia, ijs lien nullus ex Ariſtotele.
vel ſanguinis elaborationi conferre.
vel craſſum & fæculentum humorem ab hepate prolicere. } *Officium.*

Veſica.

Veſica ad quam per renes defluit excrementum ſecundæ concoctionis ſiue *lotium* & vrina eſt humidi excrementi conceptaculum, corporiſque quaſi marula. *Quid.*

Sæpiſſimè vnica, rarò duplex vel medio ſepto in duas partes diuiſa, ijs data tantum animalibus, quæ pulmonem habent ſanguineum. *Numerus quibus ineſt.*

Digitized by Google

Magnitudo. Magnitudine varia calidioribus amplior, homini quàm brutis.

Figura. Figura rotunda & aliquantum oblonga.

Situs. *Sublimis* in homine ob erectam illius figuram.

Locus. Duplicato peritonæo incluſa ac veluti extra abdominis capacitatem eiecta, propriumque ac ſeparatum ventrem conſtituens.

Tunica. Tunicis conſtans
- proprijs
  - neruoſa vna.
  - carnoſa altera.
- tertia communi. i. apophyſi & productione peritonei.

Partes. Partes habens
- ſuperiorem ſiue fundum & corpus veſicę.
- inferiorem ſiue collum & ceruicem.

Veſicę
- corpus membranoſum. Ideò diſſectum nunquam coaleſcit 3. de hiſt.
- ceruix carnoſa, vbi celebratur lithotomia.

Foramina. Perforata
- rum à veſicam ſubeunte vretere.
- rum in ceruice vt vrinæ exitus præbeatur.

Sphincter veſicæ. Ceruix muſculo ſphinctere cingitur, clauditurque ne inuitis nobis vrina effluat.

Vreteres.

Vreteres vaſa ſunt à ſinuoſâ renum parte ſuper lumborũ muſculos ad veſicam producta, concaua, alba, craſſa, arteriarum inſtar neruea, ſimplici tamen tunicâ cõſtructa, rectis tantum fibris conſtructa, quibus à renibus vrina tranſmittitur ad veſicam.

Neceſſarij canales iſti propter longiorem renum & veſicæ diſtantiam.

Renes.

Quid. Locus. Officium. Renes partes ſunt carnoſę, duræ, denſæ, concauæ, fibrarum expertes, lumbis adhæreſcentes, ſeroſum humorem ab hepate exſugentes tranſmiſſurę in veſicam, eumque redolentes.

Id quibus inſtrumentis perficiunt. Serum
- alliciunt per *emulgentes*
  - venas.
  - arterias.
- deponunt in veſicam per *vreteres*.
- ſecernunt à ſanguine per *carunculas* quaſdam papillis ſimiles.
- retinent & aſſeruant ad aliquod tempus in cauitate ſua quæ dicitur *Pelius*.

Quibus inſunt. Renes nulli corticato animali præterquam teſtudini.

Numerus. Renes ferè *gemini*, viſi quatergemini: viſus vnicus atque is maximus.

Cur gemini. Gemini
- & ad corporis æquilibrium.
- & ad actionis continuitatem, ne vno affecto ceſſaret ſeroſi humoris excretio.

Situs. Dexter ferè ſiniſtro ſuperior eſt.

Vterus

Vterus.

Vterus pars eſt ſexus fœminini propria, inſtrumentum concipiendi, generandique fœtus, conſtans tunicis, venis, arterijs, neruis, ligamentis, cotyledonibus, cornibus &c. — *Quid.*

Situs eius in hypogaſtrio & inferioris ventris parte ima. — *Situs.*
recto inteſtino & veſicæ interiacet.
intus reconditur vt à partium internarum ca‹?›re foueatur.

In ipſo obſeruandæ *partes* duplicis generis. — *Partes.*

- n. *externæ* pubes, mons veneris, orificium exterius, labra, frænum, nymphæ, clitoris, caruncula, myrtoides, hymen.
- *internæ* ceruix, orificium interiùs, fundus vteri, vaſa ſpermatica deferentia, eiaculantia, teſtes, tuba vteri, ligamenta, quatuor cornua, cotyledones.

Vterus *biſſinuatus* — *Diuiſio.*
- non intergerino pariete, quamquam viſum.
- ſed linea, quâ dirimitur in dextrum & ſiniſtrum.

Fictitiæ quæ iactantur illic *cellulæ* ad polytociam ſiue plures fœtus. — *Cellulæ.*

ARTICVLVS IX.

De partibus exterioribus.

§. *1.*

Capitis partes exteriores.

Caput.

Caput quicquid collo ſuppoſitum eſt. — *Quid.*
Membrum id *Diuiniſſimum* Platoni in Timæo. — *Dignitas.*
Habitum *ſacrum* ex Ariſtotele prob. 9. ſ. 33.
Sedes eſt potiſſima *rationalis animæ*: domicilium facultatum animalium, ſentientis, motricis, phantaſiæ, memoriæ, rationis.

Figura capitis — *Figura.*
- *naturalis* orbicularis, quæ tamen
  - non exactè *ſphærica.*
  - ſed verſus tempora leuiter [*compreſſa.*
- *deprauata*
  - rotunda omnino, cum vtraque proiectura deeſt.
  - acuminata vt Therſitæ. Il. 1.

Magnitudo homini amplior quàm brutis animantibus ob cerebri molem. — *Magnitudo.*

Potior *paruitate* quæ — *An præferenda paruitati.*
- pendet ex
  - inopia materiæ.
  - formatricis imbecillitate.
- arguit ingenium præceps & temerarium.

Ariſtoteles hominem animal prudentiſſimum agnoſcit, quia paruum & breue caput habeat.

Digitized by Google

Reſp. Sed oſſium & carnis tenuitatem intelligit, non interiorem capacitatem.

Quid contineat. Intra caput cerebrum & cranium duplici quaſi ex oſſe coagmentatum.

Pars capite contenta.

Pars eius:
- vna *capillata*, quæ *caluaria* nominatur.
- alia *glabra* & depilis, quæ *facies* ſiue vultus.

Pars capillata.

Hic occurrunt:
- *Capillus.*
- *corona* ſiue capillorum circumferentia.
- *ſynciput* ſiue prima & anterior proiectura ad medium capitis exporrecta.
- *occiput*, ſiue poſterior.
- *vertex* ſiue media pars. Is interdum geminus.
- *cranium*, quod oſſeum cerebri domicilium eſt octo oſſibus conflatum, contigua obductum cute ſed muſculoſa, vnde quibuſdam mouetur ad nutum ferè *ſuturis* denotatis diſtinctum: nam Æthiopum & Ægyptiorum nullis ſuturis præditum dicitur.
- *pericranium* ſiue *membrana* dura & denſa cranium immediatè obuelans, niſi præter pericranium *perioſtium* etiam ſubeſt.
- *aures*, de quibus alibi.

Facies.

Facies ſpatium illud eſt quod ab exordio capillorum ad mentum vſque, & inter vtramque auram exporrigitur.

Facies vni homini conceſſa, eſt reliquis animantibus os roſtrum.

Faciei partes:
- frons.
- maxillæ:
  - ſuperior.
  - inferior.

Dignitas ſumma:
- tum ſi ſpectentur partes.
- tum ſi hęc ipſa.

Illic:
- in ſuperiore parte *frons* ſedes { triſtitiæ / hilaritatis } { grauitatis. / modeſtię. }
- fronti adiacent *aures* quo ſenſu non vtilior alius &c.
- ſubiacent *oculi* affectuum corporis indices, imò & animi.
- oculos *naſus* diſterminat in quo latet ſagacitas.
- in *genis* nobilis pudoris purpura effloreſcit.
- in *ore* lingua vocis & guſtus organum.
- in *vultu* pulchritudo.

- *genus* noſcitur lucent ibi firmiſſima parentum, & conſanguineorum indicia. *Et vocem Anchiſæ magni, vultumque recordor.*
- homines inuicem dignoſcuntur.

Digitized by Google

Ex vniuerſa facie
- totius corporis *menſura* colligitur.
- phyſiognomonia propè tota pendet.
- ſexus, ætas, venuſtas, maieſtas — innoteſcit.
- ſigna petuntur — ſanitatis, morbi — ſalutis, mortis — &c.

Facierum eximia *varietas* prudentiſſimo naturæ conſilio inſtituta omnem ſuperat admirationem.

Ad faciem pertinent
- *Frons*, quæ à radice capillorum ad ſupercilia extenditur, verecundiæ ſedes & impudentiæ.
- *Tempora*, ſiue partes laterales auribus & oculis interiectæ.
- *Oculi*, de quibus alibi.
- *Supercilia*, quæ hirſutę ſunt frontis extremitates, ſuperbiæ conceptaculum.
- *Naſus*, de quo alibi.
- *Genæ*, ſiue partes faciei, inter aures & naſum ſub oculis leuiter prominentes, ac mali inſtar rubentes, maximèque ſub *pudore*.
- *Labia*, ſuntque muſculoſis oris extremitates ipſum claudentes & aperientes.
- *Prolabia*, ſiue labiorum partes prominentiores.
- *Os* foramen medium, à labijs efformatum, cùm mutuò diuiduntur.
- *Mentum*, quod inferioris maxillę pars eſt, in acutum deſinens.
- *Mandibula*, ſiue maxilla, in qua infixi dentes.
- *Gelaſini*, ſiue ea corrugatio, quæ ridendo circa os exprimitur.
- *Barba*.
- *Dentes*, &c.

Collum.

Collum.

Collum ſequitur caput, habetque locum, vbi guttur & gula diſtinguntur *vertebris*, conſtat *gulâ*, *neruis*, *aſperâ arteriâ*, *carne*, *cute*, &c.

§. 2.

Thoracis partes exteriores.

Thorax.

thorax
- olim ea pars corporis, quæ à collo extenditur ad pudenda vſque ex primo de hiſt.
- Galeno ea dumtaxat, quę ſubiecta collo coſtis vtrimque clauditur.

Huius pars
- anterior propriè vocatur *thorax*, *pectus*.
- poſterior nuncupatur *dorſum*.
- laterales *coſtæ*.

Parti
- anteriori quæ pars ſubijcitur dicitur *venter*, inferior venter.
- poſteriori reſpondent *lumbi*, & os ſacrum.
- laterali *hypochondrium*.

Dorſum. Pectus. In { *dorſo*, humeri, armiue, vertebræ, ſpinę, initia coſtarum, &c. / *pectore*, clauiculæ, ſternum, mammæ.

Mammæ.

Quibus Inſunt. *Mammæ* mulierum propriæ ſunt.
Mammillæ virorum.
Vbera cæterorum animalium.

Cur viris. *Viris* natura mammarum *notas* tribuit.
Et ad pectoris *venuſtatem*.
Et ne mulier ſuperbum animal eas partes habere glorietur quas natura viris denegaſſet.

Sturctura { viriliũ. / mulie brium. Virorum mammæ ex cute duntaxat & adipe conſtantur quia & vſu & actione deſtituuntur.
Mulierum mammæ propter curem & adipem glandulosum corpus adipi ſubiectum habent generandi lactis primarium inſtrumentum, multis & magnis venis, arterijs, neruis conſperſum, variis cauernulis & locellis excauatum, tubulis quoque in adipem ipſum penetrantibus & quoquouerſum diſperſis præditum, vt in cauernulis lac aſſeruetur, per tubulos autem ad papillam deferatur.

Papila. *Papilla* eſt duplicata ac veluti coarctata curis ad papillam efformandam vt ore apprehenſa facilius ſugeretur, tribus vel quatuor foraminibus tenuiſſimis pertuſa.

Numerus. Mulieri *gemina* mammæ vt binos fœtus alere poſſit. viſę *Quatergemina*.
Viſa etiam vna in mamma papilla duplex quia lac redderet.

Magnitudo. Magnitudo in quibuſdam regionibus enormis.
In meroe craſſo maiorem infante papillam.

Sitŭs. Mulieri & ſimię in pectore quia fœtus ſuas attollere poſſunt ex Ariſtotele cæteris animantibus in *ſumine*.

§. 3.

Partes ventris inferioris exteriores.

Ventris { quæ pars porrigitur ad vmbilicum dicitur *epigaſtrium*. / quæ infra *hypogaſtrium*, quod incumbit oſſi tranſuerſo & pudendis.

Quanquam *epigaſtrium* medicis ſignificat totum ventrem.

Ergo { prima pars *epigaſtrium*. / 2. *vmbilicus*. / 3. *hypogaſtrium*, vbi os tranſuerſum cum prudendis.

Digitized by Google

Regionis
- epigaſtricæ pars
  - lateralis *hypochōdrium*
    - dextrum.
    - ſiniſtrum.
  - media *ſtomachalis*.
- vmbilicalis
  - media *vmbilicus*, vbi *meditullium* cauum, pellicula rugoſa.
  - laterales lumbi ſedes libidinis.
- hypogaſtricæ
  - totius
    - laterales *inguina*.
    - media retinet commune nomen.
  - infimæ
    - laterales *inguina*.
    - media *pecten* & pubes vbi pilus fruticatur.

Pars poſterior ventris ab extremis coſtis ad oſſis ſacri extremum extenditur.

Dicitur in partem
- ſuperiorem
- inferiorem vbi
  - nates.
  - anus.

Genitales viri partes.

Genitales viri partes natura extra ventris inferioris capacitatem proiecit.

Sunt autem vaſa, teſtes & penis. *Quænam.*

Vaſa
- alia ſeminis materiam ad teſtes deferunt, & dicuntur præparantia.
- alia ſemen à teſtibus confectum excipiunt & ad penem deferunt, & dicuntur *eiaculantia*.

Vaſa præparantia. eiaculātia.

Vaſa hęc duæ ſunt venę, totidem arteriæ quæ ſanguinem venoſum & arterioſum in teſtium ſubſtantiam deponunt.

Hæc ad perfectiorem vtriuſque ſanguinis mixtionē per mutuam anaſtomoſim tam arctè vniuntur vt diſcerni nequeant.

Quę pars anfractuoſa & varicoſa dicitur *paraſtata*. paraſtata.

Teſtes conficiendi ſeminis organa ſubſtantiæ ſunt mollis, rarę, laxæ, cauernoſæ, ſpongioſæ. Teſtes.

Gemini rarò plures aut pauciores. *Numerus.*

Suſpenduntur muſculis cremaſteribus. *Suſpenſio.*

Dirimuntur & à ſe inuicem ſeparantur ſepto quodam membraneo. Diuiſio.

In
- viris foras eiecti ſunt. *Situs.*
- mulieribus intus deliteſcunt vtero affixi.

Siniſter dextro *frigidior*. *Diſcrimē & affectio.*

Non ſitu partis.

Sed affluxu feroſi humoris quem ſpermatica ſiniſtra ab emulgente deriuat.

Membrana. *Inuolucra* teſtium { muliebrium duo. / virilium quinque { communia vtrique duo. / propria tria. }

Scrotum. *Scrotum* eſt extimum teſtium inuolucrum ex cute conflatum rigoſa, pilis vndique confertum in adultis.

Epididymis. Vnicuique teſti impoſitum eſt corpuſculum quoddam alterius teſtis effigie. Dicitur *Epididymis.*

Veſiculæ. A teſtibus ſemen deriuatur in veſiculas quaſdam cellulis diſtinctas in quibus reconditur atque aſſeruatur.

Penis. *Penis* procreationis & coitus organum conflatur ex tribus neruoſis corporibus raris ſanguine craſſo & nigro plenis, cauernoſis, ligamentis duobus, muſculis quatuor, neruis, arteriis, venis.

Vrethra. Ex tribus neruoſis corporibus medium fiſtuloſum eſt & excauatur vt canalis fungatur officio & ſeminis, vrinæque tranſmiſſioni ſeruiat. *Vrethra* nominatur.

Terminatur penis appoſitione *glandula* intus nigricantis, quæ *balanus* dicitur.

Balanus. *Præputium.* Contegitur cute iam rarâ & laxâ vt facilè reuolui & reduci poſſit. Huic parti *præputium* nomen eſt.

§. 4.

Artuum deſcriptio.

Artus. Vt rami arborum trunco, ſic artus corpori adnaſcuntur.

Quot. Art' duo { ſuperiores ſiue manus. / inferiores ſiue pedes. }

Quid manus. Manum veteres dixerunt totum illud membrum quod ab humero ad extremos vſque digitos exporrigitur, & quod nos manum, ſummam & extremam manum.

Diuiſio integram manus. *Brachia* ſunt vtrimque in ſuperiori pectoris parte.

A ſcapulis ad flexum brachij *lacertus.*

Hinc ad manum *cubitus* ex duplici oſſe coagmentatus radio nimirum & cubito. Qui etiam interdum manum comprehendit &c.

Axilla. Quod reliquum eſt manus, extrema manus.

Cauitas ſub humeri articulo dicitur axilla ſiue ala quia illic pili alarum inſtar enaſcuntur.

Dignitas manus. Manus *inſtrumentum inſtrumentorum,* ſed rationi famulatur.

Actio. Actio eius *apprehenſio* eſt.

Diuiſio extrema manus. Partes eius { carpus. / metacarpium. / digitorum phalanx. }

Digiti quinque & hi *inæquales* gratia faciliotis apprehenſionis { pollex. index. medius. annularis. minimus. — *Digiti.*

In ea præterea vngues, vola ſiue palma, linea, tubercula ſiue monticuli &c.

Crura gemina progreſſionis inſtrumenta. — *Pedis officium*

Homini carnoſiora inſunt, aliis magis neruoſa. — *Structura.*

Crus à coxendice protenditur ad imum pedem. — *Circumſcriptio.*

partes præcipuæ cruris { *femur* in quo *nates, genu, poples.* *tibia* ex duplici oſſe, in quibus *ſura*, malleoli. *pedes*, extremi pedes. — *Diuiſio.*

Pedes vt manus in tres quoq; diuidunt partes { pedium. metapedium. digitos. — *Diuiſio pedis.*

In pede quoque *calx, calcaneum, planta* ſiue ſolium atque veſtigium.

ARTICVLVS X. ET VLT.

De Excrementis, & excrementitiis partibus.

Excrementa.

Excrementa ab excernendo nuncupantur quod natura impuriora à purioribus, inutiliora ab vtilioribus ſecernere conſueuerit.

Excrementa inutiliora, vtiliora, craſſiora, & tenuiora, varia pro varia coctione, affectione &c.

Inutiliora, vt *ſtercus, vrina, mucus*, narium ſudor, vapor, halitus.

Vtiliora, vt *ſalina, ſemen*, lac, menſtrua, & ea vnde conficiuntur excrementitiæ partes, ſed ſæpe inutilioribus adiungitur aliquid vtilius.

Stercus excrementum eſt ſiccius ex prima concoctione. de qua ſuo loco. — *Stercus.*

Vrina excrementum ſeroſum ſecundæ concoctionis, quod per renes in veſicam defluit. — *Vrina.*

Mucus humor eſt pituitoſus, lentus, viſcoſus, albus qui oritur ex partibus exanguibus. — *Mucus. ſcribe mucus non autem mucor.*

Notiſſimus qui è cerebro per nates defluit.

Non quiuis inutilis cum lubricitatem excitet in artubus.

Sudor excrementum eſt animalium, quæ medullam habent ex tertia concoctione, humidum ac ſeroſum erumpens per meatus cutis. — *Sudor.*

Mador fit ex ſudore quodam vaporoſo.

De vapore, de halitu in meteorologicis.

Salina eſt pituita excrementitia à glandulis amigdaliſue profecta. — *Salina.*

In ore præter ſaliuam humoris aliquid, tum è ventriculo, tum è cerebro. Adde quod tuſſi expellitur foras humor, qui infeſtus pulmonibus, aliiſque ſpirationis inſtrumentis.

Digitized by Google

Et *ſemen*. De quo alibi.

Et *lac* propter ſpeciem, propter indiuiduum.

Lac. Lac benignum eſt excrementum corporis ad nutrimentum fœtus è dealbato ſanguine in mammis procreatum &c.

Abit { pars aërea eius in butirum. / pars aquea in ſerum. / pars terrena in caſeum. }

Quo minus cremor lactis concreſcat in butirum ſacharum impedire poteſt.

Lac puellæ virgini ineſſe poteſt, ſed raro ineſt.

Menſtrua. *Menſtrua* ſunt ſanguis in muliere ſuperfluus qui alterum principium generationis, reſpondenſque ſemini.

Nomen ex eo habent quod excerni ſolent per menſes ſingulos.

Excrementitiæ partes.

Excrementitiarum partium elementa proportione reſpondent elementis rerum foſſilium & plantarum viliorum.

Ab excrementis pili, dentes, vngues, cornua, epidermis, ſquamma, teſta, cortex &c.

Pili. Eſt pilus in animali, vt muſcus & viſcus in planta.

Pilorum forma videtur promereri animæ nomen, vt & fungorum. De pilorum, ſimiliumque rerum incremento alibi.

Ad pilos pertinent *caluities, canities*, alopeſia, ſeu pilorum defluuium.

Pili proportione reſpondent, plumæ, ſquammæ: quanquam etiam imitantur vngues.

Vnguis. *Vnguis* pars digiti vltima, lata, dura, cornea, tota vitæ auctilis, ſed pilorũ more.

Dens. *Dens* os, oſſeumue quiddam gingiuæ alueolo infixum, ad cibum comminuendum tota auctile vita, neruum cum arteria inſitum habens, acutiſſimi tactus &c.

Cornu. Cornu in homine prodigioſum.

Idque { ſiue inſit à primo ortu. / ſiue ſuccreſcat poſtea. }

Item { ſiue geminum & ad tempora conſtitutum. / ſiue ſingulare & conſtitutum ad ſuturas capitis. }

Exempla vtriuſque generis noſtra conſpexit ætas Lutetiæ.

Quæ animantes ſolent cornutæ eſſe, illæ ſuperiorem mandibulam dentium expertem habere ſolent.

SECTIO

SECTIO TERTIA.

ET BREVISSIMA.

De Toto genere facultatum animæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Nomine, exiſtentia, cauſſis, & natura.

Nomen & notio.

Potentiæ & facultatis nomina alibi explicantur.

Animæ vires & facultates videntur nonnunquam appellari partes, differentiæ, energiæ, animæ, &c.

quamquam tantum ex. gr. *nutritiuum* nuncupatur animæ pars accipiendum eſt pro primo actu.

Seu { potius pro primo quàm pro ſecundo actu. / potius pro eſſentiali principio nutritionis, quàm pro accidentario, & pro qualitate.

Nutritiuum ſi vſurpatur pro qualitate quadam ſecundæ ſpeciei : quæ eſt origo nutritionis, eſt *facultas*, non pars propriè, non differentia eſſentialis.

Sin vero vſurpetur per *eſſentia* quatenus eſt *principium* tum nutritionis, tum illius qualititatis ſiue facultatis, eſt pars animæ totius: idem ſentiendum de *intellectiuo* & ſimilibus.

Facultatis, potentiæque nomine hic intelligitur qualitas naturalis, ad agendum patiendumue inſtituta, quæ contineatur ſecunda qualitatum ſpecie.

Facultas animæ { non quæcumque vis & facultas inuenitur in re viuenti. / non quæcunque illic qua vtatur anima tanquam inſtrumento. / non quæcunque rei viuentis aut animæ propria, aut animæ alicuius.

Sed quæcunque ita animæ propria, vt vitalem ad functionem referatur.

Exiſtentia.

Ex functionibus & officiis colliguntur facultates. p. ex nutritione facultas nutritiua.

Cauſſæ & natura.

Finis potentiarum animæ agere & pati vitaliter.
Efficiuntur ab anima ipſa per emanationem, vel ab opifice animæ.

Materia earum { vna circa quam: vt alimentum. / altera in qua, n. ſubiectum cui inhærent.

Recenſentur inter qualitates ſecundæ ſpeciei.
Potentia animæ definitur qualitas ſecundæ ſpeciei inſita animæ, aut rei animatæ, ad vitaliter agendum aut patiendum, aut ad vtrumque.

ARTICVLVS II.

De facultatum animæ numero, & differentiis.

Variæ ſententiæ de numero & generibus.

Vnica quibuſdam videtur eſſe animæ facultas, cuius tamen varia ſunt officia, & inſtrumenta.
Duplex quibuſdam, p. mens & ratio, vis alendi & ſenſus.
Triplex Medicis quibuſdam *naturalis, vitalis, animalis.*
Quibuſdam *vegetatiua, ſenſitiua, ratiocinatiua.*
Aliis *concupiſcens, iraſcens, ratiocinans.*
Quatuor animæ facultates nonnullis Stoicorum, n. vires generandi, loquendi, ſentiendi, ratiocinandi.
Septem Nichomaco, vis ratiocinandi, vis ſuſpicandi cum 5. ſenſibus.
Quinque Ariſtoteli facultatum genera. De qua re ſuprà.

Materia. Obſerua {
1. primò pleroſque in vnum fere intueri hominem.
2. ſæpe nomine ſenſus comprehendi criticam quamuis facultatem.
3. apud Stoicos plantas non donari vita.
4. nos intueri viuens collectiuè non ſimpliciter: vniuerſum ordinem rerum viuentium, non tantum communem gradum.
5. facultates communis gradus colligendas ex prima ſectione. }

Diuiſiones & differentiæ variæ.

Facultas animæ ſiue rei viuentis varias ſortitur differentias, diuiſiones.

Eſt { corporea, vel incorporea: vt intellectus. / agens, vel patiens: vt ſenſus. }

Eſt { neceſſaria, vt tactus; vel non, vt viſus. / apprehenſiua, vel non: vt appetitus, nutritiuum, &c. / rationalis, vel irrationalis, idque multipliciter, vt dictum alibi. }

Item { innata membro, vel in membrum influens. / princeps, vt vis nutriendi: famulans, vt vis coquendi. }

Dependens, ab alia facultate vt voluntas à mente: vel non, vt viſus, & auditus.

Eſt { quædam formæ: vt mens, voluntas. / quædam materiæ: vt calor & vis purgandi quæ in rhabarbaro. / quædam compoſiti: vt vis videndi, hinniendi.

Eſt { aut vitalis propriè: vt viſus, facultas hinniendi, &c. / aut indigna nomine vitæ: vt calor, humor, rhabarbari virtus.

Eſt { propria rerum viuentium: vt facultas ſentiendi, hinniendi, &c. / aut communis non propria: vt calor, humor.

Omninò non eſt vnica tantum facultas animæ & vitalis, quia varia ſunt organa & obiecta.

Non ſunt tamen innumerabiles facultates animæ, non innumerabiles vnius eiuſdemque ſpeciei & ſubiecti: quia quæque ſpecies finitæ eſt virtutis.

Non innumerabiles ſpecie, ſi ſpectetur rerum viuentium totum genus.

Quando ſpecies rerum viuentium certo finiuntur numero initiones & mixtiones non abeunt in infinitum, fortaſſe non ſunt tot differentiæ quot ſpecies: non omnes vires quæ reperiuntur in ſolis viuentibus ſolent vitales appellari. p. plantarum occultæ vires.

Diuiſio Ariſtotelica legitima videtur, quia neque deficit neque redundat.

Conſule ſermonem de diuiſione animæ.

Obiectiones.

Non reciprocantur iſtæ facultates cum anima generatim ſumpta. *Prima.*

Reſp. { colligi { non ex anima generatim & ſimpliciter ſumpta. / ſed ex tota congerie rerum viuentium. } / nos { non inueſtigare facultates reciprocas cum anima. / verùm facultates omnes proprias rerum viuentium, aut vitales ſaltem reuocare ad certa genera. } }

Sic agendum vt primum facultates generales proponantur generatim: deinde ſigillatim declarentur ſpecies ſeruata reciprocatione. 2.

Diſt. quando differentiæ ſunt reciprocæ T. ſecus N.

Saltem prius exponendum eſt genus quam attingantur ſpecies. 3.

D. { ſi diuidendo veſtigentur definitiones C. / ſi componendo eruenda ſit definitio totius generis è definitionibus ſpecierum. N. De qua re in Logicis. }

Animæ vires videntur infinitæ, innumerabiles 3. de animo cap. 9. 4.

Reſp. videri, non reuerà eſſe.

Non viderentur infinitæ, ſi tantum forent quinque. Ergo ſunt plures.

D. ſi ſpectentur genera. N. ſi diducantur in ſpecies C.

5. Vis *generandi* omittitur. Reſponde reuocari ad vegetatiuum.

6. *Voluntas* omiſſa. Reſponde ad appetitum, vel mentem reuocari.

7. *Memoria*. Reſponde ad mentem & ſenſum.

8. Loquendi virtus omiſſa. Reſponde reuocari ad vires ratiocinandi, appetendi, mouendi, ſentiendi.

9. *Hinniendi* facultas omiſſa & conſimiles. Reſponde reuocari ad vim motricem, phantaſiam & appetitum.

10. *Phantaſia* omiſſa. Reſponde reuocari ad ſenſum ſenſitiuum.

11. Vis *progreſſiua* non diſtinguitur à ſenſu, mente & appetitu. Reſponde diſtingui ſaltem ratione.

Realiter-ne diſtinguatur vis motiua à facultate critica & apprehenſiua quæretur ad librum tertium.

12. Quæ abditæ & occultæ dicuntur plantarum vires & animalium videntur omiſſæ, vt remoræ facultas.

Reſp. { primò à nonnullis repudiari vires occultas. De quo negotio ad lib. de generatione.
2. eas magna ex parte non videri proprias rerum animatarum: quia videntur inueniri etiam in cadaueribus, mortuiſque ſtirpibus.
3. ſi propriæ ſunt rerum viuentium fere reuocari ad phantaſiam, vim motricem & appetitum, vt reuocatur vis nidificandi, &c. aut non propriè cenſeri vitales quanuis non niſi in viuenti inueniantur.

Non quidquid in viuenti poſt vitam, id vitale.

ARTICVLVS III. *ET VLT.*

De facultatum ordine, intenſione, &c.

Ordo.

Ordo dignitatis ex vſu & fine æſtimandus.

Ordo geneſeos perſpicuus ex Ariſtotele.

De magis & minus.

Intenſionis varij modi alibi proponendi.

Intendantur-ne facultates vt viſus, auditus, &c. & quando, Logici quærant & Metaphyſici.

Diſtinctio facultatum animæ à ſubiecto.

Conſulenda doctrina de diſtinctionum formulis:

Doctrina de diſtinctione formæ à materia, proprietatis & accidentis à ſubiecto: quæ docenda ad librum tertium de facultatibus animæ rationalis.

Quando quis priuatur viſu quæritur vtrum id fiat quod facultas deleatur, an vero tantum quod euertatur temperamentum organi & diſpoſitio.

Vnitas facultatum animæ & diſtinctio à ſe inuicem.

Res hæc ſuperiori eſt affinis, ab eaque pendet.

Si facultates ſunt reipſa eædem cum ſubiecto: Sanè quæcunque hærent eidem ſubiecto .p. mens & voluntas, ſunt inter ſe reipſa idem.

Secus fieri poteſt vt realiter à ſe inuicem diſtinguantur, non tamen id neceſſarium eſt.

Ratione & formaliter citra controuerſiam diſtinguntur.

Vndè petenda diſtinctio?

Res fit vna & intelligibilis per ea ipſa per quæ eſt, eſt ens.

Eorum quæ quoquo modo ſunt alterius, ſiue relatorum diſcriminatio intelligitur ex ijs quorum ſunt extremis: Ergo facultates animæ diſtinguntur per fines & officia, per *ſubiecta*, ſed præcipuè per *obiecta*, vt monuimus in logicis.

Sed { obiectum accipe quod per ſe non quod per accidens. / primarium non ſecundarium tantum. / formale non materiale tantum. }

Idque { ita vt vna ſpecies ſenſus.p. viſus reſpondeat vni generi obiecti .p. viſibili. / non autem conſtituantur tot ſpecies facultatis quot ſunt ſpecies obiecti .p. vnus viſus pro atrore, alter pro candore. }

Quanquam ſunt qui formalitatem obiecti, ex. gr. viſibilitatem velint eſſe vnius ſpeciei. De qua realibi.

Omninò tamen fruſtra videtur fingi in obiecto ſpecifica vnitas; non ſi facultas eſt vltima ſpecies, ideò obiectum vna vltima ſpecie contineri debet.

Dubitatur differatne ſpecie viſus hominis à viſu equi, conſimileſque inſtituuntur dubitationes de facultatibus alijs, ſed hæc poſtea perſtringentur.

Obſerua quæſtiones particulares ad generalem eſſe reuocandas.

Quæcunque rem componunt eadem eſſe principia & elementa diſtinctionis & vnitatis.

Sæpè philoſophos ex vna ſpecie de cæteris conſimilibus ferre ſententiam.

Monitum.

De anima generatim ſumpta apud philoſophos.

Reliqua à ſpecierum potiſſimumque primæ explicatione.

AD

CAP. IV. LIB. II.

APPENDIX.

SEV

BREVIS DISPVTATIO DE ANIMA vegetante, déque vegetatiuo.

ARTICVLVS PRIMVS.

De nomine, exiſtentia, cauſſis, & natura.

Nomen, notio.

ENERGIA ſubſtantialis, quæ cum ſtirpibus nobis eſt communis, variè nuncupatur.

Dicitur { anima prima, ſed origine, non dignitate. / dynamis pars, & differentia animæ prima, &c. communiſſima.

Ab officijs { vis alendi, nutritiuum. / vis augendi, auctiuum. / vis generandi, genitiuum.

Vocatur { facultas naturalis apud Medicos, aut radix eius. / frequentiſſimè anima vegetans.

Vegere olim vigere: hinc vegetus, vegetare.

Anima hæc quia vegetat per antonomaſiam vocatur anima vegetans, (torpent mortua præ viuis.)

Sumitur generatim pro eſſentiali principio alendi, augendi, & interdum generandi: Speciatim pro anima ſtirpium, pro anima quæ ita vegetat, vt neque ſentiat, neque ratiocinetur.

Exiſtentia.

Effectus animæ huius valdè perſpicui ſunt, præſertim ſi mortuum cum viuo conferatur ſuo tempore & loco.

Admittitur illud quod animæ vegetantis nomine ſignificatur.

Eſt ex. gr. intra quercum aliquid energiæ & ſubſtantiæ, quod quercum alit, amplificat, in certam configurat formam & figuram, folia, glandem, &c.

Sed quod ſignificamus, id animæ nomine dignum à pleriſque iudicatur: negatur à non paucis .p. à Stoïcis.

• Verùm non eſt de nomine certandum, &c. vulgus vocabulorum dominus. Si variatur definitio, non ideò oritur diſſenſio de re.

Cauſſæ.

Anima vegetans refertur primò, ad alendum partialiterque generandum. *Finis.*
Secundò ad amplificandum procurandamque magnitudinem & figuram.
Tertiò ſed tantum quando eſt perfectior ad generandum aliud:
Item ad præſcribendos magnitudinis & paruitatis limites, &c.
Fit (niſi eſt rationalis) à cauſſis naturalibus. *Opifex.*

.n. { nunc ſynonymè, vt cum quercus generat quercum.
nunc homonymè, vt cum ſponte generatur gramen. }

Efficitur vere, non autem Pythagoricos ſubit errores.
Materia hoſpitiumque eius eſt corpus naturale heterogeneum, diſſimilare, organicum, poteſtate obtinens nutritionem, accretionem, & interdum generationem. *Materia in qua.*
Ineſt anima hæc animalibus & ſtirpibus.
De fungis, pilis, ſquammis ſimilibuſque rebus alibi loquemur. Stirpibus qui animam detrahunt, nomenclaturam animæ potius quam ſenſum qui à nobis propoſitus eſt detractum volunt.
Alia fortè ratio pilorum & ſimilium.
Ineſſe animam hanc metallis, lapidibuſque præter tophum omnibus Cardanus ſuſpicatus eſt. Quod lapidibus ſuæ ineſſe venæ & fibræ videantur: Metalla ſuos habere truncos, ramos, radices, frondes, venas, fructus, &c. Lapides & metalla nutriantur, augeantur, &c. *Obiectio.*
Sed non creſcunt more propriè viuentium rerum, nec venas radiceſque habent quibus attrahatur & vehatur alimentum. *Reſp.*
Truncos & ramos non habent niſi ſpecie tenus, eaque fortuita [qualia in carbonibus & prunis obſeruant pueri] non autem certa pro certo lapidis metalliue genere.
Vt concludam paucis, notæ quibus deſignatur anima non conueniunt lapidi & metallis. Conſulenda doctrina de animæ generibus.

Genus & natura.

Quo ex genere rerum ſit anima quæſitum ſuprà.
Vegetans anima per legem analogiæ definitur, *entelechia prima corporis naturalis organici & diſſimilaris proxima poteſtate obtinentis nutritionem & accretionem, nec-non etiam interdum generationem rei ſimilis.*
Videtur anima hæc ab Ariſtotele text. 49. definiri aut vocari ſaltem principium generandi ſimile (idque per finem.) *Occupatio.*
Sed idem Ariſtoteles fatetur vim generandi ſimile (totale & alterum) non cadere in omnem nutritiuam animam, vt neque etiam in quamuis ſentientem.
Itaque videtur reſpondendũ eam eſſe deſcriptionem non cuiuſuis vegetantis animæ, ſed illius quæ inter vegetantes tenet principatum, quæque eſt norma & finis reliquarum .n. *vegetantis, genitricis.* *Reſp.*

Digitized by Google

Finis autem non quia quæuis anima tendat ad generationem, cum vnaquæque ſorte ſua ſit contenta: ſed quia quæ vim generandi habet perfectior eſt. Genus & natura videntur maximè tendere perfectiſſimam ad differentiam.

Quanquam quæuis anima vegetans generat partialiter, quia nutrit, ſed de tali generatione non loquitur illic Ariſtoteles.

Reſpondendum præterea denominationem poſſe ſumi à nota minimè ſynonyma, ab anguſtiori nota.

ARTICVLVS II.

De facultatibus animæ vegetantis in genere.

Quid facultas vegetans?

Eſt accidentale & è ſecundo qualitatum ordine principium illius vitæ & vitalis functionis, quæ accepta refertur vegetanti animæ, ſeu facultas vegetantis animę, aut rei quæ animatur anima vegetante.

Quotuplex?

Eſt { alia propria certæ alicuius ſpeciei .p. propria facultas quercus, & de hac non agimus hîc.
alia vegetantis animæ in genere, aut certè vegetantis animæ quæ ſit paulo perfectior, quæ poſſit generare aliud ſimile ſibi. }

Vegetantis in genere ſunt duæ facultates vitales .n. vis alendi, & vis augendi.

Perfectioris tres *altrix, auctrix,* & *genitrix,* qualis indicabitur infra, qui numerus inductione confirmatur & ratiocinio.

Opus { virtute generandi per quam indiuiduum aſſequatur eſſe, & ſpeciei æternitas conſeruetur.
vi nutriendi per quam ſeruetur τὸ eſſe indiuidui.
vi augendi per quam comparetur iuſta magnitudo: Quia viuens non generatur cum iuſta magnitudine. }

Vires { aliæ principes & primariæ.
aliæ ſubſeruientes quæ reducuntur ad principes. }

Obiectiones.

Prima. Hæ vires Medicis ſunt naturales, non vitales.

Diſt. { quatenus naturale diſtinguitur ab animato N.
quatenus diſtinguitur à vi animali, & vi motrice cordis quam vitalem vocant, C. }

2. Cur vocantur naturales? Reſp. quia vtuntur inſtrumentis maximè naturalibus .p. calore & humore.

3. Ignis alit augetque ſeipſum & generat. Reſp. iſta ambiguè prædicari de igni & de animatis, vt conſtabit.

4. Adjicienda videtur tribus illis vis minuendi (per quam omne viuens ſeipſum minuat.)

Reſp.

Reſp. { primò deficientem eſſe non efficientem ratione viuentis quod minuitur. [nis.
ſecundò imminutionē rei viuentis fieri maximè à principijs exter-
tertiò vim imminuendi quatenus pendet à viuente ipſo reuocari poſſe aliquo modo ad vim auctricem, quia contrariorum doctrina eadem.
quartò poſſe reuocari ad vim nutritiuam, & altricem. }

Nam qui calor procurat nutritionem & accretionem, idem etiam in viuenti videtur moliri imminutionem ſubſtantiæ: ſi pars conſumit partem non depaſcitur illam nec corrumpit, niſi quia pabulum quęrit.

Non ſemper quandiu viuunt poſſunt creſcere viuentia. 5.

Diſt. { ſi aduerbium ſemper iungatur verbo poſſunt, N.
ſi coniungatur cum verbo creſcere. Reſp. quærendum eſſe infra quid ſit ſentiendum. }

In plantis reperiuntur vires attrahendi, retinendi, &c. 6.

Reſp. contineri nomine altricis facultatis, vt dicetur.

Aut tanquam miniſtras & appendices. 5

Aut tanquam partes, partes integrantes.

Aut tanquam ſpecies ſaltem analogicas.

Ineſt vis adoleſcendi. Reſp. pertinere ad auctricem.

Ineſt appetitus. Diſt. impropriè dictus C. propriè dictus N. 7.

Adiungenda videtur ea facultas quæ à Medicis dicitur vitalis, eſtque vis efficiendi pulſus, atque etiam vt quibuſdam placet, origo perturbationum. 8. 9.
Reſp. nos non narrare ſigillatim quid viriû rei animatæ conuenire poſſit, vitalem illam vim reuocari ad motricem facultatem quæ animalium: et ad altricem non quarumuis rerum viuentium, ſed quorundam animalium tantum.

Ineſt ſtirpibus ſenſus cum appetitu, licet obtuſus, vigilia, motus, & ſexus [propriè dictus.] Reſp. negandam propoſitionem. 10.

Conditiones.

Conſulendus ſermo generalis de facultatibus animæ.

Ordo.

Dignitate antecedit vis generandi altricem & hæc auctricem.

Origine nutrix auctricem, & hæc genitricem .n. ſi ſpectantur in re vna & eadem.

Cauſſæ.

Colligendæ per analogiam ex communibus ſermonibus.

Conſenſio & diſcrimen.

Hæ vires conſentiunt *ſubiecto*, quia ſunt rei viuentis ſaltem perfectioris, *obiecto, fine. inſtrumento.*

Differunt *tempore, neceſſitate, dignitate, obiecto formali*, ratione & definitione.

An re ipſa diſtinguantur controuerſia eſt, veriſſimile altricem ab auctrice non ſecerni niſi ratione, quia fruſtra, &c. Genitrix quatenus certæ inhęret

parti videtur diſtingui reipſa.

De obiecto.

Obiectum harum facultatum videtur nomine carere. Vt ipſę appellantur generatim nutritiuæ: Ita illud poteſt appellari alimentum.

Eo nomine accipitur hîc quælibet materia circa quam occupetur facultas propriè nutritiua, vel vis augendi, vel facultas generandi.

Tale autem { tum quod conuertitur in ſubſtantiam proprieque alimentum dicitur. / tum materia accretionis, quæ & decretionis. / tum etiam ſemen cum analogis .n. pro triplici facultate.

Organum.

Inſtrumenta harum facultatum ſunt duplicis generis.

.n. { partes diſſimilares, & organicæ: vt radix, ventriculus, hepar. / earum partium affectiones propriæ, vel communiores. Ex quibus duæ potiſſimum dicantur vitæ miniſterijs .n. *calor* naturalis, & humor rei viuentis.

Officia vitæ per hæc potiſſimum exercentur.

Frigus deſideratur in viuentibus, ſed potiſſimum ad caloris temperationem.

Siccitas valet ad duritiem, proindè ad firmitatem rei viuentis.

Sed tribus facultatibus inſeruit maximè quatenus humorem temperat.

Calor naturalis.

Calor { vnus *virtualis*, qualis in pipere, ſole. / alter *formalis* qui ab illo ſpecie diſtinguitur.

Formalis *cæleſtis*, vel *igneus*, vel *aëreus*, rei ſimplicis, vel mixti inanimati, vel rei viuentis.

Qui proprius rei viuentis, conſueuit appellari calor naturalis.

Quia eo tanquam inſtrumento vtitur anima ad obeunda vitæ munera .p. ad vegetandum, ad mouendum, ad ſentiendum, eum anima fouet ac tuetur.

Naturalis ille calor affinitatem maiorem habet cum aëreo, cum cœleſti & mixto, quam cum igneo.

Ab igneo differt, quia agit virtute animæ, penetrat in omnem partem, non diſſoluit, non adurit, non in cinerem vertit, non ſolum calefacit, verum etiam alit, diſtinguit, aſſimilat.

Quę tamen diſcrimina non arguunt varietatem definitionis & naturæ, De qua re alibi.

Sedes { totalis caloris naturalis eſt corpus viuens. / pręcipua perfectiori in animali *cor*, ſpiritus, hepar. / alibi quod partibus illis proportione reſpondet.

De humore.

Humidum quid actu, vt aqua: Quid poteſtate, vt ſal.

Digitized by Google

Humidum { quid humore alieno: vt ſpongia madida.
quid proprio: vt aqua. }

Humor nunc accidens: nunc ſubſtantia, vt ſuccus.

In viuenti humor *primigenius alimentitius*.

In viuenti { quidam *alienus* humor: vt ſudor, vt aqua ſtagnans in ventriculo.
quidam *proprius*, qui primigenius, ſeu radicalis vel alimentitius. }

Radicalis ille, qui congenitus eſt inſituſque rei prima ab origine, propterea dicitur *ſpermaticus*, ſeminalis.

Alimentitius eſt qui ſuffectus ex alimento adnaſcitur & vnitur radicali.

Vterque eſt pinguis, viſcoſus, & aëreus magis quam aqueus.

Differt à purè elementari affectione potius quam natura & definitione: vt & calor à calore. De calore & humore alibi.

ARTICVLVS III.

De Temperamentis, ſanitate, & euerſione eius, &c.

De temperamentis.

Primum generatim Phyſici verba faciunt de temperamento, craſi, mixtione.

Deindè ad temperamentum rerum viuentium accedunt.

Complexio & temperies, ſiue ſit laudabilis, ſiue vitioſa eſt mixtio & confuſio quatuor primarum qualitatum, quæ fit per ipſarum remiſſionem. *Quid?*

Non verò vnica tantum qualitas, quæ quatuor illis virtute ſit æqualis, neque pereunt funditus quatuor primæ qualitates dum anima interit, dum excitatur temperamentum, neque in temperamento quouis vnaquæque è quatuor qualitatibus conſiſtit in ſummo gradu: licet conſiſtere quidam ſuſpicentur.

Temperamentum laudabile eſt: vel vitioſum quod minus propriè dicitur temperamentum, temperies. *Quotuplex?*

Temperamentum { vel temperamentum ad *pondus*, ſeu ad æquilibrium, & æqualitatem.
vel temperamentum *inæqualitatis*, iuſtitiæ, proportionis, ad proportionem. }

Ad *pondus* dicitur quando quatuor primæ qualitates adæquantur, neque ſuperat calorem frigus, neque ſiccitatem humor, neque contra.

Ad *proportionem* dicitur cum res contra habet, appellaturque *iuſtitiæ* temperamentum: Quia commenſuratur formæ cui inſeruit, vt temperamentum equi, animæ equinæ, vel ſaltem commenſurari debet.

Id { *ſimplex* nominatur, quando dominatur tantum vna qualitas prima, eſtque calidum, vel frigidum: vel humidum, vel ſiccum.
compoſitum dicitur quando duæ excedunt, duæ ſuperantur. }

Eſtque quadruplex { calidum ſiccum: vt in cholericis.
calidum humidum; vt in ſanguineis.
frigidum humidum: vt in phlegmaticis.
frigidum ſiccum: vt in melancholicis. }

Sed temperamenti congruentis, medijque ratio non eſt velut in puncto poſita cum ſit *inſtrumentum*, ſed ſuam habet latitudinem. De qua re in Moralibus.

Temperamẽtum animalis.

Craſis & complexio in viuentibus pręſertimque in animalibus, eſt mixtio & confuſio quatuor *humorum*, vel analogorum.

Spectatur temperies ſingularum partium, quæ varia pro varietate partium .p. carnis, &c. eſtque *innata*, vel influxa, infuſa; aut temperies tota *totius corporis*, quæ coaleſcit ex temperatione omnium partium: vt lana per ſe ſicca eſt etiam quando vi aliena humida eſt: ita in partibus complexio, temperieſque.

Duplex { vna *innata* nominatur.
altera *influxa*, & aliundè manans.

Quæ pinguedo appendet cordi dicitur calida, frigida.

Eſtque { per ſe frigida, ſeu innata complexione.
calida calore aliundè influenti.

Argumenta temperamenti.

Animalis temperamentum dignoſcitur ex *tactu*, carne, adipe, pilis, figura, magnitudine, affectuum celeritate, tarditate, fame, ſiti, procliuitate ad certos motus, ad certos morbos, ſolertia, inertia, &c.

Praſtantia.

Si deueniendum eſt ad ſingularum ſpecierum temperationem nulla temperies occurrit quæ humana ſit præſtabilior. Homo ſuperatur ſecundum quid à nonnullis animalibus, ſuperat abſolutè.

Intemperies.

Intemperies propriè ſumitur pro praua mixtione, & confuſione, &c. minus propriè pro orbatione mixtionis.

Temperamenti nomẽ.

Temperamentum generatim ſumitur pro quauis mixtione quatuor humorum, aut qualitatum. Speciatim tantum pro laudabili & commenſurata.

De Sanitate, &c.

Monitum.

De terminis magnitudinis & paruitatis alibi, & viuens & membrum viuentis omne limites magnitudinis & paruitatis pręſcriptos habet. Membrum membro, pars parti debet reſpondere & commenſurari, vt facultas facultati, &c.

Omne viuens certum poſtulat figuræ genus. De qua re alibi.

Optima conſtitutio rei viuentis videtur proficiſci & pendere à magnitudine, figura & temperamento, ſitu, numero: Sed pręcipuè conſiderantur à Medicis quæ ſunt magis in noſtra poteſtate, & facilius emendantur arte.

Sanitas.

Quale nomen.

Sanitas, & ſanum dicitur *ab vno & ad vnum* ſeu attributiuè.

Nos intuemur principem ſignificatum, vndè alij deriuantur, intelliguntur.

Digitized by Google

Sanitas ſumitur { interdum pro *actionibus* ſecundum naturam. | ſæpius vt hoc loco pro *habitu* & diſpoſitione, vnde illa actio. } *Actio.*

Tunque { commodè tum in rebus animatis, tum in inanimatis: vt quando dicuntur ſani lapides, &c. | propriè in viuentibus. p. in arboribus: ſui ſunt ſtirpibus morbi, ſua vlcera, & vulnera. | propriiſſimè in ſolis animalibus vbi dolori locus. } *Habitus. Vbi ſanitas*

Morbus totidem dicitur modis quot ſanitas, & locum habet in iiſdem per contrariorum leges.

Sed bifariam ſanitas morbo opponi conſueuit. n. *mediatè*, & *immediate*: etenim interdum nihil interijcitur inter morbum, ſiue malam valetudinem, & bonam, ſiue *ſanitatem* pro medio: quo ſenſu ſtatim atque expugnatus eſt morbus, dicitur reſtituta ſanitas. *Quomodo opponitur morbo.*

Aliquando { aliud eſt *ægrotare*. p. febri æſtuare. | aliud *conualeſcere*, vel in morbum cadere. | aliud *valere*, ſeu benè valere. }

Tumque inter morbum ſtatus intercipitur aliquis: hîc dicitur neuter atque etiam medius, particepſque vtriuſque extremitatis: ac propterea ſub vtraque comprehenditur.

In re viuenti ſanitas eſt quaſi vita: morbus quaſi mors inchoata.

Proindeque vt *mors*, ita *morbus* Scaligero ſecundo de plantis, eſt quaſi μόρος βίου, pernicies vitæ.

Sanitas ponitur in ſymmetria, & commenſuratione qualitatum, humorum, & partium: vt morbus in aſymmetria, & in incommenſuratione. *Genus ſanitatis.*

Sed vt morbo, ita ſanitati ſua eſt latitudo, neutrum eſt in puncto poſitum: ſanitas ergo vt & pulchritudo eſt congeries rerum.

Sanitas definitur naturalis (talis qualem natura poſtulat) conſtitutio partium viuentis actionem efficiens: ſiue temperies, ſymmetria & proportio legitima qualitatum, humorum, partium; complexionis (tum innatæ, tum influentis). 1. de animo cap. 4. ex Categoriis cap. de qualitate. Conſulatur liber 6. Topicorum. *Quid?*

Sanitas non eſt vna certa qualitas nata ex illo temperamento & conſtitutione, qualem videtur fingere Scaliger exerc. 100. *Non vna qualitas.*

Primò quia fruſtra, &c. ſecundò quia pro varietate ſanitatum ſexcentæ generis huius qualitates fingendæ venient in re eadem, & in diuerſis: itaque neque per ſe datur motus ad ſanitatem ex 7. Metaphyſicæ text. 17. neque ſanitas eſt vnum quid niſi eo modo quo exercitus, aut pulchritudo. *Motuſne ad ſanitatem.* *Quomodo vna.*

Idque { ſiue ſpectetur ſanitas totius corporis. | ſiue ſanitas ſingularum partium. }

Quotuplex Eſt enim ſanitas duplex vt & temperies in re organica præſertim.

Sanitas { vel eſt totius corporis.
vel cuiuſque partis. p. carnis, manus, &c.

Vnde fieri poteſt vt ſit varia pro varietate morborum, quibus opponitur, & reuera eſt: indeque fit vt membrum vnum atque idem. p. oculus, caput, &c.

Sit partim ſanum, partim ægrum,

Sit vno modo ſanum, altero ægrum.

Puta { ſanum brachium quia nec luxatum, nec fractum.
ægrum quia laboret frigida intemperie.

Propterea aliquid omnino ſanum & ſimpliciter, quod nullo modo ægrum, aut vix vllo modo: aliquid ſecundum quid tantum non omnino ſanum.

Morboſum item aliquid cogitatur bifariam. n. morboſum abſolutè, morboſum ſecundum quid.

Quamquam vix ac ne vix quidem occurrit quidquam quod ſit propriè, omnino morboſum atque vitioſum.

Etenim ſi morbi ſinguli poſſunt rem profligare, quid futurum eſt ſi vniuerſi concurrant ad perniciem rei viuentis?

Præterea morbi cum morbis alijs pugnare poſſunt, ita vt nequeant ſubſiſtere ſimul. p. intemperies calida cum frigida.

Sed ſanum omninò quod omne habet ſanitatis genus: morboſum omnino quod plurima morborum genera.

Obiectio.

Temperamentum quod ad proportionem non videtur poſſe ſubſiſtere diu, quia qualitas ſuperior breui euertit inferiorem, quæ contraria.

Atqui ſanitas itemque temperamentum rei viuentis diu ſubſiſtit, ſubſiſtere ſolet. Ergo, &c.

D. P. niſi adſit aliquid à quo procuretur foueaturue & inſtauretur C. Secus N.

N. C. quia anima fouet & reſtaurat quantum poteſt temperamentum congruens ſibi.

De euerſione ſanitatis.

Tria Medicis quibus ſtatus naturalis corporis ſanitaſue peruertitur. n *morbus, cauſſa* eius & *ſymptoma*: quorum explicatione continetur ea pars medicæ artis quæ dicitur *pathologia*.

Obiectio.

Si ſanitas eſt aliquid ad quod non detur per ſe motus, non proponitur vlli arti: Atqui proponitur medicæ arti. Ergo, &c. Ergo per ſe Medicus curat.

Reſp. diſtingui oportere ad ſolutionem duo.

Nempe { *motum* qui primarius, vel ſecundarius.
& *cauſſam* per ſe quæ per ſe *naturaliter*, vel *dianoëticè* tantum. De qua re paſſim.

Cauſſa morbi.

Cauſſa morbi id per quod inducitur morbus: ſiue ſit cauſſa exquiſita, ſiue *occaſionalis*.

Cauſſa { *interna* morbi quæ dicitur *antecedens* in corpore eſt & à corpore,
externa quæ vocatur *principians, procatarctica*.

Externa { vel ab animo oritur, in eoque ſita eſt: vt mœror, gaudium, &c.
vel aliunde oritur: vt æſtus, aëris contagio, gladius, ictus.

Interna { vel eſt *antecedens* propriè ſpeciatimque, ſiue efficiens quidem & cauſans ſed mediatè: vt calor, frigus.
vel *continens* efficienſque immediatè: vt vis malefica in morbo peſtilenti.

Cauſſa hæc continens aſtruitur à nonnullis medicorum: à plurimis repudiatur: à quibuſdam videtur concedi in quibuſdam morbis; in aliis repudiari: vbi agitur de mixtione aliquid dicitur quod faciat ad hunc locum.

Cauſſa { *externa*: vt ſol, aër, frigus externum, &c.
antecedens propriè: vt calor in corpore à ſole excitatus, vapores excitati, redundantia.
continens qua poſita ponatur morbus, ſublataque tollatur.

Huius generis eſt vis malefica in peſtilenti morbo, ſed quæ in ægro corpore, non quæ in aëre tanquam fermentum externum.

Symptoma.

Symptoma medicis generatim quidquid præter naturam corpori accidit.

Propriè affectus præter naturam, qui morbum ſequitur, velut vmbra corpus, & morbus quidam ſecundarius: maximè ſi ita pendet à primario, vt hoc ſublato ille ſtatim auferatur.

Symptomatum triplex differentia conſtitui ſolet.

Actio læſa, ſimplex corporis affectus, excrementorum vitium.

Morbus.

Morbus { generatim conſtitutio præter naturam [in viuenti corpore] actionem impediens, tumque complectitur ſymptoma.
ſpeciatim conſtitutio præter naturam à qua actio [rei viuentis] per ſe ac primario [non ſecundario tantum vt à ſymptomate] vitiatur manifeſtè, aut notabiliter.

Porrò { aliud eſt energia, & impreſſio cauſſæ.
aliud morbus, qui plerumque ſublata cauſſa permanet, niſi ſit continens cauſſa.

Morbus {
- generatim aſymmetria quæuis in viuentis corpore actioni infeſta.
- ſpeciatim ea quæ ab alia non pendet tanquam à primaria.

Vel non neceſſario tollitur ea ſublata vnde pendebat.

A ſymmetria ſi durabilior vocatur *habitus* ἕξις: vt quartana febris confirmata: ſi minime durabilis dicitur tantum *pathos*, affectus, diatheſis.

A ſymmetria {
- prima ad intemperiem qualitatum pertinet: vt febris.
- ſecunda ad ſtructuræ vitioſitatem: vt luxatio.
- tertia ad continui ſolutionem: vt inciſio manus.

Morbus {
- ſine dolore, vel cum dolore.
- partis, vel totius.

Item {
- internus, vel externus.
- lethalis, vel non lethalis.

Item {
- acutus, vel non acutus.
- contagioſus, vel non contagioſus.

Item {
- à cauſſa aperta, vel ab occulta.
- curabilis, vel incurabilis.

Incurabilium ars nulla. Neque enim ars ſuſcipit quod fieri non poteſt.

Peccatum {
- in modo ſiue magnitudine & paruitate.
- in collocatione & ſitu. p. in fractura & luxatione.
- in numero, in intemperie, &c.

ARTICVLVS IV.

De Vita, &c. Deque ætate, morte.

De vita, deque viuacitate, &c.

Significatus. Vita & ζωὴ primò purior actus qualis tribuitur plantis, animalibus, angelis: hoc enim ſignificatu intelligentiæ viuunt. actioque *vitalis* dicitur.

2. *anima*. 3. *vita apparens* qualis tribuitur igni & argento viuo.
4. *duratio* rei cuiuſque potiſſimumque rei propriè viuentis.
5. viuendi ratio, aut *mores*.
6. *victus* hinc tenuis vita: viuere olim veſci & alimentum capere: vnde conuiuium quod a conuiuendo, vt ſympoſium à combibendo.

Hocce loco duo conſiderantur vitæ modi præſertimque eorum poſterior.

modus

Modus {
- prior qui ſeptimo quo per nomen vitæ ſignificatur rei animatæ animæue actio.
- poſterior qui 8. ordine ſignificatus quo animæ in corpore exiſtentia.

Quid ſit hocce ſenſu vita quæritur. *Genus & natura.*

Eſt {
- non conſeruatio inſtrumentorum, quibus vtitur anima.
- non formaliter ipſa copulatio animæ cum corpore.
- non anima ipſa animæue operatio.

Sed eſt {
- actus animæ in corpore. Scaligero.
- effectus formalis animæ in corpore.

Facit vt albedo albere: ita anima viuere ſiue vitam.

Deſcribitur permanſio animæ in calido. n. quia frigus per ſe non facit ad vitæ operationes. De qua re ſæpe. *Lib. de morte*

Humore autem ſubſtantiaque humida qua foueatur & quaſi paſcatur, eget ille viuificus calor: Itaque potiſſima duo vitæ inſtrumenta conſtituta: Calor ille naturalis: & Humor naturalis præcipueque ille, qui radicalis.

Conſtat {
- humorem radicalem & alimentitium vitiari & corrumpi à rebus externis & alienis. p. aëre, veneno, prauis humoribus.
- vtrumque humorem eſſe vehiculum fomitemque caloris naturalis.
- calorem illum paſci alimento.

An paſcatur etiam humore radicali, & humore alimentitio controuerſia eſt.

Sed paſcitur ſanè ex lib. de longitudine, & Medicorum ſententia.

Saltem quatenus pars in partem agit. p. ſpiritus in partem craſſiorem. De qua re ad libros Phyſ.

An vero calor vnus aliquis ſui ipſius vehiculũ depaſcatur & conſumat exuatque ſuum ſubiectum humiditate quæritur.

Negant {
- quidam quia ſuſpicantur nullum accidens ſuum in ſubiectum agere.
- quidam quia inficiantur accidens naturale moliri quidquam in perniciem rei ſubiectæ (vt & formam ſubſtantialem.)

Alii contra contendunt calore amoueri poſſe tum frigus rei cui inhæret, tum etiam humiditatem: Niſi & calor & humor à forma propria rei ſubiectæ. p. aëris oriatur. Ideoque calore exſiccari aut labefactari humorem, qui eſt comes caloris ipſius in re viuenti: ſed tamen ſecundario per conſecutionem & per accidens non primario & per ſe, ſi ſpectetur animæ conſilium & intentio. Hæc enim calorem ad pugnam inſtruit, & actionem ob aliam cauſam atque finem, non vt humorem congruentem perimat.

Verum confugiendum eſt generalem ad quæſtionem quâ quæritur, agatne accidens in ſuum domicilium & ſubiectum.

Perimitur calor naturalis frigore, penuria materiæ, euaporatione, ſuffocatione, &c. *Quomodo perimitur calor naturalis.*

Quid viuat, ſitue particeps vitæ alibi quæritur. *Viuens.*

Cor vbi locum habet primum viuit fereque moritur poſtremum. Primum viuit, quia primum formatur non autem hepar: vt Hippocrates voluit. Non enim officina alimenti videtur eſſe ante illud quod nutriri debet: quanquã controuerſia anceps, ſubigitur ſolum ante ſementem.

Ferè dixi quia exempto corde canes procurrere conſpecti.

Vbi cor non inuenitur aliquid cogitandum quod obtineat cordis proportio-nem: cuiuſmodi ſunt radices in quibuſdam rebus.

Mortalitas. Perennis vita per naturam eſſe non poteſt: quia fieri non poteſt quin tandem aliquando ſiccitas iuſto maior inducatur: vitiatur & conſumitur paulatim humor naturalis. Præſcripti limites rei cuique, vt temperiei & magnitudinis: ita viuendi extra quos excurrere nequeat vita ex ſecundo de generatione cap. 10.

Viuacitas. Sed longioris breuioriſque vitæ maioris minoriſque viuacitatis cauſæ variæ.

Hę { partim exteriores: vt aër, cœlum, ſolum. / partim interiores. p. qualitas dominans, membrorum proportio, numerus, temperies &c. }

Viuacius homine olim vix quidquam.

Ex plantis breuioris vitæ quę fœcundiores, rariores, minuſue denſæ, mitiores, minimè montanæ &c. ex lib. 4. hiſtoriæ Theophraſti.

In animalibus diuturnioris vitæ argumenta varia: vt ſanguinea temperies, pilorum, dentiumque crebritas, ſtipatio, claritas vocis, robur, humor aëreus, iuſta magnitudo, calor laudabilis, regio calidior &c.

Animantium quædam ephemeræ: quædam non. Quarum aliæ non excedunt annum; aliæ viuaciores.

De animalium ætatibus notiſſimum, ſed non ſatis probatum Epigramma Virgilij, vel Auſonij.

De ætate.

Ætas { generatim dicitur de rebus tum animatis, tum inanimatis: vt quando vinum dicitur ætatem ferre. / propriè locum habet in ſolis viuentibus. }

Hîc plerumque idem atque decurſum antea vitæ ſpatium.

Magis propriè decurſus vitæ, temperamentum notabiliter immutans .i. ſpatium durationis vitę quod menſuratur inſigni aliqua notabiliue mutatione magnitudinis, aut certè virium & temperiei, potiſſimumque eius quæ influxa nominatur.

Interdum & propriiſſimè ętas congruens tale ſpatium, ſed congruens: vt cum ętas ſumitur pro militari ętate quando quis dicitur eſſe in ętate.

Ætatis rationes variç pro varietate rerum viuentium. Conſulenda doctrina de tempore & duratione.

Quędam quanquam imperfectiora citius adoleſcunt: vt fœminę quam mares.

Nempe citius abſoluunt curſum, quia non tam longe tendunt Scaligero, non ad tantam perfectionem.

Ex humana ętate capitur iudicium de cęteris.

Digitized by Google

Ætas humana.

De humanarum ætatum numero & cuiuſque ætatis circumſcriptione variæ ſunt ſententiæ.

Idque { non modo ſi ſpectemus & hæc noſtra & antiquiſſima, & futura tempora.
verum etiam ſi duntaxat habeamus rationem eorum temporum, quibus homines centeſimum annum non exceſſerunt. }

Ætates partiuntur iuriſperiti, aſtrologi, medici, phyſici, & qui artifices ætatis delectum habent.

Ætas nonnullis triplex tantum nimirum, accretionis, ſtatus, decrementi, ſiue ſenectutis.

Hippocrati & Galeno ætates pueritia, pubertas, iuuentus, ſenectus.

Iuriſperitis fere ſex, infantia, pueritia; iuuentus ſiue pubertas, virilis ætas, ſenilis & decrepita: metiuntur autem quinque priores certo annorum numero non ſextam.

Aſtrologi ſeptem ætates faciunt, & cuique præficiunt planetam ſuum.

Fernelius ſtatuit decem, ſingularum autem ætatum temperamenta perſequuntur Medici.

Affectus ætatum varij pro varia temperie, vt Ethici monent.

De canitie & caluitie quæ comitantur ſenectutem alibi.

Cur repueraſcant ſenes in cauſa eſt cerebri temperies.

Quatuor ætates comparantur cum quatuor humoribus, elementis &c.

De ætate Ariſtoteles lib. de ſenectute, lib. de reſpiratione, in problematis. Cenſorinus libro de die natali &c.

Mors.

Mors definitur interitus rei viuentis, mors eſt extremum, non autem finis.

Euenit quia anima informate deſinit labefactata tēperie, neceſſaria ad obeunda vitæ munia, ſiue anima pereat, ſiue non, vt anima hominis.

Mortis cauſæ aduerſantur cauſis vitæ, & generationis.

Momentanea quatenus ſignificat illam ſolam deſitionem, ſucceſſiua quatenus includit labefactationē temperiei ad retentionem animæ, atque hoc ſenſu naſcendo dicimur mori, nimirum quia fere in dies temperies noſtra deterior euadit.

Præterea quia { ſicut generatio duplex { totalis: vt cum gignitur bucephalus.
partialis: vt cum bucephalus oritur. }
ita mors { vna totalis: vt cum vulgo dicitur Socrates mori.
altera vero partialis tantum. } }

Partialis { vna fere perennis, & perpetua per quam ſenſim ſubſtantia rei viuentis decerpitur, ſine ademptione membri: vt quando quis macilentior efficitur.
altera per quam rei viuentis adimitur aliquod membrum .p. hominis membrum. }

Quę prior mortis ratio nobis per vitam vniuerſam eſt infeſta;

Mors	fatalis ſiue naturalis	cum dolore	&c.
	præter fatum & violenta	ſine dolore	

Conſulenda doctrina de priuatione, de ortu & interitu, de vi genitrice, & de vita.

De vi altrice

ARTICVLVS V.

De prima facultate quæ nutritiua.

Diuiſio articuli.

Hîc primò de vi altrice generatim ſumpta eſt agendum.
2. de altrice propriè dicta, & de annexis.
3. de miniſtris facultatibus.

Prima pars.

De vi altrice vniuerſim ſumpta.

Nomen, ac notio.

Vis alendi ſeu nutritiua & altrix variè hîc vſurpatur.

Propriè pro ea facultate per quam eſſentia alimenti mutatur in ſubſtantiam rei quę alitur; tumque non continet attractricem & ſocias facultates, niſi eo modo quo domina miniſtras & famulas.

Confuſè ſumitur per cœtu virium, quibus nutritio adminiſtratur; & tum complectitur altricem proprie dictam, attractricem, & reliquas ſimiles tanquam partes quaſi integrantes.

Generatim ſumitur pro facultate quæ inſeruit aliquo modo nutritioni rectè exercendæ: tumque eſt inſtar generis, & continet vires ſupra poſitas tanquam ſpecies.

Cauſæ.

Finis. Facultas nutritiua debet ſeruare ſpeciem, indiuiduum conſeruare, augere, inſtaurare, humorem radicalem apponere, aſſimilare &c., n. dum collectiuè ſumitur.

Materia & opifex. Manat à ſubiecto cui inhæret more aliarum facultatum.

Sedes. Nulla pars rei viuentis quæ ſit animata caret altrice facultate.

Obiectum. Obiectum eſt alimentum, ſed impurius (.i. conſtans partibus in ſubſtantiam rei mutabilibus & excrementitijs) & quidquid alimenti rationem quoquo modo obtinet circa quod altricis facultatis actiones occupentur; vt venenum, pharmacum.

Diſcrimina.

Quo pacto vires altrices rerum ſpecie diuerſarum e. g. plantæ & animalis ſecernantur à ſe inuicem iudicandum ex diſtinctione ſenſuum.

Ineſt ſemini virtus quâ elaboretur animæ domicilium, formeturque anima, ſi eſt materialis.

Eam virtutem in fœtum tranſmitti nonnulli arbitrantur, & in viuenti retineri, maximè donec ſtatum aſſequatur, eâque peragi nutritionem.

Sed nullo ſatis idoneo argumento id confirmant; etenim pereunte forma ſeminis perit facultas eius.

Quare diſtinguenda videtur altrix facultas quæ in fœtu à *formatrice*, quæ in ſemine erat.

Organum.

Hic { *accidentaria* organa; vt qualitates potiſſimumque calor. *ſubſtantialia* generatim quæuis partes animatæ. *præcipua* in perfectioribus animalibus gula, ventriculus, meſaraicæ venæ hepar, &c.

Alibi autem quę hic reſpondent per proportionem.

Diuiſio.

Vis alendi { aut præcipua eſt & princeps. & propriiſſimè appellatur *altrix*. aut miniſtra & principi ſubſeruiens: vt attractrix, retentrix, expultrix.

De vi altrice propriè dicta, deque alimento.

1. part.

De vi Nutritiua.

Vis nutritiua proprie eſt facultas naturalis vegetantis animæ per quam alimentum vertitur in ſubſtantiam rei viuentis, vt augeatur & conſeruetur indiuiduum. *Vis altrix.*

Nam quæcunque corpora viuunt, ea ſubſtantiæ fluorem patiuntur, pereuntque breui niſi inſtaurentur; nec aſſequuntur iuſtam magnitudinem dum procreantur; proinde indigent virtute illa quæ *auctrix* nuncupatur: hæc autem cohærere nequit ſine altrice.

Nutritiua virtus fuſa per omnes partes quę aluntur.

Vtitur calore tanquam inſtrumento.

Generat quanquam partialiter; de qua ſe alibi.

Exercetur circa alimentum & alimentoſa.

De alimento ſiue alimonia.

De alimēto.

Nomen, notio.

Trophe dicitur tum materia huius altricis facultatis, i. alimentum; Tum eius facultatis functio & effectio ipſa quæ dicitur nutritio, mitto ſignificatus alios.

Porrò vt nutriendi verbum ſumitur dupliciter,

a. { communiter quo ſenſu in ignem cadit. & propriè pro eo tantum nutritionis genere, quod cadit in ſtirpes & animalia.

Ita ſæpe generaliſſimè vſurpatur alimentum; ſed hoc loco non eſt niſi rerum viuentium.

Generatim eſt id quod conuertitur in ſubſtantiam rei alterius quoquomodo, & efficitur pars illius: vt cum lignum dicitur pabulum ignis.

Proprie alimonia duntaxat viuentium rerum.

Quid alimentum?

Alimentum late illud circa quod vis altrix generatim ſumpta vim ſuam exercere poteſt: cuiuſmodi eſt cibus, venenum, pharmacum & ſimilia.

Proprie id quod per ſe poteſt nutrire viuens, ſeu conuerti à viuente in ſubſtantiam ipſius, vt inſtauretur quod deperditum eſt, vel incrementum fiat.

Cur?

Finis pabuli & alimenti eſt inſtauratio rei viuentis & incrementum.

Oritur à varijs effectricibus cauſis partim naturalibus, partim dianoëticis, vt intelligitur ex varietate. Item varia ex materia ipſius varietate, ſed conſtat ex quatuor elementis. Simplex ne elementum nutrire poſſit quęritur, forma alimenti antequam à viuente elaboretur colligenda ex viribus & affectionibus. A quo elaboretur ac diſponatur indicandum poſtea.

Variæ conditiones alimenti.

Prima conditio.

Subſtãtia. Subſtantia eſſe debet alimentum, quia ex non ſubſtantia non fit ſubſtantia.

Non nutrimur vnquam odore cibi, ſed vehiculo odoris.

Non nutriunt ſacræ ſpecies Euchariſtiæ: Sed materia quę ſufficitur, aut reſtituitur.

Secunda & tertia conditio.

Corpus mixtum. Alimentum eſt corpus quia quod nutritur corporeum eſt.

Mixtum corpus non autem merum elementum ex ſecundo de ortu & ſecundo de anima: etenim excrementoſum eſt.

Iiſdem nutrimur quibus conſtamus.

Alimentum debet eſſe aliquid ita humidum, vt calore concreſcat.

Obiectiunculæ.

Terra veſcuntur talpę, rore cicadę.

Aere chamęleon (aer pinguis & Theophraſto *almus*).

Igne aluntur beſtiolę ęrearum fodinarum cypri: de quibus alibi.

Aqua ſtirpes & piſces. Immò narrantur aliqui ſola aqua inediam diu toleraſſe, & ad multos dies vitam produxiſſe: Ergo purum elementum alit.

R. { primò nos nullum habere purum elementum.
2. non omnia viuentia mixtionis rationem in alimento ęque exquiſitum poſtulare.
3. vt ex putrefacto elemento impuriori naſcitur animal: ita idem corruptum poſſe pro pabulo eſſe. }

Quarta conditio.

Coctile. Coctile alimentum, etenim coctioni ſternenda via ad nutritionem de coctione infra & alibi.

Fieri poteſt vt aliquid incoctile i. pertinacius quã vt à calore viuentis rei ſuperari poſſit. p. margarita, &c. ſit medicamentum, ſed non poteſt eſſe alimentum.

Strutio ferro non nutritur, cùm integrum egerat, æqualique pondere.
Idem coctile & incoctile, ſi cum diuerſis rebus conferantur.

Quinta & affinis conditio.

Superabile alimentum à virtute rei, quæ alenda eſt. *Superabile*
Nam verti non vertere debet, aut ſaltem magis verti quam vertere.
Quod magis vertit quam vertitur pharmacum potius quam alimonia.

Sexta & ſeptima conditio.

Mutabile alimentum in ſubſtantiam ſimilem rei quę nutritur. Qua nota ſecernitur à medicamento. *Mutabile in ſubſtantiam.*
Vnibile cum re quę nutritur, qua nota ſecernitur à ſemine. *Vnibile.*
Si verteretur in ſubſtantiam talem, qualis eſt viuens nutriendum, nec cum viuente vniretur, *generatio* non *nutritio* foret.
Alimentum poteſt tum euadere ſpecie ſimile rei quæ nutritur: tum cum illa vniri, vt efficiantur vnum numero.

Octaua, nona, & decima conditio.

Humidum eſſe debet, quia niſi liquentur partes non permeabit. *Humidum*
Sed ſiccitate humor temperandus eſt, ne alimentum in vapores abeat, antequam vertatur in ſubſtantiam rei viuentis, & vniatur. *Siccum.*
Concretile per calorem, ideoque humore aęreo conſtans. *Concretile &c.*

Vndecima & duodecima conditio.

Alimentũ { diſſimile rei quę alitur, ... maximè verò in principio, quãdoquidem ab ea immutari debet. *Diſſimile.*
ſimile eidem, tum in fine nutritionis, vt perſpicuum eſt: Tum etiam in initio, & antequam ingeratur. *Simile.* }

Primò, quia non quouis alitur quiduis, ſed tale tali, vt inductione patet.
Secundò, quia etiam quod nutritur, efficitur aliquo modo ſimile cibo: itaque ſi veſceremur planè diſſimilibus noſtri, tandem euaderemus planè diſſimiles noſtri.
Tertiò, quia diligendi ſunt cibi, qui temperie nobis ſint conſimiles, ni ĩ temperiem noſtram alimento *medicamentoſo* emendare velimus.
Siquis venenatis veſcitur, neceſſe eſt, niſi perit, ſubſtantia eius paulatim vertatur ac degeneret in ſubſtantiam affinem venenatę.
At[inquis] nihil *ſanguine* nobis eſt ſimilius: ſanguis tamen eſt alimentum parum laudabile. *Occup.*
R. ſimilem eum eſſe, cùm eſt in corpore viuenti: ideoque ſanguine nutriri fœtum. Sed fieri valde diſſimilem ſtatim atque effluxit, nec licere illic confeſtim à priuatione regredi ad habitum.
Quare in alimento poſtulatur ſimilitudo quę ſeruari poſſit, & amplificari dum elaboratur non autem corrumpatur. *Quando ſimile.*

Decima tertia conditio.

Excrementoſum quoduis alimentum, primò quia diſſimile.
2. quia corpus rei viuentis excrementis indiget. *Excremẽtoſum.*

Decima quarta conditio.

Habens quatuor qualitates. Quatuor primis qualitatibus præditum alimentum quoduis, mixtum enim.

Decima quinta conditio.

Arte parabile. Arte parabile alimentum, antequam ad vſum adhibeatur ſaltem aliquod.

Decima ſexta conditio.

Optabile. Optabile alimentum. In ſtirpibus ineſt alimoniæ appetentia, quanquam impropriè dicta.

Alimentum congruit, ideo optabile.

Decima ſeptima conditio.

Sapidum. Sapidum alimentum, ſed propriè tantum in animalibus, vt creat appetentiam. Niſi quadam ſuauitate allubeſceret belluis, pueris, confeſtim vniuerſum animalium genus interiret. *Dulce.* Dulcene alimentum quæretur infra.

Decima octaua conditio.

Attractile. Attractile alimentum .n. vt poſſit vſui eſſe.

Triplex alimoniæ ſtatus.

Spectari alimonia ſolet in triplici ſtatu.

Primus eſt antequam elaboretur in re viuenti, viuenſque nutriendum circa illam ſuas exerceat vires nutritiuas.

Secundus, dum ad vſum adhibetur, elaboratur, diſponitur, vt efficiatur proximè mutabilis in ſubſtantiam rei viuentis.

Tertius poſteaquam diſpoſita eſt, & euaſit alimentum planè proximum.

Statuitur { *proximum* alimentum, à poſterioribus,
{ *remotum* à priori modo.

Vel potius { proximum à tertio modo.
{ remotum à duobus prioribus modis.

Niſi mauis triplicem cogitare ſtatum, vocareque remotum, medium, proximum alimentum.

De remoto alimenti ſtatu.

Remotus alimenti ſtatus ex ſermone ſuperiori intelligendus, qui maximè ad illum pertinet.

Alimentum aut ſponte à natura editur: aut arte procuratur, paratur, præparatur.

Appetentia eius quatenus eſt ſiccum & calidum, vocatur *fames*, quatenus humidum & frigidum vocatur *ſitis*.

In ſtirpibus ſitis & fames, ſed non niſi per proportionem.

Sapidum oportet eſſe zoophyti alimentum, ſi zoophytum præditum guſtu, &c.

De medio.

Medius alimenti ſtatus varius.

Primò quia varia ſunt quæ nutriuntur.

Secundò quia in re vna eademque numero varij ſunt gradus diſpoſitionis. In varijs locis, imò & in eodem: vt intelligetur infrà. p. in ore, in ventriculo, &c.

Sed ex humana alimonia reliquæ per proportionem deprehenduntur.

De proximo.

Dubitatur ſitne ſolus ſanguis (cum eo quod proportione ſanguini reſpondet in ſtirpibus & in exanguibus belluis) proximum alimentum, vt ſenſiſſe videtur Ariſtoteles ſecundo de partibus cap. 3. lib. de Somno cap. 4.

An vero quatuor *humores*, vt ſenſit Galenus 2. de Elementis, idue. quod quatuor humoribus propoꝛtione reſpondet.

Conſtat, primò ſanguinem eſſe proprium alimentum proximum; licet in medullā conuertatur, & hac nutriantur oſſa, ſaltem aliquo modo & corij more.

Secundò, proxime ad ſanguinem accedere pituitam dulciorem, & viſcoſiorem.

Tertiò, vas vnumquodque corporis viuentis foueri eo humore ad quem continendum inſtituitur. p. cholerâ folliculum fellis.

Quartò, excrementis non nihil laudabilius ſolere admiſceri.

Quintò, vnà cum ſanguine aliquid è tribus alijs humoribus ferri ad partem nutriendam, idque valere ad *temperationem*, & ad integritatem partis.

Sed { nonnulli aliquid ex tribus alijs humoribus in ſubſtantiam partis animatę verti contendunt.
alii plane nihil, verum fortaſſe minus probabiliter.

Certè temperamentum partium oppoſitam videtur ſuadere opinionem: nec dubium quin etiam in nobis ſit aliquid, cuius nutritio nutritionem plantæ æmuletur: non omnes partes eodem nutriuntur modo.

Inteſtina humorem attrahunt circumiacentem corij piſique more intumeſcentis.

Alimonia & in plantis, & in animalibus ita fertur recta per canales, vt lateraliter ſaltem tandem, & ex parte attrahatur.

Diuiſio alimenti.

Alimenta varia pro varia temperie & facultate rerum quæ aluntur.

Alimenta { ſiccius, humidius ..... eſculentum. poculentum.
medicamentoſum, ... non medicamentoſum, &c.

Item { ex animali. ex planta, aliunde.
hominis. belluæ, plantæ, &c.

Conſulendus articulus ſequens.

Nutritio.

Nutritio eſt mutatio, per quam alimentum vertitur in ſubſtantiam rei, quę alitur.

Nutritio eſt generatio quædam, ſed partialis tantum: ſed aliter in homine, & ijs belluis quatum anima eſt tota in quauis parte, ſi quę ſint aliter in rebus alijs viuentibus. p. in quercu, platano, &c. muſca. &c.

Cur ſolus ignis inter elementa nutriri dicitur?

Quia hoc ſolum elementum videtur maximè ſenſibiliter ſe amplificare conuertendo, quod apponitur in ſubſtantiam ſimilem ſuæ, vniendòque.

ARTICVLVS VI.
De humano alimento.
Diſtinctio eius, & Definitio.

Alimentum Medicis, vt Galeno, triplex.

n. { *Nutriens*, ſeu iam conuerſum in ſubſtantiam rei viuentis.
Quaſi nutriens, ſeu iam iã conuertendum in alimoniam primam, ſiue nutrientem.
Nutriturum, vt panis, pomum, &c. quod totius ſubſtantiæ familiaritate in corporis noſtri ſubſtantiam conuerti poteſt, non tamen proximè.

Nutrimentum ſiue alimentum ſecundi tertijque generis eſt vitæ *proportionatũ*.

Eſt poteſtate membrum viuens in quod futurum eſt vt transformetur, & cum eo quod præexiſtit fiat vnum. Vt ſubſtantia triplex in nobis conſtituitur, ſolida, humida ſecundum tactum, & ſpirituoſa; Ita vis triplex alimoniæ quæ proportione reſpondeat triplici ſubſtantię.

In alimento noſtro Medici ſpectãt multa. p. ſubſtantiam, qualitatem, quantitatem, cum qui alitur vtendi modum, &c.

Subſtantia

De ſubſtantia alimentorum.
In quo poſita, & quotuplex?

Subſtantia conſiſtit in *materia & forma*. Sed Medicus non ſpectat materiam primam, formas perpendit ex qualitatibus.

Expendit { materiam ſecundam ex *duritie*, teneritudine, grauitate, leuitate, denſitate, raritate, tenuitate, lentore &c.
formam ſubſtantialem ex propria vi actiua cuiuſque rei alimentoſę.

Alimenta { *polytropha*, multum nutrientia.
oligotropha, parum nutrientia.

Medius modus ad extremitates reuocandus.

Alimenta { *euchyma*, quæ boni ſucci.
cacochyma, quæ mali ſucci.

Probitate ſucci commendantur quę generant ſanguinem laudabilem.

Cacochyma edulia nuncupantur, quæ generant vitioſum. p. pituitoſum, bilioſum, melancholicum, alioue quouis corruptum modo.

Sanguis { pituitoſus, hic qui pituitę / bilioſus, qui choleræ / melãcholicus, qui atrę bilis } plus iuſto complectitur.

Alimentorum quędam ad *ſpirituoſas* partes magis valent; vt vinum:

Quædam ad *humidiores* & ſolidiores vt panis.

Alimoniæ partes duæ cibus & potus ex quibus perfecta coaleſcit.

Vt colores cùm ſuis ſubiectis aqua diluuntur, vt eius ope vertantur in ſuccum, & inſinuentur in lanæ poros: Ita vt alimoniæ ſicciores.

Plerumque plantas creditur nutrire ſola aqua putiſſima quam imbibunt.

Ea tamen in planta offendit alimoniam quæ ſit facta ſiccior, quod prior aqua abierit in vapores, eamque diluit.

Exempla alimentorum ſucci laudabilioris.

Panis varius hordeaceus, fabaceus, indicus &c. Azymus, fermentatus &c. *Panis.*

Laudabiliſſimus ſiligineus, & ſimilagineus ſi fermenti ſalici (& vt quidam volunt) hordei aliquid ceperit probè ſubactus fuerit, igníque moderato in clibano percoctus.

In carnibus animalium ſpectantur animalis ætas victus, habitus, genus. *Carnes.*

Terreſtrium carnes ferè craſſiorem ſanguinem progenerant. In hocce tamen genere commendantur hœdi, vituli, verueces.

Inter *volucres* eſculentiores laudantur galli gallinacei, gallina domeſtica, & ſyluestris, columba, perdix, coturnix, attagen, ruſticula, turdus, turtur, ficedula, merula, paſſerculus &c.

Ex *fluuiatilibus* piſcibus ſalubriores, qui ſaxatiles: vt perca, trotta, gobio, leuciſcus, ſargus &c. item lucius, carpio, mulus &c.

Ex *marinis* magis probantur rhombus, barbuta, ſolea, cucullus, eſperlaneus, aſellus, lupus, mugil &c.

Inter *prodeuntia ab animalibus* probatiſſimum alimentum conferunt lac humanum, caprinum, vaccinum, aſininũ &c. item oua gallinæ recentia, tenuia, ſorbilia &c. *Prodeũtia ab animalibus.*

Ex *fructibus* commendantur ficus, vuæ maturæ, ceraſa (quanquam parum eſculenta) mala varia: vt curtipendulum, & quod dicitur reginula propter dignitatem &c. *Fructus.*

Inter *ſuccos* qui exprimuntur ex fructibus vinum tenet principatum. *Succi à fructibus.*

Ex vinis autem quod ex vite, id princeps. Secundarium pomaceum, cerniſa nõ ita laudabilis.

Vinum quod ex vite calidum eſt *ſubſtantia* (vt loquuntur Medici) humidumque, virtute ſiccum, & per accidens re rigerans.

Differentiæ vini repetantur ex colore, odore, ſapore, tenuitate, aut craſſitie, facultate, ætate &c. Quæ vina ſalſuginis habent aliquid qualia in vibilcis inſalubriora.

Vinum non nutrit tam firmiter, atque panis, ſed multo citius, quia citiſſime abit in vitales ſpiritus, non autem facile in ſubſtantiã denſiorem, ſolidiorem. Itaque panis dicitur confirmare, vinum lætificare In Prouerbiis.

Aqua calore non incraſſeſcit, ideo non nutrit per ſe, valet tamen ad ſitim extinguendam, cibum diluendum, vehendum: ideo interdum dicitur nutrire. *Aqua.*

Aquæ probantur & explorantur conſiſtentia, viſu, guſtu, odoratu, leuitate, &c.

Potabilium differentiæ variæ.p. pluuia, fontana, fluuialitis, putealis, paluſtris, lacuſtris.

Optima quæ lympida, ſyncera, expers odoris, & ſaporis; iucunda tamen aut ſaporis ſui, leuis, in qua citiſſime coquantur olera, eaque pluuia, vel fluuiatilis, vel fontana, æſtate frigeſcens, hyeme tepeſcens.

Aqua ex niue quanquam leuiſſima, peſſima tamen.

Exempla eduliorum praui ſucci.

Ab eduliis praui ſucci abſtinendum. Huc multa reuocantur vt panis azymus, placentæ, lagana, tiemata &c. carnes vetulæ recenter editæ, ſale conditæ, aquaticæ, viſcera &c. piſces paluſtres, viſcidi, teſtacei, cetaſei, oua indurata & frixa, caſeus præſertim vetus: Legumina cuiuſmodi fabæ, lentes, piſa, fructus præcoces, fungi, tubera: Olera fere omnia præter lactucam, endiuium, acetoſam, borraginem, bugloſſam &c.

De qualitate alimentorum.

Qualitas.

De his generatim.

Inter alimenti qualitates hæ præcipue ſpectantur quatuor primæ, ſapor cum facultate ſua.i. illa cuius indicium eſt.

Primæ qualitates.

Ex humore, & ſiccitate accidit, vt tarde aut celerires concoquatur, diſtribuatur alimentum.

Humidius præſtat diſtributione, celeritate.

Siccius præſtabiliorem præbet alimoniam.

Frigida vt inſipida (& acida) æſtum ventriculi temperant, ſitim ſedant, ſomnũ conciliant, flatibus ſuggerunt materiam.

Calida incidunt, attenuant craſſos humores, obſtructione liberant, flatus diſcutiunt, vrinas menſeſque mouent.

Primæ autem qualitates & facultates nutrimentorum innoteſcunt maximè ex ſaporibus.

Teneritudo.

Teneritudo & friabilitas requiritur in cibo propter duos fines, ex Scalig. 2. de cauſis plantarum.

.n. { vltimus ac verus facilitas tranſmiſſionis, quæ fit ægriùs in duro.
medius ac propinquus commoditas ore conficiendi.

Idque { tum quia eſt apparatus ad finem illum vlteriorem.
tum quia guſtum citius ac prolixius ſapor afficit in partes minutiores ſoluto atque liquefacto cibo.

Sapores & facultates.

Sapor princeps affectio cibi quô condiuit eum natura.

.n. { vt mandandi labore comes voluptas eſſet.
vt præſenti bono inuitetur animal &c.

Saporis facultas dicitur ea cuius eſt index: ideo facultas alimenti ex ſapore æſtimatur. ſaporum differentiæ in rudimentis.

Dulcedo.

Dulce eſt omne alimentum actu vel facultate ſaltem.
Dulce facultate quod in ſuccum dulcem verti poteſt.
Qui tamen dulciores iuſto cibi nocumentum afferunt.

Etenim { hepatis obſtructionem faciunt,
inflammationes augent.
humores protitant &c.

Itaque cęteri ſapores alimentis permiſcentur.
Permiſcentur ad voluptatem, ad vtilitatem quę duplex:

.n. { vna vt contrarietate ſua prohibeant incommoda, quæ nimia dulcedo conſueuit parere.
altera vt facultate ſua (illa cuius indicium ſunt) medeantur, iuuent.

Acrimonia.

Acria eſculenta calefaciunt corpus, humores craſſos tenuant, & lentos incidunt, digerunt, obſtructione liberant &c. ſed ſumpta largius ventriculum mordicāt, extenuant, bilem augent, acres emittunt halitus, nauſeam capitiſque dolorem excitant &c. huius generis cepe, porrum, allium, ſinapi, naſturtium, pulegium, hyſopus, petroſelinum, ampeloprαſon, ruta, daucus, raphanus &c.

Amaritudo.

Amara incidunt, detergent &c. vt amigdalæ amaræ, piſtacia &c. Quæ tamen plane ſunt amara, vſui ſunt inepta propter nimiam ſiccitatem &c.

Salſugo.

Sale condita minus nutriunt, viſcidos humores tenuant, excrementitios abſumunt &c. ſi ſuperant modum ſanguinem adurunt, viſum debilitant, pruritum ſcabiemque generant &c. ſalis beneficio comparatur maxime in oleribus tum dulcor, tum teneritudo ex Scaligero.

Dulcor quando agreſtitas domitatur calore ſalis, quemadmodum & ſolis: vt cum fructus maturantur.

Teneritudo quia ſal penetrando conſumit humidum lentorem, quo fit pertinax partium cohæſio.

Aciditas.

Acida { quædam ſimpliciter: vt omphacium, ſuccus limonum &c.
quædam dulcorem admixtum habent: vt ceraſa, mora, pruna.

Hæc { leniunt, ſi dulcedo ſuperat.
ſtringunt, ſi aciditas dominatur.

Illa tenuant, obſtructione liberant &c. vt & quæ acria.

Verum { acria calefactione id præſtant.
acida frigefactione.

Acerbitas & auſteritas.

Acerba & auſtera ſuccum frigidum & terrenum habent, aſtringunt, roborant ventriculum, aluum ſtipant &c. vt vuæ auſteræ, poma acerba, mala cidonia, punica, meſpila, ſorba &c.

Quantitas alimentorum.

Quantitas. Mediocritas ne in Ethicis quidem puncto continetur, ſed ſuam habet latitudinem, imprimis vero in negotio cibi & potus.

Symmetria, commenſuratio & mediocritas in cibo commendatur, ſed intra ipſam tres poſſunt inueniri gradus: vnde alimentum triplex, idque vel cum laude, vel cum vitio, adde quod modus æſtimatur ex communi mortalium captu.

Eſt { copioſum, vel mediocre, vel tenue alimentum.
plenum & copioſum conuenit exercitatis adoleſcentibus.

Mediocre ijs quibus vires ſtatu in eodem conſeruari debent.

Tenuis victus congruit illis, quibus aliquod vitium corrigendum imminuendum.

Probatur in *ſanis* ea alimoniæ ratio, vt ſeruetur naturæ robur, aut etiam augeatur, ita tamen vt ventriculus & natura non grauetur copia.

In *ægris* ea quæ neque copia vires premit inopia aut deijcit, neque naturam auocat à ſuo munere.

Nimia quantitas cibi vna quæ refertur ad vires: altera quæ ad vaſorum capacitatem aut anguſtias; vtraque vitioſa eſt, crudorum humorum, excrementorum & obſtructionum parens, caloris ſuffocatrix &c.

Nimia inedia nauſeam inducit ac faſtidium, vires proſternit, deiectiones ſupprimit, excrementa reddit mordaciora, acriora, innatum calorem peruertit, febres acutas excitat &c.

Ille qui alitur.

Nutriendus. Qui cibum capit eſt æger, vel recte valet, vel e morbo conualeſcit.

Tertium namque iſtud genus Medici adiciunt.

Quartus ſtatus videtur poſſe adiungi .n. morbi imminentis.

Sed hic difficilius ſecernitur à bona valetudine quam ſtatus conualeſcentis & ex tribus alijs æſtimandus.

Digitized by Google

Ægrotus & conualeſcens.

Ægrotis & cõualeſcentibus varia præſcribitur victus ratio & diæta pro varietare temporum, morborum, ætatum, temperamentorum, vitium, locorum, fortunarum, &c.

Sanus.

In ſano ſpectatur temperies, conſuetudo, ętas, tempus, delectatio, regio, apparatus cibi & mundities, virę genus, alimenti copia, &c. *ſanguinei* ſi vitent redundantiam ac putredinem diuiſſimè ſunt victuri, vtantur auſteris acidiſque & paulo ſiccioribus alimentis, minuſque calidis, potu frigidiori, parciori, ſępeque tenui victu.

Biliofis conueniunt quæ frigidiora & humidiora.

Pituitoſi iuuantur cibis calidis, ſiccis, facilè & vtiliter inediam ſeruant.

Melancholicis humidi calidique cibi exhibendi (calidi qui calefacere poſſunt.)

Ventriculus omnium iudicio vitium intenſionem & remiſſionem capit. Medicorum iudicio etiã *habitum* & conſuetudinẽ; certè habitum aliquidue habitui perſimile capit: ita vt. e. g. cicuta longo vſu reddi poſſit familiaris. quare conſuetudini indulgendum eſt aliquid in ciborum vſu, niſi admodum vitioſa eſt. *Conſuetudo.*

Opus hyeme largiori cibo, meraciori vino.

Vere addendum eſt aliquid potioni, ſed dilutius. Detrahendum de cibo, ſed paulatim. *Anni tempora.*

Æſtate, paucus cibus vno paſtu abſumendus, potu liberaliori opus ſed dilutiori.

Autumno abſtinendum eſt frigido potu, vinum requiritur parcius, ſed meracius. Cibus ſiccior, calidior, plenior, quam ęſtate.

Sed *anni* tempeſtates phyſicè & populariter potius quam aſtronomicè perpendendæ.

Tempora in eodem menſe varia. p. ſerena, pluuioſa, &c. ęſtimanda ſunt ex quatuor temporibus anni.

Pueri primis menſibus ſolo aut fere ſolo matris delectęue nutricis lacte nutriendi: grandiores facti cibo humido, copioſo & frequenti egent, frigidiorique potu. *Ætatis.*

Adoleſcentibus victus ſimilis ſed temperie medius eſt adhibendus.

Iuuentus frigida & humida victus ratione gaudet.

Senes cibo calefaciente humectante, vino generoſo ac veteri, &c.

Decrepitis frequens cibus eſt adhibendus.

Regionum habenda ratio, quia aliæ alijs calidiores, &c. ęſtimentur ex temperamentis, anni tempeſtatibus, &c. *Regio.*

Delectationis habenda ratio, quia quod ſapit nutrit, nauſeam vomitumque ſolet prohibere. Quanti ſit momenti apparatus, quanti munditiẽs manifeſtum eſt, &c. *Delectatio. Apparatus.*

De ratione ſumendi cibi paucula præcepta.

1. Cibus ſumendus ſano dum inuitat appetitus non vitioſus: non ſumendus niſi priori iam confecto, tranſmiſſoque.
2. Prandere liberalius quàm cœnare debet, qui pituita infeſtatur. Contra qui bene habet. Maxime ſi toto die negotiatur ac laborat.
3. Cibo imponatur finis, antequam expleatur appetitus.
4. Inter ſomnum & cibum multum intercedat temporis.
5. Præmittantur { quæ faciliora coctu. / quæ tenuiorum partium. / quæ celerius ſubducuntur. / quæ facilius corrumpuntur.
6. Si quis multo eger alimento, neque tamen quod eſt ſatis ſimul concoquere poteſt, ſæpius ac paulatim ſumat, &c.

ARTICVLVS VI.

De medicamento.

De Pharmaco.

Notio, diſtinctio.

Pharmaci & medicamenti nomen ambiguum eſt:

Sumitur { primò pro *fuco* & pro pigmento qui ſignificatus noſtro eſt alienus ab inſtituto. / 2. pro *veneno*, noxioue pharmaco. / 3. pro *medela* vtili.

Quartus adiungi poteſt, qui vtrumque ſignificatum poſteriorem complectatur.

Alimentum magis vertitur quam vertit: pharmacum contra.

Definitur à Medicis quod corpus noſtrum alterare poteſt, ita vt ipſum in ſubſtantiam noſtram minimè conuertatur inſtar alimenti, licet alimento ſimile aliquo modo.

Medicamentorum genera duo vtilia, noxia.

Item quædam mutant corpus noſtrum, ſed mutatione non vſquequaque inſigni, cum potius mutentur ipſa: licet vix conuertantur in ſubſtantiam noſtram, vt lactuca, &c.

Quædam mutant inſigniter corpus, ſed ita vt tandem ipſa deleantur, mutatioque ſuperetur à mutatione quam facit corpus: vt medicamenta quę mediocria dicuntur.

Quædam ita mutant corpus, vt tandem deſtruant: huiuſmodi ſunt lethalia medicamenta.

Noxium lethale eſt, vel deleterium.

Dicitur { *lethale* quod interdum prodeſſe poteſt. / deleterium quod nunquam neque ſanis neque ægris prodeſt.

Noxium

Noxium nocet aperta qualitate, vt frigore cicuta: vel occulta, vt argentum viuum.

Sanum & ſalubre aliquid omnino, aliquid ſecundum quid; omnino ſanum & ſalubre quod ſanum ſano & bene habenti: de qua re alibi Ariſtoteles.

Facultates medicamentorum.

Facultas in medicamento conſideratur aperta, occulta.

Occulta vt vis purgandi bilem, quę in rhabarbaro: aperta triplicis generis nimirum,

Prima vt calor, frigus.

2. vt denſandi vis, molliendi.

3. vt ſarcotica, diuretica, &c.

Monitum.

Seliguntur alimenta medicamentoſa: vt & medicamenta alimentoſa. 1.

Vt ſpecies animalis vna ab altera differre ſolet alimonię genere, & ratione: Ita etiam interdum indiuiduum vnum ab altero eiuſdem ſpeciei. p. ſi quis hominum crudis delectetur carnibus, &c. 2.

Quod rarum in vna ſpecie, id perpetuum aut frequens in altera eſſe conſueuit, indeque æſtimandum: de qua re in Analyticis. 3.

Occultæ vires medicamentorum.

In medelis & venenis occultę vires varie operantur. p. extrinſecus, intrinſecus, noxiè, vtiliter, per alterationem, per motum localem, &c. p. pellendo, attrahendo, quemadmodum etiam & retinendo.

Primæ.

Facultates primę ſunt vires calefaciendi, &c.

Hæ:
- quando conſtituuntur altiſſimo in faſtigio, dicuntur octo graduum.
- cum æquantur aduerſariæ dicuntur eſſe quatuor graduum & inertes.
- quando ſuperant, ſuperant vel vno gradu, vel duobus, vel tribus, vel quatuor.

Hinc *calidorum* diuiſio apud Medicos, ſeu eorum quæ calefacere poſſunt, nec ſunt conſtituta in ęquilibrio, in quatuor claſſes.

Calida inſenſibiliter dicuntur eſſe primi gradus: quæ ſenſibiliter calida, ſed ſine læſione ſecundi gradus: quę cum lęſione non corruptiua tertij gradus: quæ cum corruptiua quarti, frigidorum eadem diuiſio.

Secundæ.

Secundarum facultatum parentes ſunt primæ qualitates.

Secundæ qualitates tactiles variæ: vt durities, mollities, &c.

Efficiuntur à primis facultatibus per ſecundas facultates.

Secundę qualitates varię. p. mollificatiua, induratiua, rarefactiua, denſatiua, laxatiua, extergens, obſtruens, aperiens, corrodens, diſcutiẽs, putrefaciens, cruſtam inducens, &c.

Tertiæ.

Tertiæ facultates ad materiam certam determinantur, vel ad particulare membrum.

Huc pertinet facultas comminuendi lapidem, facultates mouendi vrinam, mouendi menſtrua, productiua ſeminis, ſarcotica, &c.

Diuiſio medicamentorum.

Medicamentum externum, vel internum eſt.

Simplex, vt rhabarbarum: vel compoſitum, occultarum virium, vel apertarum.

Alexipharmacum, vel non alexipharmacum, &c.

ARTICVLVS VIII.

De miniſtris facultatibus.

Vires miniſtræ generatim.

Miniſtræ vires & facultates altricis facultatis exponendæ.

Quid? Sic vocantur { non quæcunque illi quoquomodo vſui ſunt, p. ſenſus, appetitus, vis gradiendi, humor, &c. / ſed duntaxat quę per ſe inſtitutæ ſunt ad ferendas ſuppetias altrici facultati, & quibus exercetur alimenti elaboratio.

An ſint & cur. Nam propter calorem naturalem vis alendi indiget facultatibus alijs, quia oportet attrahere, expellere, &c.

Occupatio. Etenim calor etiam ſolus videtur attrahere poſſe: ſed non eo modo quo in viuenti attractio fit.

Diuiſio. Adminiſtræ ſunt animantium propriæ: vt vis mandendi cibi, &c.

Subdiuiſio. Vel ſunt communes rebus omnibus quæ nutriuntur, hoc in genere attractrix, retentrix, expultrix, concoctrix.

Occupatio. *Aſſimilatricem*, & *vnitricem* ſunt qui addunt, ſecretricem nonnulli adijciũt, ſed fruſtra: nam ſecretio fit retentione, expulſione.

Occupatio. *Expultricem* quoniã vtatur muſculis ſunt qui inter facultates animales numerant: ſed neque in animali muſculis vbique vtitur: p. cum excernitur ſudor: & in plantis locum habet, vbi muſculi nulli, neque eodem modo nutritio adminiſtratur quo in animalibus, ſed analogo & ſimili: niſi quia ferè in animali aliquid quod plantas imitetur.

Diſtinctio. Sint ne hæ facultates reipſa an ratione tantum diſcrepantes controuerſia.

Veriſſimile eſt magna ex parte non niſi ratione diſcrepare.

Attractrix.

Attractionis varij modi obſeruandi. *Diſtinctio.*

1. quo vnum aliud attrahit, ita vt vtrumque moueatur, de quo modo alibi.
2. quo bonum & finis dicitur trahere, qui metaphoricus.
3. quo vacuum trahere dicitur, & aliquid moueri metu inanitatis.
4. quo trahit vis occulta magnetis, ſuccini, & ſimilium rerum.
5. cùm calor trahit, de quo alibi.

Sextus in viuente locum habet.

Idque { ſiue ſpectentur tantum principes, & quaſi publicę partes: vt Hepar, ventriculus, &c. / ſiue priuatæ atque adeò omnes: vt oſſa, carnes, &c. }

Fuerunt tamen qui alimentum dicerent *ire* ad partem nutriendam, non trahi & rapi: ideoque non eſſe opus vi *attractrice.*

Sed refelluntur primò quia alimentum appetitur, non appetit.

Secundo quia mouetur in omnem partem, in omnem loci differentiam. *Exiſtētia.*

Eſt igitur opus facultate attractrice. *Quid?*

Ea eſt facultas altricis famula, quæ villis, radiculis, aut ſimilibus alijs inſtrumentis trahit alimentum conuertendum in ſubſtantiam.

Attrahitur alimentum excrementoſum & quæ alimentum imitantur, vt pharmaca. *Obiectum.*

Retentrix.

Retentio vna fit propter *inertiam* facultatis expulſiuæ, ad quam non eſt opus facultate.

Altera fit conatu quodam, & virtute, ad eamque opus facultate.

Spectatur in toto corpore quod nutritur, vel maximè in præcipuis alimenti officinis, atque organis.

Videntur autem quâ virtute res attrahunt eadem ſecum retinere, vt in magnete clarum, idem principium eſt motus & quietis.

Concoctrix.

Coctio cibi { vna extra corpus rei viuentis: vt carnium aſſatio, frugum maturatio, &c. / altera intra corpus rei viuentis. }

Illa { partim *natura* fit: vt cùm fructus maturantur. / partim *arte* & induſtria: vt quando carnes elixantur. }

Hæc efficitur vel *minimè* vitali calore. p. febrili æſtu; vel vitali calore. Tumque propter calorem opus eſt facultate, quæ in hoc loco dicitur *concoctrix.*

Eſt autem virtus altricis facultatis adminiſtra, quę calore naturali vtitur ad alimentum diſponendum & concoquendum, vt tandem nutritio fiat.

Concoctio ſecernenda eſt à nutritione, quia hęc generatio, illa alteratio eſt.

Cauſæ concoctionis & diſcrimina ab alijs alterationibus perſpicua ſunt.

Genera coctionis repetenda ex quarto Meteororum.

Concoctionem cibi iuuant quæcumque naturalem calorem iuuant in viuenti, vna priuata concoctio, quæ fit in eo membro quod nutritur. Altera publica, vt quæ in hepate.

Ac in nobis quidem ea concoctionis ratio. Cibus tranſmittitur ab ore ad ventriculum: illic calore ipſius, præcipuèque vicinarum partium. p. cordis, hepatis, vertitur in ſuccum candidum, qui dicitur *chylus*. Succus cum adiunctis per *pylorum* tranſmittitur ad inteſtina, quę ventriculo virtute conſimilia.

Prima concoctio.

Illinc partes chyli puriores tenuiores per venulas meſaraicas, tanquam per radiculas feruntur ad iecur. Craſſiores tandem expultricis opera pelluntur foras.

2. Concoctio. αἱμάτωσις.

In *hepate* fit hæmatoſis tenuioribus chyli attracti partibus diligentius concoctis: quamquam hæmatoſis in corde abſolui exiſtimauit Ariſtoteles, fit etiam ſecretio, quia cholera ſe ſe recipit in folliculum fellis, melancholia in lienem, pituita aut ſeroſus ſuccus per quaſdam venas in renes, vnde tranſmittitur in veſicam.

Quod reliquum eſt ſiue ſanguis cum humoribus admixtis:

id { partim ſpirituum confectioni vſui eſt.
partim tanquam alimentum aliarum partium in totum corpus deriuatur. }

3. Concoctio.

Sanguis poſtea mutatur in quendam ſanguineum rorem.
Ros iſte in gluten, glutinoſumque ſuccum, hic demum in carnes, in oſſa, &c.

Expultrix.

Expelluntur quę non inſeruiunt: vt vrina, ſudores.

Vis expultrix fuſa eſt per corpus vniuerſũ, quamquam inſignior eſt in publicis alimenti officinis in cerebro.

Propria eſt animalium, vel viuentibus communis.

Aduerſantur retinere noxia, expellere noxia, retinere vtilia, expellere vtilia.

Non propriè aduerſantur attrahere congruentia, retinerę congruentia, & expellere infeſta.

Ventriculus interdum vomitu inutilia egerit, interea tamen vtilia retinet quãquam tardius admiſſa. p. vitellum oui.

Sed ſæpe quędam vtilia expelluntur cum inutilibus, n. hæc impediunt quò minus illa arrideant naturæ: quemadmodum accidit vt ſuaues alioquin cibi diſpliceant ſi felle illinantur.

Aſſimilatrix.

Aſſimilatricis inducere temperamẽtum ſimile, vt alimonia ſimilem formam ſubſtantialem capere poſſit.

Vnitrix.

Niſi alimonia *continuetur* cum re viuenti, vt fiat generatio, non tamen nutritio fiet: itaque vis nutriendi videtur importare vim vniendi.

Quæritur, requiraturne exquiſita continuitas in re viuenti: an verò ſufficere poſſit minus exquiſita.

ARTICVLVS IX.

De Secunda facultate vegetantis animæ.

De vi auctrice.

De notione & nomine.

De decremento iudicandum eſt ex incremento per contrariorum legem.

Galeno *augmentum* fit appoſita cuiuſcumque modi quantitate ac mole. Incrementum per occupationem quoquo verſum capacioris loci ex promotione extimi ambitus admiſſis intro partibus mutatis ac minutis: Ergo augmentum generis, incrementum ſpeciei rationem obtinet. 1. de placitis.

Scaligero:
- *auctio* tum viuentium, tum aliorum.
- *crementum* non niſi viuentium.

1. de cauſis plant. cap. 13

Verbi *creſco* origo fuit in animalibus. χρεάσκειν æolicè carneſcere, fieri carnoſius.

Sed tamen hæc vocabula & conſimilia ferè promiſcuè vſurpantur. Accretionis notio in rudimentis.

Præcipuæ accretionis diuiſiones.

Accretio:
- *virtutis*, vt cum augetur calor, tumque eſt intenſio, aut motus, quo procuratur τὸ magis.
- *quantitatis*:
  - ſucceſſiuæ, vt cùm augetur tempus, motus, oratio.
  - *permanentis*:
    - diſcretæ, vt numeri. p. cum binario additur monas.
    - vel continuæ, ſiue magnitudinis.

Tum:
- ſine materiæ acceſſione:
  - rarefactione, vt cum aqua feruens intumeſcit.
  - extenſione in vnum latus, aut duo latera, vt cum aurum in fila laminaſque ducitur.
- vel contra cum materiei adiectione fit, tumque

materia:
- vel ponitur *iuxta* illud quod augetur, vt cum ceræ additur cera.
- vel *ſpargitur* per illud quod augeri dicitur, vt cum in ignem coniicitur pabulum.

Tum:
- vel per grandiores partes, vt cum hordeum ſpargitur per triticum.
- vel per minimas:
  - ſecundum ſenſum tantum.
  - propriè & naturaliter, idque dupliciter.

Nam:
- primò ita vt non admittatur in meatus omnes rei creſcentis, vt cum in ignem coniicitur pabulum.
- 2. contra, idque:
  - ita vt non conuertatur in ſubſtantiam eius quod augetur, vt cum panis intumeſcit àquâ, quã imbibit.
  - vel contra, vt accidit duntaxat in viuentibus.

Incrementum exquiſitum propriè locum habet in arboribus, & in animali-

bus.

Quid iſtud incrementum viuentium?

Eſt mutatio rei viuentis facta à vegetanti anima per calorem naturalem aliquid foris accedente, quia idem numero viuens ex minori quantitate perducitur ad maiorem, & ad ſtatum ſuæ naturæ conuenientem.

Quot modis fit?

Fit non planè in omnem partem: vt quando aliquis pingueſcit, aut in omnem partem.

Tumque
- vel reſtauratur tantum moles, quæ deperdita eſt decremento, & penè continuo ſubſtantiæ fluxu.
- vel res euadit maior quam fuit antea.

Quanquam autem hunc modum propriiſſimè incrementum vocare conſueuimus: vt cum negamus quemquam creſcere vltra triginta annos. Nihilominus tamen aliis etiam conuenit, quæ propoſita eſt incrementi definitio.

Incrementum varium pro varietate rerum viuentium.

Aliter creſcunt plantæ, vt quercus, olus.

Aliter animantes quibus non ſuccreſcit membrum.

Aliter vna pars animalis. Aliter altera.

Eſtne accretio motus localis?

Quatenus complectitur ſolam mutationem quantitatis, & molis, non eſt mutatio loci.

Quatenus complectitur tranſmiſſionem partium alimenti ad partes rei quæ alitur, harumque partium ceſſionem (vt pateat ſedes alimento) eſt localis motus, & ita conſueuit appellari ab Ariſtotele.

Eſt-ne ſucceſſiuus motus an momentaneus?

Quatenus includit tranſmiſſionem alimenti (tanquam cunei) ceſſionem rei quę alitur (tanquam ligni fiſſilis,) & præparationem alimenti, certè eſt ſucceſſiuus.

Quatenus ſignificat tantum mutationem per quam quantitas quæ erat *alimēti*, incipit eſſe quantitas rei *viuentis* facta videlicet nutritione, videtur momentanea mutatio, proportioneque ſimilis mutationi, per quam hominis quantitas incipit eſſe quantitas cadaueris.

Si quid illuc admittitur ſucceſſionis continuæ, non admittitur alio modo quā in generatione.

Quotuplex in accretione motus localis?

Eſt
- vnus alimoniæ, tanquam cunei.
- alter rei quæ alitur alimentoque aperitur.
- aut ſaltem rei quæ pellitur à meatu in quem inſinuatur alimonia.

Præſtatne accretio nutritioni?

Quatenus includit nutritionem, quæ prior per naturæ ordinē manifeſto præſtabilior eſt.

Per ſe eſt deterior, quia quantitas deterior ſubſtantia.

Quomodo ſecernitur à mutationibus aliis?

Diſtinctio repetenda venit ex varietate terminorum, cauſarum, modorum.

Acquiritur ne accretione quantitas ac moles?

D. { ſi fit reſolutio in materiam primam, acquiritur recens moles.
ſecus non acquiritur ſimplex & abſolute, ſed acquiritur rei viuenti, quia quæ moles erat alimenti, ea euadit moles rei viuentis, itaque non acquiratur noua quantitas: ſed incipit alio habere modo quæ antea erat in natura rerum.

Si quid generatur nouæ quantitatis aut molis citra illam reſolutionem, producitur rarefactione, de qua alibi.

Quod ſi rarefactione nihil procreatur molis & quantitatis, quantitas materiæ primæ eſt coæua.

Eſtne accretio perpetua & perennis?

Propriiſſimam quod attinet ad accretionem non eſt, quia præſcripti ſunt limites vt patuitatis, ita magnitudinis in plantis & animalibus.

Si de alijs loquimur modis vitalis accretionis, vt non ſemper nutriuntur plantæ & animalia: ita non ſemper creſcunt, ſed per interualla.

Quod plantæ dicuntur ſine intermiſſione nutriri & creſcere, id accipiendum populari ſenſu, non accurato.

Nutriuntur ſine intermiſſione ὡς εἰπεῖν. i. fere ſine intermiſſione, gallicè *pour dire, pour ainſi parler.*

Fitne æquabiliter accretio in re eadem?

Comparatur accretio præſens cum futura, cum præterita, & occurrit magna inæquabilitas propter inæquabilitatem alimenti, virium tempus &c.

Vel accretio præſens vnius partis cum præſenti alterius accretione, tumque fit æquabiliter niſi quid impediat, eam natura molitur æquabiliter.

Sed Geometrica non Arithmetica ratione, quia in tribuendo & communicando locus Geometricæ proportioni, & iuſtitiæ, vt Ethici docent.

Verum Geometrica populari ſenſu non exquiſito quia in rebus elementaribus non eſt ſemper idem mutationis tenor, propter varium concurſum rerum amicarum & inimicarum.

Creſcunt rei viuentis partes, eo modo quem natura cuiuſque poſtulat, patitur, nec plane tantum in vnam partem, quantum in alteram creſcunt.

Perſpicuum id ex arboribus quæ magis creſcunt in longitudinem quam in latitudinem, ex dextris animalium partibus, ex equorum incremento, è primo animalis fœtu, qui videtur æmulari germina.

Tribuitur alimentum pro dignitate, pro egeſtate, ſiue ſpectetur copia, ſiue qualitas & elaboratio.

Sed ita vt proportio Geometrica Muſicam videatur æmulari.

Quomodo fit in nobis?

Rareſcit calore corpus, attrahiturque alimentum.

Hoc fertur per meatus inſenſibiles ſiue partes ſint molliores, vt carnes, ſiue duriores, vt oſſa.

Eſt autem mirifica vis naturæ in alimento attrahendo, & manifeſta etiam in ijs, quæ improprie nutriuntur, vt quando arida piſa macerantur aqua.

Et quidem validam eſſe oportet quia ſucci pondere ſuo ad inferiora depri-

muntur; quamquam autem res viuens prius videtur intumeſcere quam nutriatur, non cenſetur tamen illius molles amplificata, ſed variata tantum, antequam alimentum in ſubſtantiam vertatur.

Variari autem poteſt modus molis ſiue quantitatis ſine acceſſione molis n.
quando ſpongia compreſſa laxatur.
aurum in laminas attenuatur &c.

Creſcuntne propriè pili, vngues &c?

Si pilis & vnguibus anima ineſt, ineſt alia ab anima rei eius cui inſunt, cum etiam in cadauere creſcant.

Veriſimileque eſt res eas proportione ſimiles eſſe viſcn, muſco, polypodio, ſimilibuſque plantis, quæ adnaſcuntur alijs, vt ſit pilus planta in animali.

Quamquam quidam veriſimilius putant pilos & ſimilia cæteræ anim a, neque proprie creſcere, licet pili aliquando ramoſi inueniantur, quia non videantur creſcere more plantarum per inſinuationem ſucci in meatus omnes, ſed tantum *iuxtapoſitionem*, & perinde atque ſi anguſtum per foramen viſcoſum & duriuſculũ aliquid extrudatur licet videantur vna cum ætate craſſiores fieri: nam id dicunt fieri per accidens propter meatuum amplitudinem.

Sane tamen pilorum & conſimilium rerum forma anima eſt, vel animam æmulans forma, neque vnicus accretionis modus in viuentibus, plantarumque incrementum æmulatur *iuxta poſitionem*. p. quando per nodum vitis emittitur palmes.

Manetne idem viuens toto tempore accretionis?

Non dubium quin maneat idem eo modo quo *Theſei nauis*, maxime cum imperceptibiliter mutatio & reſtauratio fiat, ſed identitas numerica eſſentiæ, de qua agimus, æſtimanda ex materia & forma.

Forma hominis ſeruatur ſemper plane eadem, ſi loquamur de rationali, ſi quæ ſint in nobis partiales, mortaleſque formę: vt forma oſſis &c. mutantur.

Rerum cęterarum forma variatur eo modo quo materia cui inſidet, niſi quæpiam belluina forma tota eſt in toto, vel tota in quauis parte corporis.

Materia autem rei viuentis in dies mutatur aliqua ex parte per acceſſionem & deceſſionem.

Fierique poteſt non tamen neceſſe eſt fieri, vt poſt mutationes plurimas materię primę & ſeminalis nihil ſuperſit, maxime in ijs quæ propagantur.

Tumque non videtur remanere idem viuens niſi per *continuationem*, & eo modo quo ignis in lucerna per totam noctem videtur idem conſeruatus.

ARTICVLVS X.

De tertia facultate ſeu de vi genitrice.

Generatio, genitrix facultas.

Quot modis dicitur generatio, totidem vis generandi.

Generationis diſtinctiones variæ, ſed hîc præcipuè iſta animaduertenda venit.

Geneſis.

Geneſis { primò quęlibet eſſentię productio.
2. productio ſubſtantiæ.
3. productio ſubſtantię quæ fit beneficio ſeminis.
4. productio animalis ex ſemine.

Duo priores ſignificatus alibi exponuntur, tertius ſpectatur, & in eo præcipuè quartus.

Viuentium { quædam habent ſpontaneos ortus.
quædam non habent ſpontaneos. *Differentia viuentium.*
quædam habent ſpontaneos, & non ſpontaneos, vt mures.

Quæ autem non ſponte oriuntur varie oriuntur. p. à radice, à ramis in terram defoſſis, à ſurculo, à ſemine.

Quæ ſementifera, ea generandi facultatem habent de qua loquimur. ex eaque per proportionem reliquæ intelligendæ veniunt. *Sementifera*

Definitur facultas animæ vegetātis per quam viuens producit ſimile ſibi aliud à ſe, & à ſuis partibus, propter ſpeciei conſeruationem, aut propagationem, ſed ex ſe tamen, ſiue extra ſe, ſiue intra. *Quid.*

Quod *ſementiferum* proprie vel per analogiam, id generat largiendo aliquid ſui, quod aliter habet generat nihil ſui largiendo: vt cum ignis generat ignem.

Inſtituta hæc virtus ad ſpeciei perpetuitatem, vel propagationem ſaltem. *Finis.*

Materia eius { vna *in qua*. ſ. corpus viuens aut pars viuentis corporis ea vbi inſidet. *Materia.*
altera circa quam. n. ſemen & quæ ſemini adiunguntur, vt menſtruus ſanguis.

Semen eſt proprie dictum, vel analogum.

Opifex huius facultatis idem, qui aliarum.

Licet hæc tardius vim ſuam exerat, ne interturbentur aliæ vires, corrumparur generoſitas ſpeciei. *Efficiens.*

Collocatur in ſecundo qualitatum ordine. *Genus.*

Trahit ad ſe materiam ſeminalem, eam coquit, cum ea ſpiritus miſcet, vim formatricem efficit &c. *Officia.*

Vtitur calore naturali tanquam inſtrumento &c. *Inſtrumentum.*

Generant quędā in alio, quędā in ſe, idque à ſe, vel ab alio, vel vtroque modo. *Species.*

Semen præcipuè animalis.

Semen aliquid viuentis, vnde ipſum generat aliud ſimile ſibi. *Notio.*

Semen decerptum ſine cōtrouerſia, non eſt pars rei viuentis vnde eſt carptum. *Sitne pars.*

Antea { videtur pars ad *integritatem* pertinens cum ad officia pertineat &c.
non videtur pars *eſſentiæ*; niſi admittit animatos ſpiritus, niſi animam rei ſementiferæ habet.

Eſt non vitioſum excrementum quale ſcabies, non colliquamentum, quia non funditur per totum corpus, ſæpeque certam ſibi vendicat ſedem. *Non vitioſū. Quenam pars.*

Sed excrementū[valde laudabile tamen] vltimi alimēti, vltimum autē alimentum ſanguis, vel aliquid analogum quod proportione ſanguini reſpondeat.

Semen in teſtibus partibuſque per proportionem ſimilibus .p. in fructibus efficitur & continetur, vt docet Galenus aduerſus Ariſtotelem, quanuis ſecundo de generatione cap. 18. ſic ſentire videtur Ariſtoteles. *Sedes.*

Digitized by Google

Sunt tamen qui fieri contineri que in vena & arteria velint:ita vt incolumi fœcunditate teſtium procurari amputatio poſſit (modo cum earum procuretur incolumitate,) quique periculum in canibus ſeſe factitaſſe dictitent.

Vnde. Semen non videtur decidere ex omnibus partibus corporis,eam ſententiam firmat Ariſtoteles, firmant mutilorum neutiquam mutili fœtus.

Occupatio. Imbecillitas vniuerſi corporis ex profluxu ſeminis non videtur ſatis idoneum argumentum,quo probetur vndique manare ſemen , non ſane magis quá imbecillitas phlebotomiam conſecuta probat emiſſum ſanguiné vndique fluxiſſe.

Occupatio. Mutili parentis interdum mutilos fœtus.

Sed { primò ſpectamus quæ plerumque fiunt non quæ raro.
2. id dicendum eſt euenire & accidere,quia læſum eſt principium generationis , non quia parens quouis mutilus modo. }

An à fœmina. Fœminæ emittunt ſemen vt contra Ariſtotelem ſentiunt Medici , quamquam ſecundo de generatione animalium cap. 4. videtur neſcio quid ſeminis illis tribuere Ariſtoteles , niſi à fœmina ſemen vnde multi hybride.

An animatum. Semen etiam deciſum Scaligero animatum eſt anima einſdem ſpeciei cum anima illius rei,ex qua eſt decerptum : ita vt ſemen canis ſit canis , ſemen arboris arbor : quare quando animal emittit ſemen, generat.

1\.
2\. Valleſio lib 2. controuerſiarum cap. 9. ſemen animatum quidem,ſed non niſi anima vegetanti.

3\. Multis non eſt animatum actu,ſed virtute tantum.

1\. quia ſic ſentit Ariſtoteles 2. de generatione c.3. & 2.inſtrumentum effectu ſuo ſolet deterius eſſe.

2\. quia ſemen decerptum .p. triticum diutiſſime manet ſemen,ita vt nullo modo viuere deprehendatur.

3\. quia ſæpiſſime ſemina degenerant à ſpecie in ſpeciem.

4\. quia in generatione hominis humanoque ſemine,id non poteſt habere locũ

4\. Si quis tamen ſemen eſſe animatum credit , ſic ſentiat.

Primò torpere & ſæpe & diu illius animam,taleque aliquid accidere in nonnullis animalibus .p. glitibus,teſtudinibus . in plantis hyemali tempore.

Secundo humano in ſemine non rationalem animam,ſed duntaxat embrionis animam eſſe cogitandam.

Tertio ſi ſemen ſit animatum alicubi eadem anima qua eſt animatum illud vnde eſt decerptum,eodem modo illic rem habere,quo habet in propaginibus & in inſitionibus.

Miſceaturne? Miſceanturne ſemina diuerſæ ſpeciei iudicandum ex ſermone de mixtione ſpecierum.

Læſio. Semina varijs læduntur modis.

Non omnia ſpontanea. Porro non quidquid ex ſemine generatur,id etiam ſponte procreabile,vt plerique veterum ſibi falsò perſuadebant.p. Ægyptij qui ex limo Nili homines ranarum more prodijſſe augurabantur.

Dantur limites vltra quos ſpontaneus ortus non excurrit,quamquam deſignatu haud quaquam faciles.

Quod tamen vnum ex ſemine oriatur ,alterum ex materia putrefacta, hoc

non arguit varietatem ſpeciei.

Seminis pars vna *craſſior*, quæ materia eſt futuri fœtus & potentia paſſiua: Altera *tenuior* & ſpirituoſa, vbi vis actiua & formatrix. *Partes ſeminis.*

Vis hęc formatrix non eſt ſeminis forma: Sed inſtrumentum: idque vt veriſimile eſt aliud à calore naturali. *Virtus formatrix.*

Diſtinguitur reipſa à vi generandi: quia hęc in viuenti, illa in ſemine etiam decerpto.

Officia eius ſunt materiam concoquere, organa formare, efficere partes corporis pręcipuas, humores ad vitam neceſſarios, animam inducere, &c. pręcipua molitur ſimul & eadem opera, non more artis, κατὰ μέρος, ſecundum partem, partem poſt partem.

Calore naturali vtitur tanquam inſtrumento.

Afficitur ab externis cauſis, p calore ſolis, vt & phantaſia in animali.

Perit pereunte forma ſeminis: non autem propagatur ac durat vſque ad ſtatum ſobolis, vt durare aliqui ſuſpicantur.

Primò quia fruſtra, &c.

2. quia plantę feræ ſemper creſcunt.

Semen ineptum ad generationem, eſt ambigue ſemen.

Fœmininum aptum eſt ſaltem ſecundum quid & eo modo quo eſſe debet.

Semen dicitur excrementum potius quod excernatur, quam quod fiat ex impuriori alimonia.

Monitum.

Si embryo principio non viuit niſi vitam plantę, credibile eſt nullũ ſemen eſſe animatum, niſi dicatur animatum vegetante anima: ſiue decerpatur ex planta, ſiue ex animali.

Semen vnum vnde producens producit ſimile ſibi ſecundum ſpeciem: Alimẽtum degenerans ex quo producitur aliquid diuerſum ſpecie.

Si quid [illegible]us ex vena & arteria poſt amputationem teſtium, credibibile id euanidum futurum, minimeque generoſum.

Generatio.

Quid.

Generatio hîc productio rei viuentis ex ſemine opera virtutis eius, quę formatrix appellatur.

Ex ſemine neque quoduis animal, neque quæuis planta.

Generatio viuentis vel à ſemine, vel ab aliquo analogo.

Corrupta in materia aliquid quaſi pro ſemine.

Generatio perfectiſſimum opus rei viuentis ſecundo de animo text. 34. habita ratione termini in quem deſinit, non facultatis, niſi collatio fiat tantum cum duabus ſuperioribus altrice, auctrice.

Naturale eſt rei generandi munus & officium, magis quatenus eſt propter aliud, minus eſt quatenus eſt propter ſe.

Nam interdum quidem ſalubre quia corpus excrementis liberat.

Perè tamen robur debilitat, cerebrum lædit, hebetat ſenſus, ventriculum, neruos, efficit totum corpus rarius, frigidius, ſiccius, imbecillius, accelerat cani-

Digitized by Google

tiem, caluitiem, ſenectutem, mortem. Facit vt mens torpeat, memoria offendatur, &c.
Itaque caſta diuturniora ex libro de longitudine: diuturniora quę non ſemē tigera: ideo & tardius hoc munus exercetur per naturam in pleriſque rebus, & in pleriſque non item: Ideo etiam proles parentis rependit vicem, ita vt prę ſidium in fœtu paren s ſibi videatur comparare: quod tamen non habet locum niſi in paucis. p. in ciconia, in homine.
Fœminas ad generationem non concurrere niſi *paſsiuè* auctor Ariſtoteles, primo, ſecundo & quarto de generatione.
Sed concurrere etiam *actiuè* & liber vltimus de hiſtoria teſtatur, & multa ſunt argumento: p. vultuum in prole & matre ſimilitudo, relatio, identitas maſculinæ & fœmininę naturę.
Fœmina tamen naturaliter ſine maſculino ſemine non gignit.
Gallinæ ſine maris opera oua quidem pariunt, ſed ſterilia.

Sexus, ſterilitas, fœcunditas.

Sexuum varietas non facit varietatem ſpeciei.
Animal nullius eſt ſexus aut alicuius: tumque maſculini, aut fœminini, aut vtriuſque: idque cum vſu, vel ſine vſu, &c.
In plantis quibuſdam ſexus conſtituitur, ſed alio modo quam in animalibus: fœcundum nonnunquam quidquid poteſt ex ſe generare ſimile, &c. Aliquando illud tantum quod valide poteſt.
Sterile quod non eſt valde fœcundum, & quod nullomodo eſt fœcundum per ſpeciem, vt mulus. per indiuiduum tantum, vt mulier ſterilis.
Sterilitatis variæ cauſæ in hominibus, in belluis, in plantis.

Conceptio.

Concipere interdum idem atque animam inducere in elaboratum ſemen: vt quando à Theologis Deiparę conceptio dicitur immaculata.
Hîc idem atque vtero (vel quaſi vtero) ſemen ita comprehendere, & retinere, vt, niſi quid accidat in fœtum ſit commutandum: ſinus terræ eſt vterus per proportionem.
Ad conceptionem requiritur proportio inter agens & patiens, bonus corporis habitus, præcipueque vteri, laudabilis temperies ſeminis, & modus.
Concepti in muliere fœtus argumenta caui oculi, dolores capitis, oculorum vertigines, faſtidium ciborum, redundantia in ventriculo, vomitus, menſtruorum ſuppoſitio, animi deliquium, appetitus inſolens qui ex illa ſuppoſitione.
Pica. Animalium quædam plures fœtus ſimul in vtero gerere non poſſunt, quædam poſſunt, idque ſuperfœtatione, aut quod ſimul formentur plures.

Formatio.

Semen eſt quaſi compendium rei viuentis, id prędit*u*m facultate paſſiua, licet ab externis cauſis excitari iuuarique debeat.

Iuuatur { *paſſiua*, vt cùm ſoli ſuccus imbibitur à ſemine, tritico.
actiua, vt cùm ſemen fouetur calore vteri ſoli. }

Formatio autem tum elaborationem & compoſitionem ſeminis, tum animæ inductionem complectitur.

In formatione hominis quatuor tempora notari ſolent.

Primum continet ſex ſeptemue primos dies, quibus forma ſpecieſque & apparentia ſeminis vix immutatur.

2. quo miſcetur ſemen, & conformantur tres prçcipuç partes. n. *hepar*, *cor*, *cerebrum*, excurrit verò ad decimum quintum, aut viceſimum diem.

3. quo figurantur reliquæ partes. Fœtus dicitur *embryo*, & menſtruum ſanguinem ſugere per vmbilicum incipit, excurſum varium habet: in maribus ad triceſimum diẽ dicitur excurrere: in fœminis ad quadrageſimum ſecundũ.

Quartum hinc extenditur ad eum diem quo inducitur anima. In maribus autem ad quadrageſimum diem ab admiſſo ſemine, in fœminis ad octogeſimum aut nonageſimum, ſi nonnullis creditur, extenditur.

De *phantaſia* vi in figurando colorandoque fœtu alibi.

Quæ pars omnium prima appareat diſſenſio eſt. Animantes in principio formationis ęmulantur germina.

Organa & partus.

De organis & facultatibus generationi à natura deſtinatis, conſulendi Medici.

Parere res dicitur, cùm fœtum in ſe conceptum foras emittit.

Propriè pariunt animalia maximè quę viuipara non ouipara.

Tempus à concepto ſemine pariendi varium pro varietate animalium.

Cæteris animantibus vnum tempus pariendi pręfinitum, mulieri non item.

De partus tempore Cenſorinus, Hippocrates, Conciliator, &c.

Partus { faciles ſunt, aut ægri.
ſuo tempore, aut alieno.
naturę vi, vel miraculo.
ſectione vteri, vel ſine illa. }

Partus ſectione vteri procurabilis in hominibus, etiam cum incolumitate matris & alibi: cuius rei ſęculum ſuperius pluſcula exempla ſuppeditauit.

Partus ſi fit ante tempus nuncupatur *abortus*.

Monitum.

De viuentium generibus, deque plantis nonnihil in compendio maiori phyſicæ.

Ex animali plantę venamur perceptionem, vt belluarum ex nobis.

Digitized by Google

DISPVTATIO
DE ANIMA SENTIENTE.

AD QVAM PERTINENT
MVLTÆ APPENDICES.

PVTA.

APPENDICES DE SENSIBVS, de Appetitu, de vi motrice.

APPENDIX.

Ad Capita V. VI. & XII. libri II.

VBI

Breuis Diſputatio de toto genere Senſuum.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Senſu & Senſione.

DOCTRINA.

COnſideranda hîc facultas, quæ dicitur *Senſus*, ſenſio, ſiue functio eius, obiectum, medium, organum, & ſenſibilis imago cum alijs cauſis.

Senſus Nomen, et Notio.

Senſus actu. Senſus nunc *ſentire* ipſum, ſenſio, ſentiendi actus.

Senſus poteſtate. Nunc facultas ipſa ſentiendi; idque variè.

Nam
- 1. eſt facultas quæuis apprehenſiua, critica: vt mens, viſus, phantaſia.
- 2. vis apprehendendi corporea, quæ nobis cum belluis eſt communis: vt quinque ſenſus exteriores, & qui dicuntur interiores.
- 3. complectitur tantum quinque exteriores cum *communi*.
- 4. ſumitur tantum pro exteriori ſenſu: ſecundum ſignificatum hîc conſideramus.

Ariſtoteles in hoc libro, vt conſtat ex tex. 60. non niſi exteriorum ſenſuum videtur habere rationem.

Ad primam ſignificationem quæ pertinent, debent comprehendi
partim ex ſecundo ſignificatu [deteriori ex ſpecie.]
partim ex collatione ſenſuum & mentis.

Digitized by Google

Exiſtentia.

Senſus facillimè innoteſcit ex effectis & neceſſitate.
Sentimus nos ſentire.

Cauſa & origo.

Senſus propter operationem propriam:& propter appetitionem, in hominibus etiam propter mentem. *Finis.*
Senſuum vel anima ipſa eſt opifex:vel auctor ipſius animę. *Efficiens.*

Materia { vna in qua .n. organum & ſubiectum. / altera circa quam.n. obiectum ſiue ſenſibile. } *Materia.*

Organa pręcipua ſunt nerui,ſpiritus & quæ analoga. Sentiunt citra controuerſiam animantes. quæritur ſentiantne plantę ſaltem obtuſa quadā ſenſione. *Organa. Subiectum*
A cerebro dicitur oriri ſenſus , vel ab aliqua parte proportionali.n. quia cerebrum officina eſt *ſpirituum* animalium & initium neruorum. *Origo.*

Genus & communia attributa.

Senſui cum intellectu communia non pauca. *Primum.*
Vterque eſt ex ordine facultatum naturalium.
Eſt principium cognoſcendi,parens appetitionis, voluptatis,&c. & voluntarij motus &c. 2.
Vterque patitur & agit. 3.
Non exercetur niſi in certa corporis parte. 4.
In cerebro eſt,vel à cerebro ſaltem,aut analogo. 5.
Poſtulat organicum, & inſtrumentarum corpus. 6.
Eget imaginibus rerum intenſionalibus,aut re aliqua affini. 7.
Vterque ab anima prodit. 8.
Diſtinguitur per res obiectas &c. 9.

Senſus ergo eſt *facultas* & potentia naturalis,non autem propriè *habitus*, habetur autem naturâ non aſſuetudine.

Quæritur hic non vtrum organum ſenſus.p.oculus agere poſſit. p. faſcinare, maculare ſpeculum: Sed vtrum *potentia* ipſa ſenſitiua ſit *actiua* an *paſſiua*,an partim actiua,partim paſſiua.

Sententiæ variæ.

Actiua eſt facultas non paſſiua ſenſus,apud eos ,qui repudiant ſenſitiuas *imagines*,ſpecieſue ſenſibiles. *Prima.*
Merè paſſiua Alberto magno. 2.

Quibuſdam { patitur ſecundum ſe ſenſus. / agit,ſed per imaginem tanquam per inſtrumentum. } Verum imago eſt *obiecti* potius inſtrumentum quam ſenſus. 3. 4.

Ianduno ſenſus duplex in eodem organo ad eandem comprehenſionem inſtitutus { vnus *patiens* in quem imagines recipiantur. / alter *agens* per quem fiat perceptio, diiudicatio . Sed fruſtra

ſit, &c. Si ſtatuuntur duo non niſi ratione diſtinguendi.

5\. Nonnullis { ſenſus ipſe *agit*. / organum eius *patitur*, recipit imaginem & impreſſionem.

Sententia maximè probabilis.

Senſus vna eſt facultas, ſed quæ agit, patitur.

Patitur { quatenus admittit ſpeciem ſenſibilem. Admittit autem tanquam *id quo*, non tanquam *id quod*. / & quatenus actio immanens recipitur in organo per ipſum.

Agit { *tranſitiuè*, ſi propagat ſpeciem, ſiue imaginem. / *immanenter* quatenus rem percipit, cognoſcit.

Patitur primò quia ſic ſentit Ariſtoteles.

2\. quia ſenſio fit *admiſſione*, non amiſſione.

3\. quia organum ſentiendo patitur, etiam corruptiuè.

4\. quia *tactu* non percipimus niſi exuperantias, & inæqualitates.

Agit primò quia nono Metaphyſicæ text. *16*. ſentire videtur eſſe actio immanens.

Anima auctor ſuarum operationum 2. de animo text. *36*.

Recipere imaginem, non eſt videre ex cap. primo lib. de Senſu.

Sentire non eſt ſolum pati text. 129.

2\. quia ſpecula & aër recipiunt imagines rerum.

3\. quia quæ animantes dormiunt apertis oculis, imaginem recipiunt, nec tamen vident.

Obiectiones.

Prima. Senſus non eſt actu, ſed poteſtate: Senſio eſt paſſio Ariſtoteli.

Diſt. { comparatione admiſſionis ſpecierum & imaginum C. / comparatione perceptionis & diiudicationis N.

2\. Aduſtio mera eſt paſſio in eo quod aduritur.

3\. D. alibi C. in animalibus N.

Tale eſt actu obiectum, quale poteſtate aliquid eſt ſenſus: Ergo ſenſus eſt pati obiecti agere.

Diſt. { ſi ſpectetur receptio imaginum C. / ſi ſpectetur immanens actio N.

Quid ſenſus?

Senſus eſt facultas animalis, non ſolius hominis, inſtituta à natura, ad diiudicationem motionemque appetitus, eaque corporea.

Quotuplex ſenſus?

Senſus exterior; vt viſus, auditus.

Vel interior: vt *ſenſus communis, phantaſia* corporea, *memoria ſenſitiua*.

Senſus

Senſus neceſſarius, vel minus neceſſarius.
Rei præſentis, rei abſentis, rei vtriuſque.
Aqueus, vel non, aëreus vel non.
Indiget medio, vel non indiget.
Propagat ſpeciem & imaginem, vel non propagat.
Eſt acutior, vel obtuſior; fallacior, vel minus fallax.
Quot modis excellat ſenſus explicandum.

De ſenſione ipſa.

Senſio admiſſione in ſenſu à re obiecta: non *amiſſione* à ſenſu ad rem obiectam fit. De qua re infra. *Sēſus actio.*
Efficitur tamen cum *amiſſione* quadam, & iactura ſpirituum.
Senſio eſt & actio, & paſſio in ſenſu, ſed actio potius.
Etenim ſi ſpecies & imago rei obiectæ in ſenſum admittatur non ſentiemus tamen, niſi ſenſus agat & percipiat.
Actio hæc non exercetur ſine organo, &c. non fit ſine alteratione & paſſione.
Sentiri eſt agere, non autem propriè pati.
Senſio fit non quia ſimile recipit percipitue ſimile: ſed potius quia ſenſitiuum admittit ſpeciem & imaginem diſſimilis.
Senſio differt ab *affectu*. De qua re in Ethicis.
Senſio habet ſubiectum obiectumue proprium.
Non ſentitur ſenſus ipſe, quia non eſt qualitas ſenſibilis.
Senſus non ſentit organum ſuum, niſi id fiat reflexione. p. per ſpeculum: quia organum alio modo non agit in ſeipſum, requiritur *medium*, &c.
Senſio pendet à ſenſu ab inſtrumentis, ab obiecto, ab imaginibus, &c.
Conſulenda doctrina de functione ſingulorum ſenſuum, & doctrina de actione & paſſione.

Accuratus ſenſus.

Accuratus & exquiſitus ſenſus duobus modis intelligitur.

Eſt {
- aut ſumma celerrimaque vis ad recipiendum rei ſenſibilis impreſſionem.
- aut facultas in medio conſtituta ad omnium aut plurium ſenſibilium cognoſcendas differentias.

Ergo perfectio {
- vna quod *valide* percipiat ſenſus.
- altera vero quod *varia*.

Si loquamur de ſenſibus aliis quatuor à tactu exterioribus.

Ineſt {
- belluis perfectio illa prior, quæ continetur acumine & intenſione ſenſionis.
- homini poſterior virtus per quam percipitur illa varietas.

Tactus vtroque nomine in nobis exquiſitus. De interioribus ſenſibus alibi loquemur.

Digitized by Google

Quod non tam ſentiantur quã ſyllogiſmo & memoria ex ſenſu exteriori colligantur: eo modo quô ferrũ quando candere videtur iudicamus calidũ.
Refelli ſolent primò quia non congruunt Ariſtoteli.
2. quia longè alio modo aſpectu deprehendimus dulce, calidum, odoriferum & ſonans; alio magnum, figuratum, proiectum, &c.

Multiplicitas.

Videri plura. Communia ſenſibilia Ariſtoteli motus, quies, numerus, figura, magnitudo.

Obiectiones.

Prima. Addenda videntur ſuperioribus diſtantia, ſitus, & locus.

Reſp. { locum eſſe magnitudinem quandam. / diſtantiam videri magnitudinem, modumue magnitudinis. / ſitum ad locum & figuram videri pertinere.

2. Addere videtur oportere *rarũ* & *denſum*, graue & leue, aſperum & læue, &c.
N. quoniã hæc non niſi tactu percipiuntur: aut certe ratiocinio & memoria colliguntur ex ſenſibus aliis, eo modo quo ex cãdore ferri colligitur calor.

Prima. Videri pauciora. At inquis numerus videtur reſtringendus: quies videtur excludenda, cum ſit priuatio & nihil.

Reſpõdendũ { excludendam quatenus eſt priuatio & nihil. / retineri quatenus eſt quidam modus, conſiſtentiaque rei ſub vno ſitu in vno vbi, &c.

2. Numerare non niſi hominis problemate quinto ſectionis trigeſimæ.

Diſt. { ſi numerus ſumatur pro certa quadam vnitatum multitudine C. / ſi pro quauis diſcontinuatione & diſcretione rerum N.

3. Motus ſiue mutatio loci non percipitur ſine memoria præteritarum partiũ.

Diſt. { ſi ſumatur accurate quatenus eſt ſucceſſio quædam C. / ſi quatenus aduerſatur conſiſtentiæ ſub eodem ſitu & loco, & motus rei quieti aduerſarius N.

4. Percipitur ſenſu intenſio & remiſſio.

Reſp. { remiſſionem eſſe priuationem. / intenſionem non differre reipſa à qualitate cuius eſt, percipique per ſpeciem, & imaginem rei quæ intenditur.

5. Sentitur ſimilitudo. Reſp. ſentiri fundamentum eius, ipſam vero ratiocinando colligi.

Quibus ſenſibus percipiuntur ſenſibilia communia?

Viſu & tactu percipiuntur, vt inductione patet.
Per ſenſus alios ſi à nobis comprehenduntur, vt per auditum campanarum motus non comprehenduntur ſine opera ratiocinationis, aut recordationis ſaltem.
Nec mirum cum nonnulli non tam videri & audiri illa arbitrentur quam ratiocinatione quadam & recordatione colligi.
Sanè rem eſſe illic vbi non erat, & non eſſe vbi iam eſt, vt percipiamus dupli- ci videtur opus recordatione: itaq; latio nõ videtur percipi niſi memoriæ ope.

Sed alia ex parte quæ in memoria imagines, illæ à ſenſu prodierunt.

Itaque vel motionis imago in ſenſu exteriori fuit per ſe: vel eſt quid conflatum ex imaginibus, quæ in ſenſu exteriori extiterunt.

Percipitur-ne commune ſine proprio?

Certè quando ſenſibile commune coniunctum eſt cum proprio ſine eo non percipitur.

Quod ſi virtute aliqua detur à proprio ſeparatum: Quęritur vtrum tunc poſſit comprehendi ſenſu. *Prima.*

Reſp. { poſſe ſi emittit ſui ſpeciem & imaginem. / non poſſe autem ſi nullam emittit. 2.

Quando propter ſimilitudinem temperamenti non ſentimus corpus, quod alioquin nobis eſt contiguum: Certè tunc non deprehendimus communia ſenſibilia.

Figura ſi luce coloreque caret, neutiquam eſt aſpectabilis. 3.

Quæritur vtrum cœlum quod eſt expers quatuor primarum qualitatum, ſit tactile quiddam, ſed quæſtio non facit ad hanc controuerſiam; Quia propria quędam tactilia in cœlo conſtituuntur .p. durities, mollities. 4.

De imagine ſenſibilis communis.

De ſenſibilibus ſpeciebus infra, & in rudimentis. Quæritur vtrum ſenſibile commune ſui ſpeciem & imaginem vllam emittat in organum ſenſus, vt figura in oculum.

Emittit ſanè, alioquin fatendum eſt ſentiri per accidens non per ſe, non ſentiri propriè, ſed memoria & argumentatione colligi. *Prima*

Si quid tamen priuationis rationem obtinet propria imaginatione caret. 2.

Sed quomodo ſenſibile commune ſpeciem emittat imaginemue cōtrouerſia eſt. Nonnulli ſenſibili communi imaginem attribunt planè aliam à ſpecie proprij ſenſibilis. 3.

Alij imaginem communis ſenſibilis .p. figuræ non tam ſpeciem imaginemue ſibi perſuadent, quam modum quendam imaginis eius, quæ refert proprium ſenſibile .p. colorem.

Fortaſſe ſententia prior veriſſimilior eſt.

Primò quia ſæpè accidit hallucinatio circa *commune*, non circa proprium: vt quando nauiganti videntur moueri litora & ripæ; Aliquando contra, vt cum globus variè depictus conſpicitur celerrime volui.

Secundò quia veriſſimile eſt cœlum tactu percipi poſſe: quæ coniectura non ſatis firma.

Tertiò quia quando multa propria ſenſibilia ſenſione eadem comprehenduntur .p. calidum & ſiccum, &c. Proindeque multæ in ſenſione illa occurrant propriæ imagines, non eſt potior ratio, cur ſenſibile commune dicatur percipi per imaginem vnius .p. caloris, quam per imaginem alterius .p. ſiccitatis.

Quartò quia ſæpè ſpecies & imago motionis in oculo videtur retineri poſteaquam effluxerunt imagines propriorum ſenſibilium: vt quando rheda diu vectis dum quieſcunt primum omnia circumagi videntur.

bus.

Quid iſtud incrementum viuentium?

Eſt mutatio rei viuentis facta à vegetanti anima per calorem naturalem aliquid foris accedente, quia idem numero viuens ex minori quantitate perducitur ad maiorem, & ad ſtatum ſuæ naturæ conuenientem.

Quot modis fit?

Fit non planè in omnem partem: vt quando aliquis pingueſcit, aut in omnem partem.

Tumque { vel reſtauratur tantum moles, quæ deperdita eſt decremento, & penè continuo ſubſtantiæ fluxu. / vel res euadit maior quam fuit antea. }

Quanquam autem hunc modum propriiſſimè incrementum vocare conſueuimus: vt cum negamus quemquam creſcere vltra triginta annos. Nihilominus tamen aliis etiam conuenit, quæ propoſita eſt incrementi definitio.

Incrementum varium pro varietate rerum viuentium.

Aliter creſcunt plantæ, vt quercus, olus.

Aliter animantes quibus non ſuccreſcit membrum.

Aliter vna pars animalis. Aliter altera.

Eſtne accretio motus localis?

Quatenus complectitur ſolam mutationem quantitatis, & molis, non eſt mutatio loci.

Quatenus complectitur tranſmiſſionem partium alimenti ad partes rei quæ alitur, harumque partium ceſſionem (vt pateat ſedes alimento) eſt localis motus, & ita conſueuit appellari ab Ariſtotele.

Eſt-ne ſucceſſiuus motus an momentaneus?

Quatenus includit tranſmiſſionem alimenti (tanquam cunei) ceſſionem rei quę alitur (tanquam ligni fiſſilis,) & præparationem alimenti, certè eſt ſucceſſiuus.

Quatenus ſignificat tantum mutationem per quam quantitas quæ erat *alimenti*, incipit eſſe quantitas rei *viuentis* facta videlicet nutritione, videtur momentanea mutatio, proportioneque ſimilis mutationi, per quam hominis quantitas incipit eſſe quantitas cadaueris.

Si quid illuc admittitur ſucceſſionis continuæ, non admittitur alio modo quā in generatione.

Quotuplex in accretione motus localis?

Eſt { vnus alimoniæ, tanquam cunei. / alter rei quæ alitur alimentoque aperitur. / aut ſaltem rei quæ pellitur à meatu in quem inſinuatur alimonia. }

Præſtatne accretio nutritioni?

Quatenus includit nutritionem, quæ prior per naturæ ordinē manifeſto præſtabilior eſt.

Per ſe eſt deterior, quia quantitas deterior ſubſtantia.

Quomodo ſecernitur à mutationibus aliis?

Diſtinctio repetenda venit ex varietate terminorum, cauſarum, modorum.

Acquiritur ne accretione quantitas ac moles?

D. { ſi fit reſolutio in materiam primam, acquiritur recens moles.
ſecus non acquiritur ſimplex & abſolute, ſed acquiritur rei viuenti, quia quæ moles erat alimenti, ea euadit moles rei viuentis, itaque non acquiritur noua quantitas: ſed incipit alio habere modo quæ antea erat in natura rerum. }

Si quid generatur nouæ quantitatis aut molis citra illam reſolutionem, producitur rarefactione, de qua alibi.

Quod ſi rarefactione nihil procreatur molis & quantitatis, quantitas materiæ primæ eſt coæua.

Eſtne accretio perpetua & perennis?

Propriiſſimam quod attinet ad accretionem non eſt, quia præſcripti ſunt limites vt paruitatis, ita magnitudinis in plantis & animalibus.

Si de alijs loquimur modis vitalis accretionis, vt non ſemper nutriuntur plantæ & animalia: ita non ſemper creſcunt, ſed per interualla.

Quod plantæ dicuntur ſine intermiſſione nutriri & creſcere, id accipiendum populari ſenſu, non accurato.

Nutriuntur ſine intermiſſione ὡς εἰπεῖν i. fere ſine intermiſſione, gallicè *pour dire, pour ainſi parler.*

Fitne æquabiliter accretio in re eadem?

Comparatur accretio præſens cum futura, cum præterita, & occurrit magna inęquabilitas propter inequabilitatem alimenti, virium tempus &c.

Vel accretio præſens vnius partis cum præſenti alterius accretione, tumque fit ęquabiliter niſi quid impediat, eam natura molitur æquabiliter.

Sed Geometrica non Arithmetica ratione, quia in tribuendo & communicando locus Geometricæ proportioni, & iuſtitię, vt Ethici docent.

Verum Geometrica populari ſenſu non exquiſito quia in rebus elementaribus non eſt ſemper idem mutationis tenor, propter varium concurſum rerum amicarum & inimicarum.

Creſcunt rei viuentis partes, eo modo quem natura cuiuſque poſtulat, patitur, nec plane tantum in vnam partem, quantum in alteram creſcunt.

Perſpicuum id ex arboribus quæ magis creſcunt in longitudinem quam in latitudinem, ex dextris animalium partibus, ex equorum incremento, è primo animalis fœtu, qui videtur ęmulari germina.

Tribuitur alimentum pro dignitate, pro egeſtate, ſiue ſpectetur copia, ſiue qualitas & elaboratio.

Sed ita vt proportio Geometrica Muſicam videatur æmulari.

Quomodo fit in nobis?

Rareſcit calore corpus, attrahiturque alimentum.

Hoc fertur per meatus inſenſibiles ſiue partes ſint molliores, vt carnes, ſiue duriores, vt oſſa.

Eſt autem mirifica vis naturę in alimento attrahendo, & manifeſta etiam in ijs, quę impropriè nutriuntur, vt quando arida piſa macerantur aquâ.

Et quidem validam eſſe oportet quia ſucci pondere ſuo ad inferiora depri-

muntur; quamquam autem res viuens prius videtur intumeſcere quam nutriatur, non cenſetur tamen illius moles amplificata, ſed variata tantum, antequam alimentum in ſubſtantiam vertatur.

Variari autem poteſt modus molis ſiue quantitatis ſine acceſſione molis

n. { quando ſpongia compreſſa laxatur.
aurum in laminas attenuatur &c.

Creſcuntne propriè pili, vngues &c?

Si pilis & vnguibus anima ineſt, ineſt alia ab anima rei eius cui inſunt, cum etiam in cadauere creſcant.

Veriſimileque eſt res eas proportione ſimiles eſſe viſco, muſco, polypodio, ſimilibuſque plantis, quæ adnaſcuntur alijs, vt ſit pilus planta in animali.

Quamquam quidam veriſimilius putant pilos & ſimilia carere anima, neque proprie creſcere, licet pili aliquando ramoſi inueniantur, quia non videantur creſcere more plantarum per inſinuationem ſucci in meatus omnes, ſed tantum *iuxtapoſitionem*, & perinde atque ſi anguſtum per foramen viſcoſum & duriuſculũ aliquid extrudatur licet videantur vna cum ætate craſſiores fieri: nam id dicunt fieri per accidens propter meatuum amplitudinem.

Sane tamen pilorum & conſimilium rerum forma anima eſt, vel animam æmulans forma, neque vnicus accretionis modus in viuentibus, plantarumque incrementum ęmulatur *iuxta poſitionem*, p. quando per nodum vitis emittitur palmes.

Manetne idem viuens toto tempore accretionis?

Non dubium quin maneat idem eo modo quo *Theſei nauis*, maxime cum imperceptibiliter mutatio & reſtauratio fiat, ſed identitas numerica eſſentiæ, de qua agimus, æſtimanda ex materia & forma.

Forma hominis ſeruatur ſemper plane eadem, ſi loquamur de rationali, ſi quæ ſint in nobis partiales, mortaleſque formę; vt forma oſſis &c. mutantur.

Rerum cęterarum forma variatur eo modo quo materia cui inſidet, niſi quæpiam belluina forma tota eſt in toto, vel tota in quauis parte corporis.

Materia autem rei viuentis in dies mutatur aliqua ex parte per acceſſionem & deceſſionem.

Fierique poteſt non tamen neceſſe eſt fieri, vt poſt mutationes plurimas materię primę & ſeminalis nihil ſuperſit, maxime in ijs quæ propagantur.

Tumque non videtur remanere idem viuens niſi per *continuationem*, & eo modo quo ignis in lucerna per totam noctem videtur idem conſeruatus.

ARTICVLVS X.

De tertia facultate ſeu de vi genitrice.

Generatio, genitrix facultas.

Quot modis dicitur generatio, totidem vis generandi.

Generationis diſtinctiones variæ, ſed hæ præcipuè iſta animaduertenda venit.

Geneſis.

Geneſis { primò quęlibet eſſentię productio. / 2. productio ſubſtantiæ. / 3. productio ſubſtantię quæ fit beneficio ſeminis. / 4. productio animalis ex ſemine.

Duo priores ſignificatus alibi exponuntur, tertius ſpectatur, & in eo præcipuè quartus.

Viuentium { quædam habent ſpontaneos ortus. / quædam non habent ſpontaneos. / quædam habent ſpontaneos, & non ſpontaneos, vt mures. *Differentia viuentium.*

Quæ autem non ſponte oriuntur varie oriuntur. p. à radice, à ramis in terram defoſſis, à ſurculo, à ſemine.

Quæ ſementifera, ea generandi facultatem habent de qua loquimur, ex eaque per proportionem reliquæ intelligendæ veniunt. *Sementifera*

Definitur facultas animæ vegetãtis per quam viuens producit ſimile ſibi aliud à ſe, & à ſuis patribus, propter ſpeciei conſeruationem, aut propagationem, ſed ex ſe tamen, ſiue extra ſe, ſiue intra. *Quid.*

Quod *ſementiferum* proprie vel per analogiam, id generat largiendo aliquid ſui, quod aliter habet generat nihil ſui largiendo: vt cum ignis generat ignem.

Inſtituta hæc virtus ad ſpeciei perpetuitatem, vel propagationem ſaltem. *Finis.*

Materia eius { vna *in qua*. ſ. corpus viuens aut pars viuentis corporis ea vbi inſidet. / altera circa quam. n. ſemen & quæ ſemini adiunguntur, vt menſtruus ſanguis. *Materia.*

Semen eſt proprie dictum, vel analogum.

Opifex huius facultatis idem, qui aliarum.

Licet hæc tardius vim ſuam exerat, ne interturbentur aliæ vires, corrumpatur generoſitas ſpeciei. *Efficiens.*

Collocatur in ſecundo qualitatum ordine. *Genus.*

Trahit ad ſe materiam ſeminalem, eam coquit, cum ea ſpiritus miſcet, vim formatricem efficit &c. *Officia.*

Vtitur calore naturali tanquam inſtrumento &c. *Inſtrumentum.*

Generant quędã in alio, quędã in ſe, idque à ſe, vel ab alio, vel vtroque modo. *Species.*

Semen præcipuè animalis.

Semen aliquid viuentis, vnde ipſum generat aliud ſimile ſibi. *Notio.*

Semen decerptum ſine cõtrouerſia, non eſt pars rei viuentis vnde eſt carptum. *Sitne pars.*

Antea { videtur pars ad *integritatem* pertinens cum ad officia pertineat &c. / non videtur pars *eſſentiæ*, niſi admittit animatos ſpiritus, niſi animam rei ſementiferæ habet.

Eſt non vitioſum excrementum quale ſcabies, non colliquamentum, quia non funditur per totum corpus, ſæpeque certam ſibi vendicat ſedem. *Non vitioſũ* *Quenam pars.*

Sed excrementũ [valde laudabile tamen] vltimi alimẽti, vltimum autẽ alimentum ſanguis, vel aliquid analogum quod proportione ſanguini reſpondeat.

Semen in teſtibus partibuſque per proportionem ſimilibus. p. in fructibus efficitur & continetur, vt docet Galenus aduerſus Ariſtotelem, quanuis ſecundo de generatione cap. 18. ſic ſentire videtur Ariſtoteles. *Sedes.*

Sunt tamen qui fieri continerique in vena & arteria velint:ita vt incolumi fœcunditate teſtium procurari ampuratio poſſit (modo cum earum procuretur incolumitate,) quique periculum in canibus ſeſe factitaſſe dictitent.

Vnde. Semen non videtur decidere ex omnibus partibus corporis,eam ſententiam firmat Ariſtoteles, firmant mutilorum neutiquam mutili fœtus.

Occupatio. Imbecillitas vniuerſi corporis ex profluxu ſeminis non videtur ſatis idoneum argumentum,quo probetur vndique manare ſemen , non ſane magis quã imbecillitas phlebotomiam conſecuta probat emiſſum ſanguinẽ vndique fluxiſſe.

Occupatio. Mutili parentis interdum mutilus fœtus.

Sed { primò ſpectamus quæ plerumque fiunt non quæ raro. 2. id dicendum eſt euenire & accidere,quia læſum eſt principium generationis, non quia parens quouis mutilus modo. }

An à fœmina. Fœminæ emittunt ſemen vt contra Ariſtotelem ſentiunt Medici, quamquam ſecundo de generatione animalium cap. 4. videtur neſcio quid ſeminis illis tribuere Ariſtoteles , niſi à fœmina ſemen vnde muli hybridę.

An animatum. Semen etiam deciſum Scaligero animatum eſt anima eiuſdem ſpeciei cum anima illius rei,ex qua eſt decerptum : ita vt ſemen canis ſit canis : ſemen arboris arbor : quare quando animal emittit ſemen,generat.

1\. Valleſio lib 2. controuerſiatum cap. 9. ſemen animatum quidem,ſed non niſi anima vegetanti.

2\. Multis non eſt animatum actu,ſed virtute tantum.

3\. 1. quia ſic ſentit Ariſtoteles 2. de generatione c. 3. & 2. inſtrumentum effectu ſuo ſolet deterius eſſe.

2\. quia ſemen decerptum .p. triticum diutiſſime manet ſementita vt nullo modo viuere deprehendatur.

3\. quia ſæpiſſime ſemina degenerant à ſpecie in ſpeciem.

4\. quia in generatione hominis humano que ſemine,id non poteſt habere locũ

4\. Si quis tamen ſemen eſſe animatum credit , ſic ſentiat.

Primò torpere & ſæpe & diu illius animam,taleque aliquid accidere in nonnullis animalibus .p. gliribus,teſtudinibus , in plantis hyemali tempore.

Secundo humano in ſemine non rationalem animam,ſed duntaxat embrionis animam eſſe cogitandam.

Tertio ſi ſemen ſit animatum alicubi eadem anima qua eſt animatum illud vnde eſt decerptum,eodem modo illic rem habere,quo habet in propaginibus & in inſitionibus.

Miſceaturne? Miſceanturne ſemina diuerſæ ſpeciei iudicandum ex ſermone de mixtione ſpecierum.

Læſio. Semina varijs læduntur modis.

Non omnia ſpontanea. Porro non quidquid ex ſemine generatur,id etiam ſponte procreabile,vt plerique veterum ſibi falsò perſuadebant .p. Ægyptij qui ex limo Nili homines ranarum more prodijſſe augurabantur.

Dantur limites vltra quos ſpontaneus ortus non excurrit,quamquam deſignatu haud quaquam faciles.

Quod tamen vnum ex ſemine oriatur ,alterum ex materia putrefacta, hoc

non arguit varietatem ſpeciei.

Seminis pars vna *craſſior*, quæ materia eſt futuri fœtus & potentia paſſiua: Altera *tenuior* & ſpirituoſa, vbi vis actiua & formatrix. *Partes ſeminis.*

Vis hęc formatrix non eſt ſeminis forma: Sed inſtrumentum: idque vt veriſimile eſt aliud à calore naturali. *Virtus. formatrix.*

Diſtinguitur reipſa à vi generandi: quia hęc in viuenti, illa in ſemine etiam decerpto.

Officia eius ſunt materiam concoquere, organa formare, efficere partes corporis pręcipuas, humores ad vitam neceſſarios, animam inducere, &c. pręcipua molitur ſimul & eadem opera, non more artis, κατὰ μέρος, ſecundum partem, partem poſt partem.

Calore naturali vtitur tanquam inſtrumento.

Afficitur ab externis cauſis, p calore ſolis, vt & phantaſia in animali.

Perit pereunte forma ſeminis: non autem propagatur ac durat vſque ad ſtatum ſobolis, vt durare aliqui ſuſpicantur.

Primò quia fruſtra, &c.

2. quia plantę feræ ſemper creſcunt.

Semen ineptum ad generationem, eſt ambigue ſemen.

Fœmininum aptum eſt ſaltem ſecundum quid & eo modo quo eſſe debet.

Semen dicitur excrementum potius quod excernatur, quam quod fiat ex impuriori alimonia.

Monitum.

Si embryo principio non viuit niſi vitam plantę, credibile eſt nullũ ſemen eſſe animatum, niſi dicatur animatum vegetante anima: ſiue decerpatur ex planta, ſiue ex animali.

Semen vnum vnde producens producit ſimile ſibi ſecundum ſpeciem: Alimẽtum degenerans ex quo producitur aliquid diuerſum ſpecie.

Si quid [illegible]tus ex vena & arteria poſt amputationem teſtium, credibile id euanidum futurum, minimeque generoſum.

Generatio. *Quid.*

Generatio hîc productio rei viuentis ex ſemine opera virtutis eius, quę formatrix appellatur.

Ex ſemine neque quoduis animal, neque qu æuis planta.

Generatio viuentis vel à ſemine, vel ab aliquo analogo.

Corrupta in materia aliquid quaſi proſemine.

Generatio perfectiſſimum opus rei viuentis ſecundo de animo text. 34. habita ratione termini in quem deſinit, non facultatis, niſi collatio fiat tantum cum duabus ſuperioribus altrice, auctrice.

Naturale eſt rei generandi munus & officium, magis quatenus eſt propter aliud, minus eſt quatenus eſt propter ſe.

Nam interdum quidem ſalubre quia corpu s excrementis liberat.

Però tamen robur debilitat, cerebrum lædit, hebetat ſenſus, ventriculum, neruos, efficit totum corpus rarius, frigidius, ſiccius, imbecillius, accelerat cani-

Digitized by Google

tiem, caluitiem, ſenectutem, mortem. Facit vt mens torpeat, memoria offendatur, &c.

Itaque caſta diuturniora ex libro de longitudine: diuturniora quę non ſeméti-gera: ideo & tardius hoc munus exercetur per naturam in pleriſque rebus, & in pleriſque non item: Ideo etiam proles parentis rependit vicem, ita vt præſidium in fœtu parens ſibi videatur comparare: quod tamen non habet locum niſi in paucis. p. in ciconia, in homine.

Fœminas ad generationem non concurrere niſi *paſſiuè* auctor Ariſtoteles, primo, ſecundo & quarto de generatione.

Sed concurrere etiam *actiuè* & liber vltimus de hiſtoria teſtatur, & multa ſunt argumento: p. vultuum in prole & matre ſimilitudo, relatio, identitas maſculinæ & fœmininę naturę.

Fœmina tamen naturaliter ſine maſculino ſemine non gignit.

Gallinæ ſine maris opera oua quidem pariunt, ſed ſterilia.

Sexus, ſterilitas, fœcunditas.

Sexuum varietas non facit varietatem ſpeciei.

Animal nullius eſt ſexus aut alicuius: tumque maſculini, aut fœminini, aut vtriuſque: idque cum vſu, vel ſine vſu, &c.

In plantis quibuſdam ſexus conſtituitur, ſed alio modo quam in animalibus: fœcundum nonnunquam quidquid poteſt ex ſe generare ſimile, &c. Aliquando illud tantum quod valide poteſt.

Sterile quod non eſt valde fœcundum, & quod nullomodo eſt fœcundum per ſpeciem, vt mulus. per indiuiduum tantum, vt mulier ſterilis.

Sterilitatis variæ cauſæ in hominibus, in bellnis, in plantis.

Conceptio.

Concipere interdum idem atque animam inducere in elaboratum ſemen: vt quando à Theologis Deiparę conceptio dicitur immaculata.

Hîc idem atque vtero (vel quaſi vtero) ſemen ita comprehendere, & retinere, vt, niſi quid accidat in fœtum ſit commutandum: ſinus terræ eſt vterus per proportionem.

Ad conceptionem requiritur proportio inter agens & patiens, bonus corporis habitus, præcipueque vteri, laudabilis temperies ſeminis, & modus.

Concepti in muliere fœtus argumenta caui oculi, dolores capitis, oculorum vertigines, faſtidium ciborum, redundantia in ventriculo, vomitus, menſtruorum ſuppoſitio, animi deliquium, appetitus inſolens qui ex illa ſuppoſitione.

Pica. Animalium quædam plures fœtus ſimul in vtero gerere non poſſunt, quædam poſſunt, idque ſuperfœtatione, aut quod ſimul formentur plures.

Digitized by Google

Formatio.

Semen eſt quaſi compendium rei viuentis, id prędit*u*m facultate paſſiua, licet ab externis cauſis excitari iuuarique debeat.

Iuuatur { *paſſiua*, vt cùm ſoli ſuccus imbibitur à ſemine, tritico.
actiua, vt cùm ſemen fouetur calore vteri ſoli. }

Formatio autem tum elaborationem & compoſitionem ſeminis, tum animæ inductionem complectitur.

In formatione hominis quatuor tempora notari ſolent.

Primum continet ſex ſeptemue primos dies, quibus forma ſpecieſque & apparentia ſeminis vix immutatur.

2. quo miſcetur ſemen, & conformantur tres pręcipuę partes. n. *hepar*, *cor*, *cerebrum*, excurrit verò ad decimum quintum, aut viceſimum diem.

3. quo figurantur reliquæ partes. Fœtus dicitur *embryo*, & menſtruum ſanguinem ſugere per vmbilicum incipit, excurſum varium habet: in maribus ad triceſimum diē dicitur excurrere: in fœminis ad quadrageſimum ſecundū.

Quartum hinc extenditur ad eum diem quo inducitur anima. In maribus autem ad quadrageſimum diem ab admiſſo ſemine, in fœminis ad octogeſimum aut nonageſimum, ſi nonnullis creditur, extenditur.

De *phantaſia* vi in figurando colorandoque fœtu alibi.

Quæ pars omnium prima appareat diſſenſio eſt. Animantes in principio formationis ęmulantur germina.

Organa & partus.

De organis & facultatibus generationi à natura deſtinatis, conſulendi Medici.

Parere res dicitur, cùm fœtum in ſe conceptum foras emittit.

Propriè pariunt animalia maximè quę viuipara non ouipara.

Tempus à concepto ſemine pariendi varium pro varietate animalium.

Cæteris animantibus vnum tempus pariendi pręfinitum, mulieri non item.

De partus tempore Cenſorinus, Hippocrates, Conciliator, &c.

Partus { faciles ſunt, aut ægri.
ſuo tempòre, aut alieno.
naturę vi, vel miraculo.
ſectione vteri, vel ſine illa. }

Partus ſectione vteri procurabilis in hominibus, etiam cum incolumitate matris & alibi: cuius rei ſęculum ſuperius pluſcula exempla ſuppeditauit.

Partus ſi fit ante tempus nuncupatur *abortus*.

Monitum.

De viuentium generibus, deque plantis nonnihil in compendio maiori phyſicæ.

Ex animali plantę venamur perceptionem, vt belluarum ex nobis.

Digitized by Google

DISPVTATIO DE ANIMA SENTIENTE.

AD QVAM PERTINENT MVLTÆ APPENDICES.

PVTA.

APPENDICES DE SENSIBVS, de Appetitu, de vi motrice.

APPENDIX.

Ad Capita V. VI. & XII. libri II.

VBI

Breuis Diſputatio de toto genere Senſuum.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Senſu & Senſione.

DOCTRINA.

COnſideranda hîc facultas, quæ dicitur *Senſus*, ſenſio, ſiue functio eius, obiectum, medium, organum, & ſenſibilis imago cum alijs cauſis.

Senſus Nomen, et Notio.

Senſus actu. Senſus nunc *ſentire* ipſum, ſenſio, ſentiendi actus.

Senſus poteſtate. Nunc facultas ipſa ſentiendi; idque variè.

Nam
1. eſt facultas quæuis apprehenſiua, critica: vt mens, viſus, phantaſia.
2. vis apprehendendi corporea, quæ nobis cum belluis eſt communis: vt quinque ſenſus exteriores; & qui dicuntur interiores.
3. complectitur tantum quinque exteriores cum *communi*.
4. ſumitur tantum pro exteriori ſenſu: ſecundum ſignificatum hic conſideramus.

Ariſtoteles in hoc libro, vt conſtat ex tex. 60. non niſi exteriorum ſenſuum videtur habere rationem.

Ad primam ſignificationem quæ pertinent, debent comprehendi
partim ex ſecundo ſignificatu [deteriori ex ſpecie.]
partim ex collatione ſenſuum & mentis.

Digitized by Google

Exiſtentia.

Senſus facillimè innoteſcit ex effectis & neceſſitate.
Sentimus nos ſentire.

Cauſæ & origo.

Senſus propter operationem propriam: & propter appetitionem, in hominibus etiam propter mentem. *Finis.*

Senſuum vel anima ipſa eſt opifex: vel auctor ipſius animæ. *Efficiens.*

Materia { vna in qua .n. organum & ſubiectum. / altera circa quam .n. obiectum ſiue ſenſibile. } *Materia.*

Organa præcipua ſunt nerui, ſpiritus & quæ analoga. Sentiunt citra controuerſiam animantes. quæritur ſentiantne plantæ ſaltem obtuſa quadã ſenſione. *Organa. Subiectum*

A cerebro dicitur oriri ſenſus, vel ab aliqua parte proportionali .n. quia cerebrum officina eſt *ſpirituum* animalium & initium neruorum. *Origo.*

Genus & communia attributa.

Senſui cum intellectu communia non pauca. *Primum.*
Vterque eſt ex ordine facultatum naturalium.
Eſt principium cognoſcendi, parens appetitionis, voluptatis, &c. & voluntarij motus &c. 2.
Vterque patitur & agit. 3.
Non exercetur niſi in certa corporis parte. 4.
In cerebro eſt, vel à cerebro ſaltem, aut analogo. 5.
Poſtulat organicum, & inſtrumentarum corpus. 6.
Eget imaginibus rerum intenſionalibus, aut re aliqua affini. 7.
Vterque ab anima prodit. 8.
Diſtinguitur per res obiectas &c. 9.

Senſus ergo eſt *facultas* & potentia naturalis, non autem propriè *habitus*, habetur autem naturâ non aſſuetudine.

Quæritur hic non vtrum organum ſenſus .p. oculus agere poſſit. p. faſcinare, maculare ſpeculum: Sed vtrum *potentia* ipſa ſenſitiua ſit *actiua* an *paſſiua*, an partim actiua, partim paſſiua.

Sententiæ variæ.

Actiua eſt facultas non paſſiua ſenſus, apud eos, qui repudiant ſenſitiuas *imagines*, ſpecieſue ſenſibiles. *Prima.*

Merè paſſiua Alberto magno. 2.

Quibuſdam { patitur ſecundum ſe ſenſus. / agit, ſed per imaginem tanquam per inſtrumentum. } 3. Verum imago eſt *obiecti* potius inſtrumentum quam ſenſus. 4.

Ianduno ſenſus duplex in eodem organo ad eandem comprehenſionem inſtitutus { vnus *patiens* in quem imagines recipiantur. / alter *agens* per quem fiat perceptio, diiudicatio. } Sed fruſtra

Digitized by Google

ſit, &c. Si ſtatuuntur duo non niſi ratione diſtinguendi.

5. Nonnullis { ſenſus ipſe *agit.* / organum eius *patitur*, recipit imaginem & impreſſionem.

Sententia maximè probabilis.

Senſus vna eſt facultas, ſed quæ agit, patitur.

Patitur { quatenus admittit ſpeciem ſenſibilem. Admittit autem tanquam *id quo*, non tanquam *id quod.* / & quatenus actio immanens recipitur in organo per ipſum.

Agit { *tranſitiuè*, ſi propagat ſpeciem, ſiue imaginem. / *immanenter* quatenus rem percipit, cognoſcit.

Patitur primò quia ſic ſenſit Ariſtoteles.

2. quia ſenſio fit *admiſſione*, non amiſſione.

3. quia organum ſentiendo patitur, etiam corruptiuè.

4. quia *tactu* non percipimus niſi exuperantias, & inæqualitates.

Agit primò quia nono Metaphyſicæ text. 16. ſentire videtur eſſe actio immanens.

Anima auctor ſuarum operationum 2. de animo text. 36.

Recipere imaginem, non eſt videre ex cap. primo lib. de Senſu.

Sentire non eſt ſolum pati text. 129.

2. quia ſpecula & aër recipiunt imagines rerum.

3. quia quæ animantes dormiunt apertis oculis, imaginem recipiunt, nec tamen vident.

Obiectiones.

Prima. Senſus non eſt actu, ſed poteſtate: Senſio eſt paſſio Ariſtoteli.

Diſt. { comparatione admiſſionis ſpecierum & imaginum C. / comparatione perceptionis & diiudicationis N.

2. Aduſtio mera eſt paſſio in eo quod aduritur.

3. D. alibi C. in animalibus N.

Tale eſt actu obiectum, quale poteſtate aliquid eſt ſenſus: Ergo ſenſus eſt pati obiecti agere.

Diſt. { ſi ſpectetur receptio imaginum C. / ſi ſpectetur immanens actio N.

Quid ſenſus?

Senſus eſt facultas animalis, non ſolius hominis, inſtituta à natura, ad diiuditionem motionemque appetitus, eaque corporea.

Quotuplex ſenſus?

Senſus exterior; vt viſus, auditus.

Vel interior: vt *ſenſus communis, phantaſia* corporea, *memoria ſenſitiua.*

Senſus

Senſus neceſſarius, vel minus neceſſarius.
Rei præſentis, rei abſentis, rei vtriuſque.
Aqueus, vel non, aëreus vel non.
Indiget medio, vel non indiget.
Propagat ſpeciem & imaginem, vel non propagat.
Eſt acutior, vel obtuſior; fallacior, vel minus fallax.
Quot modis excellat ſenſus explicandum.

De ſenſione ipſa.

Senſio admiſſione in ſenſu à re obiecta: non *amiſſione* à ſenſu ad rem obiectam fit. De qua re infra. *Sēſus actu.*

Efficitur tamen cum *amiſſione* quadam, & iactura ſpirituum.

Senſio eſt & actio, & paſſio in ſenſu, ſed actio potius.

Etenim ſi ſpecies & imago rei obiectæ in ſenſum admittatur non ſentiemus tamen, niſi ſenſus agat & percipiat.

Actio hæc non exercetur ſine organo, &c. non fit ſine alteratione & paſſione.

Sentiri eſt agere, non autem propriè pati.

Senſio fit non quia ſimile recipit percipitue ſimile: ſed potius quia ſenſitiuum admittit ſpeciem & imaginem diſſimilis.

Senſio differt ab *affectu*. De qua re in Ethicis.

Senſio habet ſubiectum obiectumue proprium.

Non ſentitur ſenſus ipſe, quia non eſt qualitas ſenſibilis.

Senſus non ſentit organum ſuum, niſi id fiat reflexione. p. per ſpeculum: quia organum alio modo non agit in ſeipſum, requiritur *medium*, &c.

Senſio pendet à ſenſu ab inſtrumentis, ab obiecto, ab imaginibus, &c.

Conſulenda doctrina de functione ſingulorum ſenſuum, & doctrina de actione & paſſione.

Accuratus ſenſus.

Accuratus & exquiſitus ſenſus duobus modis intelligitur.

Eſt { aut ſumma celerrimaque vis ad recipiendum rei ſenſibilis impreſſionem.
aut facultas in medio conſtituta ad omnium aut plurium ſenſibilium cognoſcendas differentias. }

Ergo perfectio { vna quod *valide* percipiat ſenſus.
altera vero quod *varia*. }

Si loquamur de ſenſibus aliis quatuor à tactu exterioribus.

Ineſt { belluis perfectio illa prior, quæ continetur acumine & intenſione ſenſionis.
homini poſterior virtus per quam percipitur illa varietas. }

Tactus vtroque nomine in nobis exquiſitus. De interioribus ſenſibus alibi loquemur.

Sentiunt { quædam non niſi quæ voluptatem dolorem que afferant notabilem.
aliа etiam quæ neque voluptatem neque dolorem. De qua re apud Ariſtotelem.

De ſēſibili

ARTICVLVS II.

De Obiecto.

Nomen.

Senſibile & ſenſile pro eodem accipiunt. [...]

Senſile { hic id quod ſentiri poteſt, vt dolor.
interdum illud quod ſentire poteſt.
aliquando illud quod ſentiri poteſt.

Inſenſibile dicitur & actiue & paſſiue, vt grammatici loquuntur.

Actiuè vt hoc in verſu apud Lucretium.

Ex inſenſibili ne credas ſenſile naſci.

Negatio paratio. Tenuitas. Prauitas ſenſibilitatis. Paſſiuè { primò pro eo quod nec ſentiri poteſt, nec debet.
2. pro eo quod cum ſentiri debeat non poteſt.
3. pro eo quod ſentiri non valdè poteſt. [.]
4. pro eo quod non poteſt ſentiri niſi prauè.

Hic autem ſecernimus ſenſibilitatem ab intelligibilitate.

Monitum.

Senſus Theologis pars animæ ſenſitiua, & complectitur appetitum ſenſitiuum.

Notio, diſtinctio.

Prima. Senſibile id quod ſenſu apprehendi, & cognoſci poteſt.

Eſt { aliquid per ſe ſenſibile, vt lux, ſonus.
aliquid per accidens ſenſibile, vt ſilentium, vmbra, Socrates.

2. Senſibile aliquid multum, aliquid parum.
3. Senſibile generalius, vt color, ſonus: vel particulare, vt candor, dulcor, &c.
4. Habet nomen vt ſapor, odor: vel non, vt obiectum viſus, obiectum tactus.
5. Comparatur cum interiori ſenſu, vel cum exteriori.
6. Eſt proprium, vel commune.

De ſenſibili per accidens.

Senſibile per accidens ſiue ſecundum accidens ſenſibile,

Vel includit quod ſenſibile per partem, licet non ſit per ſe primo.

Vel excludit ita vt nō percipiatur ſenſu neq; per ſe primo, neq; per partē.

Senſibile per accidens id quod dicitur ita ſentiri, vt ſpecie, imagine, & impreſſione ſui non immutet ſenſum: neque tanquam *id quo* fiat immutatio: neque tanquam *id quod* immutet: quæ conditio poſterior ab iis additur, qui nolunt corpus eſſe ſenſibile per accidens.

Vt ſit per ſe ſenſibilis ſubſtātia tanquam id quod immutat: color vero tanquam *id quo* fit immutatio: ſed nota ambiguitas τοῦ per ſe, neque

litigandum eſt de nomine.

Subſtantia corporea vt ſit ſenſibilis per ſe non eſt primo modo τȣ̃ per ſe.

Senſibilium per accidens conditiones ex definitione colligendæ ſunt.

Eorum
- quædam non percipiuntur per ſe ab vllo ſenſu, vt ſcientia.
- quædam per ſe apprehenduntur ab interiori aliquo ſenſu, non per ſe ab exteriori vllo: vt quando ouis dicitur ſentire inimicitiam lupi, ouis ſentit ſe videre.
- quædam per ſe, ab aliquo alio exteriori ſenſu percipi poſſunt: vt quando dicimur intueri aliquid dulce, calidum, &c.

De ſenſibili per ſe.

Senſibile per ſe id quod vi ſua ſenſum immutat, mouet.

Singulare hoc eſſe debet ex cap. 5.

Ita commune obijcitur, vt non percipiatur niſi ſingulare.

Præſens eſſe debet, ſaltem per imaginem ſui.

Quantitate affectum ex lib. de Senſu.

Tale actu, quale organum poſſibilitate eſt. [1]

Emittit imaginem agitue intenſionaliter.

Corrumpit ſenſum ſi excedit.

Modum quantitatis poſtulat.

Aliquid tam exiguum, vt percipi non poſſit à dato ſenſu.

Aliquid tam magnum vt nequeat totum ſimul comprehendi à dato ſenſu ex dato interuallo, &c.

Senſibile interiori ſenſu & exteriori.

Eſt proprium vt color, ſonus, ſapor: vel commune, vt quantitas, motus, quies.

Obiectum vehementius euertit organi proportionem.

Eadem ſenſione plura ſentiri poſſunt vt ex. gr. calor, duritiès, ſiccitas, &c. albedo, nigredo, motus, &c.

Senſibile percipitur ſine materia ex Ariſtotele.

Quando ſenſibile vnum valde afficit, vt ſol interdiu impedit quo minus alterum valdè afficiat.

Simile à ſimili impediri poteſt præoccupatione officii. De qua re alibi.

Æqualitate poſita tollitur actio in his rebus, quæ ſeſe mutuo impediunt.

Senſus dicitur non percipere qualitates organo ipſius inhærentes, niſi forte per reflexionem: ſentiamuſne calorem noſtrum, poſtea quæretur.

De ſenſibili communi.

Quid?

Senſibile commune dicitur non quod communi ſenſu percipiatur: ſed quod ſit commune duobus ſenſibus neutiquam ſubordinatis duobus exterioribus.

Exiſtentia.

Fuerunt qui quæ dicuntur communia ſenſibilia, cuiuſmodi ſunt figura, motus, appellarent non ſenſibilia *per ſe*, ſed tantum *conditiones* rerum ſenſibilium: aut etiam ſenſibilia *per accidens*.

Digitized by Google

Quod non tam ſentiantur quã ſyllogiſmo & memoria ex ſenſu exteriori colligantur: eo modo quô ferrũ quando candere videtur iudicamus calidũ.

Refelli ſolent primò quia non congruunt Ariſtoteli.

2. quia longè alio modo aſpectu deprehendimus dulce, calidum, odoriferum & ſonans; alio magnum, figuratum, proiectum, &c.

Multiplicitas.

Videri plura. Communia ſenſibilia Ariſtoteli motus, quies, numerus, figura, magnitudo.

Obiectiones.

Prima. Addenda videntur ſuperioribus diſtantia, ſitus, & locus.

Reſp. { locum eſſe magnitudinem quandam. / diſtantiam videri magnitudinem, modumue magnitudinis. / ſitum ad locum & figuram videri pertinere.

2. Addere videtur oportere *rarũ & denſum*, graue & leue, aſperum & læue, &c.
N. quomã hæc non niſi tactu percipiuntur: aut certe ratiocinio & memoria colliguntur ex ſenſibus aliis, eo modo quo ex cãdore ferri colligitur calor.

Prima. Videri pauciora. At in quis numerus videtur reſtringendus: quies videtur excludenda, cum ſit priuatio & nihil.

Reſpõdendũ { excludendam quatenus eſt priuatio & nihil. / retineri quatenus eſt quidam modus, conſiſtentiæque rei ſub vno ſitu in vno vbi, &c.

2. Numerare non niſi hominis problemate quinto ſectionis trigeſimæ.
Diſt. { ſi numerus ſumatur pro certa quadam vnitatum multitudine C. / ſi pro quauis diſcontinuatione & diſcretione rerum N.

3. Motus ſiue mutatio loci non percipitur ſine memoria præteritarum partiũ.
Diſt. { ſi ſumatur accurate quatenus eſt ſucceſſio quædam C. / ſi quatenus aduerſatur conſiſtentiæ ſub eodem ſitu & loco, & motus rei quieti aduerſarius N.

4. Percipitur ſenſu intenſio & remiſſio.
Reſp. { remiſſionem eſſe priuationem. / intenſionem non differre reipſa à qualitate cuius eſt, percipique per ſpeciem, & imaginem rei quæ intenditur.

5. Sentitur ſimilitudo. Reſp. ſentiri fundamentum eius, ipſam vero ratiocinando colligi.

Quibus ſenſibus percipiuntur ſenſibilia communia?

Viſu & tactu percipiuntur, vt inductione patet.

Per ſenſus alios ſi à nobis comprehenduntur, vt per auditum campanarum motus non comprehenduntur ſine opera ratiocinationis, aut recordationis ſaltem.

Nec mirum cum nonnulli non tam videri & audiri illa arbitrentur quam ratiocinatione quadam & recordatione colligi.

Sanè rem eſſe illic vbi non erat, & non eſſe vbi iam eſt, vt percipiamus duplici videtur opꝰ recordatione: itaq; latio nõ videtur percipi niſi memoriæ ope.

Digitized by Google

Sed aſia ex parte quæ in memoria imagines, illæ à ſenſu prodierunt.

Itaque vel motionis imago in ſenſu exteriori fuit per ſe: vel eſt quid conflatum ex imaginibus, quæ in ſenſu exteriori extiterunt.

Percipitur-ne commune ſine proprio?

Certè quando ſenſibile commune coniunctum eſt cum proprio ſine eo non percipitur.

Quod ſi virtute aliqua detur à proprio ſeparatum: Quæritur vtrum tunc poſſit comprehendi ſenſu. *Prima.*

Reſp. { poſſe ſi emittit ſui ſpeciem & imaginem. / non poſſe autem ſi nullam emittit. 2.

Quando propter ſimilitudinem temperamenti non ſentimus corpus, quod alioquin nobis eſt contiguum: Certè tunc non deprehendimus communia ſenſibilia.

Figura ſi luce coloreque caret, neutiquam eſt aſpectabilis. 3.

Quæritur vtrum cœlum quod eſt expers quatuor primarum qualitatum, ſit tactile quiddam, ſed quæſtio non facit ad hanc controuerſiam; Quia propria quędam tactilia in cœlo conſtituuntur .p. duritiès, mollities. 4.

De imagine ſenſibilis communis.

De ſenſibilibus ſpeciebus infra, & in rudimentis. Quæritur vtrum ſenſibile commune ſui ſpeciem & imaginem vllam emittat in organum ſenſus, vt figura in oculum.

Emittit ſanè, alioquin fatendum eſt ſentiri per accidens non per ſe, non ſentiri propriè, ſed memoria & argumentatione colligi. *Prima*

Si quid tamen priuationis rationem obtinet propria imaginatione caret. 2.

Sed quomodo ſenſibile commune ſpeciem emittat imaginemue cōtrouerſia eſt. Nonnulli ſenſibili communi imaginem attribuunt planè aliam à ſpecie proprij ſenſibilis. 3.

Alij imaginem communis ſenſibilis .p. figuræ non tam ſpeciem imaginemue ſibi perſuadent, quam modum quendam imaginis eius, quæ refert proprium ſenſibile .p. colorem.

Fortaſſe ſententia prior veriſſimilior eſt.

Primò quia ſæpè accidit hållucinatio circa *commune*, non circa proprium: vt quando nauiganti videntur moueri litora & ripæ: Aliquando contra, vt cum globus variè depictus conſpicitur celerrime volui.

Secundò quia veriſſimile eſt cœlum tactu percipi poſſe; quæ coniectura non ſatis firma.

Tertiò quia quando multa propria ſenſibilia ſenſione eadem comprehenduntur .p. calidum & ſiccum, &c. Proindeque multæ in ſenſione illa occurrant propriæ imagines, non eſt potior ratio, cur ſenſibile commune dicatur percipi per imaginem vnius .p. caloris, quam per imaginem alterius .p. ſiccitatis.

Quartò quia ſæpè ſpecies & imago motionis in oculo videtur retineri poſteaquam effluxerunt imagines propriorum ſenſibilium: vt quando rheda diu vectis dum quieſcunt primum omnia circumagi videntur.

Quintò quia ſi per plures imagines propriorum ſenſibilium idem numero ſenſibile commune perciperetur, fortè videretur multiplex, quanquam duę priores rationes non conuincunt.

Poſterior quia in cœlo tactile conſtituitur proprium.

Prior quia fieri poteſt vt probæ alioquin ſpeciei & imaginis modus ſit vitioſus: vt cum imago occurrit inueiſa.

Obiectiunculæ.

Prima. Tenebræ per ſe aſpiciuntur. Ergo quod per ſe ſenſibile non eſt ſemper affirmatio, categoria, habitus, quid poſitiuum.

Reſp. meras tenebras non percipi aſpectu, licet percipiantur ratiocinio, quæ non meras ratione *lucis* percipi per ſe, ratione *orbationis*, non aſpici per ſe & vere.

2. Læuitas videtur percipi viſu. Reſp. percipi quatenus ſignificat quendam partium ſitum, & figuram, quo nomine eſt ſenſibile commune.

Monitum.

Canis dum intuetur eum à quo eſt verberatus, calida perfuſus, &c. meminit caloris.

Dum audimus amici vocem comprehendimus figuram, magnitudinem, &c. Sed hæc memoriæ accepta referenda, non exteriori ſenſui.

De ſenſibili propio.

Proprium ſenſibile, id quod vnico tantum ſenſû [vnius ordinis] percipi poteſt, vt calor, ſonus.

Id non neceſſariò vnicam tantum contrarietatem complectitur.

Indiget medio per quod in ſenſum ſe inſinuet.

Sentitur emittendo aliquid, agendoque non patiendo.

Idque non tam quia quando organum mediumque bene temperatum eſt, obiectumque rectè diſpoſitum & conſtitutum, ſenſus non ſolet hallucinari: quam quod circa genus ipſum ſenſibilis proprij non errat: Etenim ex. gr. ſonus auditui ſemper apparet ſonus, & aſpectui color ſemper color, aut ferè ſemper.

Poſitis autem ijs conditionibus ne quidem circa commune contingit error, circa quod tamen facile decipitur ſenſus: Etiam ſi ſpectetur genus .p. dum quieſcens exiſtimatur moueri & motum quieſcere.

Quod fit pluribus inſtrumentis minimè ſubordinatis ſolet minus accurate fieri quam ſi vnicum haberet organum ſibi vni deſtinatum.

Proprium vero ſenſibile ſtatuitur quintuplex pro numero ſenſuum exteriorum.

Aliquando nomine vno exprimi poteſt vt ſapor. Aliquando non poteſt.

ARTICVLVS III.

De medio, deque organo.

Medium ſenſibile.

Medio eget ſenſibile quoduis externum per quod in ſenſum ſe inſinuet,

quia experientia docet rem non ſentiri ſi ſupra organum & ſenſorium conſtituatur.

Sunt qui dubitationem moueant, ſed diluenda alibi.

Medium in negotio ſenſionis eſt corpus quod interijcitur inter ſenſum & rem ſenſibilem, per quod ipſa ſentiatur, vt aër per quem cernitur paries.

Medium per naturæ ordinem mouetur priuſquam organum, non autem ſemper prius ratione temporis, vt colligitur ex viſu.

Medium vel coniunctum eſt cum organo præcipuo; vt tunicæ oculi exteriores. Vel diuulſum ab animalis corpore, vt aër.

Medium eſt pellucidum vt aër, aqua; vel non, vt trabs per quam percipitur ſonus. De medio plura apud Ariſtotelem.

Organum et ſenſorium.

Organum ſenſus dicitur ſenſorium, vt oculus, auris & quid conſimile.

Intelligendum eſt partim ex declaratione corporis organici; partim ex doctrina ſingulorum ſenſuum.

Spectatur totale, vel præcipuum.

Præcipuum ea pars corporis, in qua primò & per ſe reſidet ſenſus.

ARTICVLVS IIII.
De ſpeciebus intenſionalibus.

Nomen, notio, diſtinctio.

Speciei intentionis & ſenſibilis ſignificatus alibi.

Senſibile intelligibile, &c. dicuntur ***ab vno*** & ad ***vnum***.

Senſibilis dicitur ſpecies non quod ſentiatur, ſed quod ſenſioni inſeruiat.

Intenſionalis ſpecies cogitatur tanquam quædam habitualis imago rei apprehenſibilis per quam apprehendatur .i. ſentiatur aut intelligatur tanquam per formale ſignum.

Idolon, ſpectrum, emphaſis, impreſſio, & pictura rei intelligibilis in intellectu, aut ſenſibilis, medioue ad ſenſum neceſſario.

Qualitas facultati apprehenſiuæ, medioue illi inſeruienti impreſſa aliundè. p. ab obiecto, cuius tanquam ſigni formalis opera fiat apprehenſio & cognitio. Quando parietem intueris, color eius dicitur emittere ad ſenſum qualitatem quandam, quæ ſit à colore alia, habeat tamen vim colorem exhibendi oculo.

Ea eſt imago quædam intenſionalis. Eiuſdem generis dicuntur eſſe ſpectra quæ occurrunt ſomniantibus, aut per quæ ſomnia fiunt & recordationes: ac duo quidem ſpecierum intentionalium genera ſtatui poſſunt.

Quia {
- quædam dicuntur neceſſariæ ad recordationem non ad notitiam primam, neque vulgo ſolent appellari intenſionales .n. habilitates, quas Nominales ſufficiunt in locum imaginum poſterioris generis.
- quædam dicuntur propriè intenſiones, & ſunt vſui etiam ad cognitionem primam.

}

Hæ autem { vel ad mentem pertinent & dicuntur ſpecies intelligibiles, intellectiuæ, dianoëticæ. / vel ad ſenſum & ſenſionem referuntur & nominantur ſpecies ſenſibiles & ſenſitiuæ.

De imaginibus ſenſibilibus.

Dantur-ne hæ ſpecies imagineſque rerum?

Species iſtæ imagineſque rerum, quæ ſenſuum cauſſa ſunt inſtitutæ, probantur tum alijs, tum & Ariſtoteli, vt intellectiuæ.

Primò quia ex primo de inſomnijs earum opera efficiuntur ſomnia.

Secundò quia ſentire eſt pati 2. de animo, &c.

Tertiò quia agens & patiens debent eſſe ſimul 7. Phyſic.

Quartò quia Ariſtoteli probantur phantaſmata, vt & agens intellectus.

Quintò quia ſenſibile poſitum ſupra ſenſum non ſentitur.

Sextò quia viſio non fit per inane text. 74.

Septimò quia formæ recipiuntur ſine materia text. 122.

Octauò quia ſublato ſenſibili imago eius in ſenſu remanet text. 118.

Nonò quia lapis non eſt in animo niſi per formam & ſpeciem cap. 8. lib. 3.

Decimò quia plantæ non ſentiunt quia non recipiunt formas text. 124.

&c.

Congruunt experimentis .p. rerum abſentium perceptioni, ſpeculis, fractionibus, reflexionibus radiorum, motioni, denſitati, & raritati medij, &c.

Congruunt & rationi ſiue ſpectentur argumenta propria, ſiue communia. Probantur enim,

Primò quia ad ſenſionem opus eſt contactu, non inanitate.

Secundò quia ſenſus eſt indifferens, ideò determinari debet.

Tertiò quia ſpecies videntur planè neceſſariæ ad mentẽ & interiores ſenſus.

Quartò quia color aliquid in oculum inducit cum ipſum lædit, non tamen inducit colorem.

Quintò quia candor diſſipat, non tamen per ſe, ideò per aliud.

Sextò quia viſio fit emiſſione, vt dicetur. ſentire eſt pati.

Sententia Nominalium.

Sunt qui repudiant imagines iſtas ſpecieſque intenſionales: Sufficiunt autem in earum locum *habilitatem* quandam facultatis apprehenſiuæ, quæ habilitas cognoſcendo comparetur, faciatque vt recordemur.

Quæ ſanè habilitas eſt ſpecies quædam & imago cum ſit ſignum, idque formale.

Diſtinguitur tamen à ſpecie intenſionali, quæ propriè intenſionalis.

Nam imago illa Nominalium dicitur produci à facultate ipſa quæ apprehẽdit, idque per cognitionem, nec eſſe neceſſaria ad percipiendum, ſed duntaxat ad cognitionis iterationem per memoriam.

Quæ propriè intentionalis aliter habnet, eceſſario fertur ad perceptionem: quamuis dicitur produci ab obiecto, aut ſaltem à facultate quæ ſit alia à percipiente & cognoſcenti .p. ab agente intellectu.

Obiectiones.

Obiectiones.

Medium non patitur ab obiecto text.129. Ergo nihil in organum per medium immittitur. *Prima.*

Diſt. { Ant. eo modo quo organum, & ita vt ſentiat C. / ſecus & ſimpliciter N.

Ex magnetis aduerſus aërem & ferrum actione hic nodus intelligitur. 2.

Senſibile talem efficit ſenſum organumue eius, quale ipſum eſt actu.

Atqui quod conſpicitur eſt actu coloratum, viride, &c.

Ergo ſenſum efficit actu coloratum, &c. Quod ſi in organum inducitur ipſe color, ipſe viror, &c. quid opus eſt imagine coloris?

Diſt. Prop. { talem virtute analogia & proportione C. / talem ſynonymè & vniuocè N. De qua re alibi. 3.

Non percipitur ſimile ſimili ex Ariſtotele.

Diſt. { ſimili natura .p. calor calore, viror virore C. / ſimili imagine N.

Si res videretur per ſpeciem, ſpecies ipſa conſpiceretur. N. quia ſpecies eſt formale ſignum. 4.

Axioma illud: propter quod vnumquodque tale, &c. alibi declaratur.

Color non eſt actiua qualitas: Ergo ſpeciem ſenſibilem non producit.

Quantitas figura & ſimilia non agunt; Ergo. Diſt. Ant. realiter C. intentionaliter N. 5.

Species coloris debet eſſe ſimilis colori. Diſt. analogicè C. ſynonymè N. 6.

Non poteſt exigua imago rem ingentem repræſentare. N. quia natura non eſt deterior pictoribus. 7.

Signum non repræſentat niſi cognoſcatur. N. quia dantur formalia ſigna ſaltem pro recordatione. 8.

Pro diſtantia non mutatur imago rei: Ergo color remotus talis videri debet, qualis cum vicinus. 9.

N. quia ſpecies & imago quò recedit longius à centro actiuitatis, eo efficitur imbecillior.

Habent ſe vt candor ad atrorem, frigus ad calorem, &c. ita candoris imago ad imaginem atroris, &c. ſi dantur ſpecies: Sed candor cum atrore ſimul cohærere nequit: Ergo imagines candoris & atroris ſimul cohærere nequeunt: proindéque quando ſimul intueris candorem & atrorem non intueris beneficio imaginum. 10.

N. Prop. vel Diſt. ſecundum quid C. abſolutè N. Talis eſt imago in repræſentando, qualis res in eſſendo.

Species neque ſunt materiales neque immateriales. 11.

Reſp. { dianoëticam ſpeciem eſſe *ſpiritalem*. / ſenſibilem eſſe *materialem*. / ſpeciem generatim eſſe quid indifferens.

Cur ſpecies ſenſibiles vocentur formæ ſine materia explicandum.

Digitized by Google

Quæ duplici imagine cernuntur & ſentiũtur duplicia videri debent & ſolẽt.

12. Atqui quod conſpicitur ambobus oculis, id duplici comprehenditur imagine, ſi vllam per ſpeciem imaginemue comprehenditur: Ergo, &c quod falſum & abſurdum.

Reſp. { falſam eſſe Prop. De qua alibi. / præterea duas imagines viſibiles ſolere coïre in vnam. }

13. Non poſſunt accidentia duo eiuſdem ſpeciei vltimæ ſimul cohærere in eadem ſubiecti parte.

Atqui duorum imagines ouorum ſunt planè ſimiles eiuſdemque vltimæ ſpeciei.

Ergo eundem in oculum, in eandem aëris & materiæ partem ſimul admitti nequeunt.

Reſp. poſſe eo modo quo duplex lumen, duplex impetus, &c. De quo negotio alibi .n. in ſermone de determinatione rerum.

14. Si quæ datur ſpecies ſenſibilis .p. optica, ſanè quó eſt remotior ab obiecto & centro actuitatis, eo eſt deterior: Cur ergo vt cernamus accuratius ſæpè rem obiectam remouemus ab oculis?

Diſt. Ant. { ſi ſpectetur intenſio & τὸ magis, C. / ſi proportio, ſymmetria, commenſuratio, N. / ſi bonum eſſentia, bonum finale, C. / ſi bonum ad finem & bonum medium N. }

15. Non quidquid validius vegetius, &c. id magis commenſuratum.

Non eſt credibile ſpecierum ſenſibilium plenã eſſe omnia, non eas earumue aliquas diffundi momento, non credibile pergere recta non ad latus, &c.

Reſp. negandam propoſitionem.

Monitum.

Sunt alia quæ dubitationis occaſionem præbeant, ſed difficiliora.

Proindè ſigillatim infra excutientur.

Vndè commodiſſime intelliguntur ſpecies ſenſibiles intenſionales?

In obſcuris vtendum analogia.

Specierum natura conditioque obſcura, ſiue imaginum intenſionalium.

Nihil occurrit lumine commodius magneteque & ſemine, vique formatrice ad explicandum imagines opticas.

Ex viſibilibus aliæ comprehenduntur habentque appellationem. Species namque à verbo ſpecio.

Omninò ſpecies intenſionalis intelligenda ex ſenſibili.

Senſibilis ex optica ſiue viſibili.

Optica per partitionem conditionum intelligenda, perque affinia, ſed maximè per lumen, & eo modo qui ſuo loco explicabitur.

Cauſſa & origo.

Finis. Species à natura inſtitutæ ad apprehenſionem.

Solæ facultates apprehenſiuæ illis egent ſimulacris.

Digitized by Google

Appetitinæ non feruntur niſi in rem iam apprehenſam.

De quibuſdam facultatibus apprehenſiuis dubitatur egeantne iſtis imaginibus. De qua re alibi.

Inhæret intelligibilis & dianoëtica ſpecies ſiue imago animo per mentem per quam hæreat quæretur poſtea. *Subiectum.*

Senſibilis & organo .p. oculo hæret, & medio .p. aëri. Quanquam in medio non facit ſenſionem.

Dianoëticarum ſpecierum opifex qui dicitur agens intellectus. De qua re ſuo loco. *Opifex.*

Ex ſenſitiuis aliæ interiores aliæ exteriores nuncupantur.

Interiorum { quædam connaſcuntur ſi quibuſdam creditur: vt imago nidi, nidificationis.
{ aliæ fiunt propagatione ſpeciei exterioris, ſeu vi illius, quemadmodum & virtute phantaſiæ. De qua re alibi.

Exteriores non ab Angelo quodam fiunt, vt neque aliæ: non à ſolo lumine etiam ſi opticæ viſibiles, ſed à re ſenſibili & obiecto producuntur.

Primò quia Ariſtoteli obiectum cauſſa ſenſionis.

Secundò quia illud eſt exemplar naturale imaginis, proindèque & opifex.

Diffunduntur autem ab obiecto .p. à ſpeculo in orbem & in omnem partem, ferè more luminis, caloris, &c. Idque momento temporis aut celerrime ſaltem. Atque ita vt totum obiectum ad cuiuſuis partis integrantis productionem concurrat, niſi conſtituta ſit extra limites actiuitatis. *Procreatio exterioris.*

Genus.

Ad tertium qualitatis genus ſpecies à nonnullis reuocantur.

Pręterea { ſunt qui reuocant ad ſecundum.
{ nec deſunt plures, qui ad primum.

Diſſenſionis apparentis cauſſa mutiplicitas interpretationum, quæ applicantur ſpeciebus qualitatis.

Ferè { interiores *habitibus* & patibilibus qualitatibus.
{ exteriores *diſpoſitionibus* & paſſionibus ſimiliores ſunt. Quæritur.

Quomodo differant ſenſitiuæ ſpecies à ſenſibilibus obiectis?

Sunt qui ſpeciem apprehenſiuam ſiue intenſionalem, maximè verò ſenſitiuam à re cuius eſt imago non ſecernant *definitione* & eſſentia, ſed tantum *remiſſione*, ita vt ex. gr. imago viroris ſit quidam viror tenuis, &c. 1.

Sed peruerſo id iudicio faciunt, primò quia ſæpè imago eſt intenſa non remiſſa. *Refutatio.*

Secundò quia viſibile in oculo collocatum cerneretur.

Tertiò quia imago quantitatis foret quantitas.

Quartò quia contraria ſunt futura in eadem ſubiecti parte, &c.

Quintò quia non miſcentur imagines colorum, colorum more, &c.

Diſtinguitur ergo ſpecies definitione & natura ab obiectis ſenſibilibus 2.

quarum eſt imago, vt ſpecies viroris à virore, illiſque non eſt ſimilis niſi analogicè: vt domus architecti mente conformata à domo exteriori.

Intelligibiles ſpecies & imago conſimiliter diſtinguitur à rebus obiectis quas repræſentat, niſi quod dianoëtica ſpecies poteſt imago eſſe ſpeciei alterius dianoëticæ .p. quando philoſophamur de ſpeciebus.

Senſibilis ſpecies non propriè eſt imago alterius ſimulacri ſenſibilis, niſi quatenus hoc obiecto ſimile comperitur.

Cur ſimile creditur comprehendi ſimili?

Quia ſimile ſimilis memoriam ſolet refricare.

Calore noſtro dum adurimur caleſcimus, videmur deprehendere calorem ignis. &c.

Poteſt-ne Deus ſupplere ſpeciem?

Poteſt quoniam cauſatio eius non eſt neque compoſitio, neque ſubiectio, neque informatio, &c. Beatæ mentes creduntur Deum intueri ſine imagine vt & ſine ænigmate.

Exteriores imagines quomodo pendent ab obiecto?

Pendent vt *fiant*, vt *ſint*: Atque etiam vt conſeruentur ſaltem vt diu.

Quando organo .p. oculo impreſſio facta eſt vehemens . ____ ea nonnunquam non ſtatim amoto obiecto amouetur.

Quomodo interiores?

Interiores quanquam conſeruentur amoto obiecto, illic vbi memoriæ locus. ſunt tamen illuſtriores ſi eſt obiectum præſens: Addè quod ſenſus communis exteriores imitatur.

Sunt-ne immateriales?

Intelligibiles ſubiectiuè ſunt ſpiritales, incorporeæ.

Obiectiuè { ſpiritales quando repræſentant aliquid ſpiritale.
corporeæ quando aliquid corporeum.
quaſi indifferentes dum repræſentant aliquid commune rei ſpiritali, & corporeæ .p. ſubſtantialitatem.

Senſibiles & obiectiuæ & ſubiectiuæ ſunt propriè materiales & corporeæ, & tamen imitantur res incorporeas & ſpiritales; maxime quia vt in parte corporis tantumdem eſt animæ rationalis quantum in toto, it tantumdem exhibet ſpeciei pars quantum ſpecies tota; non plus cernunt grandiores oculi quam minores.

Cur ergo ſenſibiles dicuntur formæ ſine materia?

Quia propagantur, non propagatur earum materia.

Quot modis qualitas propagari dicitur?

Duobus, nunc ſine vehiculo & ſubiecto, & hoc modo propagatur lumen ſolis.

Nunc vnà cum vehiculo, vt quando odor cum fumo propagatur.

Priori propagatione propagatur ſpecies tantum.

Poſteriori indiuiduum loco mouetur & propagatur.

Cur vna ſpecies accuratior quam altera?

Cur videatur accuratior in cauſſa eſt acumen ſenſus, commenſuratio, temperies inſtrumenti, &c.

Cur vere ſit accuratior in cauſa eſt vicinia rei ſenſibilis, intenſio eius & congruentia, laudabilis diſpoſitio medij, &c. vitia ex virtutibus comprehenduntur.

Migrat-ne à ſubiecto in ſubiectum?

Non potior ratio cur migret quam quidquam aliud ex accidentium claſſe.

Sentitur-ne ſpecies?

Quæſtio.

Quærunt de ſpecie vtrum ſit inſtrumentum quo percipiatur res, an vero ipſa ſentiatur.

Vtrùm moueat non terminet, an vero moueat ac terminet.

Sententia Prima.

Opticæ ſpecies proindeque & ſenſibiles quæuis ſentiuntur ipſæ, non autem res per ſpeciem.

Coniecturæ cum ſolutione.

Id tantum ſentitur à quo mouetur ſenſus. *Prima.*

Reſp ſenſum moueri à re ſenſibili per imaginem, vt Herculeo à lapide ferrum per vim impreſſam.

Opticæ imagines conſpiciuntur in ſpeculis. 2.

Reſp. cerni res per imaginem, non imaginem.

Cernitur non res per tabulam, ſed tabula. Reſp. tabulam non eſſe formale ſignum. 3.

Quando per vitrum coloratum radij ſolis aut lucernæ aduerſum in parietem feruntur, videtur conſpici recenter impreſſa parieti qualitas, &c. 4.

Reſpondendum poſteà.

Secunda ſententia.

Sentiri dicitur & dicenda eſt, & res per ſpeciem (quod verum eſt) & ipſa ſpecies, idque directè.

Coniectura cum ſolutione.

Sæpe ſenſu interiori cognoſcitur res quæ periit, aut eſt abſens, immò & exteriori cognoſci dicitur: Ergo tum non cernitur res, ſed ſpecies.

N.C. quoniam præteritum & abſens agere poteſt modo ſit præſens per conditionem neceſſariam & ſufficientem ad agendum.

Tertia ſententia.

Sunt qui directè percipi ſpecies nolint, indirectè tamen & reflexè percipi velint. p. ſpeculorum operâ: quibus videtur fauere iudicium imperitorum & puerorum. De qua re in ſermone de ſpeculis.

Quarta ſententia.

Sentitur res per imaginem non imago: imago ſenſibilis mouet non terminat. Etenim canis quod perſequitur appetit, quod appetit ſentit, quod ſentit appetit vel aueſatur, non imaginem leporis perſequitur ſed leporem tantum.

Unde ſit vt imagines dicamur cernere?

Ex eo quod quando hallucinamur vulgo dicimus nos imagines, non res veras inſpexiſſe.

Qualis imago?

Eſt motiua, non terminatiua, eſt homogenea, &c.

De ſpecierum propagine, reflexione, &c.

Conſulendus ſermo de centro actiuitatis, de actiuitate, & de ſpeculis.

Sunt-ne contrariarum rerum. p. colorum ſpecies contrariæ?

Eſſentialiter & abſolutè non ſunt.

Repræſentatiuè & ſignificatiue ſunt, &c.

Videtur-ne res multiplex quando videtur per ſpecies diuerſas numero?

Si alio ſe habent modo, alio modo apparet.

Vt quando duplici digito piſum vnum circumuoluitur: oculorum alter ſuſtollitur inuertiturue digito, & ſecus non item. De qua re poſteà.

Male cum animalibus ageretur ſi res aliter haberet.

De vnitate, & diſtinctione.

Monitum.

Conſulenda doctrina de vnitate motus, & doctrina de vnitate formæ.

Prima propoſitio.

Veriſimile eſt definitione & natura differre imagines proprias, quæ pertinent ad diuerſos ſenſus, puta imaginem lucis & imaginem odoris.

Secunda propoſitio.

Differat-ne definitione an modaliter tantum ſpecies exterior ab interiori rem eandem repræſentanti controuerſia eſt.

Sanè fruſtra fit, &c.

Sed alia ex parte non ſi imagines referunt idem, ideò ſunt idem.

Tertia propoſitio.

Differat-ne ſpecie & definitione imago candoris ab imagine atroris controuerſia eſt. De qua dicuntur ſententiæ in vtramque partem.

Veriſimile eſt diſcrepare modaliter tantum & relatiue: ita futurum eſt vt faciliores videantur hallucinationes.

Quarta propoſitio.

Rerum eiuſdem ſpeciei & naturæ imagines.p. duorum candorum definitione & natura non diſcrepant,etiam ſi differant efficiente cauſſa,& in vnam eandemque numero imaginem videntur poſſe coire : non dubium tamen quin modaliter & relatiue differant.

Quinta propoſitio.

Quæ imagines ſubiecto differunt,numero differunt : vt imago in Petro,& imago in Paulo.

Sexta propoſitio.

Imago magnitudinis in tactu: imago magnitudinis in viſu quomodo differant quæritur.

Iudicandum fere vt de diſcrimine interioris ſpeciei ab exteriori.

Septima propoſitio.

Imago candoris in aëre, & imago candoris in oculo & viſu quomodo differant quæritur, &c

Veriſimile non differre definitione ſed modaliter tantum.

Conſulendus ſermo de memoria, de phantaſia ,&c.

ARTICVLVS V. ET VLT.

De Exteriori ſenſu.

Quid , Cur ?

Exterior ſenſus ſic nuncupatur : non quia ſit extra animal, vel in extrema animalis cute: verum quia quæ ſunt extra animal eum afficiunt ſine interuentu ſenſus alterius.

Definitur ſenſus per quem animal percipit ſine alterius ſenſus adminiculo quæ ſunt extra : cauſſæ colligendæ ex ſermone generali. Quæritur inſitne plantis.

Ineſt-ne cuiuis animali ſenſus exterior?

Ineſt quia omne animal propriè appetit, appetere ſine ſenſu in exteriori non poteſt, interior ſenſus non ineſt ſine exteriori.

Senſorium.

Organa ſenſuum exteriorum.p. viſuum vt & interiorum ſæpe non ratione, ſed proportione tantum ſimilia ſunt in diuerſis animalibus: vt oculus durus, & oculus mollis, forteque in eodem. Conſulenda doctrina ſingulorum organorum.

Medium.

Medium debet eſſe expers ſuam per naturam qualitatis quæ ſentitur : vt aër ſoni, coloris , &c.

Aut certe habere temperiem aliquo modo diuerſam à temperatione rei ſenſibilis.

An quiſque exterior ſenſus medio indigeat, & quo quiſque egeat controuerſia eſt.

Obiectum.

Senſui exteriori obijcitur obijciue dicitur tum ſenſibile externum: p. viſibile; tum inſenſibile. p. inuiſibile.

Sed inſenſibile ſignificat ſenſibilitatis negationem, priuationem, prauitatem, tenuitatem.

Ex quibus poſteriora duo ſunt quid poſitiuum & exteriori ſenſu percipiuntur.

Quæritur vtrum quod inſenſibile negatiue, aut priuatiue ſentiatur: veriſimilius eſt non ſentiri.

Obiect. Si quando dicitur ſentiri vt text. 96. 103. 107.

Reſp. Dicitur non quia ſenſus ipſe exterior id comprehendat: verum quoniam percipitur ab interiori ſenſu vel à mente potius, percipitur non ſine opera exterioris ſenſus. Tantaque celeritate vt ſenſu ipſo exteriori videatur percipi.

Percipitur autem non per imaginem ſui quam nullam habet; ſed per imaginem *habitus contrarii.*

Senſibilis ſpecies.

Exteriora non ſentiuntur ſine contactu.

Contactus { vnus ſuppoſiti, qui inutilis quando deſideratur medium. / alter virtutis, qui videtur requiri & ſufficere ad ſentiendum. }

Fit verò { aut quia virtus emittitur à ſenſu ad obiectum. / aut contrà ad ſenſum ab obiecto. }

Emittitur autem ab obiecto, tum quia hoc perſpicuum videtur eſſe in tactu; tum quia verum eſt in oculi negotio, vt docebitur poſtea.

Iam ſi emittitur virtus à re ſenſibili ad ſenſum. p. à virore ad viſum quo fiat ſenſio & comprehenſio,

Tùm { aut eſt eiuſdem definitionis & naturæ: vt ſi à virore emittatur viror, a ſapore ſapor. / aut diuerſæ, quo tempore neceſſe eſt obtineat vim repræſentandi rem ſenſibilem: alioquin inutiliter tranſmitteretur. }

Si ita eſt rectè nuncupatur ſpecies, forma, imago, ſimulacrum.

Sed ita debet repræſentare aliud. p. virorem, vt ipſa non repræſentetur: alioquin moueret terminaretque ſimul: quod non debet euenire.

Veriſimilius autem eſt talem imaginem emitti ad ſentiendum: quàm aliquid eiuſdem naturæ cum re emittenti.

Quanquam calorem manifeſto emittit calor.

Ideò in tactu controuerſia eſt vtrum ſufficiat ſaltem aliquando emiſſio iſta, quæ realis dicitur: an preterea requirantur ſpecies & imagines & actio intenſionalis. De qua re alibi.

Senſio.

Senſio.

Senſio exterior non eſt mera paſſio &c.
Senſus exterior non percipit ſe ſentire. De qua re apud Ariſtotelem.
Non iudicat propriè, ſed per interiorem ſenſum dicitur iudicare &c.

Numerus & ſufficientia ſenſuum exteriorum.

Quinarius ſenſuum exteriorum numerus colligitur ex communi mortalium iudicio, organo proprio, immutandi ratione, &c. *Primus.*
Sunt qui ſuſpicantur titillationem, voluptatem veneream ad alium pertinere, ſed pertinent ad tactum. 2.
Sunt qui augurantur alios non homini quidem, ſed belluis ineſſe ſenſus. 3.
Sed ſi inſunt latent nos. Quæ proferuntur argumenta non ſunt ſatis idonea.
Nouos exteriores ſenſus videtur Deus creare poſſe. 4.
Tum { quia obiecta noua procreare poteſt. p. nouam aliquam qualitatem.
quia facere poteſt vt qualitas aliqua occulta incipiat agere intenſionaliter in aliquem ſenſum, quem ipſe creet illi reſpondentem & commenſuratum. }

Quorum animalium ſit ſenſus quiſque exterior?

Nullum animal expers tactus, vt inductione patet.
Forte etiam nullum guſtu caret. De qua re poſtea.
Perfectiora reliquos etiam exteriores ſenſus vendicare ſibi deprehenduntur.
Quid eorum quemque capiat ſigillatim exponetur.

Ordo.

Spectatur in ordine natura, vel dignitas, ſiue præſtantia.
Præſtantiæ duplex genus indicatum.
Vtrumque expenditur ex fine, organo, obiecto, perceptionis modo.
Ad geneſim & originem quod attinet:
Tactus reliquos omnes anteit ſenſus.
Guſtus ſequitur. De aliis infra.
Quæ animalia præſtent aliquo ſenſu quærendum poſtea.

Vnitas, diſcrimen.

Fere ſine controuerſia quinque ſenſus exteriores ſpecie differunt. *Primum.*
An ſinguli diuidantur in alias ſpecies, ita vt e. g. tactus leonis ſpecie differat à tactu aquilæ controuerſia eſt. 2.
Reliqui ſenſus videntur perpendendi ex *viſu*, De cuius vnitate & multiplicitate poſtea. 3.

APPENDIX
AD CAP. VII. LIBRI II.
de Aſpectu & aſpectabili.

ARTICVLVS PRIMVS.

De nomine, ordine, natura, ſubiecto, qualitate, perfectione, vnitate &c.

Ordo.

De aſpectu primo loco vt agatur facit non natura, ſed dignitas, perſpicuitas. Hinc trahuntur appellationes ad explicandum ſenſus alios.

Nomen. Videndi, aſpiciendi, apparendi & ſpeciei vocabula pertinent communiter quidem, tum ad oculum, tum ad ſenſus interiores, tum ad mentem. propriè tamen non niſi ad oculum qui præcipuus è quinque ſenſibus. De oculi nomine infra. De ſpeciei nomine alibi.

Natura.

Viſus { nunc ſumitur pro ipſa viſione, quæ viſus actu.
nunc pro videndi aſpiciendique facultate. }

Tumque definitur ſenſus exterior, quo percipitur lumen, color, & omnino quidquid aſpectabile.

Medium, organum &c.

De medio, de organo, de obiecto, de imaginibus infra.

Subiectum, præſtantia.

1. Viſus non funditur per corpus vniuerſum, eo modo quo tactus. Sed proprium ſenſorium habet, quod appellatur oculus. Illudque geminum natura dupli-
2. ci ſenſorio delectatur.
3. Inſidet tamen & inhæret non toti oculo; verum humori ſoli cryſtallino, vt colligitur ex Ariſtotele.
4. Senſus igitur appellatur facultas organica, & diſſimilaris non à ſubiecto proprio, primario & adæquato: verum à ſuppoſito & inſtrumento quo exercetur & dirigitur illius munus.
5. Viſus non ineſt cuiuis animali, ſed duntaxat perfectiori: non enim ineſt oſtreis, zoophytis, limacibus. In limacibus quæ occurrunt duo itineris tentamenta & cornua, ad tangendum potius quam ad videndum referuntur.

Digitized by Google

Talpis videtur ineſſe organum videndi licet pellicula obtectum: an inſit virtus & facultas aſpiciendi controuerſia eſt. 6.

Veriſimilius forte vim ineſſe illis tenuem per quam ſentiatur lumen vt fugiatur, videreque poſſe talpam, ſaltem eo modo quo concluſis oculis percipimus ſplendorem & fulgorem, & eo quo lumen per pellem propagatur. 7.

Etenim cum in ſpecie & quouis animalis genere natura omnia venuſte faciat, nihil tamen ſua pro prudentia credenda eſt facere ſolius venuſtatis gratiâ.

Præterea crediderim talpas fulgore perſtringi & lædi. præter Ariſtotelem conſulatur Albertus, & Scaliger exerc. 344.

Poſſitne ineſſe viſus ſine auditu & olfactu quæritur infra. 8.

Præſtant viſu linces, aquilæ &c. quia perſpicaciores: homines quia iudicant plura. 9.

Dignitas, perfectio.

Dignitas viſus ex organo operoſo, & elaborato, ex obiecto intelligitur, ex multitudine rerũ quibus ad ſui conſeruationẽ indiget, ex naturali charitate oculi, & ex naturali ſtudio conſeruandi oculos, præ cæteris corporis humani partibus, ex modo operandi, ex interuallo ad quod extenditur.

Perfectio viſus poſita eſt in ipſius actione.

Virtus illius eſt perſpicacia, & acumen oculi vtrumque.

Ad perſpicaciam requiritur copia laudabilis humoris & ſpiritus, oculi legitima ſtructio, quantitas, figura idonea, conſtitutio quaſi in receſſu. Quæritur ſit ne viſus tactu certior.

Sane quæ vtroque ſenſu deprehenduntur (communia ſenſibilia) melius vtroque quam altero tantum percipiuntur.

Sed tamen fidelius tactu quam aſpectu videntur explorari, decet magis neceſſaria fideliora eſſe.

Proprium ad obiectum quod attinet viſus ſæpius decipi percipitur: ſed tunc tantum cum obiectum non eſt bene diſpoſitum.

Charitas.

Charitas oculorum nota vel ex Prouerbijs.

Viſus primo Metaphyſicæ dicitur ſenſuum chariſſimus. *Amor.*

Sed tum non habetur ratio niſi cognitionis & diſciplinæ, tactuſque ſpectandus eſt ſolus: non autem quatenus priuatio eius inducit etiam priuationem viſus & vitæ.

Auditus ſuppeditare videtur plurium rerum cognitionem quam aſpectus, *Obiect.* ſed per accidens tantum & per aliud, nã vt non proprie oculus legit, ſed mẽs per oculum: ita non proprie auditus quidquam præter ſonum comprehendit, ſed mens & memoria per auditum.

Vnitas, multiplicitas.

Vt candores, quamquam varietas eorum ingens, conueniuntque rebus ſpecie diſcrepantibus, vt lacti, ebori, marmori, caſeo &c. ſunt tamen omnes eiuſdem ſpeciei vltimæ & naturæ: ita viſum vnam eſſe ſpeciem eamque vltimam veriſimile quia fruſtra &c. 1.

Digitized by Google

2. Sane non eſt credibile tot eſſe ſpecies viſus quot ſunt vltimę ſpecies oculatarum animantium, ita vt e. g. aſpectus canis ſpecie differat ab aſpectu lupi &c.

3. Si conſtituuntur multę ſpecies viſus, nec tamen pro numero ſpecierum oculati animalis, difficile eſt præfinire numerum ſpecierum viſus.

4. Fatendum eſt oculum equi diſcrepare genere ab oculo piſcis quia oculorum anima eſt eadem cum anima totius animantis, ſed non propterea viſus diſtinguuntur ſpecie.

5. Si quę tamen oculi propria eſt forma, eaque partialis, veriſimile eſt eam ex varietate organorum æſtimandam.

6. Varietas oculorum non eſt ſatis idoneum argumentum ſpecificę & eſſentialis differentiæ ac diſtinctionis inter duos viſus, maxime cum inſideat aſpectus ſoli humori cryſtallino.

ARTICVLVS II.

Organum, medium, obiectum generatim.

Oculus.

Organum. Oculi ſignificatio nota in vite &c.

Notiſſima illa per quam vſurpatur pro inſtrumento viſus.

Oculus vnus ſola proportione oculus: vt mens, limacis tentamenta, oculi vitis.

Alter verus qui mollior, aut durior.

Mollioris ſtructura operoſior, accuratiorque acies.

Ex mollioribus ſeligitur humanus tanquam princeps.

Oculi humani.

1. Gemini { tum ad decorem oculi. / tum vt læſo vno vtamur altero. / tum vt cernamus acrius, certius. }

2. Primigeniæ & radicalis materiæ multum oculis ineſſe dicitur.

3. Venereis rebus facile lęduntur.

4. *Aqueæ* naturæ oculus ex lib. de ſenſu &c. ſi videlicet conſiderantur *humores*.

Terrenæ & ſpermaticæ dicitur naturæ .i. ſi tunicæ & nerui conſiderantur.

Igneæ tamen dicitur eſſe naturæ probl. 22. ſectionis 31. maxime propter ſpiritus.

5. Figura oculi rotunda propter conſeruationem, motum, vſum, de quo in opticis.

6. Colores oculorum varij, in humanis varietas maxime inconſtans, dicuntur dolere, pauere, ridere &c. .i. arguere dolorem, pauorem &c.

7. Partes in humano oculo ſpectantur varię .p. tunicę, humores, ſpiritus, nerui, muſculi.

Tunicæ quatuor præcipuæ conſtituuntur, *adnata, cornea, vuea, aranea.*

Adnata extima eſt pinguior, denſior, naſcitur ex membrana cranij, defendit oculum, muſculum continet &c. *cornea* lucida eſt, naſcitur ex dura matre.

Vuea nigra eſt & perforata, naſcitur ex pia matre &c.

Aranea naſcitur ex neruo optico, multis intertexta eſt venulis, poſteriori à parte reti ſimilis &c.

Alia quędam tunica inter tertiam & quartam conſtituitur à Veſalio.

Digitized by Google

Cærulea quædam conſtituitur à nonnullis intra araneam ipſam.

Humores in oculo tres conſtituuntur *albigineus, vitreus, cryſtallinus.* 8.

Albugineus albumini ouorum ſimilis, excrementitius, inter tunicas conſtitutus, &c.

Vitreus fuſo ſimilis vitro, cryſtallini alimentum, &c.

Cryſtallinus tenacior, ſolidior, cryſtallo ſimilis, ſitus in centro oculi.

Pupillam componit humor cryſtallinus cum ambiente tunica. 9.

Cryſtallinus creditur ſedes viſiuæ facultatis, ſed non paucis reclamantibus. 10.

Ex neruis duo pro oculorum numero inſeruiunt viſioni faciendæ. 11.

Nominantur propriè optici viſualeſue nerui.

Sunt caui licet ferè inſenſibiliter.

Non decuſſantur inſtar X Sed in medio cõiunguntur tanquã obuerſa duo.)(

Nerui reliqui inſeruiunt motionibus procurandis, vt & muſculus. 12.

Spiritus ex cerebro per neruos opticos eorumue alueolos deferuntur ad viſionem faciendam: hi igneę puriſſimęque naturæ, atque inde dicitur oriri ſplendor, qui conſpicitur dum perfricantur oculi. 13.

Pręſidia oculi pręcipua ſunt multa: Seceſſus ipſe vbi ſitus eſt oculus, cilia, ſupercilia, palpebræ. 14.

Iridem in oculo faciunt multi circuli & orbiculi ſibi cohærentes, qui circa pupillam: in orbiculis excentricitas: de qua in opticis. 15. 16.

Medium.

Medio duplici indiget aſpectus, externo, coniuncto.

Internum pro munimento eſt, & ſpecies ocularium more acuere deprehenditur.

Vtrumque diaphanum eſt non opacum, niſi forte ſecundum quid.

Medium debet eſſe non magnopere illuſtratum, ſi accurate volumus perſpicere.

Palpebrę ſunt corpus ſecundum quid diaphanum.

Medium ſi inficitur colore, vt vitrum & oculus. ipſe facit hallucinationem.

Splendor externus cernitur per palpebram, quia tranſmittit lumen.

Obectiones.

Si conclusus oculus affricetur, ſolet aliquis ſplendor apparere.

Ille vel eſt intra oculum, vel extra.

Si intra, futurum eſt vt ſenſibile ſupra ſenſum conſtitutum ſentiatur, aut ſaltem vt non ſit opus duplici medio: ſin verò extra, iam per opacum aliquid cernitur.

Sunt qui reſpõdent ſplendorem illum eſſe intra, requiruntque medium duplex vt cernantur quę ſunt extra, non vt cernatur ſplendor ipſe oculi: ſunt qui exiſtimant excitari extra, quorum iudicio palpebra eſt ſecundum quid pellucida.

Verum vt palpebra ſit pellucida, ſane non niſi parum eſt.

Cur ergò ſplendor apparet dum confricatur oculus tuus, non apparet mihi, &c.

Videntium genera.

Vident quędam noctu, quædam interdiu, quędam vtroque modo.

Animalium quæ citra operam adhibitæ lucis alienæ, ea noctu vident.

Quę perſpicaciſſimis hominibus non ſunt conſpicua genera ſunt duo.

Nam { quędam ſunt nocturnæ animantes: vt bubones, &c. quæ ſic vident noctu, vt vix interdiu.
quædam & interdiu & noctu vident: vt lupi. }

Nocturnarum auium cerebrum ſicciſſimum quo ſint aptiores oculi ad illuſtrandas tenebras Scaligero exerc. 348.

Quam ob cauſam quę interdiu & noctu vident, mediam quandam temperationem videntur poſtulare. Nocturnam viſionem iuuat nocturnum lumen quamuis exiguum.

In his hominibus in quibus ad exigui temporis v'uram aliquis affectus oculorum inuenitur noctu talis qualis ineſt lupis, &c. videtur cogitanda ſimilis quædam cerebri temperies, ſed non diuturna. p. profecta ab ebrietate, vel aliunde.

De viſibili.

Obiectum generatim, &c.

1. Appollinaris negat poſſe aſſignari obiectum quod adæquetur viſui; ſed verborum potius quam rerum rationem habet.

Pythagoricis viſibile nihil præter *ſuperficiem.*

2. Sed ſuperficiei nomine videntur complecti tum ſuperficiem & extremitatem corporis: tum quod in ea ſuperficie.

3. Lumen pro materia adæquata nonnulli proferunt: ſed non loquuntur niſi de proprio obiecto, colori que luminis naturam tribuunt, vt & affectioni viſibili ſquammatum & ſimilium rerum.

4. Sic ſentiendum eſt verſari viſum circa viſibile ſeu aſpectabile tanquam circa materiam adęquatam.

Quod color libro de coloribus, &c. videtur aſſignari tanquam materia & obiectum viſus, id de propria materia non de communi, de pręcipua non de tota propria accipiendum: niſi coloris nomen capiatur generatim, vt complectatur etiam lumen.

Color inquis non eſt præcipuum viſibile.

D. { præcipuum ſimpliciter C. quia lumen pręſtat.
ſecundum quid tantum N. n. quatenus ſpecies plurimas complectitur. }

5. Viſibilitatis vero ratio duplex videtur ſtatuenda.

n. { vna tanquam *conditio* rei viſibilis.
altera tanquam *forma* rei viſibilis, reſue viſibilis. }

Ex quibus hæc pertinet & ad lumen, & ad cætera quæ conſpiciũtur: illa non niſi à ſolo lumine pendet. ſine lumine namque nihil conſpicitur.

Occupatio. Nam quæ dicuntur ab Ariſtotele in tenebris videri, ea non conſpiciuntur ſine lumine, ſed ſine diurno, aut alieno lumine.

6. Viſibilitatis prior ratio videtur eſſe vna ſpecie vltima, vt & lumen: poſterior nõ niſi proportione vna eſt: quia pertinet ad diuerſas categorias: re ipſa idem eſt cum viſibili accidente. p. colore, lumine, generante, &c.

Viſibilium { quædam propria quę deprehenduntur tantum aſpectu. 7.
quędā ſunt ſenſibile *commune*: vt magnitudo, numerus, motus, 8.

Ariſtoteli tex. *60.61*. duplex eſt genus aſpectabilis.

n. { vnum quod in luce cernitur, vocatur color.
alterum quod in tenebris conſpicitur, neque continetur vno nomine huius generis.

Sunt ſquamma, fungus &c. aut affectio viſibilis propria ſquammarum & ſimilium rerum.

Sed tertium genus videtur addi. 7. ſiquidem ignis & quę ſimilia ſunt conſpiciuntur interdiu & noctu, in luce, & in tenebris. 9.

Secundum quam partitionem lumen non tam viſibile videtur, quam cuiuſdam rei viſibilis ratio, & viſibilitas ex tex. *67*. niſi dicatur viſibile, quatenus obtinet rationem coloris. tex. *68.69*.

Vt autem aliquo modo emergamus conducibile eſt retinere ac perſequi priorem diuiſionem, niſi malumus aliter diuidere, tertiamque hanc ſtatuere diuiſionem. 10.

Viſibile eſt aut lumen ipſum, aut non, tumque vel ſenſibile commune: vel proprium, vt candor, &c.

De ſquammis & ſimilibus rebus.

Squammę, ligna carioſa, ſincedulæ, & quæcumque ſunt affinia obtinent aliquam vim producendi lucem, cuius opera fiat, vt opticę imagines excitentur in vicino corpore diaphano p. in aere, in aqua, &c. Ea vis interdiu impeditur à maiori luce.

Quæ fax noctu cernitur ex duobus milliaribus, interdiu conſpici illinc nequit propter nimiam diſtantiam, &c. licet ex decem paſſibus conſpicua ſit.

Quę vis in ligno carioſo, interdiu ex nullo interuallo conſpicitur, quia propter tenuitatem ſemper interdiu impeditur & in luce.

Carbunculi, adamantes & conſimilia videntur mediæ cuiuſdam naturæ & cōditionis, lucent noctu & aliquo modo interdiu.

ARTICVLVS III.

¶ De Lumine. ¶ *De luce.*

Nomenclatura.

Huius rei nomina varia: ſed præcipua *lux*, *lumen*. ¶

Hæc { partim promiſcue vſurpantur.
partim propriè & diſtinctè, ſed variè.

Nonnulli { *lux* eſt opaci corporis: vt ſolis, lunæ, &c.
lumen diaphani, vt aëris. ☉

Digitized by Google

Exer. 62. At { *lux* Scalig. eſt ipſa vis lucidi corporis. p. ſolis.
lumen quaſi lucimen eſt, effectuſque corporis lucentis in illuſtrato corpore affiniter. }

Radius dicitur lumen, quia fertur velut linea à centro circuli.
Splendor, quatenus ex corpore ſolido reflectitur.
Iubar eſt plenum, magnumque lumen, emphaſis luminis.
Fulgor eſt lumen, quatenus à luminoſo corpore, quatenus quaſi ſtrictim diffunditur.

Lucere { quibuſdam eiaculari lumen.
non paucis eſſe prędítum luce. }

Sanè aliud dealbare, aliud albere.

Lucendi { prior ſignificatus dealbationi ſimilis, & ſignificat actionem.
poſterior τῷ albere, & ſignificat formalem actum. }

Exiſtentia, cauſæ, generatio.

Exiſtētia. Eſſe lumen tam conſtar, quam difficile eſt explicare *quid ſit.*
Finis. Lumen inſtitutum propter illuminationem, aſpectum, colorem, &c.
Subiectū. Materia luminis corpus lucidum & luminoſum, cuiuſcumque tandem ſit generis: vt ſol, ſtella, aer, aqua.

E noſtratibus *pellucida* corpora per omnes partes admittunt lumen.

Opaca { vel non admittunt lumen.
vel admittunt tantum ſecundum ſuperficiem. }

Sed non quicquid diaphanum, vt vitrum, id planè diaphanum.

Efficiens cauſa. Fit in quibuſdam à forma propria lumen, aut ab opifice formę: vt in igni, ſole, &c. In quibuſdam ab aliena luce, alieno lumine: vt in aere, vitro.

Lumen { non educitur è nihilo.
non fluit à corpore in corpus. Sed educitur è materiæ poteſtate, vt & cęterę affectiones. }

Geneſis. Gignitur momento temporis, vt patet.
Sed tamen paulatim *intendi* & *extendi* poteſt, per ſucceſſiuam amplificationem cauſæ, aut acceſſionem.

Categoria & Genus.

1. Lumen eſſe in prędicamento aliqui negant. n. qui res cœleſtes à categoria excludunt.

2. Quibuſdam lumen eſt forma quædam ſubſtantialis, refelluntur quia quod vni eſt ſubſtantia, nulli eſt accidens, &c. illuſtrare non eſt generare.

3. Quibuſdam eſt ſubſtantia, ſed ſpiritalis (quia penetrat corpus) refelluntur quia ſentitur lumen.

4. Nonnullis veterum eſt ſubſtantia quædam corporea [ideoque interdiu denſior quā noctu aer, *ſonuſque* difficilior apprehenſu.] Refelluntur quia non datur penetratio, non vacuum &c. corpus neque in nihilum abit, reſoluitur,

tur,neque perimitur formarum more.

Quibuſdam lumen eſt præſentia luminoſi corporis ineptè inutiliter. 5

Veriſimilius eſt lumen eſſe qualitatem; etenim per ſe eſt quid ſenſibile & propriè. 6

Lumen habitus,tenebræ priuatio.

Obiectiuncula.

Ex Probl. 33. ſect. 11. de rebus auſcultatorijs, interdiu aer quã noctu *denſior*, craſſior,ſpiſſior,propterea quod ſolis radij ſint *corpora*; ideoque interdiũ difficilius eſt audire quàm noctu.

Reſp.
1. eſſe quaſi corpora non corpora.
2. in problematis Ariſtotelẽ proferre non modo ſuas, verumetiam alienas rationes & coniecturas.
3. probl. Ariſtotelicis multa eſſe aſſuta aut interſita aliena: vt viri graues arbitrantur.

Lumen quemadmodum & vmbra mouetur ab Oriente in Occidentem. Reſp. neque lumen moueri,neque vmbram. Quando lumen videtur propius accedere, ſine ſubiecti motione non accedit vetus, ſed procreatur nouum lumen. 2

Lumen eſt quantum. Reſp. eſſe per materiam, &c. 3

In aere non miſcentur lumina, quæ prodeunt à lucernis pluribus. Neganda propoſitio. 4

Reflexio corporum eſt propria: reflectitur lumen: ergo. D. ſi reflexionis nomine intelligatur quidam localis motus C. ſecus N. 5

Lumen non modo videtur eſſe corpus,verumetiam certæ cuiuſdam figurę appetens. Radius enim per foramen angulare tranſiens, videtur facere circulare lumen ex Vitellione lib. 2.

Sed reſpondendum eſt neque ſemper facere, neque ſi faciat propterea eſſe corpus. Sed hęc alterius loci.

Cuiuſmodi qualitas?

Quibuſdam lumen eſt color,quatenus apparens: refelluntur quia non omnia luminoſa colorata.

Quibuſdam lumen qualitas incorporea,refelluntur quia ſentitur, &c.

Scoto & alijs *lux* qualitas ſenſibilis,lumen non lux propagata,ſed ſpecies,imagoue lucis,cuius opera lux in ſenſum incurrat.

Veriſimilius ſentiunt qui lucem aut lumen faciunt *qualitatem* corpoream, ſenſibilem ſeu patibilem,ideoque tertiæ ſpeciei: Quę tamẽ quatenus eſt principium *realiter* agendi pertinere poteſt ad ſecundũ qualitatis genus, quatenus firma aut infirma nuncupari poteſt *habitus*,diſpoſitio.

Quid diaphanum, &c?

Omne corpus eſt *opacum*, aut diaphanes, ſiue pellucidum,tranſlucidum, perſpicuum,tranſlucens, tranſparens; idque vel ſecundum quid,vel ſimpliciter.

Diaphanes omnino aliquid,vel ſecundum quid.

Diaphanes vel tranſmittit tantum lumen, vel etiam ſpeciem & imaginem coloris.

Opacum id per quod videri nihil poteſt, quod non eſt viſibile niſi ſecundum ſuperficiem: vt ferrum, marmor.

Pellucidum contra id per quod aliud videri poteſt: quodque ſi videtur ſecundũ omnes ſuas partes ac dimenſiones videri poteſt, vt aer, aqua, vitrum, &c.

Diaphanum ſecundum quid tantum quod poteſt aliquo modo viſum terminare, & impedire quo minus vlterius excurrat: vt vitrum coloratum, aut ſimpliciter diaphanum.

Quod per ſe luminis expers, vt aer, aqua: aut natura ſua luminoſum, vt ignis elementaris.

Noſter ignis ſecundum quid opacus, idque variè pro materiæ varietate.

Diaphanes tex. 68. quod non eſt per ſe viſibile, ſed per colorem alienum. Quo nomine ſignificari videtur lumen alienum: ſiue à re alia impreſſum.

Quid lumen?

Subiectum huius qualitatis duplex conſtitui poteſt.

Vnum vnde propriè appelletur lux, vt ſol.

Alterum vnde propriè lumen, vt aer, luna.

Vtrumque { vel non illuſtratur niſi ſuperficie tenus, & eſt opacum.
vel ſecundũ omnes partes illuſtrari ſolet, & eſt perſpicuũ corpus. }

Per hoc poſterius tantum definitur lumen cap. 7. quando dicitur *actus* diaphani quatenus diaphanum eſt.

Lux tamen ſolis, lunæ & aliarum rerum opacarum non videtur excludenda à definitione, quia non eſt quidem re ipſa energia corporis diaphani, ſed eſſe poteſt, eiuſmodi eſt vt ſi inſit corpori poteſtate tranſparenti, effectura ſit illud actu tranſparens.

Lumen eſt qualitas ſolo perceptibilis viſu, per quem quod poteſtate diaphanum eſt, poteſt effici diaphanum actu, cuiuſque opera cætera omnia videntur, &c.

Attributa luminis.

1 Lumen & cæleſtium, & elementarium rerum.
2 Fruſtra diducitur in plures ſpecies.
3 Si ſpecies habet vix internoſcuntur.
4 Lumen almum eſt, blanditur, allubeſcit.
5 Si tamen nimium & repentinum oculos lædit.
6 Cernitur in opaco, in perſpicuo.
7 Non eſt albedo, non color, non corpus, &c.
8 Quo validius eò magis penetrat, quæ ſecundum quid opaca.
9 Non eſt ſpecies intenſionalis.
10 Procreatur momento, intenditur, remittitur, fertur rectâ & ad latus, refrangitur, &c.
11 Eſt caloris cauſa maximéque per reflexionem, refractionem.
12 Difficilius penetrat quàm ſonus, ſoniue ſpecies.
13 Lumen à lumine non patitur, impeditur tamen.
14 Lumen non cernitur ſine ſpecie & imagine ſui intenſionali: quia melius cernimus in obſcuriori loco.
15

Memoria imagine luminis eget, non lumine.

Species luminis præſertim longius diſtantis ita temperari poteſt, vt coloris ſpeciem prę ſe ferat dum denſantur radij. Atque hæc fortaſſe cauſa cur cæruleum videatur cœlum cum reflectitur lumen per ſæpe ſpeciem coloris exhibet &c.

ARTICVLVS IV.

De Coloribus.

Nomen, doctrina.

De colore.

Color & per metaphoram dicitur: vt color Rhetoricus, color Muſicus.

Et proprie, tumque interdum quæuis qualitas ſolo ſenſibilis viſu. Interdum qualitas proprie aſpectabilis, ſed non niſi alia à luce, lumine, luciditate.

Spectatur { vel ſecundum eſſentiam ſuam color.
vel quatenus viſibilis, aſpectabilis. }

Refertur maxime ad ſubiectum, & ad viſum cui obiicitur. De nominibus colorum ſingulorum infra &c.

Exiſtentia.

In luce interdiu dum lucet citra controuerſiam eſt coloris aliquid, vt candor eboris. *Color dum lucet.*

An vero etiam in tenebris & intra opaca corpora ſint colores vlli controuerſia eſt. Quæ experientiæ ſolius ideo dirimi nequit opera: quod color ſine lumine numquam eſt conſpicuus. *An in tenebris.*

Sunt qui negant colorem eſſe ſine lumine. *Sẽtẽtia prior.*

Quidamque eorum quoniam putant colorem non eſſe niſi lumen ipſum certo quodam temperatum modo.

Alij quia exiſtimant colorem eſſe, non lumen quidem, ſed qualitatem, quæ à luce procreetur. De qua re infra.

Forte veriſſimilius eſt duo eſſe colorum genera. *Poſterior.*

Vt { alij non ſint ſine lumine, aut luce. p. quando paries pingitur colore vitri per quod feruntur radij ſolares.
alij etiam ſublato lumine remaneant: velut color panni, marmoris, eboris, &c. }

Omnino veriſſimilius dari colorem, qui ſit aliud à lumine & citra lumen. Nam niſi ita eſt; Quæro quid in pannum tinctorum arte inducatur, non enim qualitas prima &c.

Quid in fructu natura mutet quando colorem mutare dicitur. Dixerit aliquis immitti opportunitatem quandam & diſpoſitionem per quam res ſtatim atque exponitur luci certum quendam referat colorem.

Sed quæritur quid ſit illa opportunitas, potentia, dipoſitio. Si foret qualitas prima. p. calor, frigus &c. vel temperamentum, per mutationem quamuis temperamenti mutaretur coloris ratio.

Digitized by Google

Cauſæ, origo, diſtinctio.

Finis. Colores inſtituti à natura, vt tum *ſubiectum*, tum *oculum* afficiant.

Diſtinctio. Ex coloribus { alij verè ſunt colores, ſiue ſint tales qualeſ videntur, ſiue non.
alij ſpecie duntaxat aut apparentia ſunt colores. }

Subiectum Reperiuntur hi in omni genere corporum: illi non niſi vbi opacitas quædam cum certa quadam primarum qualitatum temperatione.

Nunc cum perſpicuitate, nunc ſine illa. Idque ita vt neque omnia perfectè mixta ſint perfectè colorata, vt cryſtallus. Neque omnia imperfectè mixta ſint veri expertia coloris.

Origo veri. De origine veri coloris diſſenſio eſt.

Prima. Empedocli vnumquodque elementum per ſe coloratum eſt.

2. Democrito atomi colorum cauſæ.

3. Scaligero exer. 325. numer. 5. color à luce & propria elementorum qualitate pendet.

4. Veriſſimile tum à qualitatibus primis eum prodire, tum ab opacitate & perſpicuitate.

Diſtinctio. Apparentium & fallentium colorum videntur genera duo.

Quia { quidam ſunt reuera colores propriè dicti, ſed non quales apparent: vt panni puniceus color dum inſpicitur noctu.
alij non ſunt veri colores: vt Cœli cæruleus color. }

Origo apparentium. Apparentium autem colorum cauſæ proferuntur variæ e. g. permixtio colorũ, puluerum & ſuccorum coloratorum.

Collocatio coloris vnius ſupra alterum.

Color medij. p. crocei, vitri.

Color oculi. p. quando croceo humore eſt imbutus.

Color rei eius quæ terminat aſpectum.

Lucis refractio, reflexio.

Confuſio viſibilium imaginum in ſpeculum: vt quando fit iris.

Diſtantia rei aſpectabilis. p. Cœli.

Stipatio radiorum viſualium.

Permixtio lucis & tenebrarum, opaci & diaphani. p. flammæ, & fumi.

Tranſitus luminoſi radij per diaphanum coloratum: vt quando per feneſtras vitreas radij ſolares tranſmittuntur ad parietem. Quæritur quid ſit color, qui tranſitu illo vel conſimili generatur aut videtur generari.

Sententia prima. Sunt qui velint lumen affici à colorato medio quod peruadit, affectumque procreare colorem verum quidem, ſed non durabilem.

2. Alij ſpeciebus opticis quæ vna cum lumine à vitro medioue alio colorato propagantur tribuunt vim efficiendi colorem: maximè quia in pratis facies videtur pingi viriditate.

3. Veriſſimile eſt in vtroque genere experimenti rem habere eô ferè modo quô in iride habet. Etenim vultus, paries, mappa & ſimilia videntur obtinere rationem rudioris ſpeculi; quod. n. imagines reflectat ſed non niſi confuſas & citra diſtantiæ figuræque diſtinctionem. Quæritur ſitne color in ſola ſuperficie.

Sunt qui colorem in ſola ſuperficie ponunt, maxime quando corpus eſt opacum & expers perſpicuitatis, medio in vitro colorato ſi quid collocetur quod ſit alterius coloris, id ſane conſpicietur. *Prior ſententia.*

Sed res poteſt eſſe colorata & *intra* & *extra* ex lib. de ſenſu; quoque iure ponitur in tenebris color ſuperficiarius, eodem cogitandus eſt color intra opacum corpus .p. intra aurum, argentum, marmor. *Poſterior ſententia.*

Quando ſubiectum coloris dicitur eſſe ſuperficies ſic ſentiendum eſt.

.n. eſſe { non ſolum, aut ſolam.
ſed præcipuum ſubiectum.

Præcipuum autem non ſimpliciter & omnino; verum quatenus color ſemper eſt viſibilis in ſuperficie non ſemper intra &c.

Ex quo rerum genere color.

Pythagoricis color erat ſuperficies; ſed ſubiectiue & improprie eſt.

Fere color ſine controuerſia eſt qualitas quædam.

Præterea conſtat antequam res illuſtrentur lumine certam quandam affectionẽ reperiri illic, vnde pendeat color ſaltem in ortu ſui.

Reſtant tamen variæ ſententiæ de colorum genere & natura, vt ſupra ſignificauimus.

Sententia prima.

Antequam luceat in re quæ vocatur colorata .p. in marmore, niue, ſmaragdo, ebeno &c. inuenitur diſpoſitio ad colorem primo luminis aduentu ſuſcipiẽdum, quæ quaſi color materialis.

Color formaliter eſt ipſum lumen, certo quodam temperatum modo. Ideo rebus nox abſtulit atra colorem.

Sententia ſecunda.

Color non eſt formaliter ipſum lumen, licet effectiue.

Sed eſt qualitas quædam quæ.

.n. { primò à luce procreatur.
2. ſublata luce tollitur.
3. varia eſt pro vario luminis reique illuminatæ modo & affectione.

Sententia tertia & maxime probabilis.

Color qui proprie veréque color: vt qui in gipſo, auro, ferro &c.

Eſt qualitas quædam patibilis tertijue generis.

Tum à lumine luceue alia.

Tum à lumine neutiquam procreata.

Quæque in tenebris manet licet ſine lumine videri nequeat.

Sententia hęc ſuperioribus veri ſimilior.

Primò quia ex tex. 73. color eſt quid motiuum diaphani in actu, tex. 68. color non videtur ſine lumine.

2. quia lumini nihil contrarium, candori contrarius atror.

3. quia verus color à fictitio diſtinguendus videtur.

4. quia color creditur paulatim procreari, lumen momento temporis.

5. quia nigror eſt valde aſpectabilis, & tamen tenebrarum potius quam luci præ ſe fert ſpeciem.

6. quia ſuperficies non videtur eſſe ſine lumine, & tamen non eſt lumen, & ſine lumine eſt cum deprehendatur tactu &c.

Monitum.

Quibus color eſt lumen, & quibus qualitas illuſtratione procreata, illi vt ſe explicent ex ſuperioribus argumentis, illa interpretantur de colore *materiali*, ſiue de diſpoſitione neceſſaria ad colorem procreandum aut referendũ per occurſum luminis, quæ maxime conſiſtit in temperamento, opacitate, perſpicuitate.

Obiectiones.

1. In libro de coloribus color videtur potiſſimum luce definiri.

R. { primò hoc ipſo argumento nonnullis vti, vt doceant libellum illum non eſſe Ariſtotelicum. / deinde ſermonem haberi illic non modo de veris, verum etiam de apparentibus coloribus. }

2. Lumen efficit colorẽ actu vt videmur colligere ex tertio de animo c. 5.

D. { actu viſibilem & affectiuum oculi C. / actu colorem N. }

3. Variantur colores pro varia luminis admiſſione, idque fere in omnibus rebus, ſi ſmaragdus excipiatur. D. apparentes C. veri N.

4. Dum ſol patitur eclipſin omnia pallent: Ergo etiam qui creduntur veri colores à lumine pendent.

Reſp. coniungi cum veris apparentes, coloremque etiam verum pendere à lumine, ratione apparentiæ & actionis, per quam producit opticas imagines.

5. Polypus piſcis ex 9. de hiſtoria & chamæleon videtur fere quoſuis colores exhibere. Reſp. id fieri quia ſunt animalia tranſparentia, admittunt imagines, & reflectunt.

6. Obiectum viſus debet eſſe vnum. D. ſpecie N. genere vel analogia C.

7. Colores etiam qui veri oriuntur ex varia lucis & opaci permixtione

D. { ſi lucis nomine intelligatur affectio quædam ignea luxue virtualis quæ etiam in mixtis reperitur, vt & ignis C. / ſi lux proprie N. }

8. Cyathus vitreus nõ omnino plenus rubeo vino videtur in fundo albicans: at quando omnino plenus non ita videtur albus, non alia ſane de cauſa quam quia plenus non tam facile & bene admittit lumen: Ergo color à luce pẽdet. D. vt appareat C. vt ſit vere N.

9. Vinum vere coloratũ: Ergo non apparenter. R. in rẽ vnam & eandem admitti tum colorem verum, tum apparentem, qui a luce pendeat, variari coloris apparentiam pro modo luminis.

Quid tandem color?

1. Scaligero color eſt qualitas in toto corpore ſubiecto [nõ in ſola ſuperficie] ſua ſpecie [imagineue] quę educitur à luce [aut non ſine luce] pingens aerem ad viſionem faciendam.

Digitized by Google

Qualitas ex elementorum qualitate & luce conflata quatenus eſt lux, non quatenus color virtualis. Sed hac deſcriptione ſolus color illuſtratus videtur definiri. 2.

In Timæo color eſt *flamma* quædam quæ emanat ſingulis à corporibus, & & partes habet viſui ad ſentiendum accommodatas.n.quia color Platoni eſt lumen. 3.

Libro de ſenſu cap.3. color dicitur *terminus* perſpicuitatis & apparentiæ in corpore definito, terminato. 4.

Text.67.definiebatur motiuum perſpicui in actu.i. qualitas patibilis,quæ per ſui ſpeciem imaginemue poteſt immutare diaphanum illuſtratum. 5.

Odor mouet quidem diaphanum corpus: verum vt moueat non requirit,nec ſupponit illuſtrationem: color contra requirit ſaltem mediocrem: hinc contexitur hæc definitio vt color ſit *epiphania corporis terminati,motiua diaphani*.&c. 6.

Quæ colorum genera?

Species colorum plurimæ non tamen innumerabiles ex lib. de ſenſu innumerables lib.de Coloribus. Sed nonnulli eo vtuntur argumento, vt doceant Ariſtotelem non eſſe auctorem eius libri. 1.

Specierum vnaquæque poſitiua eſt, quo ſenſu nigror ſit priuatio cãdoris, ſæpius declaratum. 2.

Saturitas & dilutio, ſiue intenſio & remiſſio coloris non parit varietatem ſpeciei & definitionis. 3.

Varietas lucis, oculi, medij & diſtantiæ non variat naturam coloris, ſed duntaxat actionem: facit vt color vnus atque idem aliter atque aliter afficiat, ſed non vt ſit alius atque alius color. 4.

Diuiſiones variæ.

Colores { aut ſunt reuera colores. / aut duntaxat per repræſentationem. } 1.

Color { *materialis* idem atque opportunitas in materia ad colorem referendum occurſu luminis. / *formalis* aut proprie dictus, id quod reſpõdet illi opportunitati.n.apud eos qui in tenebris negant colorem eſſe. } 2.

Color { impropties idem atque lumen viſibile. / proprius, qui vel verus, vt color eboris; vel non verus, qualis tribuitur Soli, Mercurio. } 3.

Color { cœleſtium rerum, vt Veneris, Mercurii. / inferiorum { vel ſimplicium, vt elementorum. / vel compoſitarum, vt marmoris. } } 4.

Elementa noſtratia quæ puriora omnia videntur alba.

Nempe { tria quidem, quia luminoſa. / terra verò, quia eſt opaca, cineresque conſpiciuntur albi. }

Digitized by Google

5. Quando elementum vnum cum altero miſcetur videtur naſci nigredo. Conſulenda doctrina de elementis.

Colores medij vel extremi.

6. Colores nobiliores ſeptem qui fere digeruntur in hunc modum: *albus*, *flauus* *ruber*, *purpureus*, *viridis*, *cæruleus*, *niger*.

Sed in medio & quarta ſede conſtituitur.

n. { rubor à nonnullis.
{ viror ab Ariſtotele in problematis.

Ad hos ſeptem reuocantur cęteri.

Partitionis conſtituendæ rationem licet expiſcari ex permixtione puluerum, aut ſuccorum, qui diuerſi ſint coloris.

Ad *album* colorem referuntur niueus, aqueus, vitreus, marmoreus, pa[illegible]eratus, eburneus, candens, argenteus, gypſatus, cęruſſatus, &c.

Ad *flauum* melinus, palearis, luteus, pallidus, galbaneus, buxeus, citrinus, croceus, aureus, rufus, fuluus, hiſpanus, corneus, muſtellinus, mutinenſis, rubiginoſus, ferrugineus, pullus, rannarus, roannus, Regius, leonatus, cereus, &c.

Ad *rubrum* rutilus, rubicundus, rufus, ſanguineus, roſeus, giluus, ſpadix, igneus, flammeus, puniceus, vinoſus, &c.

Ad purpureum dibaphus, heluicus, &c.

Ad cęruleum plumbeus, cinereus, glaucus, cæſius, glaſtinus, indicus; venetus, perſeus, turcicus, blauus, &c.

Viridis fit ex flauo & nigro.

Ad viridem feſtucinus, herbaceus, porraceũs, praſinus, ærugo, &c.

Niger colorum validiſſimus, huc referuntur, ater, fuſcus, piceus, mulinus, &c.

Vnde colorum nomina?

A *cælo*, vt cæſius, cæleſtis.

Ex Scali. Ab *elementis*, vt aqueus, aereus.

A quaſi elementis, vt niueus, thalaſſius, ſiue marinus.

A *metallis*, vt plumbeus, argenteus, &c.

A *lapidibus* & gemmis, vt ſapphitinus.

A *terris*, differentijs lapidum varijs.

A *plantis*, plantarum partibus, & excrementis, à quaſi plantis.

Ab animalibus, animalium partibus.

Alijſque ab animalibus. p. caſeo, melle, cera.

A cauſis ab effectis. &c.

Componiturne color ex coloribus alijs?

Color extremus qui candor, aut nigror fieri poteſt

Tum ex medio medijſue coloribus.

Tum ex altero extremo.

Verum { tanquam ex termino vnde & excluſiue.
{ non tanquam ex partibus & in compoſito ſenſu.

Album fit ex viridi, &c. ex nigro: ſed non componitur albedo ex virore: ſi componitur

Digitized by Google

poneretur inde foret medius color. Medius qui dicitur color, vt rubor, viror aut efficitur ſola mixtione plurium puluerum, ſuccorumque diuerſi generis & coloris, vt effici ſolet à pictoribus: aut non, vt color pomi.

Priori modo qui apparet poſt mixtionem color: is naſcitur componiturque ex alijs, ita nihilominus vt non quiuis medius effici poſſit ex atrore & albedine.

Poſteriori veriſſimile eſt colorem vnum ex aliis non componi, itaque extremi colores non actu & formaliter, ſed virtute tantum inſunt in medijs poſterioris generis.

Mixtionem facit partim ars, partim natura.

Conſulendus liber de coloribus cum commentarijs Simonis Portij.

Sæpe non recenter gignitur color, ſed transfertur vnà cum ſuo vehiculo, idque fere aquę opera.

Hæc ſe inſinuat in poros & meatus rei tingendę, vehitque ſecum vehiculum coloris, ipſa deinde abit & faceſſit in vaporem, retinetur color vnâ cum proprio vehiculo.

Sæpe fit recenter color per concoctionem & maturationem fructuum.

ARTICVLVS V.

De modo viſionis, opticiſque ſpeciebus.

Quomodo viſio fiat?

Sententia prima.

Aer qui pupillam contingit verberatus expellitur ad obiectum, eaque impulſione aeris viſio fit, ſi quibuſdam creditur.

Refelluntur primò quia quando retrogradimur, quando quieſcimus, & reflat ventus, non pellitur à pupilla aer verſus obiectum.

2. quia conſpicitur aquæ fundus, Sol, Luna, quod vltra vitrum, &c.

Sententia ſecunda.

Optici fingebant ab oculo ad rem aſpectabilem emitti radium ſeu extendi vim quādam cuius operâ res apprehendatur, conſpiciatur.

Radius autem ille ab oculo emiſſus dupliciter cogitatur.

1. vel tanquam ſpiritus quidam tenuiſſimus, ſpirituoſa linea effluens ab oculo

Vel tanquam qualitas continuata propagatione delata ab oculo ad rem obiectam.

Refelluntur primò quia ſubſtantia non poteſt ferri momento temporis.

Spiritus ille qui in oculo & in nobis ſufficere nequit ad conficiendum radium, qui hinc excurrat ad Solem vſque.

Subſtantia non poteſt penetrare vitrum, cœlum, &c.

Non magis inanitur oculus dū remota proſpicit, quam dum proxima.

2. quia oculus afficitur colore: ſentire eſt pati.

3. quia { vel viſio fit in re obiecta, non in oculo.
vel regreditur radius à ſpectaculo ad oculum.

Porro abſurdum eſt τὸ ſentire non fieri in ſenſu: ſatius eſt radium vnum quam duos ponere, recurſus in natura rerum non fit ad centrum actiuitatis niſi obicem.

Sententia tertia.

Sunt qui neque admiſſionem, neque emiſſionem in aſpiciendo probant: ſed organo, medio & obiecto bene alioquin diſpoſitis viſionem fieri credunt.

Refellimur primò quia viſio non videtur ſimplex emanatio.

2. quia deprehendimus oculum colore affici.

3. quia niſi mittitur aliquid non videtur opus medio vllo, neque occurrit cauſa cur per opaca perque inanitatem ſi detur non cernamus, quemadmodum cernimus per tranſparentia.

4. quia ſenſus interiores imagine egent, proindeque & exteriores.

Sententia quarta.

Veriſſimilius eſt viſionem fieri per emiſſionem alicuius rei à ſpectaculo in oculum.

Non emittitur autem illud ipſum quod eſt in re viſibili. p. color pomi, figuraque eius.

Neque enim effluunt è ſubiectis accidentia citra vehiculum, & ſubſtantiam.

Neque res quod cernatur, ideo eſt minus colorata, &c.

Itaque noua quædam affectio procreatur, nouum accidens.

Ea autem eſt vel eiuſdem naturæ & definitionis cum re quæ cernitur, vel diuerſæ, ita tamen vt habeat vim repręſentandi obiectum, &c.

Non eſt vero prioris modi quia non emittit color colorem, non procreat magnitudo magnitudinem, diſtantia diſtantiam: neque oculus, neque res vlla alia ſimul admittit candorem & atrorem in ſupremo gradu.

Reliquum eſt igitur vt tantum obtineat vim repręſentandi citra terminationē ſit formale ſignum. i. ſit ſpecies, imago, ſimulacrum, imaginaculum.

Exiſtentia ſpecierum viſibilium, & conditio.

Specierum viſibilium & ſententiæ ſuperioris confirmatio petenda eſt

Partim ex refutatione aliarum opinionum.

Partim ex generali ſermone de ſpeciebus intenſionalibus.

Partim ex ſermone de interiori ſenſu.

Partim ex poſſibilitate præcipuarum & ſingularum conditionum, quæ dicuntur reperiri in ſpecie viſibili.

Obiectiones.

1. Si datur tale aliquid cur non videtur? Reſpondeo quia debuit obtinere conditionem ſigni formalis.

2. Cur non videmus quę ſunt à tergo, &c? Reſp. quia ſpecies optica non agit ad latus, vt neque pone, ſiue verſus centrum actiuitatis niſi per reflexionem.

3. Cur non tranſuerſis ventis transferuntur imagines? Reſp. quia ſtatim atque tollitur rectæ lineæ ratio pereunt, aut certe perit earum modus ad viſionē faciendam neceſſarius.

4. Quomodo ſpecies iſtæ poſſunt ſubire aerem? Reſp. non ingredi in aerem, ſed in aere generati, &c.

Digitized by Google

Siquis ſupra lunæ orbem à Deo conſtitueretur, poſſet tamen contueri terram, &c. ergo viſio non videtur procurari emiſſione ſimulacri ab obiecto.

Probatur C. quia elementaria non agunt in cœleſtia.

Reſp. { vel non illinc viſum iri terram.
vel elementaria in cœleſtia poſſe agere intenſionabiliter.

Reſp. prætcrea, eodem argumento impeti eos, qui radium ab oculo emittunt.

Difficilior obiectio.

Hypotheſis ab experimento.

Quod obtuſo oculo vel remotiori pro ſpeculo eſt, vt craſſior aer potiſſimum noctu, vt ſpeculū vulgare vitreum cui ſtannea cruſta ſit ſubducta, non neceſſario eſt perſpicaciori & viciniori. Celebris hiſtoria Antipherontis.

Hypotheſis prima à ratione.

Radius emiſſus à centro actiuitatis, quô eſt infirmior eô facilius reflectitur, repercutitur.

Hypotheſis ſecunda.

Quô validior cauſa, eô eſt radius vegetior, validior.

Hypotheſis tertia.

Si viſuales radij dicuntur ab oculo emitti, quo infirmiores oculi erunt, eô videntur futuri radij imbecilliores, radij facilius repercutiuntur. Itaque non ſiquid obtuſo oculo & remotiori pro ſpeculo eſt, id neceſſario erit perſpicaciori & viciniori.


Hypotheſis quarta.

Si radij emittantur ab obiecto, videtur fieri difficilior ſolutio problematis & experimenti propoſiti.

Hypotheſis quinta.

Idem quandiu idem facit idem.

Si radius emittatur à ſpectaculo ad ſpeculum. p. ab A, ad B, & hinc reflectatur ad aliquem locum, p. ad feneſtram C, vbi ſtatuatur oculus infirmior, p. oculus D.



Si amoueatur oculus D. & in illius locum ſufficiatur oculus perſpicacior. p. oculus E. Nihilominus videtur facienda reflexio, quia idem quamdiu idem &c.

OOOOooo ij

Obiectio.

Si dantur opticæ ſpecies, repercuſſio fit à ſpeculo ad oculum, non à ſpeculo ad obiectum.

Atqui non fit repercuſſio à ſpeculo ad oculum, Ergo.

Si fieret repercuſſio à ſpeculo ad oculum in propoſita facti ſpecie, quod cernitur à D. cerneretur ab E. non cernitur tamen: Ergo.

Probo P. quæ ſpecies dum incurrit in imbecilliorem oculum facit viſionem, multomagis faciat ſi accurrat in validiorem, &c.

Reſponſio.

D. ſi ſit æquè commenſurata C. niſi ſit æquè commenſurata N.

A quo efficitur ſpecies viſibilis?

Lux ſola nonnullorum iudicio omnium ſpecierum viſibilium eſt opifex.

Apud alios res vnaquęque quæ per ſe ſit aſpectabilis ſui imaginem diffundit. Ita tamen vt ad imaginis diffuſionem cætera egeant aliquo lumine, communia ſenſibilia egeant proprio, ſi per ſe ſentiuntur.

Sed lumen magis requiritur in obiecto quam in *medio*, & quam in organo, faciliuſque videtur continuare imaginem, quam incurrere in oculum.

Specierum opticarum natura, genera, affectiones.

Definitio. Species viſibilis eſt imago intenſionalis, quę excitatur à re viſibili. In organo viſus, & in medio, vt res in organo cernatur, accuratior definitio contexenda ex varijs conditionibus.

Diuiſio. Genera ſpecierum opticarum tria, vt & rerum aſpectabilium.

Nam { quędam ſunt colorum, p. candoris, atrocis, &c. | quędam ipſius lucis, luminis. | quędam communium ſenſibilium, vt magnitudinis, figurę. }

Prima conditio. Eſt autem { tum omne genus ſpecierum imbecillium. | tum hoc poſtremum imbecillimum. }

Itaque ſępe accidit vt cernatur color & lumen, non tamen percipiatur diſtantia, figura, magnitudo.

2. Si communia ſenſibilia ſunt potius modi rerum quàm res, ſpecies ſenſibilis communis non videtur realiter diſtinguenda ab imagine proprij.

3. Species facile degenerant & fallunt pro varia ratione *lucis*, medij, ſpeculi, oculi.

4. Species luminis facile æmulantur colorum ſimulacra, præcipuè cùm reflectuntur.

5. Species quę procurrunt per eamdẽ rectam lineã verſus eamdem partem miſcentur mediamque gignunt apparentiam: vt quando per croceum vitrum cernimus virorem.

6. Erramus facilè in ſubiecti deſignatione.

7. Species ac pręſertim luminoſæ debent eſſe commenſuratæ oculo.

8. Feruntur ac propagantur per rectam lineam, &c.

9. Obnoxię ſunt reflexioni, refractioni, fractioni.

10. Propagantur & producuntur momento temporis, intenduntur tamen & remittuntur, vt & lumen.

Pendent in conſeruatione à cauſa ſua effectrice, nec ſępe, nec diu ſine illa in oculo conſeruantur. 11.

De *opſi* radioue optico, angulis opticis, pyramide optica, deque fractione, refractione & reflexione colorum, aut potius imaginum opticarum & luminū, deque ſpeculis alibi.

APPENDIX DE RELIQVIS QVATVOR ſenſibus exterioribus.

CAPVT I.

De Auditu & annexis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Doctrina, & organum.

De Doctrina.

AVditus aptiſſimus ad communionem ſocietatis. De qua re in Logicis & ad diſcendum. Audita fidelius quam viſa retinentur.

Notiſſima eſt harmonicæ rei dignitas, ſuauitas, &c.

Quid igitur mirum ſi in diſciplina ſenſibus aliis quanquam per naturam prioribus præfertur auditus?

Organum ſiue auris.

Auris auditus organum. Vna interior pars eius, altera exterior. *Structura.*

Exterior dicitur priuatim auris, auricula.

Conſtat cartilagine anfractuoſa, tortuoſa.

Deſinit in os cauernoſum capitis.

Foramen illic flexuoſum.

Foramini membrana protenditur inſtar tympani.

Ea ad radices neruorum extremitate ſue eorum qui inſeruiunt auditui & à cerebro deriuantur.

Intra membranam aut circa eſt aër ingenitus, inædificatus. Vnde fit vt iſte ſenſus appelletur aëreus, vt viſus aqueus.

Sequuntur oſſa duo à recentioribus obſeruata.

n. { alterum inſtar malleoli.
alterum inſtar incudis.

Meatus etiam ab aure extenditur ad os aſperæ arteriæ.

Situs. Aures orbem capitis æquis ſecant portionibus.

Ad latus ſitæ ſunt non in anteriori capitis parte.

Idque { tum ne ſexcentis obnoxiæ ſint incommodis. / tum quia ſonus percipitur per quamuis lineam.

Numerus. Geminæ aures & ad decorem & ad vſum.

Cur cartilaginea? Cartilaginea auris non cornea, non carnea, ne frangatur, nec flacceſcat, ac lædatur.

Figura. Figuram aſſecuta videtur optimam

Et ad ſonos percipiendos commodius.

Et ad iniurias propulſandas.

Siue ſpectetur quod foris, ſiue quod intus.

Purgamẽta Sordes amaræ anfractuum parietibus adhærent.

.n. { tum vt purgetur cerebrum. / tum vt iis tanquam viſco & glutine beſtiolæ capiantur.

Apertio. Carent aures tegumento quia debent ſemper excubare.

Prominẽtia. Cur in piſcibus & in auibus non promineat auris, alibi contra docet Ariſtoteles 2. de part.

Immobilitas Aures homini ferè immobiles, mobiles tamen conſpectæ ſuperiori æuo, & auctore D. Auguſtino.

Mobiles equis, bobus, leporibus, ceruis, damis, canibus &c.

Tum ad muſcas abigendas.

Tum & maximè vt ad ſonum conuertantur.

Affinitas cum lingua. Aurium & linguæ cognatio eſt non parua; tum propter meatum, tum propter originem neruorum.

Hinc qui tangit aurem, mouet ſaliuam. Qui ſurdi à primo ortu, ſunt muti, vel loquuntur per nares.

Dum attrectatur auris, aſpera arteria afficitur, & ſolet excitari tuſſis.

Qui illic innatus, ingenitus, & inædificatus aër

conſtituitur { à nonnullis intra membranam. / à quibuſdam in neruis. / ab aliis extra membranam, quoniam exteriori aëri continuati dicitur.

Is per ſe immobilis, mobilis per accidens.

Proprium & præcipuum organum.

Audiendi vis potius in tympano & neruis, quam in aëre videtur ſtatuenda.

Aër medij potius quàm ſenſorij rationem obtinet.

ARTICVLVS II.

Obiectum proprium.

De Sono.

Soni finis.

Sonus inſtitutus potius propter auditum quam propter ſubiectum.

Subiectum.

In *percuſſo corpore* ſunt qui collocant ſonum tamquam in ſede & ſubiecto
Primò quia ſic ſentire dicitur Ariſtoteles.

2. quia quæ corpora ſonant, non omnia percutere videntur poſſe.
3. quia variatur ſonitus pro ſonantium & percuſſorum varietate: ex ſono colligitur magnitudo corporum &c.
4. quia flante vento confeſtim diſſipatur aer.

Ariſtoles tamen ſonum conſtituere non videtur niſi in *aere*, ſiue in medio.

Sane in aere videtur recipi ſonus non tantum ſpecies & imago ſoni, vt coniicimus ex tibijs, fiſtulis.

Item in *aqua* & vapore, vt conſtat ex ſtrepitu qui in aqua editur ex colliſione nubium &c.

Friabili etiam in corpore, & in corpore quod *ſonorum* dicitur.p. in ære in argento &c. quin recipiatur non videtur dubium.

Sed nonnulli aerem incluſum in meatibus æris & ſimilium corporum pro ſubiecto proferũt non æs ipsũ, non friabile corp'. Forte tamen veriſimilius eſt quoduis friabile corpus pro ſubiecto ad ſonum recipiendum idoneè cõſtituendum. quanquam ſententia prior ſuos habet aſſertores, ſuam probabilitatem, nec difficulter aliena argumenta eluduntur.

Efficiens cauſſa.

Prima.

Qualitas quædam effectiua ſoni cogitanda in corpore: vt effectus proprius referatur ad propriam cauſſam.

Sunt tamen qui vim percutiendi proferunt pro cauſſa effectrice ſoni. 2.

Non quod *percuſſio*, & τὸ percutere ſit ipſa effectio ſoni.

Sed quia vt vis motiua non modo *motum*, verumetiam *impetum* procreat & calorem &c. ita etiam virtus ipſa percuſſiua preter *motum* & percuſſionem videtur etiam *ſonum* poſſe procreare.

Sed fortaſſe ſatius eſt vim motricem & percuſſiuam cogitare tanquam conditionem, cauſſam conditionalem: ſane percuſſio eſt quędam mutatio loci, non eſt geneſis illa per quam gignitur ſonus.

Qualia ſonora corpora?

Qualia eſſe debeant docuit Ariſtoteles.

Solida & dura eſſe debent. Sed duritiem impetùs ſupplere poteſt.

Leuia, aerea, tremebunda.

Commenſurata. Sępe etiam caua.

Aër ita mollis vt careat parte in quam ſe recipiat, facile cõfringatur, laceretur.

Sonus fit in aere & aqua vt conſtat experientia.

Quinetiam in auro fieri poteſt & rebus conſimilibus &c.

Ex quo rerum genere ſonus?

Sonus non eſt percuſſio formaliter ſed effectiuè tantum, niſi percuſſionis nomine accipiatur nõ mutatio quædã loci, ſed certus inde profluens effectus, eſt enim ſonus qualitas patibilis ſiue tertię ſpeciei.

Quæritur ſitne ſonus res *ſucceſſiua*, an vero *permanens*.

Et forte ſucceſſiua eſt primò quia ea videtur eſſe mens Ariſtotelis. 3.

Digitized by Google

2. quia ſonus duratione videtur ſequi & æmulari naturam motus.

3. quia videtur ſucceſſio requiri ne in audiendo cõfuſio oriatur, ne ſimul ab eo-dem comprehendantur duę ſyllabæ huius e.g. vocabuli *Deus*.

Sunt tamen qui durare eum aliquandiu ratione vnius eiuſdemque partis ſuſpicantur: non diu tamen nec tandiu vt confuſio inde oriatur.

1. quia impetus durat cui videtur ſimilis: ſed reſpondendum non ſi impetus durat, ideo durare quod inde oritur quandoquidem inde oritur motus.

Secundo { quia ſucceſſiua non ſunt niſi quando fiunt, ſonus autem videtur eſſe diutius.
quia fit vt a cum contactu, contactus vero momentaneus, aut permanens. }

Sed reſpondendum contactus nomine accipiendam eſſe percuſſionem & motionem, quæ durat aliquandiu, ſed ſucceſſiue.

3. quia vehementi vento impellitur ſonus, ſed reſpondent non proprie impelli, & procurrere, verum eo tantùm modo quo dicitur impelli vmbra, lumen.

Vmbra videtur impelli & excurrere durando, quia quæ pars noua exiſtimatur vetus.

4. quia ſonus lumini eſt ſimilis, ſed reſpondendum non plane ſimilem eſſe.

Quid ſentiendum?

Non deeſt priori ſententiæ ſua probabilitas, vt colligere videmur ex modo inceptionis, propagationis, deſitionis.

Non poſteriori, maxime quia ad rei ſucceſſiuæ comprehenſionem videtur memoria opus.

Potuitque Deus permanſionis & durationis modum ita temperare vt confuſio non oriatur, aut ſaltem non ſoleat oriri.

Vt non ſolet oriri in negotio aſpectus etiamſi ſpecies & imago duret aliquandiu amota cauſa: de qua re in opticis.

De procreatione, deſitione.

Vt procreetur ſonus dicitur opus eſſe tribus temporibus.

n. { *percutiendi*, vt malleo.
percuſſo, vt incude.
medio & intercepto; vt aere. }

Sed vnum idemque corpus ſecundum diuerſas ſuas partes multorum corporum rationem obtinere poteſt.

De inceptione & deſitione ſoni quomodo ſit iudicandum quæritur.

Sane videtur iudicandum vt de inceptione & deſitione motus ſi cogitatur tamen ſucceſſiua res, alioquin diiudicandus eſt ſonus ex *impetu*, & ſimilibus qualitatibus.

Natura debuit prouidere ne dum à me auditur ſecunda ſyllaba vocabuli *Deus* &c. adhuc prima audiatur, dũque tertia ſyllaba aliqua comprehenditur, adhuc ſecunda audiatur, itaque ſi propagatur ſonus & imago eius vt priora non audiantur cum poſterioribus.

Conſulendus ſermo elementaris de radijs ſphærę actiuitatis.

Si ſonus continua propagatione facit aliquem radium .p. lineam.

Gradus

Digitized by Google

1 2 3 4 5 6 7 8 9

Gradus primus prius ratione temporis non ſolùm naturæ gignitur quam ſecundus vt experientia docet, nam qui remotiores non modò deterius verum etiam tardius percipiunt ſonum.

Gignitur primus gradus genituſque ſecundum creat creandoque perit, vel poſt creationem & ſic deinceps iudicandum eſt de alijs ſubſequentibus, donec veniatur ad ſterilem gradum.

Si primus gradus permanenter durat, ita durat vt non oriatur conturbatio, prius percipiatur percipiue poſſit quam ſecundus. & ſic deinceps.

Propagaturne ſonus an imago eius? &c.

Sunt qui ſonum ipſum propagari ad auditum vſque putant ſine vlla imaginum aliarum diffuſione, ita vt ſonus remotus per vicinum percipiatur: vt calor per calorem percipi ab iiſdem dicitur. 1.

Quidam putant diffundi in aurem & aerem interceptum ſolam imaginem ſoni, non ſonum ipſum. 2.

Quidam denique & ſonum & imaginem propagant, ſic autem videtur ſentiendum, primò admittendam tum ſoni ipſius, tum imaginum diffuſionem. 3.

2. credibile eſſe longiùs, & facilius excurrere imagines quam excurrat ſonus atque motus: vt quando per longiſſimam trabem percipitur ſonus.

3. Sonum diffundi beneficio motionis, quæ tamen longius excurrat quam ſonus, niſi forte cuiuſuis rei ſonoræ motu efficitur ſonus perceptibilis, vel imperceptibilis: vt effici Cardanus putat.

Sed forte ſonus prior poſteriorem cauſat per impulſionem tamen cõtinuatam, ſaltem tanquam per conditionem.

Forte contra ſola impulſio efficere ſonum eſt dicenda, nec proprie & per ſe primus gradus ſoni facit ſecundum, ſecunduſque tertium &c. ſed vniuerſi fiunt ab impulſione.

Quod ſi ſonus efficit ſonum non ſolam imaginem ſoni, ſane ſonus non modo in tertio eſt qualitatum genere, verum etiam in ſecundo.

Quæ et quales ſoni deſcriptiones?

Sunt { aliæ cauſales, aut effectiuæ: vt cum definitur aer laceratus, ictus aeris percuſſi, &c.
aliæ formales: vt quando definitur patibilis qualitas auditu perceptibilis. }

Quæ præcipuæ ſonorum differentiæ?

Sonus directus vel reflexus, grauis vel acutus, magnus vel paruus, aſper aut mollis, ſtrepitus aut vox, fragor aut non &c.

Vox definitur ſonus ab anima profectus per vocalia inſtrumenta cum intenſione aliquid ſignificandi.

Inſtrumenta vocalia *pulmo, muſculi* intercoſtales, diaphragma, aſpera arteria

cum annexis muſculis, larinx, palatum, labia, lingua, denres.n.inhomine. A murmure vox ſecernenda. De locutione & vocum ſignificatione alibi.n.in Logicis.

Echo efficitur reflexione. Quod reflectit læue, durum, ſæpe etiam concauum: Saltem quod ita reflectit vt reflexio percipiatur. Nam fortaſſe nullus non reflectitur ſonus occurſu obicis ſaltem text.80.& obex quiuis reflectit.

Quærunt reflectaturne ſonus ipſe an duntaxat imago ſoni.

Veriſſimile eſt in quauis reflexione reflecti ſoni ſpeciem, vt ſæpe etiam vnà cũ ſpecie ſoni. Nam vtrumque creditur in orbem propagari &c.

Quando autem multiplex fit repercuſſio, vt ter, quater aut ſæpius ſonus idem audiri videatur.

Tum { vel reflexus ſonus iterum reflectitur.
vel reflexa imago ſoni iterum reflectitur.
vel recti radij ſonori plures in diuerſa loca reflectuntur, hic tardius, ille celerius.
vel denique fiunt plures reflexionis modi. }

Problemata quæ ad ſonum pertineant varia apud Ariſtotelem in Problematis.

Magna affinitas vocis cum phantaſia, & cum motrice facultate, eaque admirabilis. Quæ pertinent ad concentum & harmoniam repetenda ex muſicis.

Quod ſoni tali diſtantes interuallo congruant, non congruant, id deprehenditur experientia, non probatur.

Quod ſoni ſeſe ad ſonos habeant, vt corpora ad corpora, figuræ ad figuras, id rationi conſentaneum.

Indeprehenſa ratio cur quatuor integri toni ſonum ingratum faciãt, duo gratum, tres gratiorem, tres cum dimidio gratiſſimum &c.

Conſulenda doctrina compendiaria.

De medio.

Medium in ſono dicitur duobus modis.

Medium { *id quod ſonat* & intercipitur inter duo colliſa corpora.
& id per quod percipitur ſonus imagineſque deferuntur ad auditum quod intercipitur inter auditum & id quod ſonat, vt trabs, aer. }

Sed cum medium generis poſterioris ſit duplex, interius, exterius. Exterius non videtur magnopere neceſſarium quando fit ſonus iuxta ipſum tympanum auris.

Sæpe Ariſtoteles non niſi aerem pro medio prioris generis videtur aſſignare.

Sed reſpondendum indicare tantum præcipuum & vnde reliqui per proportionem intelligantur.

De ſpeciebus & imaginibus ſoni.

Sonus ſentitur per imaginem ſui ſpeciemue audibilem, non per ſolum ſonum. Primò quia auditur aduerſo vento.

2. quia piſces audiunt ſine motione aquæ &c.

3. quia ſolidiſſimam gemmam, & longiſſimam trabem non videtur leuis ſonus permeare.

4. quia auriculâ terræ admotâ ſtrepitus equitantium à milliaribus auditur.

Vt calor qui ex motu oritur motu diuturnior eſt: ita ſoni ſpecies & imago videtur eſſe quidem tenuioris eſſentię quam ſonus, ſed tamen paulo durabilior, quanquam forte non permanet niſi ſoni more per propagationem.

Sonorum imagines propagantur & rectà & ad latus, magis tamen facilius quæ recta. *More luminis.*

Species viſibilis propagatur momēto temporis, ſed imago ſoni non niſi tractu temporis quod conſtat ex tonitru & ſexcentis experimentis.

Spectaculum deterius percipit qui remotior, ſed non tardius: ſonum & tardius & deterius qui remotior.

Concentus.

Harmonia in ſonis duplex vt & in plæriſque aliis rebus.

n. { vna ex ſonis ſimul exiſtentibus & perceptis.
altera & conſequenter & qua ſi ſucceſſiue poſitis. }

Iucundior & amœnior illa in coloribus, &c. hæc in ſonis congruenter experientiæ & rationi.

Rei ſucceſſiuæ gratiam aut quaſi ſucceſſiuæ oportuit ſucceſſione quadam contineri: hæc contra in coloribus, &c. nec res hiſtorica.

CAPVT II.

De Olfactu.

Organum. *De naſo.*

Inſtitutus naſus in homine & conſimilibus ad odorandum, ad purgandum cerebrum & ad reſpirandum. *Finis.*

Naſus infra frontem ſupra os inter oculos media in facie. *Situs.*

Subſtantia eius cartilaginea, &c. ipſe bipertitus & diſtributus in canales duos qui dicuntur nares: organo natura delectatur duplici ex ſecūdo de partibus. *Structura.*

Nares dirimuntur à ſe inuicem quaſi pariete cartilagineo. *Paries.*

Operculum & quaſi velamen in fine narium eſt: ſed non niſi in ijs quę reſpirant, vt reſpirationem moderetur. *Operculū.*

Mammillares carunculę ſequuntur neruis, fibris, venulis, & arterijs diſtinctę. *Carunculę mãmillares.*

Hæ { *carunculæ* vocantur quia carni ſimiles, quanquam cartilagincę.
mammillares quia papillis ſimiles & ſpongioſæ. }

Reſpondent duobus naſi meatibus, oriuntur à cerebro per foramina duo cuiuſdam oſſis.

Cauæ ſunt, longæ membrana tectę, foraminoſæ: Inſtar ſpongiarum, aquea cerebri purgamenta excipiunt.

Supra eſt operculum ſpongioſum quod quia diſtinctum foraminibus, à nonnullis dicitur *cribrum.* *Cribrum.*

Meatus ad os extremis à naribus ad os protenditur, quo expirare ac reſpirare licet; è ventriculo potum & nonnunquam lumbricos emittere. &c. *Meatus ad os.*

Nerui. Nerui præterea quidam tertia è propagine ad nares extenduntur, ſui etiam muſ-
Muſculi. culi in ſunt.

Propria ſedes.

1. Quibuſdam cerebri ventriculus eſt ſedes propria facultatis odorandi: ſed ventriculi cerebri non videntur pertinere niſi ad interiores ſenſus.

2. Nonnullis cor quinto de generatione animalium: verum non niſi quatenus eſt ſpirituum origo.

3. Quibuſdam os illud cuius mentionem fecimus: ſed oſſa creduntur non ſentire.

4. Marcello nerui qui ſupra operculum: Sed hi excurrunt ad infimam narium partem, non olfactus.

6. Commentatori nares ipſæ. Refellitur verò quia ſine reſpiratione odorati non poſſumus, &c.

Reliquum videtur vt cum Medicis odorandi facultatem ſtatuamus in caruncuulis mammillaribus.

Quale hoc ſenſorium?

Eſt { igneæ, & aqueæ naturæ lib. de ſenſu cap. 5.
aqueæ vel aereæ. t. 135. ita tamen vt admiſceatur ignis.

Eſt { *igneum* propter ſpiritus & odorem.
aereum propter aerem per quem præcipuè defertur odor.
aqueum quoniam odor eſt natura ſua ſiccus, calidus, ideo organum odoratus eſt humidum, frigidum.

Facultas & actio.

Odoratus eſt ſenſus exterior ſitus in carunculis mammillaribus ad odores excipiendos.

Odoratus hominis reliquis ſenſibus deterior eſſe ſolet.

Odoratus non videtur cuiuſuis animalis.

Odoratu preſtant vultures, canes, ſimiæ: homo quomodo præſtet explicatum.

Odoratu ſiquis excellit, alios ſenſus deteriores habet, &c.

Sagacitas propriè ad vim olfaciendi pertinet: videtur eſſe argumentum hebetiotis viſus; quoniam viſus & odoratus oppoſita temperamenta poſtulant: ſed temperamento & ſymmetriæ opus.

Odor { vel ſine reſpiratione percipitur, vt à piſcibus.
vel cum reſpiratione vt ab iis quæ reſpirare poſſunt.

Medium, ſpecies, propagatio.

Percipiuntur odores per aerem, per aquam & per ſimilia corpora.

1. Sunt qui velint non propagari odorem ad ſenſum, niſi emiſſione vehiculi. p. fumorum olentium.

Verum ſi res ita haberet, breui inanirentur quæcunque olent.

2. Alii non niſi ſpeciem & imaginem odoris diffundi ab odore arbitrantur: refelluntur quia res variæ rei olentis deprehenduntur concipere odorem.

3. Credibile propagari & emiſſione ſpirituum ac fumorum, vt perſpicuum eſt è roſis & aliis ſimilibus rebus: Et forte etiam procreatione & productione odoris in rem vicinam luminis more: Et præterea diffuſione imaginum & ſpecierum ſenſibilium.

Obiectum.

Odor veteribus res diuina. Ideo ſuffitibus profitebantur loca reddi aptiora ad diuinorum Numinum ſuceptionem. *Odor.*

Forte diuinus eſt creditus, quia vnius inter animantes hominis videtur oblectamentum, quamquam pantherarum odore beſtiæ afficiuntur, floribuſque apes &c.

Et quemadmodum tetrum odorem auerſantur belluæ.p. quæque ſtercoris ſui: ita veriſimile eſt blande affici ſuaui & congruenti.

Odor difficilis explicatu, imaginatu, quia parum *ſagaces* ſumus: ideo confugiendum ad analogiæ ſubſidium.

Nihil autem odoratui ſimilius guſtu: ideo hinc odorum repetuntur differentiæ: ſed adhibita potiſſimum ratione *doloris* atque *voluptatis*.

Cum tamen odor appellatur, e. g. dulcis, ſic dicitur,

Non quod ſaporem dulcem comitetur, vt in lacte,

Non quod ex eo oriatur.

Sed quod eodem afficiat modo odoratum quo guſtum ſuauis aut dulcis ſapor.

Quare igitur inquis non poſtpoſuit Ariſtoteles odoratum guſtui? *Obiectio.*

Reſp.
- quoniam odor ſapori præſtat.
- olfactus aliqua ex parte ſine guſtu comprehenditur.
- omnes ad ſcholam & lectionem afferunt rudem ſaporum cognitionem.
- guſtus cum tactu coniungendus.

Odor cerebri & alimenti cauſa videtur à natura inſtitutus. *Finis.*

Non quod nutriat, eſt enim qualitas.

Sed quoniá gratus odor conducit ad nutritionem, ſpiritus exhilarandos, meatus aperiendos, cibum internoſcendum &c.

Odorem non capiunt niſi quæ mixtionem ſaltem imperfectam admiſerunt *ſubiectum*, ita tamen vt *humorem ſiccitas* exuperet: quare cum humores olent bene aut male complectantur *halitus* ſicciores quibus odor inhæreſcit. *Subiectum*

Efficitur odor potiſſimum caloris opera, de eius ortu iudicandum eſt fere vt de colorum progeneratione. Niſi quod odor videtur odorem procreare. *Efficitur.*

Definitur qualitas patibilis effecta vi caloris, conſiſtens in ſicco ſuperante humidum, inſtituta ad immutandum odoratum, fructus dum excoquuntur fiunt odoratiores. *Quid?*

Odorum ſubſtantia varia, vt & genera.

Vulgo ſtatuuntur extremi duo *ſuauis*, *teter*, reliqui interijciuntur.

Quamquam fœtor & ſuauitas videtur variari pro varietate animalium, & eſſe de genere eorum quæ *ad aliquid* referuntur.

Etenim ſuo quodq; animal ſtercore abigitur tanquam tetri odoris, non quodvis quouis delectatur, capitur, dolet.

Extat Theophraſti liber de odoribus cùm Turnebi in eumdem commentarijs.

Non dubium quin res olentes emittant fumos. & vnâ cum ipſis aliquid odoris: ſed forſan præterea odor odorem creat in corpore diſpoſito.

Digitized by Google

CAPVT III.

¶ De Guſtu. ¶

ARTICVLVS PRIMVS.

De Organo.

Organum totale.

Guſtus organa duo *palatum*, *lingua* ſed hęc præcipuum.

Lingua conſtat carne molli, rara, fungoſa, ad humorum receptionem, agilitatem, &c.

Tegitur *membrana* tenui.

Ad radices latior, ad os acuminatior, ad ſtabilitatem, mobilitatem &c.

Includitur in ore tanquam in ſpecu, vbi efformetur ſonus, &c.

Venas duas, duaſque arterias habet.

Biſida eſt in quibuſdam velut in ſerpentibus.

Muſculis intertexitur.

His additur vna pars neruorum ſeptimæ *propaginis* ad motum cum neruis tertię propaginis ad ſapores percipiendos.

Amigdalæ. Ad radices ſunt *glandulæ*, quarum humore lingua imbibatur: inſtituta propter alimentum linguæ, & alicubi propter vocem, &c.

Et nutritioni quidem vſui eſt, quia valet ad ſapores percipiendos, ad cibum conficiendum, degluriendum, & alicubi ad bibendum, vt in canibus.

Sunt alij linguæ vſus, præſertim in bellicis, p. ad lingendum.

Palatum tegitur panniculo vbi ſunt aliqui nerui, qui non modo tactum, verumetiam guſtum præbent, quamquam aliter ſentire videtur Lactantius libro de Opificio Dei.

Sedes propria.

Vis guſtandi non in carne videtur collocanda: ſed in neruis tertia è coniugatione oriundis, & per linguam diffuſis ad palatum.

Sed præſtat vt palato lingua: ita pars anterior linguæ poſteriori.

Aut certe { anterior ad *eſculentorum* perceptionem magis idonea eſt.
poſterior ad *poculentorum*, ex ſecundo de hiſtoria, &c. }

Hinc Polyxeni, aut Philoxeni votum problemate 7. ſect. 28. quamquam alimoniæ humor non videtur ſaporis rationem immutare.

ARTICVLVS II.
De Guſtu, medio, & ſpeciebus.

Monitum.

Ex tactu diiudicanda quæ pertinent ad medium & imagines in hocce ſenſu.

Guſtus ipſe.

Guſtus terrena res ex libro de ſenſu cap. 4. *Cuiuſmodi.*

Sed inquis omne ſenſorium aqueum vel aereum text. 113. nullus ſenſus eſt terrenus text. 63. lib. 3. guſtus non niſi in humido text. 104. *Occupatio.*

Reſpondet Alexander libro de ſenſu aqueum eſſe guſtum, terrenum vero appellari comparatè. Quia præ ceteris ſenſibus eſt ſuaptè natura tardus & obtuſus.

Quanquam ſi humidum obiectum organum oportet ſiccius eſſe.

Guſtus animalium tantum non plantarum eſt. *Quorum.*

Nam vt embryoni non eſt iſta vis guſtandi: ita plantis quæ terram pro vtero habent proque vehiculo alimenti guſtus non fuit neceſſarius. Proinde carent inſtrumentis guſtus: Ergo guſtus alimenti cauſa ita inſtitutus, vt non niſi animalis. Immo ne omnium quidem animalium eſt vt quibuſdam placet.

Sed videtur ſatius duplicem conſtituere guſtum, vt ſit vnus perfectus qui perfectioribus conueniat animalibus. p. lingua præditis. Alter imperfectus qui inſit aliis. p. oſtreis, zoophytis &c.

Itaque omne animal guſtu præditum ex lib. de ſenſu cap. 1. Proinde vbi deeſt lingua, cogitandum aliquid proportionale.

Quando tactus dicitur ſeparabilis à ſenſibus aliis, poſſe inueniri ſolus: accipiendus eſt tactus quatenus complectitur guſtum.

Guſtus eadem effectrix cauſa quæ animalis aut quę tactus. *Opifex.*

Guſtus eſt ſenſus exterior qui cominus ſentit. *Genus.*

Quærunt ſitne tactus. D. ſi tactus ſumatur latè, eſt. Si propriè quatenus ſignificat ſenſum latiſſimè fuſum per animal, non eſt.

Immo videtur diſtinguendus reipſa à tactu, quia vitiatur incolumi permanente tactu &c. conſentiunt tactus, guſtus quia referuntur ad alimentum, medium ſaltem externum poſtulare non videntur &c.

Guſtu exquiſito eſt talpa, homo. *Præſtantia.*

Guſtus verſatur circa ſaporem. *Obiectum.*

Definiri poteſt ſenſus exterior in lingua, palatoue, vel analogo conſtitutus ad ſapores percipiendos propter alimoniam. *Natura.*

Geminatur vt tres alij ſenſus. Quanquam non planè eodem modo propter organorum diſſimilitudinem maximè ratione figuræ & adiunctorum. *Geminatio.*

Digitized by Google

ARTICVLVS III. ET VLT.

De Obiecto ſiue ſapore.

Finis, & ſubiectum.

Sapor eſt præcipuus quidam affectus cibi quo natura cum condiuit, vt allubeſceret, alliceret.

Idcirco ſapor dicitur alimenti qualitas, ſed ferè ſapor tantum congruentior.

Sapor rei mixtæ eſt in qua tamē ſuperet humor. Ideo χυμος & *ſapor* & *humor*.

Opifex & natura.

Efficitur odor potiſſimum caloris opera, vt & ſapor.

Sed forſan odor aliquid odoris in materia diſpoſita procreat.

Producitur vi caloris humidum cum ſicco concoquentis.

Definitur qualitas paribilis conſiſtens in humore aqueo excitata vi caloris, humidum cum ſicco decoquentis, qua afficitur guſtus &c.

Differentiæ.

Genera ſaporum Plinio *dulcis, ſuauis, amarus, pinguis, auſterus, aſper, acutus, acerbus, acidus, ſalſus, vineus, lacteus* (qui Ariſtoteli dulcis) & *aqueus*.

Quarum differentiarum decem priores ſunt ſimplices & poſitiuæ, duæ quæ ſequuntur ſunt compoſitæ, poſtrema putatur priuatiua.

Text. 15. ponūtur ſpecies octo ſed reuocātur pinguis ad dulcem, ſalſus ad amarū.

Libro de ſenſu cap. 4. ponūtur 8. ſpecies aut differentiæ. Sed pinguis ad dulcem reduci ſolet, vt relinquantur tantum 7. ſapores, ex quibus ſalſus ad amarum videtur poſſe reduci.

A Cardano ſpecies ſaporum conferuntur & cum coloribus, & cum planetis.

Dulcis cum albore, flauo colore, Luna, Venere.

Auſterus ſiue acris cum croceo colore, & Ioue.

Acerbus cum puniceo colore, & Mercurio.

Acutus cum virore & cum Sole.

Salſus cum cæruleo colore & cum Marte.

Amarus cum nigrore & Saturno.

Sed hæc collatio non videtur ſatis apta & firmis ſubnixa rationibus. Quanquā quod attinet ad colorem videtur habere Ariſtotelem pro auctore.

Extremi { Galeno *acutus* & *acer*. / Ariſtoteli *dulcis* & *amarus*, vt reliqui ſint medii. }

Rationem habet Ariſtoteles guſtus ipſius: Galenus primarum qualitatum vnde ſapores oriuntur.

Dulcedo hic non pro qualibet ſaporis iucunditate vſurpanda vt quando vinū appellatur dulce: ſed pro certa ſpecie ſaporis qualis offenditur in melle & ſaccaro, quæque propriè aduerſatur amaritudini. Sapores ſimplices aut compoſiti.

CAPVT VI.

Digitized by Google

CAPVT IV. ET VLT.
De Tactu.
ARTICVLVS PRIMVS.
De Nomine, ſubiecto, organo.
Nomen, notio.

Tactus aliquando eſt contactus, vt tangere, contiguum eſſe.
Aliquando ſenſus quo percipimus cominus tangendo.
Hic ſenſus exterior quo percipimus (omnium primus & communiſſimus) calorem, humorem & conſimilia.

Cauſſæ.

Cauſſæ per analogiam comprehendendæ ex ſuperioribus.

Subiectum.

Tactus vt non eſt niſi animalis, ita eſt cuiuſuis animalis, ſed non quarumuis partium.
Nullum habemus argumentum vnde conijciamus ſentire plantas.
Fruſtra iis inſeratur ſenſus cum neque fuga, neque contractione poſſint conſulere ſibi ſaltem more zoophytorum.

De organo, ſententia prima.

Caro eſt organum ſedeſque tactus Commentatori & alijs.
Firmatur hæc ſententia teſtimonio Ariſtotelis 1. de hiſtoria & 2. de partibus. *Lib. de ſenſu.*
Confirmatur quia neruus non ineſt cuiuis animali, cuiuis ineſt caro, carneumue quiddam, &c.

Secunda ſententia.

Cor videtur principium tactus Simplicio, Themiſtio.
Immò etiam ipſi Ariſtoteli 2. de partibus cap. 7. & libro de ſomno.
Sed rudimentum eſt eſſe remotiſſimum & princeps, non autem proximum & totale.

Tertia ſententia.

Commentatori in hoc libro & Galeno & aliis,
n. { neruus & quod neruoſum eſt pro organo.
caro vero non eſt niſi medium. }

Quarta ſententia.

Pleriſque pro organo nerui cum neruoſis, & caro cum carnoſis, ſeu partes quæuis denſiores quæ animatæ & aliæ ab oſſe atque oſſeis.

Quid videtur ſenſiſſe Ariſtoteles?

Textu 115. inſtrumentum tactus dicitur eſſe nō caro, ſed quid interius carne, verum dicitur Ariſtoteles à nonnullis eam ſententiam retractaſſe 1. de

hiſtoria cap. 4.1. de partibus cap. 1. & 8. vbi caro dicitur tactus inſtrumentū.

At alia ex parte 2. de partibus cap. 10. neruus dicitur inſtrumentum & organum tactus: veriſimile carnem appellari inſtrumentum quia ſit medium coniunctum, neruos & quæ neruis proportione reſpondent propria eſſe tactus inſtrumenta, vt cor præcipuum & remotum.

Quid probabiliſſimum?

Neruus ſine dubio vim ſentiendi videtur habere.

Carnibus ea vis ineſt primò quia caro etiam à neruis remotiſſima videtur ſentire, dolere.

2. quia quando exterius obiectum temperamento carni eſt æquale, nihil ſentimus quamuis neruus temperamento diſcrepet.

Ineſt & cæteris partibus quæ carni neruiſue ſimiles, oſſi diſſimiles.

Ineſt ex. gr. inteſtinis, forteque medullæ & cerebro.

Certe carnem & carnea ſentire ad conſeruationem animalis tutiſſimum videtur.

Obiectiones.

Prima. Nerui frigidi: ergo non ſentiunt. D.A. { complexione innata C. | complexione quæ influxerit N. }

2. Non ineſt cuiuis animali { neruus | caro. } Reſp. eſſe { vel iſta. | vel ſaltem carneum neruoſumque aliquid. }

3. Senſibile ſupra organum ſenſus ac ſenſum cōſtitutum non ſentitur. Si quid detectæ carni admoueatur, ſentietur tactu: Ergo non eſt tactus in carne ipſâ.

Sunt qui reſpondent cutim ſaltem exteriorem: nam interior videtur ſentire (obtinere rationem medij,) ſed non ſoluitur nodus, quia ſi caro detegatur, detracta vtraque pelle ſentire licet & optimè quidem.

Sunt igitur qui negant propoſitionem veram eſſe in tactu quod neruos ipſos dum deteguntur ſentire credant, ſentiat ventriculus, ſentiant inteſtina, ſentiatur febrilis calor, ſentiatur vitreæ pituitæ frigus intra corpus, ſentiatur neruis ipſis cō confluentis humoris frigus. Forte tamen liceat diſtinguere vtcumque, in huncce modum.

D.P. { à ſenſorio illo ipſo ſupra quod conſtituitur C. | à ſenſorio & organo alio interiori, ſi quod detur N. }

Non vt epidermis cuti, ita hæc carni proximæ proxima, vlterioriq; neruo, &c. medij vices videtur præbere poſſe.

Monitum.

Si quis tuetur ſententiam Ariſtotelis non ſolùm neruos, verumetiam quicquid eſt neruoſum & proportione neruus pro principio tactus habere debet. Veriſſimilius tamen etiam carnem & carnea ſentire, quia id tutius ad conſeruationem animalis.

Digitized by Google

ARTICULUS II.

Natura, præſtantia.

Certitudo.

Tactus certitudine aſpectui præfertur: multoque potiori iure ſenſibus alijs.
Etenim non percipit niſi coniuncta.
Semper verè immutatur, numquam ſpecie tenus.
Sed alia ex parte aſpectus videtur anteponendus.
Primò quia non percipimus niſi quæ exuperant.
2. quia accuratius percipit niſi ſit iuſto remotior.
3. quia cæci vix poſſunt certum de rebus iudicium ferre.

Quibus tactus exquiſitiſſimus?

Homini non Aracneæ tactus exquiſitiſſimus: ſed in manu præcipue, non tamen quicumque ſunt molliores vt pueri, iis certior ineſt exploratiorque tactus.

ARTICVLVS III.

Obiectum, medium, exuperantia.

Obiectum.

De tactili obiecto in rudimentis, in compendio Phyſicæ maiori.

Tactus verſatur circa tactile quod { partim eſt proprium. / partim etiam pertinet ad alium ſenſum.

Propria tactilia ſunt calidum, frigidum, humidum, ſiccum, graue, leue, & conſimilia quæ numerantur 2. de ortu.

Medium.

Quæritur ègeatne tactus externo medio.
Auerroes egere putat vt dura, non vt liquida.
Quidam vt ſentiantur dura, non vt mollia.
Sed in *liquidis* res videtur manifeſtior quam vt probatione egeat: nam inter digitum & aërem nihil intercipitur. *D. Thom.*
Ad *dura* quod attinet quia non ſunt ſemper læuigatæ ſuperficiei, planeque reſpondentia, fit fere vt contactus duorum corporum non fiat ſecundum omnes partes.
Verum efficitur ſecundum aliquas: alioquin ſupra aërem non ſupra lapideam columnam ſuſtineretur trabs impoſita.
Quod ſi detur corpus accurate læuigatum, videtur tangi poſſe ab animali citra interceptionem exterioris medij, nisi forte in corporis rugis aliquid aëris externiue medij alterius intercipi dicatur.

QQQQqqq ij

Interni medij cutis in guſtu rationem obtinet, requiriturque neceſſario vt experientia docet: at epidermis tactui obeſt potius quam prodeſt: quandoquidem ea detracta acutior eſt ſenſus.

Forſan idem medij & organi rationem obtinere poteſt, ita vt partes exteriores detectæ carnis interiori ſint pro medio: forſan tactus non neceſſario medio eget.

Æqualitas & exuperantia.

Quando organum tactus cum medio coniuncto & tactile corpus habent qualitatem primam ſimilem, eiuſdemque gradus & actiuitatis, non ſentitur illa qualitas prima: ſed percipiuntur tantum exuperantiæ.

Aërem non ſentis ſi te neque frigidior, neque calidior eſt.

At ſentitur ſi frigidior & iudicatur frigidus: item ſi calidior & iudicatur calidus: etenim ſimile in ſimile non agit. &c.

Non agit qualitas prima *intenſionaliter*, niſi agat realiter.

Hinc fit vt patheſim potius quam pathema percipere dicamur.

Non percipis calorem ſine calefactione, vt nec grauitatem niſi grauitet.

ARTICVLVS IIII.

De imaginibus & multiplicitate.

De ſpeciebus, aut ſimulachris tactilibus.

De communium ſenſibilium imaginibus ſupra ſermonem fecimus.

De propriorum tactilium ſpeciebus & ſimulacris intenſionalibus agendum.

Inter propria tactilia primæ qualitates manifeſto realiter immutant animantem, ſeu productione qualitatis eiuſdem ſpeciei, præſertimque *actiua*. n. calor & frigus, hoc frigefacit, ille calefacit.

Neque deprehenduntur tactu calor & frigus ſine calefactione, & frigefactione, vt clarum facit experientia.

Quæritur vtrum egeant imagine ſui & ſpecie vt comprehendantur tactu: vtrum nos immutent intenſionaliter.

Sanè quamquam nonnulli aliter ſentiunt videntur indigere imaginibus & ſignis formalibus per quæ diffundantur vnâ cum illa qualitate eiuſdem ſpeciei, ſaltem vſque ad internum medium incluſiue: ita vt calor ex. gr. procreet tum calorem, tum imaginem caloris.

Primò quia veriſimile eſt nullam ſenſionem fieri ſine imaginis ope intenſionalis.

2. quia imagine caloris opus quæ deferatur ad communem ſenſum, memoriam & phantaſiam cum quid tangimus extremis digitis, &c.

Tunc enim non inſinuatur calor in cerebrum vſque.

Immò non videtur calor in quauis caloris perceptione propagari, vſque ad neruos ſenſitiuos.

Tertiò quia duarum actionum tranſeuntium quæ ſpecie diſcrepent *effectus* ſpecie diſtingui debent, vt & *paſſionum*: Porrò calefieri & ſentire calorem per tactum ſunt duæ paſſiones ſpecie & natura diſcrepantes: Quare aliud procreat calor dum calefacit, aliud dum tangitur & ſentitur.

Dum calefacit & quatenus calefacit calorem procreat: quare quatenus tangitur, aliquid aliud à calore procreat. Quid verò præter ſpeciem & imaginem?

Quartò quia qualitates aliæ tactiles vt durities, &c. non videntur ſine ſimulachris percipi.

Iam graue & leue quomodo cōprehendantur quæritur, ſanè non ſolo motu locali comprehenduntur: Nam etiam dum quieſcunt percipiuntur, vt patet ex oneribus impoſitis.

Sed quauis impreſſione ſui atque nixu imagineque ſui aliqua, vt planum videtur facere experientia.

Sed impreſſionem factam à leuitate non ſecerni tactus ab impreſſione quam facit grauitas, vis magnetis, arcus tenſus, impetus rei proiectæ, rareſcens ignis, aut alia ſimilis cauſſa. De qua re alibi.

Tactilium qualitatum reliquæ multo potiori iure egent imaginibus.

Nam tangi agere eſt vt tangere eſt pati, iſtæ autem qualitates non ita realiter agunt.

Quęritur quonam pacto ſentiatur dolor, qui externus dicitur, & pertinet ad tactum.

Is aut ponitur in appetitu, tumque non videtur percipi ſenſu exteriori, niſi per tactum fundatur appetitus: aut in eo membro quod dolere dicitur: tumque non videtur etiam ſenſu exteriori comprehendi.

Sed eſt ſenſio exterior, ſed aſpera quæ interiori ſenſu comprehenſa in appetitu paſſionem excitat, doloremque propriè dictum. De continui ſolutione Medici conſulendi.

De vnitate & multiplicitate tactus.

Quærebamus ſupra forétne ſenſus eiuſdem ſpeciei in animalibus ſpecie diſcrepantibus .p. in equo in leone. Quæritur nunc ſitne vnicus ſpeciei tactus in vno eodemque animali .p. in Bucephalo, in homine, reliqui ſenſus ſimili carent difficultate. *Prima.*

Sententia prima, ſecunda & tertia.

Quibuſdam tactus ſpecie duplex pro duplici prima contrarietate, vnus pro calore & frigore, alter ad humoris & ſiccitatis comprehenſionem.

Cardano { primus tactus eſt primarum qualitatum. / ſecundus motiuarum grauitatis, leuitatis. / tertius doloris, & voluptatis. / quartus titillationis. } 2.

Auicenna quintum videtur protuliſſe, quo percipiatur continuationis diſſolutio, aut dolor ex continui ſolutione ortus. 3.

Sententia quarta, quinta & ſexta.

4. Scaliger ſenſum venereorum alijs ſeparat à tactibus.
5. Sunt qui ſeparent vim percipiendi famem & ſitim.
6. A nonnullis tot ſtatuuntur tactus quot contrarietates tactilium qualitatum. Vndè nonnulli colligunt ſeptem tactus ſpecies.

Quinam hi tactus?

Primò circa actiuas qualitates primas.
Secundò circa paſſiuas occupatur.
Tertiò circa motrices quæ non niſi impetu & nixu ſenſum mouent.
Quartò circa ea quæ cedendo & reſiſtendo immutant .n. circa duritiem & mollitiem.
Quintò circa illa quæ diſſoluendo afficiunt, vt quæ inflicto vulnere dolorem pariunt.
Sextò circa cibum & potum qui guſtus.
Septimò circa generationem & res venereas.

Sententia ſeptima.

Videtur ſatius præter guſtum vnicum in re vna ſtatuere tactum, qui tamen variè ſe habeat pro membrorum diſpoſitione.
Primò quia fruſtra fit, &c. & futuri ſunt plures ſenſus quam quinque.
Secundò quia offenditur idem ſentiendi modus, eadem organi temperies.
Videtur abſurdum in eodem organo plures tactus ſpecie diſcrepantes conſtituere.
Tertiò etiam in alijs ſenſibus plures obiecti contrarietates offenduntur.
Sanè { vt in diuerſis animalibus inuenitur ſenſus variè affectus.
ita & in eodem pro membrorum & temperamentorum varietate. }

Finis libri ſecundi.

APPENDICES AD
LIBRVM TERTIVM.
APPENDIX AD TRIA PRIMA CAPITA.
SEV.
Breuis diſputatio de interioribus ſenſibus.

CAPVT I.
De ſenſu interiori generatim.
Nomen, notio, exiſtentia.

Interior ſenſus ſic dicitur & internus ſenſus: non quod intra caput, intra animal: Sed quoniam non percipit res præſentes exteriores, niſi exterioris alicuius ſenſus interuentu.

Sumitur:
- ſtrictè pro ſolo communi ſenſu.
- latius pro vi apprehenſiua qualibet alia à quinque ſenſibus exterioribus, quæ ſit homini communis cum belluis.
- latiſſimè pro vi cognoſcendi quauis interiori, & alia à quinque ſenſibus, vt mentem etiam complectatur. Hîc ſecundi ſignificatus habemus rationem.

Datur interior ſenſus, quia animal ſentit ſe ſentire, comparat diuerſa ſenſibilia, imaginatur, ſomniat, dormit, meminit.

Finis, & opifex.

Finis intelligendus ex officijs ſingulorum ſenſuum interiorum per expreſſionem communitatis.

Opifex ex ſermone de origine facultatum.

Obiectum.

Obiectum quidquid ſenſibile quatenus interiori ſenſu comprehenſibile.

Siue res ſecundario perceptibilis ſenſu.

Senſibile externum vna cum exteriori ſenſione.

Percipimus interiori ſenſu .p. ſenſu communi, &c. Et obiecta ſenſibilia exteriora .p. colorem, &c. Et exteriores ſenſiones .p. viſionem, auditionem, &c.

Subiectum.

Siti ſunt ſenſus interiores in cerebri ventriculis, vel in rebus proportione

reſpondendibus, vt colligitur ex læſione, ſed vis ſentiendi tribuenda potius ſubſtantiæ cerebri, quam fluentibus ſpiritibus.

In cerebro quatuor ventriculi, aut alueoli.

Duo *anteriores* à ſe inuicem ſeparati, quorum vnus dexter, alter ſiniſter, qui figura ſunt lunæ recens prodeuntis, & coeunt per canales duos in tertium.

Tertius mediuſue eſt quaſi fornicatus.

Quartus & poſtremus ſitus eſt in imo cerebello.

Cum cerebrum deeſt cogitandum aliquid analogum.

Porrò { vt nullum animal dolore caret, ita nullum interiori ſenſu. } 5.

Sed hic in *inſectis* videtur fuſus per vniuerſum corpus.

Quid ſenſus interior?

Eſt ſenſus ab exteriori alius, quo tamen percipi poſſunt quæ percipiuntur ſenſibus exterioribus & ſenſiones ipſæ exteriores.

Genera.

Primum Fernelio interior ſenſus non niſi vnus, cuius tamen quatuor ſint munera quatuorque nomina.

Cuius vnitatis argumenta ſunt *vnitas* obiecti, *vniformitas* inſtrumenti, *difficultas* excellendi memoria ſimul & imaginatione. & teſtimonia.

Ariſtoteli hîc interior ſenſus non niſi vnus, ſed habet rationem primi ſignificatus.

In libro de inſomnijs non videtur ſecernere phantaſiam à communi ſenſu, nec à memoria.

2. Galeno tres ſenſus interiores *imaginatiua, cogitatiua & memoria.*

Sed communem ſenſum hic non ſecernit ab imaginatione: vt quidam non ſecernunt ab exterioribus ſenſibus.

3. Auerroi quatuor *communis ſenſus, phantaſia, æſtimatiua, & memoria.*

Sed Auicennæ phantaſia duplex, vna præſentium, altera abſentium.

Quid dicatur probabilius?

Primò. Neque receptio, neque retentio ſimulachrorum & imaginum ſine perceptione videtur ſenſionem facere.

2. Quæ æſtimatiua facultas in belluis dicitur, eam in homine cogitatiuam videntur appellare.

3. Memoria fortè non conſtituit ſenſum reipſa alium, &c.

4. Fortè ſenſus interior realiter multiplex, cũ lædatur vnus non læſo altero, &c.

5. Ariſtoteli non niſi triplex facultas critica, irrationalis, & interior, *communis ſenſus, phantaſia, memoria.*

6. Non ſine probabilitate ſtatuuntur quatuor. de eorum diſtinctione poſtea.

Phantaſmata ſeu imagines ſenſuum interiorum.

De exiſtentia. Apud ſpecierum & imaginum inſenſionalium & ſenſibilium oppugnatores

1. res ſentitur interiori ſenſu. Sed per præſentiam quando eſt præſens comprehenditur

prehenditur exteriori ſenſu, per habilitatem quandam facultatis interioris criticæ quando eſt abſens.

Veriſſimilius eſt interiorem ſenſionem fieri beneficio imaginum.

Sanè illa ipſa habilitas, quæ ſufficitur in locum ſpecierum ſenſibilium, & vim repręſentandi obtinet, proindeque dici poteſt ſignum & imago. Repręſentatque ſine ſui repręſentatione & perceptione, ideoque eſt formale ſignum. 2.

Sed detrahitur quædam conditio ſenſibilis ſpeciei, quia habilitas illa non excitatur niſi per operationem facultatis cui innaſcitur & ſuccreſcit.

Species ſenſibiles quales aſtruuntur vulgò niſi connaſcuntur excitari ferè dicuntur ab obiecto, aut facultate, quæ nihil moliatur pręter imagines .n. à ſenſu agente.

Specierum tamen quæ pertinent ad interiores ſenſus genera tria à pleriſque ſtatuuntur, *Diſtinctio.*

.n. { *ſenſatæ* ſeu depromptæ è ſenſu exteriori.
compoſita ex ſenſatis.
& *non ſenſata*. Idque pręter inſitas à natura, ſi quæ ab illa inſeruntur. }

Senſata dicuntur res exhibere eo modo quo exteriori ſenſu comprehenſæ ſunt, & *pranotionibus* Stoïcorum videntur reſpondere.

Compoſita ex ſenſatis copulat, quæ diſtincta comprehenſa ſunt exteriori ſenſione: vt imago aurei montis.

Non ſenſata elicitur quidem ex ſenſata.—— verum dicitur exhibere aliquid, quod exteriori ſenſu non eſt comprehenſum & cognitum: vt imago inimicitiarum quæ in ouis cerebro elicitur ex ſpecie & viſione lupi. Forteque imago ſenſionis exterioris per quam ſentias te audiuiſſe & vidiſſe, &c.

Quibuſdam { aliæ ſpecies *acquiſita*: vt imago domini in memoria canis.
aliæ *naturales* quas natura inſeuerit à primo ortu: ponunt ex. gr. in auicula ſpeciem nidi & nidificationis potius, & in apibus ſpeciem mellificationis, &c. } *Altera diſtinctio.*

Inſtitutæ autem ſunt ſpecies ad formaliter repręſentandum. *Finis.*

Inſunt ſpiritibus vel organis potius, vel vtriſque, forte etiam & medio. *Subiectum.*

De effectrice cauſſa inter philoſophos diſſenſio eſt. *De opifices.*

Agētem ſenſum nonnulli fingunt, qui ſit opifex interiorum ſpecierum ſenſibilium, ſiue phantaſmatum, quique comprehendendus veniat ex *agenti intellectu*, ſed fruſtra & ſine neceſſitate fingi videtur. 1.

Sunt qui imagines interiores acquiſitas ab exteriori ſenſu excudi velint. 2.

Et plerique quidem ita vt ab exteriori ſenſu ad communem imago propagetur, deindeque ad phantaſiam.

Veriſſimilius eſt ab obiecto exteriori ſpeciem illius excitari in interiori ſenſu, non tamen ſine interuentu exterioris ſenſus & imaginis. Ideoque pręſente obiecto ſolere illuſtriorem eſſe imaginem interiorem obiecti exterioris, imaginem vero ipſius ſenſionis exterioris fieri à ſenſu ipſo exteriori per ſenſionem, eiuſue interuentum.

Digitized by Google

Opus { vna imagine pro obiecto exteriori. / altera pro exteriore ſenſione.

De compoſitis & non ſenſatis imaginibus, deque naturalibus infrà, vt & de nomine *phantaſmatis*.

Cur interioris ſenſionis nulla eſt ſenſibilis imago?

Quia bellua non meminit ſe meminiſſe, non percipit ſe imaginatam eſſe, aut imaginari, &c.

Sunt-ne eædem ſpecies interioris & exterioris ſenſus?

Opinio prima.

Sunt qui velint non modo eaſdem natura & definitione, verumetiam aliquando eaſdem numero: vt cum ſpiritus cui imago eſt impreſſa reuertitur ab oculo ad cerebrum.

Opinio ſecunda.

Quidam volunt differre dignitate, durabilitate, propter ſubiecti varietatem, non tamen & definitione & natura.

Opinio tertia.

Veriſſimilius tactiles imagines differre à phantaſmatis quibus reſpondent.

Quod attinet ad alios ſenſus exteriores non magnopere refert eſſentiane, an vero tantum dignitate & modo ſecernantur exteriores imagines à phantaſmatis. Senſiones exteriores carent imagine ſui exteriori.

CAPVT II.

De Communi ſenſu, ſomno, vigilia.

ARTICVLVS PRIMVS.

De communi ſenſu.

Nomen, notio, exiſtentia.

In vulgari noſtro idiomate ſæpè dicitur aliquem deficere communis ſenſus. Tunc communis ſenſus vſurpatur pro vulgari, & ferè omnibus communi mortalibus mentis iudicijque practici facultate.

In hoc negotio *communis ſenſus* ſic nuncupatur, quia eſt quaſi communis iudex omnium ſenſuum exteriorum, eorumque tum obiecta, tum functiones comprehendit.

Is neceſſarius quia nullus exterior ſenſus, imò nullus ſenſus percipit functionem ſuam, &c. nullus aliena obiecta percipit.

Cauſſæ.

Finis. Inſtitutus hic ſenſus vt animal ſentiat ſe ſentire, vt ad vnum quaſi tribunal deferatur quidquid exteriores ſenſus quaſi exploratores comprehendũt.

Subiectum. Ineſt cuiuis animali, & quidem neceſſarius eſt ad appetitum & motionem.

Organum. Organum non cor, niſi quia fons ſpirituum eſt: Sed duo priores cerebri ventriculi, qui interdum nomine *ventriculi primi* ſignificantur, tumque

non ſtatuuntur niſi tres ventriculi.

Niſi malumus ijs aſſentiri qui vnumquemque ſenſum interiorem per omnes ventriculos fundunt, ita vt multiplicitatis organorum hîc non ſit alia ratio, quam multiplicitatis oculorum.

Obiectum anonymum, appelletur ſanè res ſenſibilis, quæ comprehenſibilis ſenſu communi. *Materia obiecta.*

Continet { tum omnia ſenſibilia exteriora.
tum ipſas functiones exteriorum ſenſuum. }

Origo & effector ex communibus ſermonibus æſtimetur.

Species ſiue imagines.

Simulacra huius ſenſus proprio nomine carent.

Communi nomine & ſignificatione phantaſmatum coerceantur.

Referunt obiecta exteriora præſentia .p. candorem, calorem, vel ipſas ſenſiones exteriores .p. viſionem.

Genus & natura.

Senſus de genere facultatum quæ patiuntur, & agunt.

Agit { hic ſenſus quia cognitio eſt quædam actio.
fortè etiam quia imagines creat in phantaſia. }

Definiri poteſt ſenſus interior primus quo animal ſentit ſenſum exteriorem ſentire, percipitque illud quod percipitur exteriori ſenſu.

Officium.

Officia ſunt cognoſcere functionem ſenſus exterioris.

Exteriora ſenſibilia cognoſcere, conferre, ſecernere.

Sed officio vix fungitur hic ſenſus, niſi durante exteriori ſenſione.

Vnitas, &c.

Vt { duplex in eodem animali viſus.
ita communis ſenſus videtur multiplex, pro organorum multiplicitate. }

Niſi fortè cogitatur vnicus qui ſit fuſus per ventriculos & per canales quibus illi coniunguntur.

Quæritur quomodo quiſque exteriorum ſenſuum poſſit in communem ſenſum agere.

Obiectiones.

Extremum non agit in extremum niſi prius in medium agat 1. Phyſic. Sed communis ſenſus in cerebro eſt qui à pede diſſitiſſimus, quando pes vritur, ſenſus aſper & impreſſio caloris vehementioris eſt in pede. Quare non videtur poſſe imaginem ſui in cerebro procreare, niſi prius agat in partes interiectas, in quas tamen non videtur agere.

Diſtinguitur P. à nonnullis in hunc ferè ſenſum.

Diſt. { in diuerſis ſuppoſitis, vt ſi paries in oculum agat, C.
ſuppoſito in eodem N. quia phantaſia quæ in capite eſt videtur ap- }

Digitized by Google

petitum qui in hepate cordeue reſidet mouere,& impellere,non mouendo tamen partes interiectas. Sed neque hæc ſolutionis ratio probatur omnibus.

Atque ſi probatur futurum eſt vt anima ipſa in ſede ſenſus interioris dicatur moliri imagines rerum tactilium, aſtruaturque ſenſus *agens*.

Vel futurum ſaltem, vt imagines dicantur fieri in interiori ſenſu ſola emanatione, non autem vera actione.

Fortè igitur concedere propoſitionem ſatius eſt & totam argumentationem (in quas tamen non videtur agere.)

Sed reſponſio multis videtur obnoxia incurſionibus & obiectionibus.

Impugnatio reſponſionis cum ſolutione.

Quando pes vritur, ſi imago caloris vehementioris per interiectas partes ad cerebrum vſque tranſmitteretur, in interiectis calor dolorque ſentiretur : Non ſentitur tamen : Ergo, &c.

Probatur propoſitio.

Quando imago tactilis incidit in inſtrumentum congruens, illic ſenſionem excitat: Porrò tum incideret in partes interiectas tanquam in organum congruens, & commenſuratum : Ergo fieret illic perceptio doloris, & caloris.

Reſp. imagines communis ſenſus, ſiue communi deſtinatas ſenſui ſpecie & natura diſcrepare ab imaginibus exteriorum ſenſuum, aut ſaltem à tactilibus: Ideoque non ſentiri in partibus illis interiectis calorem, &c. Quia non fit illic ſpecies tactilis exterior, ſed interior tantum.

Præterea reſpondere poſſumus tactilem imaginem non excitare tactum, niſi cum illa qualitates primæ & tactiles deferantur.

Obiect. Non occurrit inquis meatus per quem à pede ad *cerebrum* deferatur ſpecies.

Reſp. { ferri per neruos & partes proportione officioque ſimiles.
nec requiri meatus vt non requiruntur in aëre ad propagationem luminis. }

Obiect. Cur ſpecies iſta quæ inſtituta propter communem ſenſum non excitat ſenſionem in interiectis partibus? Reſp. quia non incidit in ſenſorium idoneum, vt nec ſpecies viſibilis dum incidit in aërem, &c.

Obiect. Ad totum ferè corpus noſtrum exceptis oſſibus, ſanguine & ſimilibus idoneum eſt ad calorem percipiendum.

Diſt. { per ſpeciem tactilem & per τὸ tangere C.
per phantaſma pertinens ad interiorem ſenſum N. }

Obiect. Senſus interiores nullum medium videntur obtinere.

N. quia inter ſedem viſus & viſionis & ſedem phantaſiæ ſedemque communis ſenſus aliquid interijcitur.

Monitum.

Quæ propoſita difficultas ad totum genus ſenſuum interiorum pertinet.

ARTICVLVS II.

De Somno.

Doctrinæ occaſio.

Senſu communi vincto efficitur ſomnus, vt ſoluto vigilia. Ideò de his agendum.

Sibi aduerſantur quia intelliguntur ex ſe ſe inuicem.

Somni exiſtentia, & cauſſæ.

Somnum dari notiſſimum eſt, & ex cauſis conſtat.

Somni { quatenus eſt priuatio & ceſſatio quædam nullus eſt finis. / quatenus aliquid adiunctum habet, ſomnoque ad vtilitates ſuas natura vtitur, eſt aliquis finis. p. incolumitas animalis, inſtauratio ſpirituum, recreatio corporis: atque etiam ſi quibuſdam creditur quædam quaſi libertas animi. *Finis.*

Somnus omnium animalium eſt Ariſtoteli: neque ſi dormiendo quædam habent motitationes quaſi perpetuas, propterea non propriè dormiunt. *Subiectum.*

Somnus non niſi animantium: plantæ vt non ſentiunt ita non dormiunt propriè. In his tamen ceſſationes ab officio. p. hyemales ſunt ſomno proportione ſimiles, ſunt ſomnus analogicus.

Somnus Ariſtoteli eſt affectio *primi ſenſitiui.*

Medicis eſt affectio *communis ſenſus.*

Efficiunt ſomnum penuria caloris influentis, cerebri frigus, euaporatio è ventriculo, item quæ procurant illam euaporationem, inopiam & imbecillitatem ſpirituum, meatuum oppletionem, &c. *vapor* autem in organum ſenſus huius inſinuatus videtur præcipua cauſſa. *Opifex.*

Primò quia quô ille copioſior, eô diuturnior ſomnus.

2. quia ex vaporibus oriuntur epilepſiæ.

3. quia infantes præ humore dormiunt in vtero ſemper, extra vterum ferè ſemper.

4. quia ſanguinei & pituitoſi ſomnolenti ſunt.

5. quia à cibo maximè ſolent cerebrum inuadere vapores.

Aliquando tamen ſomnus magis accidit inopia & imbecillitate ſpirituum, quàm vaporum copia & craſſitie: vt quando laſſitudo inducit ſomnum: ſed eô minor poſtulatur vis vaporum, quô ſunt imbecilliores ſpiritus.

Auerroës vim animæ tribuit per quam retrahat ſpiritus in interiores partes, efficiatque ſomnum: ſed retentrix & retractrix ſpirituum virtus in cerebro videtur conſtituenda.

Quæ aliæ ſomni cauſſæ proferuntur, ad ſuperiores reuocantur, vt ætas, tempeſtas, ſexus, valetudo, contentio mentis & ſenſus, motitationes, functiones pedum, lotiones, alimenti genus, &c.

Digitized by Google

Genus, conditio, & natura.

Somnus eſt ceſſatio quædam atque quies non tamen ſemper exquiſita & abſoluta, ſed nunc maior, nunc minor: etenim qui propter ſpirituum calorem aut copiam dormientes obambulant, &c. ſenſu exteriori etiam paulo validius vtuntur: immò vtuntur omnes, vt perſpicuum eſt. p. quando inſomniis congruunt affectiones corporis : qui dolet pedibus ſomniat ſe dolere pedibus: item quando qui vocatur ſine ſomni ſolutione reſpondet: punctæ animantes intra dormiendum contrahunt cutim, &c.

Sopor lethi conſanguineus, frater mortis, imago mortis.

Immò Ariſtoteli & Platoni mors quædam.

Galeno ſomnus eſt quies facultatis animalis cum ob caloris reuocati copiam facultas naturalis & vitalis per ſomnum validius agat: ſed quietis nomine remiſſio non omnimoda ceſſatio accipienda eſt.

Somnus dicitur eſſe cum vincto & ſopito communi ſenſu exteriores ferientur: verum vt verus ſomnus proprieque dictus ſecernatur à torpore quem inducunt epilepſiæ & cauſſæ ſimiles definiri poteſt in hunc modum: *Ligatio ſenſus communis & exteriorum ad ſalutem animalis à natura inſtituta.*

Diſtinctio.

Somnus ſalubris, vel morboſus, moderatus, vel immoderatus, longus, vel breuis, continuatus, vel interruptus, tranquillus, vel moleſtus, ſolutu facilior, vel difficilior, à cauſa ordinaria, vel ab extraordinaria.

Effectus.

Moderatus ſomnus iuuat non per ſe: ſed per caloris naturalis ad interiores partes reuocationem, ſpirituumque conſeruationem.

Iuuat concoctionem alimenti & humorum crudiorum.

Humectat niſi corpus valdè inanitum eſt.

Dolorem lenit laſſitudinem ſoluit, ægritudines animi obliterat, ſpiritus reſtituit, &c.

Immoderatus viſcidiores ſuccos concoqui non ſinit, viſcera reddit grauiora, halituoſa, & corpus excrementoſum, ſegnitiem inducit, capiti accerſit grauitatem, obtundit calorem, vires exſoluit, refrigerat, &c.

Somni humani leges.

In ſomno præſcribendo habeatur ratio temporis, ætatis, valetudinis, temperamenti, loci, &c.

Sed ſpectantur præcipue tria,

nempe { tempus, ſiue τὸ quando.
ſpatium, ſiue τὸ quandiu.
& decubitus ſiue ſitus.

Tempus { nocturnum ad ſomnum accommodatiſſimum.
diurnum facit inſalubriorem ſomnum, & vitandum: niſi adſit magna laſſitudo, niſi vigilata nox præceſſerit: aut niſi longiſſimis diebus ex conſuetudine defeſſi meridiemur: ſed erecto capite, nec protinus à

cibo, nec præter modum: ita tamen vt abſcindatur repente ſomnus.

Somnus qui inediam famemque ſequitur, vel exercitium nocet, vt etiam qui ſtatim à cibo capitur.

Spatium ſomni definitur perfecta ciborum & humorum coctione: ideò varium pro varietate ætatis, &c.

Decubitus ſit erectus, non recto ſed molliter inflexo capite.

Non ſupinus, niſi oculis conſultum velis.

Non pronus, ne lædantur oculi, &c.

Sed in alterutro latere capiatur ſomnus. p. à dextro primum, deinde à ſiniſtro: vitetur ſanè defatigatio.

Monitum.

Legatur Ariſtoteles lib. de Somno & quinto de generatione animalium.

ARTICVLVS III.

De experrectione, & vigilia.

De vigilia.

Calor { vt per ſomnum intrò reuocatur, continetur. | ita per vigiliam mouetur foras: quando auctus, vel ab obiectis quibuſdam rebus amplificatus.

Vigilia dicitur affectio quædam quæ ſenſus exterioris actionem liberiorem ſequitur, ex caloris innati motu ad exteriora.

Solutio illa & libertas eſt communis ſenſus & exteriorum: vigiliæ & ſomni contrariæ cauſſæ.

Immoderata totum corporis habitum depaſcitur, & exſiccat, calorem diſſipat, ſatiatos offendit ac ieiunos, cruditates parit, virium exſolutionem, conuulſionem, ſpirituum imbecillitatem, deſipientiam, vitioſum ſanguinem, morbos acutos.

Moderata perſpicacem reddit intellectum, ſenſus alacres facit, recreat vires, excrementa egerit, alimenti affert appetentiam, &c.

Vigilare eſt vita quadam & vitali actione vti, &c.

De *experrectione.*

Aut ſponte expergiſcimur cum peracta concoctione calor naturalis validior effectus intus retineri nequit.

Aut non ſponte quando vehementius ſenſum exteriorem ita commouet, vt apprehendat, communemque moueat ſenſum.

Nam { ſopore non abiguntur à ſuis organis. | ſed tantum præpediuntur ſenſus.

Tum excitat obiectum ſenſibile tanquam præcipua cauſſa, id quod diſcutit vapores & affectus quibus vinciebatur communis ſenſus, tanquam cauſa impedimentum remouens.

Omninò { ſenſus niſi præpediantur.
{ & obiecta ipſa ſunt ſemper quaſi in procinctu.

Quandiu durat impedimentum fit ceſſatio: diſcutitur partim occurſu obiecti vehementioris, potentioris, partim ab interna cauſa.

Cur ſomni tempus non apprehendamus alibi docet Ariſtoteles.

CAPVT III.

De Phantaſia, & de inſomniis.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Phantaſia.

Nomen, notio, exiſtentia.

Phantaſiæ nomen à lumine & viſu, vt imaginationis ab imagine.

Phantaſia nunc pro functione quadam, nunc pro facultate.

Tumque { aut eſt vis apprehendendi intellectualis. De qua poſteà.
{ aut ſenſus quidam communis homini cum belluis.

Aliquandò ſecernitur ab æſtimatiua: aliquando æſtimatiuam comprehendit. Datur phantaſia quia mouetur appetitus belluinus, ſentiuntur res abſentes, ſomniatur.

Monitum.

Inter dormiendum augentur ſpiritus.

Tum { primò quia eorum minuitur vſus, & quaſi impenſa.
{ 2. quia eorum amplificatur prouentus.

Senſus communis patitur ab obiecto quandiu occurrit commenſuratio neceſſaria ad accipiendam impreſſionem.

Appulſu vaporum & ſpirituum iactura & patienti & commenſurato efficitur ineptior & incommenſuratus.

Tandem fit ceſſatio, & ſomnus.

Tollitur impedimentum primò ſi obiectum inualeſcat, vt quando per vſtionem, aut fragorem ſoluitur ſomnus.

2. quando citra obiecti mutationem partim vapores diſcutiuntur, partim ſpiritus inualeſcunt.

Sint bilances, lances duæ in æquilibrio.

Vni ſit impoſitum plumbum, alteri lignum.

Si lignum humore aëris humectetur, inualeſcet ac deprimetur.

Si deinde paulatim exſiccetur, reuertetur ad æquilibrium.

Quod ſi poſtea leuius fiat per maiorem exſiccationem, tum plumbum deprimetur.

Hinc & ex toto ſermone de proportione quæ intercedere debet inter actiuũ & paſſiuũ, intelligẽda eſt ratio ſõni, vigiliæ, experrectionis, & dormitationis.

Cauſæ.

Finis phantaſiæ intelligendus ex officiis.

Officia

Officia ſunt retinere imagines communis ſenſus, aut imagines inde accipere,

Tum { earum beneficio cognoſcere præſentia & abſentia, ſi memoriæ locus.
componere imagines acceptas, mouere appetitum, regere animal.

De effectrice cauſa facultatum alibi.

Omnium animalium eſt phantaſia, quia omne animal regitur phantaſmatis 1. Metaphyſicæ: Omne animal appetit 2. de Animo.

Quādo Ariſtot. phātaſiā quibuſdā animantib. adimit. p. formicis, adimit non quāuis, ſed perfectiorem, validiorē. De organo quid ſit ſentiēdū dubitatur. *Occupatio*

Ponit^r { à nonnullis in poſteriori parte vtriuſque ventriculi anterioris.
à quibuſdam in tertio.
ab aliis ſpargitur per quatuor ventriculos.

Quo temperamento delectetur indicatum alibi experientia.

Quod obiicitur communi ſenſui, idem etiam phantaſiæ, ſed quatenus præſens & abſens.

Species & imagines.

Imagines ſenſibiles huius facultatis nuncupantur propriè *phantaſmata*.

Sed id nomen { aliquando ſignificat quaſuis imagines interiores.
aliquando ipſas imaginationes.
aliquando quod imaginatione comprehenſum.

Diſcrimen phantaſiæ à communi ſenſu.

Somno vincitur ſemper ſenſus communis, licet vix omnino. Non ſemper phātaſia, vt patet ex inſomniis.

Apprehenduntur communi ſenſu non niſi præſentia: phantaſia etiam quæ abſunt &c. Ergo formaliter diſtinguntur.

An realiter diſtinguantur controuerſia eſt, quæ videtur maximè diiudicanda ex ſede & organo.

Realiter diſtingui credibile eſt.

Phantaſia vtpote nobilior facultas videtur requirere puriores ſpiritus.

Ideo prima fronte videtur debere facilius vinciri ſomno quam communis ſenſus. Res tamen aliter habet.

Sed fortè licet reſpondere id fieri quia phantaſia non eget actione & præſentia rei obiectæ ad munus ſuum obeundum: ſenſus communis contra.

Obiectiuncula.

Inſomnium quod eſt phantaſię dicitur affectio ſenſitiuæ partis apud Ariſtotelem. phantaſia tamen non eſt propriè ſenſus Ariſtoteli.

Phantaſia & ſenſus dicitur eſſe eadem numero facultas. Præterea phantaſmata tribuuntur communi ſenſui. R. ſignificari illic ſenſitiuam & imaginatiuam partem ſiue animam quæ ſunt reipſa idem, & dici eadem numero quę ſunt ſubiecto idem.

Quid phantaſia?

Imaginatio ſiue phantaſia [pro actu ſumpta] dicitur motio à ſenſu proueniēs cap. 1. de inſomniis.

Motio facta à ſenſu in actu (ſenſione cōmunis ſenſus exterioris 3. de anim. c. 3.)

Id autem non quia non moueatur imaginatiua, niſi tum officio fungatur communis ſenſus & reipſa ſentiat: ſed quoniam non mouetur facultas imaginandi niſi per ſpecies impreſſas à communi ſẽſu, niſi cõmunis ſenſus moueatur, vel motus fuerit.

Verum hæc eſt definitio actionis, aut impreſſionis, non facultatis. Facultas antecedens ſequentem mouet, viſus communem ſenſum, hic phantaſiam: Ergo motio phantaſiæ à communi ſenſu.

Facultas ipſa definiri poteſt ſenſus internus ſitus &c. qui moueri poteſt à rebus ſenſu exteriori & communi comprehenſis, præſentiaque & abſentia comprehendere, & mouere appetitum, ſed mediatè.

Motus accipiendus eſt mediatus ne confundantur memoria, & æſtimatiua cũ phantaſia. Ne phantaſiæ dicatur eſſe meminiſſe quod memoriç. Item commodum & incommodum percipere & ſecernere quod æſtimatiuæ. Quanquam phantaſia confunditur à pleriſque cum æſtimatiua.

Diſtinctio.

Imaginatio rationalis, de qua poſtea, vel irrationalis.

Hęc { vel imperfecta cuius vix vlla memoria comes, vt in zoophytis.
vel media cuius memoria comes ſine diſciplinæ capacitate: vt in apibus.
perfecta quæ memoriam & doctrinæ capacitatem adiunctas habet. }

Quando phantaſia dicitur comprehendere etiam quæ abſunt, hoc videtur accipiendum de media & perfecta, vix de imperfecta.

Perfecta phantaſia vel belluina eſt, nec paret rationi, vel humana.

Phantaſia generatim videtur eſſe facultas apprehendendi rem tanquam bonã aut malam, & diuiditur in logiſticam & ſenſitiuam.

Senſitiua nunc comprehendit æſtimatiuam, & eſt ſenſus qui mouetur à rebus ſenſu communi & exteriori comprehenſis, eaſque apprehendit tanquã bonas aut malas, aut indifferẽtes, diiudicatq; & impellit appetitũ cũ vi motrice.

Nunc diſtinguitur ab æſtimatiua, & videtur eadem præſtare niſi quod non diiudicat per ſe, ſed per æſtimatiuam.

Mouetne, formatne?

Phantaſia mouet æſtimatiuam. Nam antecedentes facultates ſubſequentibus in hoc negotio ſi corporeę ſunt imprimunt & ſuppeditant imagines.

Mouet *appetitum*, ſed non ſine ęſtimatiuę opera.

Mouet *motricem*, videtur etiam & *genitricem*.

In *fœtu figurando*, componendo, colorando magnam eſſe vim phantaſię cõſtat ex ſacris literis, ex hiſtoriis & experimentis frequentibus & quotidianis. Sed virtutis & effectionis modum comprehendere perdifficile eſt.

Primo dicatur mater fœtum efformare, non autem ſola ſeminis virtus.

Deinde imaginibus impreſſis in phantaſia & in ſpiritibus tribuatur vis aliqua inſtrumentaria effingendi tale aliquid, quale id quod exhibent. Quẽadmodum forſan ad parietem aliquid coloris non durabilis, videtur excitare imagines quę tranſmiſſę illuc vnà cum lumine per vitrum coloratum.

3. natura quæ nouit ſuum munus, quę ſcit idque ſine obiecto & ſine imagine facere officium, dicatur poſſe aliquando vti imaginatione in iis ad quę alioquin neutiquam neceſſaria eſt imaginatio: Vt ſemper à re viſibili prodire imagines poſſint: aliquando ab imagine intenſionali prodeat viſibili. Non

prodit tamē ſine aliqua imaginationis ope. Lege Valeſiú c. 9. Sacrę philoſophię, & Leuinú Lēniú c. 4. li. 1. de Miraculis, itē ſermones de imaginib. intēſionalib.

ARTICVLVS II.

De inſomnijs.

Nomen, exiſtentia.

Somnium ſic appellatur quod ſomni proprium.

Inſomnium & ἐνύπνιον quod in ſomno.

Exiſtentia eius probatione non videtur indigere abſolute; licet in quibuſdam rebus dubia ſit.

Nam & ſomniaſſe quiſque fere meminit.

Et nemo fere qui ex ſignis exterioribus. p. voce, motu labiorum, contractione cutis &c. non deprehendat tum alios qui ętatis prouectioris, tum puerulos, tum ipſas etiam ſomniare belluas.

Finis.

Non fruſtra ſomnia: etenim niſi eſſent, animal inter dormiendum fere non viuēret niſi vitam plantæ.

Somnio imagines rerum renouantur, & illuſtriores fiunt.

Mens humana inter ſomniandum ſibi aliquo modo vacat. p. quando componit poœ natia, orationes.

Ex ſomniis noſtris conijcitur ſtatus valetudinis, & tempeſtatum, temperamētum & mores.

Inſomnia diuinationi inſeruiunt.

Subiectum.

Somnium citra controuerſiam non niſi animalium.

Ex animalibus homo maxime videtur ſomniare, ſed multa præterea ſomniare conſtat. p. omne quadrupedum fœcundum genus ex quarto de hiſtoria cap. 10.

Si quæ memoria carent, ea ſomniare parum credibile eſt ſi quibuſdam creditur. Quamquam quid impedit quo minus inter dormiendum ita afficiantur obiectis exterioribus, vt interiori ſenſu comprehendant, nec tamen ſoluatur ſomnus.

Puerulos ſomniare conſtat ex motu labiorum &c. ſed ſomniorū ſerò meminiſſe, ideo euenire ſomnia anno quarto aut 5. ſcripſit Ariſtoteles, ſed accipienda ſomnia cum recordatione.

Verùm produntur viri & mulieres qui numquā ſomniauerint quorū nonnullis accidit vt progreſſu ętatis ſomnijs vſi mutarentur habitu corporis, vel in mortem, vel in morbum ex Ariſtotele, Plinio, Plutarcho &c.

Ad Athlantem porro feruntur populi, quibus ſomnia nulla qualia cæteris mortalibus ex Plinio, ſomnia nulla ex Herodoto in Melpomene, cuius rei cauſa ſpirituum torpor, hebetudo, tenuitas, lubricitas, ex Scalig. in librum Hipocratis de inſomnijs.

Cuius facultatis?

Somnium qua parte homini eſt commune cum belluis, non eſt niſi in parte ſenſitiua.

In phantaſia conſtituitur, cui tamen in eo munere facultates aliæ ſubſeruire poſſunt ac ſolent: vt cum aliquis inter dormiendum ſine ſomni ſolutione audit, audita ſomnio ſuo intertexit, loquitur, ambulat.

Somnium negatur eſſe proprie affectus ſenſus externi, nihilominus ſenſio exterior ſomno accommodari ſolet: vt cum aliquis alget ſeque algere ſomniat, aliquis vocatus audit, & ſe vocati putat &c. ita vt videatur partim vigilare, partim dormire &c.

Pariter ſomnium dicitur proprie non eſſe affectus ſenſus communis, quia hic putatur non moueri niſi cõcitetur aliquis exterior ſenſus, quamquam ſunt qui communem ſenſum aiunt moueri poſſe à phantaſia, vt iudicet me audire cùm non audio &c.

Eumque ſedem vel potiſſimam ſomnio faciunt.

Sed in humano ſomnio multa deprehẽduntur opera intellectus. p. diſceptatio, conſilium, deliberatio, ratiocinatio, poëticę exercitationes, itaque cùm Ariſtoteles cap. 1. de inſomniis negat ſomnium pertinere ad opinatricem facultatem, videtur accipiendum ſomnium generatim, aut qua parte homini cõmune eſt cum belluis.

Soliuſne ſomni' an etiam vigiliæ?

Quid ſomnium. Somnium fit dormiendo cum internis imaginibus ita percellimur, vt videamur nobis intueri, aut ſentire ea quorum ſunt ſimulachra, licet non ſentiamus, aut non eo modo quo nos videmur ſentire nobis.

Sed interdum etiam citra ſomnum & inter vigilandum accidit tale aliquid, vt in phreneticis, melancholicis, ἐκςάσιν patientibus.

Verum ſpectra hęc, & phaſmata non ſolent appellari ſomnia: quamquam ſunt ſomnio analogum quiddam, immò à ſomnio non videntur eſſentia & natura diſcrepare, ſed duntaxat modo quodam, & affectione.

Materia ſomniorum?

Quidquid citra ſomni ſolutionem comprehendimus, aut videmur nobis comprehendere, id videtur ſomni materia.

Imagines { aut iam habemus in phantaſia, vel memoria.
aut inter dormiendum arripimus à ſenſu exteriori.
aut adhibitis alijs ſimulachris efformantur inter dormiendum. }

Genus?

Somnium eſt ſenſus quidã cum appetitu, interdumque etiã cum motu locali.

Senſio partim actio, partim paſſio.

Fit inſomnium cum ſoluta eſt phantaſia, & interea ſenſus communis vinctus ſaltem ſecundum quid.

Actionis efficiens cauſa phantaſia ipſa, & quæcumque alia facultas inter ſomniandum apprehendit.

Quęritur *paſſionis* cauſa ſiue à quo moueatur phantaſia facultaſue, quæ proprie ſomniare dicitur.

Loquemur alibi de intellectu, nunc loquimur de ſenſitiua facultate.

Facultatem ſomniantem moueri ab imaginibus auctor Ariſtoteles 3. de inſomnijs.

Quæ imagines per vapores & meatus cerebri ita deferuntur, vt nunc

nulla ſomnia fiant niſi forſan valde obſcura propter vaporum denſitatẽ nũc turbida, nunc clariora: porro imagines iſtæ variè affectę cogitari poſſunt.

Vel { deferuntur ab vno organi latere, ad aliud eiuſdem.
vel à ſenſorio in ſenſorium aliud. Sed non ſine diſcrimine & diſſenſione. }

Nonnulli enim à phantaſia ad communem ſenſum tanquam ad veram & propriam ſedem ſomniorum imagines tranſmittunt, vt à memoria ad æſtimatiuam: alij contra à communi ſenſu in phantaſiam.

Vel emiſſæ à ſenſu vno in eum ipſum reflectuntur ab alio ſenſu, aut ſenſorio, corporeue alio occurrenti. 3.

Vel in eo ipſo organo in quo inſunt ſenſionem faciunt calore excitatæ, & confirmatæ. 4.

Vel denique omnibus illis modis, aut pleriſque ſomnia effici poſſe cogitantur. 5.

Ita nihilominus nouæ etiam inter ſomniandum ab exteriori ſenſu tranſmittantur imagines: quæ tamen aliarum permixtione valde turbari ſoleant.

Et quidem quod attinet ad tres priores modos.

Sane { vel imagines creduntur diffundi per ſpiritus ac vapores eo modo quo per aerem à pariete ad oculum.
vel cogitantur impreſſæ & adhęreſcentes ſpiritibus. }

Idque { ſiue iam pridem ſint impreſſę.
ſiue recenter imprimantur ab imaginibus, antea ſenſorio & memoriæ impreſſis. }

Etenim ſpiritus veteres diffluunt, pereunt, noui ſubinde ſufficiuntur.

Imagines ſi firmiter ſpiritui inhęrent cum ſpiritu ipſo agitantur, feruntur.

Porro res ipſæ quarum habemus ſimulacra poſſunt etiam dici mouere, idque pręcipua auctoritate. Conſulenda quę docuimus de motione ſenſuum.

Cur hæ potius quam illę imagines, & hoc potius quam illo modo affectæ nobis occurrant cauſa aſſignatur duplex, externa, interna.

n. { *externa*: vt Deus, Angelus, Dæmon, & quę alia externa poſſunt fingere, & applicare imagines & phantaſmata.
interna naturalis, animalis, moralis. }

Dicitur { *naturalis* quando ſomnium reſpondet conſtitutioni corporis.
animalis cum reſpondet iis quæ audiuimus, ſenſimus, intelleximus, indeque pendet.
moralis quatenus ſomnium reſpondet omnibus. }

Quid ſomnium?

Dicitur viſum, ſeu phantaſma quod in ſomno apparet: viſio facta dormienti in phantaſia ex ſimulacris illic hærentibus nullo ſenſibili externo in ſenſum tunc agẽte tam valide vt ſomniũ ſoluat, idque ita vt res ita habere videatur.

Similitudo ad comprehenſionem ſomniorum.

Aqua ſi valde incitetur nullam imaginem videtur reddere.

Si nonnihil conſtiterit, incipit imago nobis apparere.

Quando penitus conquieuit effigies apparet clara & diſtincta.

Conſimili modo res in ſomniis habere dicitur, ſi habeatur ratio vaporum quibus opplentur cerebri meatus.

Cur in ſomnijs ſpecies illuſtres?

Si quis inter vigilandum conetur aliquid notiſſimum ſibi ſed abſens imaginatione complecti.

Non tã clarè & perſpicuè illud comprehendet,imaginabitur, atque quando ſomniat,niſi fortè ſomnium eſt turbulentum.

Exigui ſoni inter dormiendum ſenſu comprehenſi videntur eſſe fragores, &c.

Cuius rei ea forte cauſa quod dum vigilamus, anima pluribus muneribus vacat.

Spiritus { inter vigilandum huc & illuc fluunt,foras emittitur calor. / inter dormiendum intra continentur. / ſpecies & imagines calore attolluntur , & illuſtriores fiunt: vt tabulæ pictorum per humectationem.

Inter vigilandum quando abſentia complectimur imaginatione, communis ſenſus minus phantaſiam iuuat quam inter dormiendum.

Somniorum variæ differentiæ, & diuiſiones.

Prima diuiſio.

Somniũ vel continuat vigiliã cum ſõno,ſomnioq; ſubſequẽti n.quãdo vincatur ſenſus cõmunis,ita vt phãtaſia libera permaneat:quo tẽpore multi cõqueruntur quod dormire nequeãt,cũ nihilominus iã dormiãt,vel ſequitur ſõniũ.

Sepe communis ſenſus & phantaſia vinciuntur,ſed hæc prius quã ille liberatur.

Secunda diuiſio.

Somniũ eſt *animale,materiale naturale,mixtum*,quãquam fere quoduis mixtũ.

Tertia diuiſio.

Naſcitur ex plenitudine, aut inanitate corporis.

Ex antecedentibus,diurnis curis.

Ex illuſione Dęmonis:ex cogitatione hominis, & Dei reuelatione.

Quarta diuiſio.

Eſt oraculum,viſum,ſomnium ſpecialius inſomnium & phantaſma.

Oraculum eſt cum ex inſomnio Deus per ſe vel per alium aliquid euentuũ vel non euentuũ, faciendum vel non faciendum nuntiat, maxime ſi aperte.

Viſum propriè eſt cum ſomniatum euenit,eo modo quo apparuit.

Somnium propriè dicitur quod figuris tectum eſt , nec ſine interpretatione intelligi poteſt.

Inſomnium propriè cum id quod fatigauit,agitauit vigilantem,ingerit ſe dormienti:vt cibi cura.

Phantaſma propriè eſt quando quis dormire cœpit, & adhuc ſe vigilare exiſtimat, non vigilat tamen , aſpicereque videtur irruentes in ſe, vel paſſim vagantes,formas ſęras,aut turbulentas:ex libri de ſpiritu & animę auctore.

Macrobio totidem & eadem ſomniorum genera ſaltem ſi nomina ſpectes.

Quinta diuiſio.

Somnium Diuinum, Angelicum, Dæmoniacum, humanum, mixtum.

Themiſtio Deus videtur fore ſceleratus , ſi immittat ſomnia: ſed impie & imperitè ſentit.

Non videtur ſomnia vlla immittere Deus ex principio libri de diuinatione.

Quia ſomnia etiam quæ dicuntur diuinatoria ſæpius eueniunt ſtolidioribus;

Somnia ſi immitteret Deus maximè immitteret probioribus& ſimplicioribus. Sed ſpiritus Dei vbi vult ſpirat.

Pręterea Scalig. in librum Hippocratis de Inſomniis ſtolidiorum animi videntur minimam cum corpore habere coniunctionem, intus ſapere & non foris. Adde quod nec quiſquis videtur probior ille reuera probior, nec dona diuina quæ dicuntur *gratis data* conceduntur pro modo ſapientiæ & probitatis.

Ex Scaligero in librum Hippocratis de Inſomnijs.

Somnium { vnum per ſpecies in animam receptas [antea.]
alterum quando anima ſe ipſa agitat, aut per cœleſtes cogitationes Deum, Angelos, dęmonas. }

Illud duplex nimirum { rectum, ſeu ἐνθυόνειρος.
obliquum, ſeu σκολιόνειρος. }

Rectum dicitur inſomnium, & ἐνύπνιον, fit quando ſpecies vti ſunt ſpecies, ita ſe offerunt.

Fit verò à tribus cauſis { affectione animi.
affectione corporis.
& fortuna, euentiſque. }

Eſtque { aut naturale, cùm res apparet talis qualis eſt, eſſeue ſolet, p. aqua frigida, ſol luminoſus, &c.
aut ſyncramaticon (complexionale) cùm rem naturalem non ſuapte natura, ſed ex temperatura noſtra ſomniamus, p. aquam calidam. }

Obliquum σκολιὸν diſtortum prouenit vbi formæ prodeunt terrificæ. Secundum autem illud genus videtur phaſma ὅραμα ſi oſtendit aliquid.

Oſtendit autem { vel rem præſentem.
vel præteritam.
vel futuram, abſolutamue. ſi futuram, dicitur oraculum. }

Fitque { per rerum ſimilitudinem
aut per ęnigmata } { ob rem priuatam
vel ob publicam }

Item { aut propriam
aut alienam } &c.

De diuinatione per Somnium.

De ſomni ſpicio.

Quid ſenſerunt veteres?

Somnium quoduis Epicuro vanum & inane.

Somnium Stoicis portendit aliquid. 1

Apud Platonicos duo ſomniorum genera, vana, vera. 2

Vera eueniunt cum ſedato appetitu & facultate iraſcendi pars animi ſuperior ſibi liberè vacat. 3

Vana quæ contra. Et quidem Platoni anima eſt erudita, & rerum ſciens antequam in corpus illabatur.

4 Omnino ſomniſpicia philoſophorum alij damnant,alij probant.

5 Eius inuentor Amphictyon fertur.

6 Magi non modo eã probant,verumetiã diuinitatem diuinandi habilitatẽ illam per gemmas, aliaque id genus conciliari poſſe prodiderunt. p. per chamæleonis armum.

7 Auerroes diuinationem non tribuit niſi ſuo intellectui ſeparato.

8 Ariſtoteli tria ſomniorũ genera lib.de diuinatione: quędam rerum,quædam cauſarum,quædam fortuita.

Ex hoc tertio genere nulla videtur poſſe naſci diuinatio.

Ex 1. & 2. aliqua videtur poſſe, verum plerumque irrita & vana.Miſcentur ac conturbantur cauſæ, & ſigna.

9 Medicorum elegantiores aliquam ex ſomnijs coniecturam & indicationem capiunt lib.de Diuinatione.Legendus libellus Hippocratis de Inſomnijs, cum commentario *Scaligeri*.

Quid videatur ſentiendum?

1. Ex ſomnijs alia aliquid, alia nihil portendunt.

2. Quę quia diſſimiliter ſecernũtur diuinatio fere eſt incerta, niſi diuinitus tribuatur facultas diuinandi.

Ex prioribus quædam diuinitus immittuntur, quædam non.

3. Immittuntur autem à Deo viſa dormientibus potiusquam vigilantibus: quia tunc animus capacior magiſque ſolutus corpore, & minus diſcutit diuina conſilia, eo modo quo illuſtrius deprehenditur virtus &c.

4. Quæ à Deo immittuntur plerũque ſunt obſcura, vt & quæ ab Angelis bonis, p. vt auguſtiora ſint, vt à Deo poſtuletur interpretatio.

Secerni ſolent ab alijs ſomnijs inexplicabili quadam ſuauitate,ſi videlicet immittantur pijs.

5. Non ſemper diuina comprehendit & intelligit ille cui immittuntur.

Diuina interpretari diuinum eſt beneficium.

6 Si quæ ſomnia prodeunt à dæmonibus fallacia ſunt.

7 Licet ex naturalibus ſomnijs, quatenus opponuntur animalibus & moralibus aliquid colligere.p.temperamentum, ſtatum valetudinis: vt viciſſim ex natura ipſa & conſtitutione corporis conijcere qualia cuique ſomnia euenire ſoleant.

8 Ex *animalibus ſomnijs* pręterita potius quam futura colliguntur:nã cùm eueniunt,reuocant nobis in memoriam, ea propter quæ euenerunt.p. ſpectaculum conſpectum amici.

9 Ex *moralibus* ſomnijs mores conijci poſſunt, vt contra ex moribus ſomniandi conſuetudo.

10 Si difficile eſt ſomniorum differentiam, ſpeciemque comprehendere.

Fereque ſemper ſomnium idem & naturale, & animale, & morale eſt cauendum ne differentia vna pro altera habeatur.

Coniecturæ ex naturalibus. De naturalibus.

1 *Cholericis* ſolent apparere arma,pugnæ,lites, res ignee.

2 *Melancholicis* res formidoloſę, horrendæ, &c.

3 *Sanguineis* res lætę,colores rubri, &c.

Phleg-

Phlegmaticis res aqueę, pueri natantes. &c.

Sanitatẽ indicant videre per ſomniũ acute, facilè & ſine impedimẽto currere, terram planam & cultam intueri, pullulantes arbores, & inſtructas ornataſque malis, aqua pura fluentes riuos, &c. morborum indicationes contrariæ ſunt.

Si terra vel domus videtur moueri; id portendit mutationem, prænuntiatque ſano morbum, languenti ſanitatem.

Turbulenta ſomnia fallacia.

Matutina autem clariora veſpertinis, &c.

ARTICVLVS TERTIVS.

De Æſtimatiua.

Vt in his quę ad mentem pertinent { aliud comprehendere propoſitionem. / aliud eamdem dijudicare, videreque ſitne vera aut falſa. } *Diſcrimen à phãtaſia*

Ita in anima ſenſitiua { aliud complecti imaginatione aliquid. / aliud percipere an ſit congruens, an non congruens. } *Ratiõne diſtingui.*

Itaque { aliud phantaſia / aliud ęſtimatiua } idque pluribus de cauſis.

Primò quia qui phantaſia valet, parum valet æſtimatiua.

Secundò quia in inſomniis ſępe imaginamur, non autem ęſtimamus.

Tertiò quia æſtimatiuę eſt percipere non modo ſenſatas imagines, verumetiam non ſenſatas, eaſque componere cum ſenſatis.

Quartò quia prudentia naturalis videtur eſſe { non phantaſię. / ſed ęſtimatiuæ. }

Quintò quia { æſtimatiua appetitum mouet. / phantaſia non mouet niſi per æſtimatiuam. } *An realiter.*

An verò phantaſia realiter diſtinguatur dubitatur.

Primò quia non eſt perſpicuum, vtrum organa ſint diuerſa, &c.

Secundò quia poſita diſcrimina videntur cadere in intellectũ theoreticum, & practicum, qui tamen non niſi ratione videntur diſtinguendi.

Æſtimatiua à nonnullis conſtituitur in tertio cerebri ventriculo, ab alijs in quarto, ab alijs in omnibus: forte rectus. *Organum.*

Habet pro materia id quod ſenſibile per ſpeciem ſenſatam, aut non ſenſatam, quodque indicari poteſt congruens, aut non congruens. *Obiectum.*

Officia eius ſupra indicata ſunt.

Inuenitur in omnibus in quibus appetitus & phantaſia, præſertimque vbi prudentia. *Officium.*

Definiri poteſt ſenſus interior, cuius officium eſt ęſtimare quæ ſentiuntur, ea- *Subiectum quid.*

Digitized by Google

quę congruentia, aut non congruentia exiſtimare, & immediatè mouere appetitum, regereque animal.

Quotuplex. Vis ęſtimatiua { vna eſt belluina qualis in leone. / altera humana quę nuncupatur cogitatiua.

Hæc ab illa diſcrepat primò quia plures imagines non ſenſatas deprehendit.

2. quia non neceſſario ſequitur phantaſiam, aut neceſſario mouet appetitum, cùm ſubſit rationi.

Cogitatiuę ſunt qui tribuant vim quamdam ratiocinandi de rebus ſingularibus, de quorum opinione alibi.

Multi phantaſiam non ſecernunt niſi ab æſtimatiua, nec improbabiliter.

Vt dicatur { phantaſia quatenus res apprehendit &c. / æſtimatiua quatenus congruenter, vel non congruenter iudicat &c.

Species. Sunt qui belluis prudentioribus quaſdam ſpecies à natura tributas volunt, vt apibus mellificationis, auiculis nidificationis, ſed fruſtra, &c. Conſulenda quę docentur ad lib. 2. Phyſic. de Inſtinctu, &c.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De Memoria.

Memoria ſumitur { 1. pro facultate naturali, per quam meminimus. / 2. pro recordatione, & actu eius. / 3. pro habitu illius facultatis, & imagine.

Quomodo vſurpatur quando qui dormiunt dicuntur habere imaginem multarum rerum & memoriam.

Meminiſſe eſt rem prius cognitam, ſine ſenſus exterioris opera, aut nouę ſpeciei, quæ ſit priori ſimilis, admiſſione comprehendere. Iterum cognoſcere ita vt percipias te iterum cognoſcere. Memoria facultas eſt vis per quam id præſtamus ac ſeruamus ſpecies, imagineſue rerum.

Exiſtẽtia. Meminimus ſine controuerſia, licet dubium ſit quomodo meminerimus.

Finis. Inſtitura memoria, vt quod cognouimus ſemel, aut ſæpius poſſimus iterum cognoſcere, ac ſępius ſine nouę ſpeciei receptione, &c.

Subiectum Memoria hominum eſt, itemque belluarum, ſed non omnium.

Organum. Memoria { non eſt fuſa per totum corpus, p. per citharœdi digitos. / ſed in cerebro dumtaxat conſtituta, & tantum vel maximè potius in poſtremo ventriculo.

Obiectum. Verſatur circa pręterita tanquam pręterita, ſeu potius circa iam cognita, tanquam iam cognita.

Species. Vtitur imaginibus iam receptis: quanquam aliquo modo videtur illius eſſe recipere, aut ſeruare ſaltem, quo diutius cognoſcimus, cò imago rei altiores in memoria radices agit.

Digitized by Google

Cum autem ſpecies, imagineſque conſtituantur maximè propter memoriam, à nonnullis tamen repudiantur.

Quorum
- alij volunt memoriam vti habilitatibus quibuſdam.
- alij ferè recordationem, quod irradietur anima ab intelligentia quadam ſeparata.

Sed repræſentat
- tum habilitas illa.
- tum lumen, quod proficiſcitur ab irradiatione iſta.

Quare dum eripiunt nobis imagines noſtras, largiuntur alias.

Memoriæ vis — *Officia.*
- vna accipiendi & conſeruandi imagines.
- altera eaſdem recolendi & percipiendæ rei quę illis exhibetur.

Nam recordatio iterata eſt cognitio.

Memoria duplex — *Differentia.*
- ſenſitiua.
- intellectiua. De qua alibi.

Conſulendæ pręfationes Logicæ.

Memoriæ hæ virtutes
- facile complecti
- pertinaciter retinere
- prompte exhibere

imagines. — *Virtutes.*

In memoria multa admiratione digna, — *Admirabilitas.*

puta
- copia imaginum in eodem alueo.
- promptitudo in iis exhibendis.
- conſeruatio diligentior veterum quam nouarum.
- agnitio earum quæ quæruntur dum occurrunt.
- labefactatio memoriæ vi morborum, & ſenectutis.

Quæ memoriam iuuent, quo temperamento egeat diſputatum eſt in Logicis procœmiis.

Senſitiua porro memoria à nonnullis conſtituitur duplex.

nempe
- vna quæ ſit promptuarium ſpecierum ſenſatarum, & phantaſiæ ſubſternit.
- altera quę ſpecierum etiam non ſenſatarum, & inſeruiat ęſtimatiuę.

Quæ inſeruit
- *phantaſiæ* ſtatuenda videtur vbi phantaſia.
- *æſtimatiuæ* ſtatuenda vbi æſtimatiua.

Et ſanè vis memoriæ qua rurſus percipitur quod ſpecie exhibetur non videtur realiter diſtinguenda à duabus illis facultatibus.

Cuius ſeruare imaginem niſi cuius recipere?

Cuius reponere niſi cuius ſeruauiſſe?

De reminiſcentia & obliuione ſuo loco agendum.

Digitized by Google

APPENDIX

AD IV. V. VI. VII. VIII. CAPITA.

VBI

BREVIS DISPVTATIO DE

Anima rationali.

ARTICVLVS PRIMVS.

Doctrina, nomen, notio, exiſtentia &c

Doctrina.

Primè. PRimũ ediſſerenda ſunt quæ pertinent ad animæ huius exiſtentiam, cauſas, originem, naturam, vnitatem, ſtatum &c.

Deinde accedendum ad facultates, habitus, & actiones.

2. Cuius ſit agere de hoc argumento, & quo nomine iudicandum ex methodorũ regulis.

3. Ne hîc erremus vbi errare facile eſt & periculoſiſſimum, operę pretium eſt philoſophiæ cæcutiēti Chriſtianæ doctrinæ facē, prælucere. Hæc ſæpe philoſophiæ ſuppeditat concluſionum certitudinem, quarum poſtea philoſophia rimetur cauſas & probationes.

Pro regula.

Chriſtiana quædam dogmata.

Primum. In quoque homine anima rationalis vna.

2. Tot ſunt animæ, quot homines ſunt, vel fuerunt.

3. Anima hęc neque corpus, nec hominem antecedit tempore.

4. Non ſubit errores Pythagoricos, non datur palingeneſia & metempſycoſis.

5. Anima hęc non educitur è materię ſinu & poteſtate.

6 Creatur ex nihilo, non ex ſubſtantia Dei, in corpore non ex corpore tamen.

7. Creatur à Deo ipſo, non ab Angelo bono & malo.

8. Eſt forma informans, non aſſiſtens tantum.

9. Eſt tamen libera, incorporea, & immortalis.

10. Deum tenetur noſſe, colere &c.

11. Non naſcimur in incorrupto ſtatu, ſed in peruerſo &c.

Nomen, notio, exiſtentia.

Anima hęc dicitur animus, mẽs, ratio, intellectus, intellectiuũ, anima rationalis, dianoetica pars animæ intellectiua, hegemonicum &c.
Eſt energia ſubſtantialis tum ſui, tum humani corporis ſubſtantia & energia, regendo & informando corpori humano accommodata.
Dari animam rationalem effectus ſunt argumento.

Finis.

Vt homo ita & animus conditus propter beatitatem.
Vt *intelligat* Deum non vt *intelligatur* Deus Scaligero.

Materia & ſubiectum.

Belluis non ineſſe rationem alibi docendum. 1.
Fuerunt qui & Angelos & animam noſtram componerent ex materia quadam ſubtiliſſima, ſed aperiunt aditum progreſſioni in infinitum. 2.
Ne belluinæ quidem animæ componuntur ex materia tanquam ex parte ſui.
Præterea ſi anima noſtra materia conſtat.

ſane { hæc materia rareſcit, quando adoleſcimus & incrementum capimus. | vel anima tunc acquirit aliquid materiæ, quæriturque vnde. | vel materia datur quæ ſit naturaliter tota in duobus locis, & in quoque tota. }

Corporea tamen & corporalis dici aliquando anima poſſit, non quod corpore conſtet, ſed quod ſit corporis & materiæ, non quia inde extundatur, ſed quia recipitur ac retinetur illic. 3.
An materia naturalem habeat prodiuitatem ad animam rationalem quæſitum alibi.
Humani corporis poſita in ſermonibus antecedentibus deſcriptio rudis.
Luculentior & accuratior repetenda ex Anatomicis. 4.

ARTICVLVS II.

De opifice, genere, & natura.

Variæ ſententiæ de origine et opifice animæ.

Cogitatur { aut quiuis animus antiquior ſuo corpore & homine. 1. | aut nullus prior. 2. | aut quiuis præter animum parentis primi. 3. | aut contra nullus præter animum parentis primi. 4. }
Huc reuocantur variæ ſententiæ.

Sententia quarta & tertia.

Fuerunt qui parentis primi animum præceſſiſſe corpus, eoque priorem dicerẽt non autem cęteros, vt diuus Hilarius.
Alij contra, in his autem videntur fuiſſe illi quia vnâ cum parentis primi anima cæteras à deo conditas ſunt ſuſpicati.

Sententia prima.

Sunt qui animas humanas putant fuiſſe procreatas antequam in corpora dilaberentur.

Sed ex his { quidam aſtruunt metempſycoſim.
quidam non item .p. qui putant animas vnâcum Angelis in cœlo fuiſſe procreatas, & inde propter peccatum deturbatas.

Sententia ſecunda cum ſubdiuiſione.

Multi credunt animum tum demum procreari dum efficitur homo, aut decerpi ſaltem, ſed hi diſtrahuntur in varias opiniones.

1. Manicheis animus bonus ita ex Deo, vt ſit pars Dei, ſurculus diuinus, & quaſi diuinæ particula auræ.

2. Stoicis animus ita pars mundi, vt ſit pars Dei mortalis tamen, niſi quod reſoluitur in mundum.

3. Triſmegiſtus ab anima mundi deriuat cæteras in variam diſſimilemque ſortem.

4. Sunt qui animos ex Deo repetunt, vt ex parente liberos.

5. Quibuſdam videtur initio creatus homo, animuſque aliquis genericus informis, vnde ſinguli deinde efficiantur accedente diuino quodam lumine.

6. Nonnullis placuit animam ducere originem ab Angelis.

De Auicennæ intelligentia quæ ſit animarum & formarum datrix alibi.

Vetuſtiores philoſophi vt de principijs ἁπλῶς, ita fere ſenſerunt de animæ origine.

Fuerunt qui ex vtroque parente animam naſci opinarentur. Cõſulenda doctrina de origine animæ, de origine formę, & de generatione.

Concluſio ſeptima & probabilior. Sic ſentiendum: Animus à Deo creatur in corpore diſpoſito & inſtructo non inſtructiſſimo, non inde tamen, ſed ex nihilo.

Ideo dicitur Deus animum creando infundere, & infundendo creare.

Homo licet hominem generet, animam nihilominus non generat vt neque materiam primam.

Creatur animus quia eſt ſubſtantia incorporea.

Non fit in corpore minime diſpoſito, quia illud nõ informaret, nõ ſequeretur.

Non fit in inſtructiſſimo quia nihil generatur cum apparatu diſpoſitionum congruentiſſimo.

Quid ſenſerit Ariſtoteles?

Anima noſtra, ſiue intellectus foris aduenit 2. de generatione animalium ca. 3.

Non eſt materiæ finis & effectus 1. de partibus.

Mens ſola manet poſt corpus 12. Methaphyſicæ tex. 16.

Intellectus videtur eſſe ſubſtantia quædam, nec corrumpi 1. de animo cap. 5.

Adiungendi loci, qui proferendi pro immortalitate animæ.

Hinc colliges animarum Ariſtoteli non generari ex materia. [corpori.

Sed non videtur explicaſſe quomodo efficiatur vndeue depromatur inſerẽdus

Solet res obſcuriſſimas ſilentio potius inuoluere quã parũ eloqui & explicare.

Obiectiones ex Ariſtotele.

Anima noſtra Ariſtoteli aduenit foris: Ergo probat palingeneſiã aut metẽpſy- [coſim.

Maxime { cum primo æternitatem mundi probat.
2. non admittit infinitum numerum, infinitatem.
3. animum non interficiat, ſed putet immortalem aut ſaltem eum præceſſiſſe hominem.

Digitized by Google

Reſp. { eum videri alludere ad Platonis opinionem.
vel hoc ſignificare vnum eam non produci ex corpore: vt dicatur prodire extrinſecus non poſitiuè, ſed negatiuè tantum.

Mens præceſſit elementa ex t.8. Reſp. mentem opificem mundi præceſſiſſe elementa: Ariſtotelem agere ad hominem & aduerſus eos qui elementa formis præferebant in principijs conſtituendis. 2.

Mens eſt naturę opus probl. 4. ſect. 30. Reſp. nomine naturæ intelligendum illic diuinum opificem rerum, non materiam & formam: nam dicitur illic natura dediſſe corpori manum, animo mentem. 3.

Quanquam alioquin mens dici poteſt opus cuiuſdam naturæ naturatæ. n. animæ ſi forma creditur opifex ſuarum facultatum.

Anima producitur à materia ſecundo de animo cap. 4. Reſ. produci, ſed non quamuis. 4.

Obiectiones aliæ.

Id quod generat, facit formam generatę rei: homo hominem generat Ariſtoteli: Ergo & animam facit. 1.

D. P. ſi ſit corporea C. ſi ſit incorporea N.

Quod neque materiam, neque formam facit, non videtur opifex rei. &c. D. niſi materiā diſponat procuretq; coniunctionē formæ cum materia C. ſecus N. 2.

Vt qui hominē interficit non perimit neque materiam primam neque animā;

Ita qui cauſa eſt vt materiæ vniatur anima, debet effector appellari etiamſi neque formæ neque materię ſit opifex.

Parentes non procreant materiam, ſuppeditant tamen & elaborant.

Quod in geneſi vltimam inducit diſpoſitionem, id facit formam.

D. in generationibus purè naturalibus C. in generatione hominis N. 3.

Et materia & materiæ apparatus tenentur deſiderio animę rationalis: omnino in materia eſt potētia & opportunitas ad animam rationalem, eaque paſſiua & naturalis. 4.

Iam verò potentia naturalis quæ ſit paſſiua reſpondere etiam debet actiuę quæ ſit naturalis: Ergo anima procreatur à facultate naturali.

D. quæ ſit formaliter & purè naturalis N. quæ ſit formaliter proprieque naturalis, aut virtute ſaltem, ſiue naturalis aut quaſi naturalis C.

Deus eam naturę cupiditatem potentiamque naturalem explet eo modo quo expleret cauſa pure naturalis minimeq; libera: quia poſitis diſpoſitionibus nunquā non animā creat, perinde atq; ſi eſſet cauſa neceſſaria, & mere naturalis. 5.

Deus tamen non eſt cauſa mere naturalis quia non eſt neceſſaria, non cogitur: ſed eſt virtute quaſi naturalis, & naturalis, quia eſt ordinaria cauſa vt quæ liberrime animam creet, perinde tamen facit atque ſi cogeretur: propterè quod efficitur à Deo efficitur citra neceſſitatem: atqui poſita diſpoſitione corporis anima rationalis neceſſitate inducitur in corpus: Ergo non efficitur à Deo ſolo.

D. P. citra abſolutam C. citra hypotheticam N.

D. S. hypothetica C. abſoluta & ſimplici N.

Digitized by Google

6. Anima noſtra pendet à diſpoſitionibus corporis.

D. { vt informet corpus eoque perſiſtat C.
vt agat T. de qua alibi.
vt fiat D. tanquam à conditione ſine qua non licet Deo eam procreare C. tanquam à cauſa quę attingat productionem eius N. }

7. Non videtur Dei ſapientia pati vt anima inferatur corpori per quod ſit maculanda & inficienda primigenio peccato: Ergo non ſit à Deo vno.

D. C. coniunctio animæ cum corpore C. anima ipſa N. eo in actu quod probum eſt, id Dei eſt, ſi quid eſt vitij non eſt Dei, ſed humanę infirmitatis.

8. Quando incrementum capimus naſcitur & ſuccreſcit aliqua animæ rationalis particula: ergo coniungitur cum priori anima &, proinde corporea.

Reſp. negandum antecedens. de qua re alibi.

9. Niſi gignitur aliquid animæ rationis dabitur corruptio ſine generatione.

D. { ſine generatione compoſiti partialiſue hominis N.
ſine generatione formæ & energiæ ſubſtantialis. }

d. { ſi conceduntur formæ partiales, vt forma carnis, &c. N.
ſi in homine nihil eſt formæ ſubſtantialis præter animam rationalem C. }

Quando perit alimonię forma, in locum eius ſuccedit anima noſtra & materia quæ alimonię erat fit homo ſed homo partialis [vt oculus partialis] eſt homo, ſed per formam antea creatam.

Ex quo rerum genere anima rationalis.

1. Eſt ſubſtantia { tum quia eſt ſeparabilis.
tum quia formæ animalium eſſentiales creduntur ſubſtantiæ. }

2. Non eſt corporea forma eo ſenſu quo alię formæ quia eſt ſeparabilis.

3. Non conſtat materia ne detur penetratio coporum,

a. { ne in infinitum regrediamur.
ne ex elementari ſphæra aliquid materiæ dicatur perenniter ad cœleſtem importari vnà cum animabus.
ne aliqua portio alimoniæ dicatur perenni quaſi glutine annecti animæ.
ne quid materię naturaliter conſtituatur in duobus locis. }

Obiectiones.

1. Multi ex antiquis patribus animum crediderunt conſtare corpore, ſed tenui.

D. { antequam Eccleſia ſuam ea de re ſententiam protuliſſet C.
poſteaquam protulit vt n. poſt Lateranenſe Concilium. N }

2 Anima in ſanguine Geneſeos 9. Reſp. non eſſe ſanguinem, ſed in ſanguine, idque eo ſenſu qui explicatus alibi.

Animæ

Animæ ſuæ inſunt membra. D. { virtute. C. / formaliter. N. } 3.

Anima eſt in certo loco. D. { definitiue C. / circonſcriptiuè N. } 4.

Corpus non agit in rem ſpiritualem: Ignis autem agit in damnati animam: Ergo, &c. 5.

D. P. niſi virtus eius diuinitus attollatur C. ſecus N.

Anima { ſequitur affectiones corporis: legendus Galenus. / ſeipſam non intelligit directè: non videt. } 6.

Reſpondeo id fieri, quia quandiu in corpore eſt, phantaſmatis eget ad cognoſcendum.

Aliæ propoſitiones.

Eſt *actus* & energia quia alioquin egeret actu. 5.

Eſt *forma* per ſe propriè & formaliter informans.

Idque { non modo quatenus eſt principium vegetandi, ſentiendi. / verumetiam quatenus eſt rationalis, & intellectiua. }

Primò quia naturalem habet propenſionem ad ſuum corpus, neque prima diſpoſitio ſeſe ſubducere poteſt.

2. quia ſi aſſiſteret tantum, non autem informaret, neque præmio, neque ſupplicio dignum efficeretur corpus.

3. quia communes id vincunt rationes. 6.

Animus & Angelus conſentiunt genere ſed non ſpecie. De qua re in Metaphyſicis.

Animus quatenus naturalis ſi negatur eſſe forma & natura, tum formæ nomine accipienda eſt tantum forma quæ inſeparabilis per eſſentiæ ſuę conditionem. 7.

Definitio.

Animus definiri poteſt ſpiritualis, & ſubſtantialis energia ex ſui corporis organici poteſtate vitam rationalem obtinentis.

Subſtantia rationis particeps regendo informandoque corpori humano accommodata.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De coniunctione, vnitate, multitudine.

Coniunctio Animi cum Corpore.

Legenda doctrina generalis de informatione.
Quæ docentur de fœtus animatione.
Quæ de humani incrementi ratione.
Quæ de ſtatu animi in corpore docentur, deque metempſycoſi.

De vnitate & numero animarum humanarum.

Sententia Auerrois.

In homine vno anima duplex. p. in Socrate.

n. { vna propria eius vnius. / altera vniuerſalis in cauſando, & communis omnium.

Prior { illa dicitur cogitatiua. / informat, dat eſſe, non τό operari tantum. / percipit ſingularia, non vniuerſalia. / perit vnà cum corpore, aut cum homine.

Poſterior { hęc nominatur intellectus. / dat operari, non eſſe, aſſiſtit non informat. / comprehendit vniuerſale, non ſingulare. / æterna eſt non mortalis & inſeparabilis. / funditur per omnes homines, non per vnum tantum. / ſed tum demum coniungitur cum vnoquoque hominum quando incipit ratione vti.

Teſtimonia Ariſtotelis aduerſus hanc ſententiam.

Ex 2. Methaphyſicæ forma effectum non antecedit tempore.
1. de animo intelligere potius eſt hominis quam animæ, aut mentis.
1. Eth. hominis propria eſt beatitudo, quę tamen ſita eſt maximè in operatione intellectus lib. 10.
Natura dedit hominis animo mentem prob. 4. ſect. 30.
2. de animo intelligere eſt proprium hominis.
Anima eſt entelechia, corpus inſtrumentum.
Scimus mente, quanquam inſtrumento animi.
Intellectiuum obtinet ſenſitiuum.
Anima de qua hic agitur ſapit & intelligit.
In rebus ſeparatis idem eſt intelligens, intelligere, & intelligibile 12. Metaph.
In compoſito naturali nihil præter materiam & formam 7. Metaphyſicę.
Motis nobis mouetur quidquid in nobis 1. de animo.
Inter mouens & mobile proportio reperiri debet.
Intelligentiarum numerus repetitur ex cælorum numero 12. Metaph.
Paſſim exagitantur ideæ quibus abſurdior hic intellectus, qui fingitur incubare omnibus hominibus.

Ridicula metempſycoſis Platonicorum.

Refutatio.

Cōmunis iſte & vniuerſalis intellectus quē Cōmētator eſt cōm ment' refutatur.
Primò quia propria operatio naſcitur à propria forma.
2. quia idem intellectus non poteſt eſſe ſimul doctus & indoctus, pius & impius, miſer & fœlix.
3. quia non eſt vnica libertas & voluntas in omnibus hominibus.
4. quia nihil videtur poſſe determinare iſtum intellectum ad intelligendum.
5. quia res eadem numero non ſolet per naturam in duobus locis ita inueniri, vt non inueniatur in interiecto ſpatio.
6. quia non eſt energumeno ſimilis.
7. quia homo per ſe non eſt irrationalis.
8. quia explicari vix poteſt quō pacto iſte intellectus alicui recēter inſinuetur.
9. quia non potius negandus eſt infanti quàm amenti.

Secunda ſententia.

Sunt qui per decreta Ariſtotelis, philoſophiæque regulas vnicam tantum putant eſſe animam rationalem, qua informērur vniuerſi homines, licet fide Chriſtiana ſe induci fateantur, vt in quoquevnam ponant.

Quæ ſententia ex eo maximè videtur emanaſſe,

quòd { Ariſtoteli mundus eſt ęternus.
animus noſter immortalis.
infinita multitudo nulla.

Refutatio.

Hæc ſententia cum ſuperiori refellitur teſtimónijs decretiſque Ariſtotelis, cui 7. Metaphyſicæ idem numero non eſt multorum ſingularium. Refellitur rationibus ijs quibus vnicuique rei ſuę aſſcitur forma. Refellitur quia omnes homines non ſunt vnus homo, nec magis vnus homo quam omnes equi vnus equus. Anima Therſitæ non videtur anima Neſtoris.
Forma vnica non habet infinitas formalitates ſimul. Forma debet eſſe aliquid [intrinſecum.
Anima noſtra non eſt Angelo præſtantior.
Homo ab homine ſecernendus formâ potius, quam materiâ. [&c.
Nō poteſt naturaliter idē numero reſtitui. Idea 1. Metaph. negatur eſſe forma.

Obiectiones.

Intellectus præceſſit. R. reſponſum. prętere a id accipiendum de opifice mente cœlorum apud Anaxagoram. 1
Animus rationalis foris accedit. R. reſponſum ſupra, niſi mauis reſpondere Ariſtotelem alludere ad Platonis opinionem & metempſyçoſin. 2
Anima rationalis materia caret, ergo non multiplicatur numero. D. A. materia ex qua C. materia in qua N. [liter N. 3
Quicquid cœpit eſſe deſinet. D. ſi cœpit eſſe per motum naturalem C. ſimpli- 4.
Intellectus ſingularis non comprehendit vniuerſalia. N. quia Deus eſt ſingularis & Auerrois intellect' ſingularis numeroq; vn', nec vniuerſalis niſi in cauſādo 5.
Poſita æternitate mundi & ęternitate animę futuri ſunt animi innumerabiles, niſi aſtruitur hic intellectus. R. hoc argumentum excutiendum in ſermone de immortalitate animæ, infra. 6

Tertia ſententia, quæ Manichæorum.

Finxerunt Manichæi duos Deos, duo principia prima, vnum bonorum, alterum malorum. ideo duplicem cuique hominum inſeruerunt animum.

Quæ geminatio animorum fuit cum fundamento. Refellitur etiam ijs argumentis quibus aſtruitur vnitas formæ, & rerum aduerſariarum compatibilitas.

Quarta ſententia.

Materia per diuiſionem eſt apud nos multiplex.... Sublata diuiſione futura eſt aliquid numero vnum, vt quando aquæ duæ coniunguntur: forte videri poteſt res ita habere in animo rationali.

Reſp. tamen rem habere aliter, animoſque ita affectos eſſe, vt ſi duo ſtatuantur ſimul in eodem loco, etiam per penetrationem non ſint futuri vnum. Siquidem vt Angeli, ita & Animi noſtri, neque intenduntur neque extenduntur: ſed cur hoc intendatur, illud non item quærat generatim Metaphyſicus.

Quinta ſententia.

Certus quidam eſt apud Deum hominum, tum eorum qui ſunt, tum eorum qui fuerunt, aut futuri ſunt, proindeque etiam certus animorum numerus. Ita nihilominus certus vt ſi Deo lubuiſſet, plures pauciorefue futuri fuiſſent, & alij atque alij.

Sed fere vetus ſapientia tum Græcorum, tum Barbarorum certum fingebat certorum animorum numerum, qui nunquã augeretur, nunquã minueretur.

Ex hoc errore deriuata *palingeneſia*, de qua poſtea, & in ſermone compendiario de Geneſi, & Metempſycoſis migratioque animæ à corpore in corpus aliud nunc deterius, nunc præſtantius.

Metempſycoſis illa migratioque refutatur.

Primo quia quę formam numero eamdẽ habent, aũt eamdem ſpecie ſunt eiuſdem ſpeciei & naturæ, porro homo, bellua, & planta non poſſunt eſſe eiuſdem ſpeciei & naturæ: fingũtur tamen animi ex humano corpore migrare in belluinum. &c.

2. quia forma debet commenſurari & reſpondere ſuis officijs & organis, non eſt origo officiorum innumerabilium: ſecundę cauſæ naturales determinantur ad vnum vel ad pauca.

Vtque architectura non poteſt fungi officio citharisticæ: ita quæ anima idonea eſt ad mouendum tale corpus, non eſt idonea ad mouendum quoduis.

3. quia nunc eſt maior, nunc minor prouentus rerum animatarum eorum ad quę extenditur *metempſycoſis*, ineptum eſt in armarijs & apothecis naturæ detinere otioſas animas & operientes alicuius corporis organici elaborationem.

4. quia non eſt potior ratio cur ex duabus otioſis animabus vna intromittatur in corpus elaboratum, quam altera.

5. quia non eſt potior ratio cur anima hominis inſeratur belluæ, quam cur anima bellu ę inſeratur marmori.

6. quia generare non eſt duntaxat duas partes coagmentare.

Omnino non eſt præſcriptus rerum animatarum numerus.

Certus illę animorum numerus refellitur vnâ cum metempſycoſi.

Primò quia aduerſatur fidei, futuro iudicio, legibus, & iuſtitiæ Dei.

2. quia per naturæ vires non reuertitur idem numero, neque caſu, neque ſtata lege.

3. quia ſi eſſet præfinitus animarum numerus, deberet eſſe præfinitus & diſpoſitionum, alioquin per naturam materia poſſet recipere diſpoſitionem neceſſariam ad animæ admiſſionem & tamen minimè animari.

4. quia eodem iure in quaque ſpecie præfiniendus eſt formarum numerus.

5. quia quæ virtus potuit eum numerum procreare, poteſt amplificare.

6. quia ſic futurum eſt vt nihil generetur præter totum.

7. quia ridicula & fabuloſa renaſcentia & reminiſcentia Platonica. De qua poſtea.

Monitum.

Operum artificioſorum diſtinctio aliquando à materia non à forma: Sæpius tamen contra.

Ex veteribus philoſophis quidam diſtinctionem operum naturalium repetebant à materia, quidam à forma. De qua re ad primum Phyſ. locuti ſumus.

Aliquando arte videtur procurari non res, ſed tantum coniunctio rerum.

Ex artificioſis mortales vtrumque iudicant de naturalibus.

Sexta & vera ſententia.

Tot ſunt animæ rationales numero, quot ſunt, aut fuerunt homines.

Animorum quiſque vt ſeipſo eſt, ita per ſeipſum eſt indiuiduus.

An præter animam rationalem alia quædam ſit in homine forma ſubſtantialis quæſitum eſt ad lib. 2.

Conſulenda doctrina de forma, deque generatione.

ARTICVLVS IV.

Æqualitas, vnio, effectus.

Animorum æqualitas, inæqualitas.

In anima rationali ſpectanda duo,

.n. { id quod adeſt per naturam & originem.
& id quod deinde acceſſit. }

Atque hoc citra controuerſiam eſt inæquale quia alius alio efficitur doctior, melior.

Ad illud quod attinet duo occurrunt conſideranda .n. eſſentia, entitaſue ſubſtantialis, & facultates.

Eſſentia & entitas ſi admittit inæqualitatem, gradus animæ aliquis in vno inuenitur, qui non in alio. Ille vero vel eſt eiuſdem defi. itionis cum animo cui adiungitur, vel diuerſæ.

Non diuerſæ quia faceret animos noſtros ſpecie diſcrepantes: eſſentiæ enim ſunt ſicut numeri. Chriſtus non foret eiuſdem ſpeciei nobiſcum.

Non eiuſdem, neque enim vlla eſt cauſa cur animus admiſſione animi ſeu gradus homogenei extendatur, vel intendatur. Siquidem ſubſtātiæ non intenduntur.

Si animus extenderetur, ſane acceſſione gradus creſceret dum incrementum ca-

pimus, ideoq; decreſceret dum decreſcimus. Sane ſi varia temperies corporis humani poſtulat animos varij gradus, cum temperies in dies mutetur, videtur etiam in dies mutandus ſtatus & gradus vnius, eiuſdemque animi.

Facultates autem naturales duobus modis intendi cogitantur.

.n. { propriè & per ſe acceſſione gradus homogenei, vt lumen inualeſcit adiectione luminis.
minus propriè per diſpoſitionem corporis & qualitatem acuentem. }

Ac poſteriori quidem modo ſine controuerſia intenduntur facultates animę rationalis, idque ſiue vnus animus conferatur ſecum, ſiue cum altero.

Etenim pro vario habitu, temperie, & ſtatu corporis ingenia ſunt varia & inęqualia & in dies variari deprehenduntur.

An propriè intendantur ac remittantur controuerſia eſt. Conſulenda doctrina de intenſione & remiſſione, deque proprietatibus. Facultas nō videtur vlla inueniri in vno animo, quę non in alio.

Coniunctio et vnio animi cum corpore.

Monitum Legenda doctrina de forma & informatione, de compoſitione naturalis corporis, & ſermo de intellectu.

Primum. Anima corpori ineſt non vt gubernator naui, non aſſiſtendo tantum: Sed tanquam forma informans.

Primò quia mouere ſe inde non poteſt & deſerere illud quandiu ſeruatur idonea temperies ac diſpoſitio.

2. quia animus non intuetur ſe rectâ, ſed reflexè tantum.

3 quia homo eſt quiddam propriè vnum, corpus pœna pręmione eſt afficiendum.

4. quia animus noſter patitur à corpore aut certè ad pręſentiam corporei affectus p. phantaſmatis, idque neceſſitate naturę.

2. Animus Platonicis eſt totus homo, ſed non Peripateticis, apud quos eſt hominis pręcipua pars.

3. Animus ceſſat informare corpus vbi labefactata eſt diſpoſitio neceſſaria, quia fruſtra informaret materiam niſi poſſet officio fungi.

Idque { ſiue ſpectetur totum corpus, vt quando morimur.
ſiue pars tãtum, vt quando amputatur membrum, aut quando per decrementum dilabitur ſubſtantia noſtri corporis. }

4. Vt Angeli nunc plus nunc minus occupant loci, non tamen in infinitum: Ita etiam & anima noſtra quandiu viuimus occupat nunc plus corporis & loci, nunc minus.

Sed diſpar ratio quia Angelus id liberè facit, animus autem naturę neceſſitate.

primo quia id facit citra cognitionis ductum.

2. quia ſi id liberè faceret, poſſemus pro arbitrio corpori noſtro modum imponere, poſſetque forma non induci in materiam bene diſpoſitam.

Monitum Conſulenda doctrina de fœtus animatione, de animi ſtatu, & de reſurrectione.

Manifeſto incrementum & decrementum capimus vt & cętera quæ viuunt.
Sed nō plane cōſimili ratione propter animæ immortalitatē.ingenerabilitatē.
Nunquam cætera creſcunt quin aliquid animæ generetur.
Nunquam decreſcunt quin aliquid animæ corrumpatur.
Dum incrementum capimus, paratā & agglutinatam in materiam inſinuatur anima, vt deprauatam in decremento deſerit, & tamen nec rareſcit denſaturque anima, nec quidquam ipſi ſuccreſcit aut detrahitur entitatis &c. de qua re in rudimentis, & compendio maiori Phyſicæ.

Monitum.

Sitne anima noſtra ſola indiuiſibilis & inextenſa inter formas ſubſtantiales, ſitne vere indiuiſibilis & inextenſa quæretur in compendio eodem.

Effectus animæ.

Quęritur ſitne anima & omnino forma ſuarum facultatum opifex .p. intellectus voluntatis, an vero procreator formæ ſubſtantialis de qua re in ſermone de generatione. 1.
Anima facit quidquid faciunt ipſius facultates, intelligit per mentem, recordatur per memoriam &c. 2.
Animæ eſt & omnino formæ continere corpus. Poſt interitum breui ſoluitur compages quæ diutiſſimè ſubſtiterat. 3.
Effectus animæ rationalis princeps ac præcipuus homo. 4.

Homo.

Cauſæ hominis notæ, explicatæ. Homo procreari nequit per vim naturæ è materia putri & æquiuocè, vt neque perfectiora animalia.
Quæ autē reperiuntur huius generis in Inſulis à continēti diſſitiſſimis, vt belluę, & ad quas inſulas enatare non potuerunt, illæ vel hominum induſtria, vel Angelorum opera, & benignitate Dei illuc primum ſunt tranſuectæ.
Homo natura ſua eſt mortalis &c.
Primus parens niſi peccaſſet, non natura ſua, ſed Diuino beneficio immortalis futurus erat.
Homo ab homine ſpecie non diſcernitur.
Homo factus ad imaginem Dei. Cuius ſententiæ variæ interpretationes petuntur à Theologis.
Homo quanquam animo ſpirituali conſtat, eſt quid corporeum.
Homo μικρόκοσμος, comparationem eius cum mundo vniuerſo, aut ſaltem cum pręcipuis illius partibus inſtituere non neceſſe eſt.
Homo olim viuaciſſimum animal.
Homo ciuile animal, ſocietatis amans, docile, &c.
De his & conſimilibus notis paſſim inter philoſophandum.

ARTICVLVS V.

De Animæ immortalitate.

Quid ſenſerit Ariſtoteles.

Themiſtius, Simplicius, Philoponus, Arabes ferò omnes, Albertus, Ariminenſis, & alij arbitrantur animum ex mente Ariſtotelis eſſe *ſeparabilem* [à corpore ſine interitu] & immortalem.

Cõtraria in ſentẽtia ſunt Diceꝗrchus, Ariſtoxenus, Alexander, Alexandrei omnes quos carnifices animarum Scaliger vocat, Plutarchus 4. de placitis, Galenus lib. de hiſtoria, Theodoretus 5. grꝗcarum affectionum, Iuſtinus martyr in exhortatione Origenes 1. περὶ ἀρχῶν, Nicenus 2. philoſophiæ, Nazianzenus initio ſuæ Theologiæ, Okam, Heruæus, Gabriel, Porcius.

Varia pro vtraque parte proferuntur teſtimonia ex ipſo Ariſtotele.

Omitto multorum auctorum teſtimonia.

Quædam teſtimonia pro immortalitate.

Libri 1. de animo tex. 40. intellectus operatio dicitur circularis, tex. 60. intellectus forte incorruptibilis, 2. de animo tex. 11. nihil prohibet quo minus animæ pars aliqua ſit ſeparabilis, tex. 22. intellectus ſeparabilis perpetuus, tex. 26. atque non conficitur ſenio, non læditur intellectus obiecto vehementiori.

3. de animo animus recipit incorporea, intellectus agens eſt ſeparabilis.

2. de generatione animalium cap. 3. & 12. Metaphyſicæ tex. 17. mens foris aduenit.

Ex 1. Eth. cap. 11. res poſterorum pertinent ad mortuos, ca. 10. mortuos ſua bona & mala conſequuntur.

Ex libro 10. cap. 7. in homine quid diuinum, quamquam Ariſtoteli non quidquid diuinum, id immortale.

Ex problemate 9. ſectionis 29. iuſtius ferre opem mortuis quam viuis.

Ex Categorijs Grammatica in animo ineſt [non in corpore.]

Mitto librum de Mundo, qui vt non ſit Ariſtotelicus, eſt tamen peripateticus.

Adiunge doctrinas de prouidentia, & de beatitate.

Aduerſaria teſtimonia, cum ſolutione & interpretatione.

1 Phyſica agit de corruptibilibus formis 1. Phy. tex. 83.

R. agere quidem ſed non de ſolis, præterea animum eſſe formã corruptibilem non omnino & ſimpliciter quia ipſe non perit, ſed ſecundum quid. n. ſecundum informationem quia tandem informare deſinit.

2 Forma phyſica nõ eſt ſeparabilis niſi ratione à materia 2. Phy. & 6. Metahyſicæ.

R { formam naturalem quãlibet ſeparari ratione à materia.
fere quãlibet non ſeparari niſi ratione, dubium eſſe vtrum anima rationalis comprehendatur ab Ariſtotele nomine formę & *energia* corporis, ſaltem quatenus eſt rationalis.

Forma

Forma phyſica eſt reipſa in materia ex citatis locis, D. quandiu informat C. ſimpliciter N. 3.

Mathematica forma magis ſeparatur à materia quam phyſica.

D. ſecundum rem N. ſecundum rationem & definitionem C. animus definitur per motum & materiam. 4.

Locus non eſt forma [rei locatæ] quia ſeparatur à re locata 4. phy. tex. 17. Ergo ſi anima ſeparatur non eſt forma. 5.

D. Ant. { quia ſeparatur ſine interitu rei locatæ C.
quia ſine ſuo interitu N.

Ex nihilo nihil fit 1. Phy. & paſſim: Ergo animus Ariſtoteli non fit ex nihilo, & proinde non eſt illi immortalis. 6

Reſp. Ariſtotelem non videri comprehendiſſe quomodo anima fiat.

Ex 6. Phy. quod indiuiſibile, id per ſe localiter moueri nequit. 7.

D. { ſi ſit indiuiſibile more intelligentiarum N.
ſi more punctorum, & ſimilium rerum, de quo vno genere agit, C.

8. Phy. tex. 53. quia motor eſt æternus. cœlum eſt ęternum: Ergo ſi anima eſt immortalis, corpus quod illa mouere debet immortale eſt. 8.

D. A. quia eſt ęternus N. quia eſt æternus motor C.

N. C. quia anima non ſemper mouet.

Ariſtoteli inquis ſi motor eſt ęternus, eſt æternus motus. R. animam non eſſe æternam à parte priori.

Omnis forma diuiſibilis in materia eſt immortalis 8. Phy. R. animum non eſſe diuiſibilem, niſi eo modo quo Angelus diuiſibilis. 9

Quod infinito tempore durat, id infinitum 8. Phy. R. animum non eſſe æternũ à priori parte, ſed tantũ à poſteriori, alibique poni interpretationẽ illius loci. 10.

Omnis ſubſtantia naturalis eſt corpus, vel cum corpore oritur & interit 3. de cœlo cap. 10. R. animum interire ſecundum quid, & eſſe in corpore quamdiu manet planè naturalis. Status eius extra corpus videtur Metaphyſicus. 11.

Quod mouetur per accidens, id corruptibile 1. de ortu cap. 6. & 10. Anima autẽ mouetur per accidens ex 1. de animo cap. 2. & 3. Ergo corruptibilis. R. interpretationem illic eſſe poſitam. 12.

Ex 1. de ortu terminus generationis eſt corruptibilis, ex eodem forma eſt terminus generationis primarius, vt compoſitum præcipuus. 13.

R. { hominem perire ſimpliciter, vt ſit ſimpliciter.
animum perire tantum ſecundum quid .n. ſecundum informationem.

Poſt mortem nihil videtur ſupereſſe, 3. Ethic. Reſp. videri nihil ſupereſſe, non reuera nihil ſupereſſe. 14.

Nihil violentum eſt perpetuum 1. de cœlo tex. 18. ſi anima foret immortalis & forma poſt obitum maneret in ſtatu violento idque perenniter. 15.

R. { primò hoc eſſe pro coniectura reſurrectionis.
2. animam ita eſſe energiam corporis & formam, vt ſit magis energia ſui.

Actiones animi ſunt in materia 1. de animo tex. 15. R. intellectionem excipi ab Ariſtotele. 16.

Anima eſt mobilis duntaxat per accidens tex. 6t. eiuſdem libri. D. quandiu eſt 17.

Digitized by Google

in corpore C. ſecus N.

18. Si intellectus dicitur immortalis quod non conficiatur ſenectute cæterarum rerũ, anima videtur pari iure futura immortalis cùm ſubſtãtia nõ intendatur non remittatur R. non eſſe hanc ſolidam & ſingularem cauſam & probationem immortalitatis, probationes coniungendas eſſe vt coniunguntur cauſæ.

19. Energia materię eſt inſeparabilis ſecundo de animo t. 11. animus noſter eſt energia materiæ: Ergo inſeparabilis. R. reſponſum ad eum locum.

20. Tex. 16. laudantur veteres quod dixerint animum non eſſe ſine corpore D. antequam fiat viuens C. poſt interitum eius N.

21. Intellectiuum continet vegetatiuum t. 21. R. continere virtute.

22. Intellectus *patiens* eſt inſeparabilis 3. de animo. R. id exquirendum infra.

23. Scientia corrumpitur interitu ſubiecti libro de longitudine: Animus ſubiectũ ſcientię, vt colligitur ex cap. de ſubſtantia in categorijs: Ergo.

R. ſcientiam perire vnâ cum homine ſecundum *modum*, non ſecundum *rem* vt & animam, exercetur nunc per phantaſmata, poſt mortẽ ſine phantaſmatis.

24. Corruptis animabus corrumpitur ſcientia 1. poſteriorum cap. 5.

R. 1. id accipiendum eſſe hypothetice hoc ſenſu: ſi corrumpitur anima, corrũpitur ſcientia.

2. Ariſtoteli *intellectum* patiẽtem qui ſciẽtiarum eſt ſedes videri eſſe inſeparabilem & mortalem.

25. Poſt diſſolutionem (p. ædificij) non remanet niſi materia, non autem materia & forma 7. Metaphyſicæ cap. vltimo. R. multas ex propoſitionibus Phyſicis pertinere ad τὸ plerumque, non ad τὸ ſemper.

26. In Deo perpetua fœlicitas, quæ contingit nobis tempore exiguo 12. Metaphy. cap. vltimo.

R. Ariſtotelem loqui de viuentium non de mortuorum fœlicitate.

27. Abſurdum eſt intelligentiam vel ad minimum corpus non mouere t. 30. eiuſdem libri: Ergo pari iure ſi anima æterna foret perenniter informaret.

28. R. Ariſtoteli aliam eſſe animi, aliam intelligentiarum & Deorum conditionẽ: intelligẽtia immortalis, ideo materia caret ex eodẽ libro. R. & animã carere.

29. Quæ materia carent non multiplicantur numero t. 49. R. animam non carere materia *in qua*, etiam ſi careat materia ex *qua*.

Tres potiſſimæ rationes.

Prima ratio.

Si intellectus ſine phantaſmate intelligere nequit, anima noſtra eſt inſeparabilis 1. de animo: atqui ſine phantaſmate intelligere non poteſt ex 3. ex de animo tex. 30. tex. 39, Ergo &c. R. reſpondendum in ſermone de intellectu.

Secunda ratio.

Non eſt probabile quod genitum eſt non interire, genetabile & corruptibile videntur reciprocari.

1. de cœlo cap. 10. R. propoſitionẽ examinandã in Metaphyſicis ſermonibus.

Tertia ratio.

Mundus Ariſtoteli æternus 8. Phy. & 1. de Cœlo.

Digitized by Google

Ergo { vel anima noſtra eſt mortalis.
vel iam pridem Ariſtoteli animę ſunt innumerabiles.
vel probat metempſycoſim. }

Et tamen 3. Phy. reſpuit infinitam multitudinem, metempſycoſim videtur tanquam ridiculam & indignam refutatione contempſiſſe: Ergo anima noſtra Ariſtoteli eſt mortalis. Reſpondeti ſolet veriſſimile eſſe vidiſſe Ariſtotelem hoc argumentum, nec potuiſſe ſoluere.

Monitum.

Fatendum eſt quędam repetiri apud Ariſtotelem quibuſcum non cohæreat ſatis animæ immortalitas: Item non conſtare ſatis poſuetitne certum animorum æternorum numerum.

Sane metempſycoſim non oppugnat pro ſententiæ celebritate & ſua in oppugnandis alienis conſuetudine.

Neque ſi anima initio eſt inſtar tabulæ raſę, ideo anima non pręceſſit hominem, etenim patiens intellectus qui ſimulacrorum ſedes, Ariſtoteli videtur inſeparabilis: ſane intellectus Ariſtoteli aduenit foris.

Sententiæ veterum.

Communis ferè omnium auctorum nationumque ſemper ſententia fuit, animum eſſe immortalem.

Excipiuntur Saducei, Epicurei & Stoici & conſimiles qui putarunt animam cum homine interire: item qui volunt animas durare aliquandiu poſt mortem, non tamen eſſe immortales.

Stoici tamen aſſerunt animũ diſſolui in originem vnde rurſus ſit exprimẽdus.

Alexander & Alexandrej Scaligero animarum carnifices.

Alexandro tamen animus accedit foris, eſt immortalis.

Sed ille animus Alexandro in libro de intellectu eſt Deus ipſe, neque ſatis hanc ſententiam videtur excuſat Eeugubinus.

Demonſtraturne animæ mortalitas?

Neutiquam quia falſum demonſtrari nequit, licet apparenti ratione ſuaderi poſſit.

Demonſtraturne animæ immortalitas?

Suæ ſunt & conſtantes cauſæ huius immortalitatis, & certa ſigna: ergo ſecundum ſe immortalitas animi eſt demonſtrabilis: ſed non quidquid demonſtrabile, id cuiuis demonſtrabile.

Eſtque controuerſia an vlla ex probationibus iis quæ circumferuntur mereatur nomen legitimæ demonſtrationis.

Ad hanc enim præter certitudinem requiritur claritas: porro, non quidquid certum eſt, id clarum & perſpicuum vt hæc propoſitio.

Mens intelligere poteſt ſine phantaſmate.

Quæ capita præcipua vnde probatur animæ immortalitas?

Sunt ſacræ literæ, conſenſus gentium, & auctorum.

Intellectus, eius capacitas, vis & obiectum.

Digitized by Google

Voluntas & obiectum eius.

Variæ naturales appetitiones: vt cupiditas immortalitatis, beatitatis, ſciendi, videndi Deum, cura poſteritatis.

Actiones intellectus, voluntatis, libertas, merita, religio, prœuiſio.

Finis vltimus ſimilitudo & amicitia cum Deo atque Angelis.

Genera interitus quorum nullum in animam cadit.

Origo animæ pugna ſenſitiuæ partis cum rationali.

Reſurrectio, qui reuixerunt.

Prouidentia, & iuſtitia Dei, quæ poſtulat aliam vitam.

Refutatio contrariorum argumentorum.

Scaliger tria profert argumenta, quę vult haberi pro demonſtrationibus, quæ tamen carent probabilitate, cum videantur facere belluinas animas immortales, vel principium poſtulare.

Argumenta Scaligeri.

Nullum ſimplex reſolubile cum careat principiis: anima autem eſt ſimplex actus.

Natura cœleſtis eſt incorruptibilis, anima autem eſt quid cœleſte & eſſentia quinta: Ergo ſi anima interit vel reſoluitur in principia, vel innihil: non in principio quia principio caret: Ergo in nihil: quod ſi naturaliter reſoluitur in nihilum, naturaliter etiam aliquid ex nihilo fit, quod abſurdum.

Quid iſta immortalitas?

Immortalitas hæc non niſi cogitatione videtur diſtinguenda ab animo ipſo: eaſdem habet quas ille cauſas, perfectio eſt non priuatio.

Exempla quædam probationum immortalitatis.

Mens non intelligit tam multa, quin plura poſſit comprehendere.

Nouit ſpiritualia, vniuerſalia, ſeipſam.

Non definitur certo obiecto, habet pro obiecto omne ens.

Quo magis à materia & ſenſu ſeparatur, eo melius intelligit.

Non læditur vehementi obiecto, vt læduntur ſenſus.

Percipit hic ſubſtantias ſpiritales, ſed non ſecundum modum naturæ ſuę congruentem ſecundum quem perfici debet, eaſque intueri.

Vnaquæque facultas aliquando percipit diſtincte obiectum proprium, & congruentiſſimum.

Datur ἔκςασις etiam citra miraculum, &c.

Datur cognitio Dei, religio, ratiocinatio, & futurorum prœuiſio.

Voluntas libera eſt, proindeque Angelo ſimilis, domina ſuarum actionum, ſui primo motrix, ſi corporea foret obiecto reſiſtere non poſſet, nec inhibere illius imperium. cætera à Deo explere nequeũt naturalem noſtram cupiditatem. Naturalis cupiditas non eſt fruſtra.

Voluntas reſiſtit appetitui ſenſitiuo, indefinita eſt.

Non aſſequitur in hac vita ſuum finem.

Digitized by Google

Virtus per naturam voluntati conuenit.

Voluntas natura duce concupiſcit gloriam poſt mortem.

Per naturam bene volumus vita functis,iuſtiuſque auguramur illis,quàm viuis opem ferre.

Tenemur deſiderio maximè naturali videndi Deum, videndi poſt mortem noſtros,conſequendi immortalitatem.

Per naturam cupimus vita functos meminiſſe noſtri, deteſtamur lethem.

Niſi ſupereſſet alia vita non vterentur fortuna improbi ſecunda, probi aduerſa cum ſit prouidentia.Natura homini nouerca, niſi ſupereſt alia vita,fruſtra cura poſteritatis in homine, &c.

Anima nullum genus interitus & corruptionis admittere videtur.

Præcipua argumenta Platonicorum.

Vnum contrariorum non ſuſcipit aliud.

Animus vileſcit deſcenſu ad res corporeas.

Animus dominatur corpori, mouetur à ſe,nunquam ſe deſerit.

Animus non perimitur à ſuis vitijs ignoratione,improbitate.

τὸ ſcire diſcereque noſtrum eſt quoddam reminiſci.

Animi finis idem qui Intelligentiarum.

Animi eſt Dei notitia & cultus.

Eſt cura poſteritatis & futurorum præuiſio.

Prouidentia & iuſtitia Dei poſtulant aliam vitam.

Habenda fides vaticinijs,apparitionibus.

Lege Beſſarionem libro ſecundo contra Platonis calumniatorem capite ſeptimo.

Præcipua argumenta Ferrarienſis.

Ferrarienſis in opere de immortalitate animæ, eius argumenta repetit à contemptu rerum, imagine Dei, ſapientia, iuſtitiaque Dei, appetitu gloriæ, fortitudine, ortu animi, incorruptibilitate materiæ primæ, generibus corruptionis, carentia ſenij & læſionis ab obiecto vehementiori, deſiderio immortalitatis, carentia principij, motu à ſe, virtutibus animi, ſententia Poëtarum, philoſophorum, Sybillarum, & à reuocatis ad vitam.

Monitum.

Vt ſit perfectiſſima demonſtratio requiritur *tum certitudo* tum *perſpicuitas* in vtraque propoſitionum antecedentium, ſed non omnes demonſtrationes ſunt æquè accuratæ,exquiſitæ, exactæ.

Digitized by Google

ARTICVLVS SEXTVS.

De ſtatu Animi.

Quotuplex animi ſtatus?

Status noſter eſt cogitaturus quadruplex, n. *natura mera, dotata, corrupta, reſtituta*, quæ varietas in Ethicis inſinuata.

Status animi triplex
- primus in mortali corpore.
- ſecundus extra corpus.
- tertius in immortali corpore, ad quem aditus patet per reſurrectionem.

De primo ſtatu.

Quæ ſupra ediſſeruimus, maximè pertinent ad primum ſtatum.

Anima à diſpoſito corpore ſe dimouere nequit.

Informatio impedit quo minus anima vtatur intuitione citra ſenſuum opem.

Corpus non impedit quo minus Angelus Angelum intueatur, animuſque ſeparatus alium animum ſaparatum, vel non ſeparatum.

De tertio ſtatu.

E ſecundo ſtatu intelligendus tertius.

Corporis glorioſi dotes Theologi aperiunt, vt & damnati affectus.

Penetratiuum vt efficiatur illud non videtur exigi *entitas*, perfectioque noua: ſed duntaxat nouus entitatis modus, quia fruſtra, &c.

Agilitas, *lumen* & *impaſſibilitas* videntur recentes entitates.

De ſecundo ſtatu.

1. De hoc ſtatu pauca apud Ariſtotelem, vt primo Ethicorum plura apud Platonem.

2. Animus hominis
- à morte retinet naturam ſuam.
- manet forma, licet non informet actu.
- non euadit Angelus, non Dæmon, licet non informet.
- non degenerat in belluinam animam.

3. Eſt immortalis non viuaciſſimus tantum.

4 Auehit ſecum eas tantum facultates & affectiones hominis, quę animo ipſi inhærebant, p. intellectum, memoriam, intellectiuam voluntatem.

5. Sed Ariſtoteli intellectus patiens videtur inſeparabilis.

6 Quæritur vtrum ſeipſum ipſe de loco in locum mouere poſſit. An vero tantum moueatur Angelorum opera, vt prætereà corporis deſiderio maiori teneatur.

Digitized by Google

Etenim ſi ipſi ineſt à morte ſua ſe mouendi vis,& ante mortem videtur adfuiſſe: Ideo periculum videtur eſſe ne inter viuẽdum è ſuo corpore etiam diſpoſito ſponte digrediatur.

Sed tamẽ veriſſimilius eſt moueri à ſe,idque liberè per notitiam & appetitionem quoties conſtituitur extra diſpoſitum corpus. Maximè cum quando eſt cõſtitutus in corpore diſpoſito nouæ ſe inſinuet materię parti ſine amiſſione eius in qua eſt.n dum incrementum capimus, nec propterea tamen ſponte digreſſura eſt è corpore diſpoſito, quia potior eſt propenſio naturalis per quam fertur ad corpus & quaſi adhæreſcit quam peruerſa appetitio & cupiditas diſcedendi qua teneatur.

Euehit ſecum animus habitus ſuos futuros vſui aut ornamento, maximè vero imagines rerum,alioquin obliuiſceretur ante actæ vitæ. 7.

Animus non attrahitur carminibus. 8.

poteſt tamen Deo permittente apparere ſiue moueatur à ſe,ſiue ab Angelo. 9.

Animus extra corpus conſtitutus tenetur corporis deſiderio. 10.

Animus animum & Angelum dicitur non poſſe penetrare ſine miraculo. 11.

ARTICVLVS VII.

De Palingeneſia,& Reſurrectione.

Palingeneſia, & metempſycoſis.

Ex veteribus quidam credebant futurum vt poſt aliquot annorum millia, vt poſt annum maximum de quo Cenſorinus omnia eadem redeant.

Plærique animum quemque è corpore vno in aliud migrare,idque ſæpius& citra illius anni præſcriptionem ſuſpicabantur,ſiue proximè,ſiue mediatè,& nunc quidem in humanum corpus inſinuari,nunc in aliud &c.

Ad priorem opinionem illud pertinet apud poëtam.

Alter erit typhis &c.

Forte & illud Senecæ Epiſtola 36. veniet iterum qui nos in lucem reponat dies.

Apud Stoicos animus ſtatim à morte aut tandem.p.per conflagrationem ſoluitur,in mundum inde aliquando rediturus.

Vtraque opinio erronea. Quanquam forte procreata ex reliquiis verè perſuaſionis de Reſurrectione. Vt erronea quæ à morte animæ viuacitatẽ aſtruit, non immortalitatem.

Reſurrectio.

Vera Reſurrectione idem animus eidem corpori totali reſtituitur. *Primò.*

Ea duplex { vna qua quis reuiuiſcit iterum moriturus: vt Lazarus. / altera qua homo reuiuiſcit nunquam moriturus. } 2.

Neutra fieri poteſt ſolius naturæ opera.per naturam à priuatione ad habitum non datur regreſſus. Conſulendus ſermo Metaphyſicus de vltima rerum determinatione. 3.

Reſurrectio futura omnium hominum,quia nemo à morte liber. 4.

In tempore extremo qui inueniantur morituri ſunt,

Quando Chriſtus dicitur iudex *viuorum & mortuorum*.

Tum { vel per *viuos* probi intelliguntur,improbi per *mortuos*.
vel per mortuos qui antea mortui erunt.
vel per viuos illi quos extremus dies viuos offendet,quique mundi &
conflagratione interimentur.

5. Qui reuixerint immortales ſunt futuri.

6. Sexuum diſcrimina ſeruabunt,ſed citra vſum.

7. Reuiuiſcent omnes perfecta in ætate.

8. partibus diſſiparis in vnum coëuntibus.

9. Dies quo futura communis Reſurrectio non niſi Deo cognitus.

10. Cum dicitur futura meridie,aut nocte Reſurrectio,habenda eſt ratio illius plagæ in qua iudicium fiet.

11. Reparabuntur non modo partes animatæ,verum etiã quæ aliæ faciunt ad integritatem,vt capilli.

12. Non quidquid vnquam fuit pars corporis,id reponetur, alioquin ingentem in copiam materię excreſcerent corpora eorum qui diu vixerunt.

13. Futura autem Reſurrectio colligitur ex ſacris literis, cõſenſu multorum philoſophorum & nationum.

14. Suadetur coniecturis.p.ptimò quia nihil violentum eſt durabile. Status animi extra corpus eſt violentus.

Secundò quia homo,non ſolus ânimus tenetur deſiderio immortalitaris.

3.quia corpus meretur,remunerandum eſt,puniendum. Adde cętera quæ ſunt apud D.Thomam 4.contra gentes.

Probatio Chriſti.

In prima figura. Animorum immortalitas aut vita poſt mortem aduerſus Saduceos probatur in hunc ſenſum.

Illi quorum Deus eſt Deus,viuunt non mortui ſunt.

Atqui Deus eſt Deus Abrahę etiam poſt mortem.

Ergo Abraham poſt mortem Abrahæ viuit.

Obiectio. At inquis hoc argumento non Reſurrectio videtur probari:ſed tantum animę poſt mortem vita & forſan immortalitas.

Reſpond. Reſp.primum eo argumento euerti fundamentum aduerſariæ opinionis. Ideo namque Saducei reuicturum quemquam negabant:quod animam extingui cum corpore ſibi perſuaderent.

Deinde poſita animi vita poſt mortem poni immortalitatem,& poſita immortalitate probari Reſurrectionem. Quod ſtatus animæ extra corpus ſit violentus.

Obiectiones aduerſus Reſurrectionem.

Prima. A priuatione ad habitum non datur regreſſus. Diſt. vi ſolius naturæ C. abſolutè N.

2. Pueri non habuerunt niſi exiguum corpus illi qui moriuntur in pueritia.

Reſp.facile

Reſp. facilè poſſe materiam à Deo amplificari vt amplificata eſt coſtâ vnde compoſita mulier prima.

Si anima poteſt ipſa ſe inſinuare in corpus, vbi non eſt nunc, & vbi tamen antea fuit per informationem, non videtur naturæ impoſſibilis reſurrectio & palingeneſia: atqui videtur poſſe. Ergo, &c. Sumptio autem confirmatur quia anthropophagorum aliquis ſuis veſci carnibus poteſt. 3.

Diſt. S. ita vt deſerat totam illam ſedem vbi antea erat N.

Secus. Diſt. { niſi corpus iſtud eſt continuum ſubiecto eius N.
ſi eſt continuum corpori quod ab anima iam informetur C. }

Hoc enim ex naturæ inſtitutione poteſt, & facit quando incrementum capimus.

Sed hoc non patitur natura, vt anima ſedem ſuam vniuerſam deſerat quo nouum occupet corpus.

Videtur fieri poſſe vt nihil materiæ in vno corpore humano inueniatur quod non aliquando extiterit in alio humano aliiſue.

Reſp. fieri poſſe vt materies à Deo amplificetur more materiæ coſtalis, &c.

ARTICVLVS VIII.

De Animæ facultatibus.

Quot genera facultatum in homine?

Sunt communes cum belluis, vt & cum plantis, p. viſus cupiditas, &c. licet pleræque in homine varientur. *Prima.*

Sunt & propriæ, tumque vel tantum aliquorum indiuiduorum vt pſyllorum, forteque ab alimonia quæ ita vertitur vt vertat aliquo modo, aut à pharmacis, aut ab aliqua ſimili cauſa.

Vel totius ſpeciei, ſiue hæreant materiæ; vt facultas ridendi: ſiue ſint animæ rationalis propriæ: vt mens, voluntas, memoria rationalis, & vis motiua rationalis.

Sunt diuinæ, humanæ, belluinæ.

Sunt primariæ, vt mens: vel ſecundariæ, vt vis ridendi.

Diuiſio partium & facultatum animæ in rationalem & irrationalem poſita ab Ariſtotele. primo Eth. & alibi. 2.

Iudicatur tamen lib. 3. de Animo parum proba & accurata. 3.

Forte primò quia abſoluitur priuatione. 4.

2. quia quæ facultates ſunt propriæ animæ rationalis non continentur vnico propoſitæ diuiſionis membro: adde quod facultas dicitur rationalis non citra ambiguitatem.

Diſtinctio, &c.

Cauſſæ humanarũ facultatum comprehendendæ opera ſermonis vniuerſalis de facultatibus per proportionem & applicationem: controuerſia eſt quomodo diſtinguantur à ſubiecto & à ſe inuicem.

Quando Chriſtus dicitur iudex *viuorum & mortuorum*.

Tum { vel per *viuos* probi intelliguntur, improbi per *mortuos*.
vel per mortuos qui antea mortui erunt.
vel per viuos illi quos extremus dies viuos offendet, quique mundi conflagratione interimentur. }

5. Qui reuixerint immortales ſunt futuri.

6. Sexuum diſcrimina ſeruabunt, ſed citra vſum.

7. Reuiuiſcent omnes perfecta in ætate.

8. Partibus diſſipatis in vnum coeuntibus.

9. Dies quo futura communis Reſurrectio non niſi Deo cognitus.

10. Cum dicitur futura meridie, aut nocte Reſurrectio, habenda eſt ratio illius plagæ in qua iudicium fiet.

11. Reparabuntur non modo partes animatæ, verum etiã quæ aliæ faciunt ad integritatem, vt capilli.

12. Non quidquid vnquam fuit pars corporis, id reponetur, alioquin ingentem in copiam materię excreſcerent corpora eorum qui diu vixerunt.

13. Futura autem Reſurrectio colligitur ex ſacris literis, cõſenſu multorum philoſophorum & nationum.

14. Suadetur coniecturis. p. primò quia nihil violentum eſt durabile. Status animi extra corpus eſt violentus.

Secundò quia homo, non ſolus animus tenetur deſiderio immortalitatis.

3. quia corpus meretur, remunerandum eſt, puniendum. Adde cętera quæ ſunt apud D. Thomam 4. contra gentes.

Probatio Chriſti.

In prima figura. Animorum immortalitas aut vita poſt mortem aduerſus Saduceos probatur in hunc ſenſum.

Illi quorum Deus eſt Deus, viuunt non mortui ſunt.
Atqui Deus eſt Deus Abrahę etiam poſt mortem.
Ergo Abraham poſt mortem Abrahæ viuit.

Obiectio. At inquis hoc argumento non Reſurrectio videtur probari: ſed tantum animę poſt mortem vita & forſan immortalitas.

Reſpond. Reſp. primum eo argumento euerti fundamentum aduerſariæ opinionis. Ideo namque Saducei reuicturum quemquam negabant: quod animam extingui cum corpore ſibi perſuaderent.

Deinde poſita animi vita poſt mortem poni immortalitatem, & poſita immortalitate probari Reſurrectionem. Quod ſtatus animæ extra corpus ſit violentus.

Obiectiones aduerſus Reſurrectionem.

Prima. A priuatione ad habitum non datur regreſſus. Diſt. vi ſolius naturæ C. abſolutè N.

2. Pueri non habuerunt niſi exiguum corpus illi qui moriuntur in pueritia.

Reſp. facile

Digitized by Google

Reſp. facilè poſſe materiam à Deo amplificari vt amplificata eſt coſtà vnde compoſita mulier prima.

Si anima poteſt ipſa ſe inſinuare in corpus, vbi non eſt nunc, & vbi tamen antea fuit per informationem, non videtur naturæ impoſſibilis reſurrectio & palingeneſia: atqui videtur poſſe. Ergo, &c. Sumptio autem confirmatur quia anthropophagorum aliquis ſuis veſci carnibus poteſt. 3.

Diſt. S. ita vt deſerat totam illam ſedem vbi antea erat N.

Secus. Diſt. { niſi corpus iſtud eſt continuum ſubiecto eius N.
ſi eſt continuum corpori quod ab anima iam informetur C. }

Hoc enim ex naturæ inſtitutione poteſt, & facit quando incrementum capimus.

Sed hoc non patitur natura, vt anima ſedem ſuam vniuerſam deſerat quo nouum occupet corpus.

Videtur fieri poſſe vt nihil materiæ in vno corpore humano inueniatur quod non aliquando extiterit in alio humano aliiſue.

Reſp. fieri poſſe vt materies à Deo amplificetur more materiæ coſtalis, &c.

ARTICVLVS VIII.

De Animæ facultatibus.

Quot genera facultatum in homine?

Sunt communes cum belluis, vt & cum plantis. p. viſus cupiditas, &c. licet pleræque in homine varientur. *Prima.*

Sunt & propriæ, tumque vel tantum aliquorum indiuiduorum vt pſyllorum, forteque ab alimonia quæ ita vertitur vt vertat aliquo modo, aut à pharmacis, aut ab aliqua ſimili cauſa.

Vel totius ſpeciei, ſiue hæreant materiæ, vt facultas ridendi: ſiue ſint animæ rationalis propriæ: vt mens, voluntas, memoria rationalis, & vis motiua rationalis.

Sunt diuinæ, humanæ, belluinæ.

Sunt primariæ, vt mens: vel ſecundariæ, vt vis ridendi.

Diuiſio partium & facultatum animæ in rationalem & irrationalem poſita ab Ariſtotele. primo Eth. & alibi. 2.

Iudicatur tamen lib. 3. de Animo parum proba & accurata. 3.

Forte primò quia abſoluitur priuatione. 4.

2. quia quæ facultates ſunt propriæ animæ rationalis non continentur vnico propoſitæ diuiſionis membro: adde quod facultas dicitur rationalis non citra ambiguitatem.

Diſtinctio, &c.

Cauſſæ humanarũ facultatum comprehendendæ opera ſermonis vniuerſalis de facultatibus per proportionem & applicationem: controuerſia eſt quomodo diſtinguantur à ſubiecto & à ſe inuicem.

Ratio-ne inter communes facultates?

Ratiocinentur-ne Angeli quærunt Metaphyſici.

Ratiocinentur-ne belluæ aut ſaltem earum aliquæ diſquirendum poſteà.

Vis motiua, &c.

De riſu in compendio. De docilitate ſuprà.

Vis motiua ſenſitiuam ad partem videtur pertinere: niſi accipis vim per quam anima ſubit alimoniam diſpoſitam & ſe ſe promouet, dum extra corpus conſtituta eſt.

ARTICVLVS IX.

De Intellectu, de agenti, de patienti.

De intellectu generatim.

Nomenclatura & notio.

Rationis mentis & intellectus ſignificationes alibi.

Intellectus noſter { nunc ipſa intellectio quæ eſt functio quædam. nūc facultas intelligēdi, quæ eſt qualitas, de qua agimus. nunc certa virtus mentis. nunc eſſentiale principium eorum trium: vt quando animus noſter dicitur intellectus.

Mens quatenus paulatim à notione vna ſe ſe promouet ad aliam dicitur ratio.

Sed volunt intellectum quando eſt nomen facultatis apud Phyſicos dupliciter vſurpati,

n. { generatim vt mentem phantaſiamque complectatur. ſpeciatim & propriè pro ſola mente.

Stoici phantaſma à noëmate, phantaſiam à mente in homine non ſecernebant.

Notio repetatur è rudimentis Logicis, vt & diſtinctio.

Quid, cur, quotuplex?

Definitio intellectus repetenda ex officio & cauſis.

Cauſſæ colligendæ per analogiam & applicationem.

Intellectus { eſt agens, vel patiens. eſt poteſtate vel actu & energia. eſt theoreticus ſiue quieſcens & epiſtemonicus. vel practicus ſiue mouens, Logiſticus, doxaſticus, ſtochaſticus.

Scientiæ nomen ſumitur pro intellectu.

Quid adeptus intellectus?

Eſt intellectus qui imagines rerum iam eſt aſſecutus & aſſeruat in memoria:

Digitized by Google

vel qui indagatione & ratiocinio non eget ampliùs. n. qui cum videt effectum, ſtatim videt cauſſam, confeſtim è ſigno eruit ſignificatum.

Huius generis videtur artificis potiſſimum neutiquam ſtochaſtici intellectus, ars apud Ariſtotelem non deliberat.

Ratiocinandum ne ratiocinemur, ſiue vt tandem nullam aut minimam habeamus ratiocinandi neceſſitatem: quo quis ſæpius ac diligentius de re aliqua eſt ratiocinatus, eô minus ratiocinatur.

De intellectu agenti.

Nomen, notio.

Agens intellectus vnde appelletur intelligendum eſt ex notione: de hac ſententiæ feruntur ad modum diſcrepantes.

Themiſtio agens intellectus eſt numen quoddam per omnes homines ſe inſinuans. *Prima.*

Auerroi eſt intellectus communis. De quo ſuprà. 2.

Alexandro Deus. 3.

Primò quòd agens intellectus dicitur omnia facere, quòd videtur eſſe ſolius Dei: ſed reſpondendum eſt non facere ſimpliciter, ſed facere intellecta aut animæ impreſſa.

Deinde quia intellectus actu dicitur ſemper intelligere: ſed reſpondendum eſt aliud eſſe intellectum actu, ſcientiamue actu, aliud agentem intellectum.

Cardani ſententia in commentariis de immortalitate animi non eſt valdè diſſimilis opinioni Auerrois. 4.

Arabum nonnullis intellectus agens eſt intelligentia formarum datrix: ſed hi errores impij, craſſi, manifeſti, refutati. 5.

Veri ſimilius loquuntur qui volunt eſſe potentiam quandam & facultatem animæ rationalis, qui tamen diſtrahuntur in varias opiniones. 6. *Cum diuiſione.*

Prima opinio & interpretatio quæ procul à mente Ariſtotelis.

Intellectus agens eſt auctor inuentionum, p. horologiorum.

Patibilis eſt quaſi vſufructuarius & beneficiarius: ita vt qui nihil ipſi excogitare poſſunt, ab aliis tamen adinuenta facile comprehendunt, dicantur valere patienti intellectu.

Secunda opinio.

Eſt virtus qua illuſtretur patiens intellectus.

Tertia opinio.

Eſt virtus per quam efficiatur ipſa intellectio.

Quarta opinio.

Eſt virtus naturalis per quam illuſtratur phantaſma, aut patibilis intellectus cum phantaſmate.

Quinta opinio.

Eſt facultas quæ procudat imagines rerum vniuerſalium.

Sexta & probabiliſſima.

Eſt facultas animi noſtri quæ efficit imagines ſpiritales rerum, tum ſingularium, tum vniuerſalium.

Dicitur facere omnia quia facit imagines omnium rerum.

Cæſarem dicitur facere qui facit imaginem eius.

Exiſtentia.

Agens intellectus à pleriſque oppugnatur, ſed alio ſignificatu à poſtremo.

Qui reſpuunt *ſpecies intelligibiles* tollunt agentem intellectum eo ſenſu quo à nobis ponitur: eò tamen videtur admittendus & comprobandus.

Prima. Etenim intellectus patiens vt intelligat recipere debet impreſſionem & imaginem rei, quæ phantaſmate repræſentatur.

Non videtur autem recipere poſſe à phantaſia, ne miraculum ponatur quo res corporea. n. phantaſia agat in rem incorpoream, neque aliunde quam ab ipſo intellectu.

Ideò naturam oportuit inſtituere facultatem ſpiritalem, quæ imagines ſimiles phantaſmatis, ſpiritales tamen in intellectu patienti fingeret ad præſentiam phantaſmatis. Quæ tamen ratio parum eſt idonea, ... ſi patiens intellectus eſt corporeus atque inſeparabilis.

2. Minus phantaſmata ſunt intelligibilia quam colores aſpectabiles: egent autem lumine colores: Ergo phantaſmata lumine quodam proportionali.

3. Quod eſt in potentia eget virtute per quam ad actum reducatur.

Obiectiones.

Prima. Non datur ſenſus agens. Ergo neque intellectus agens.

N. C. quia quod obiicitur ſenſui poteſt imaginem ſui illic procreare: non poteſt autem in intellectu incorporeo.

2. Intellectus ipſe agens non fungitur officio niſi excitetur à phantaſia corporea & ab ea patiatur corporei phantaſmatis interuentu: Ergo facultas incorporea impreſſionem capit à re corporea.

N. A. quia præſenti imaginatione intellectus agens officium facit ſine vlla excitatione.

Vel D. { tanquam à *conditione* qua poſita animus vtatur ſuo agente intellectu C.
tanquam à cauſa quæ efficiat imaginem vereque intellectum patientem moueat N.

3. Ipſe animus videtur poſſe id præſtare ſine facultate quæ ſit ipſius qualitas.

Reſp. { opus eſſe facultate ſiue reipſa diſtinguatur ab animo, ſiue ratione tantum. De qua re controuerſia eſt.
per cõmunẽ legẽ naturæ ſubſtãtias indigere qualitatib' ad operãdũ.

4. Ariſtoteli patiẽs intellectus eſt materialis. Cur igitur non patiatur à phantaſia?

Qui nolunt eum corruptibilem eſſe reſpondent eum materialem eſſe, non propriè & formaliter, ſed proportione tantum quod recipiat.

5. Intellectus poſſibilis ſiue patiens eſt inſeparabilis, corruptibilis text. 20. Ergo verè & propriè eſt materialis more caloris, viſus, &c.

Quid ergo opus agente intellectu? phantaſia enim in materialem facultatem agere poſſit.

Digitized by Google

Reſpondent nonnulli patientem intellectum eo in loco ſumi pro phantaſia, hoc niſi videtur veriſſimile forte aſſentiendum ijs qui fatentur Ariſtotelem non ſatis idonea probatione vti ad agentis intellectus aſſertionem.

Quid agens intellectus et cur?

Agens intellectus eſt facultas mentis aut animi rationalis lumini proportione ſimilis quæ quod erat poteſtate intelligibile efficit intelligibile actu .j. per quam quod imaginatione comprehenditur, pingitur in patienti intellectu & phantaſma illuſtratur. Quanquam fortè hæc illuſtratio ſuperuacanea eſt.

Nulla imago in agente intellectu: ideò intellectus ſeparatus Ariſtoteli non videtur recordari, cauſſæ eius partim hinc intelligendæ, partim ex paſſibili intellectu, partim aliundè.

Diſcrimen agentis à patienti.

Ratione diſtinguendus agens intellectus à patiente.

Tum quia varia ſunt officia, variæ definitiones.

Tum quia vocantur animi differentiæ cap. 5.

Realiter ſecerni non eſt veriſſimile quia fruſtra, ideò procreatio imaginis intelligibilis videtur reſultantia quædam, vt emanatio.

Sed apud Ariſtotelem ſi patiens eſt mortalis, agens immortalis, videntur re-ipſa diſtinguendi.

Loco & materia non ſunt ſecernendi, quia agens non ageret immediatè in patientem.

Obiectiuncula.

Nihil otioſum patitur natura: agens intellectus Ariſtoteli ſi ſeparetur à patienti erit otioſus: Ergo non videtur ſeparandus. Sumptio ſuadetur in hunc modum.

Neque intelliget ipſe, neque imagines faciet in patienti ſaltem donec rurſus inſeratur corpori. Ergo inutilis erit, &c. R. forſan intellecturum illum ex mente Ariſtotelis eo modo quo apud ipſum intelligunt intelligentiæ.

De patienti intellectu.

Nomen, notio.

Intellectus hic nominatur intellectus patiens, paſſiuus, patibilis, poſſibilis, intellectus qui fit omnia, quia pingitur imagine omnium rerum ſcientia, &c.

Eſt facultas animæ rationalis per quam comprehendimus, iudicamus, ratiocinamur.

Genus.

Quibuſdam intellectus eſt ſubſtantia, veriſſimilius eſſe qualitatem, facultatem naturalem.

Subiectum.

Quæritur cuinam rei inhæreat intellectus patiens.

Secundum rei veritatem dicitur inhærere ſoli animo.

Primò quia patitur à ſenſibili quouis, proindeque debet eſſe expers cuiuſuis rei ſenſibilis. Quæ tamen ratio videtur infirma, quia patitur ab intelligibili quouis, nec propterea eſt expers cuiuſuis intelligibilis, licet ſit expers cuiuſuis imaginis per naturam ſuam.

Secundò quia organo caret nec læditur vehementi obiecto, vis organica dicitur non percipere ſui inſtrumenti qualitates.

Tertiò quia in ſomno videmur melius intelligere aut ſaltem mente apprehendere quam, dum vigilamus.

Quartò quia non perit vnà cum homine, &c. non videtur diſtinguendus à memoria rationali niſi ratione.

Ad Ariſtotelem quod attinet dicendus eſt hærere animo ſi eſt ſeparabilis, hærere corpori ſi eſt ex mente Ariſtotelis inſeparabilis.

Nonne organo eget?

Mens & memoria cum ſint in manu, &c. vt & anima neque tamen officio ſuo fungantur, illic videntur ſanè indigere organo, lædique læſo cerebro, &c. Organo tamen dicuntur egere non cui inhæreant, ſed in quo inſint & quo vtantur .p. cerebro & cerebri ſpiritibus.

Nam vt è corpore liberata anima vim habet, per quam præſens corpus præſentem aliam animam intueatur, ac ſpiritali more ſentiat, & aliqua virtus imagines rei viſibilis menti repræſentat & in ea exprimit quocumque tandem id fiat modo: Ita veriſſimile eſt quandiu anima in corpore detinetur, ſimili quodam modo affici & quaſi pati à corpore ſaltem tanquam hac conditione, proindè non poſſe vbiuis quouis ſuo defungi munere.

Vt tale aliquid cogitemus facit hoc .n. quod affectus animi videntur ſequi affectus corporis. Somnus & plerique morbi eripiunt vſum libertatis, affectus corporis videntur hebetare mentis aciem, memoriam corrumpere, &c.

Obiectio.

Animus futurus eſt mortalis ſi à corpore patiatur.

N. propterea futurum ſi patiatur eo modo quem expoſuimus.

Non enim Angelus dum intuetur ſolem eiuſque ope & præſentia vtcumque excitatur, ideò efficitur mortalis.

Diſt. ergo { ſi patiatur tanquam à vera cauſſa proprieque ac per ſe inferenti paſſionem, C. / ſi tanquam à conditione neceſſaria N.

Cuiuſmodi qualitas?

Intellectus hic eſt facultas partim actiua, partim paſſiua.

Cum dicitur mera potentia non abſolutè dicitur, ſed tantum comparatione rerum cognoſcendarum, aut potius imaginum dianoëticarum.

Dicitur non quod careat quouis actu & entitate: ſed quod careat ſimulacris omnium eſſentiarum.

Vnitas, diſtinctio.

Intellectus hic videtur vnus ſpecie indiuidua: neque enim practicus à theo-

retico videtur ſecernendus ſpecie, niſi ſpeciei varietas repetatur à varietate modi cognoſcendi.

Quanquam nihil imminet incommodi ſi vt agens diſtinguitur à patienti, ita practicus à theoretico.

Facultas minus variatur quam habitus, & hic quàm actio.

De theoretico & practico, de phantaſia & iudicio in logicis locuti ſumus.

Intellectus hic partim fungitur officio ſenſus,

idque { vel in futura vita. | vel in præſenti ex. gr. dum percipit oculum videre, ſe intelligere, voluntatem gaudere, &c. }

partim non fungitur, ſed abſtractiuè cognoſcit: vt quando cognoſcimus Deum, intelligimus Ciceronem, &c.

Diſcrimen ſenſus & intellectus.

Intellectus in ſola anima ineſt, eſt indiuiſibilis & immortalis, percipit vniuerſale & ſubſtantiam, diuellit quæ eodem ſenſu percipiuntur, coniungit quæ diuerſo, reſoluit, corrigit errorem ſenſus & ſuum directè & indirectè apprehẽdit, aſſuetudinis eſt capax, ſpiritalis eſt, ratiocinatur, &c. quibus nominibus differt à ſenſu.

Dignitas.

Dignitas expenditur ex officijs, cauſſis, habitibus.

Alibi inſtituta comparatio inter mentem & voluntatem, fœlicitatem theoreticam & practicam.

Nuditas, obiectum, &c.

Mens initio inſtar puræ chartæ.

De obiecto eius, deque ſimulacris & effectis infrà, de habitibus in Logica.

ARTICVLVS X.

De obiecto patientis intellectus.

De obiecto facultatis apprehenſiuæ.

In obiecto criticæ facultatis .p. viſus, duo.

nempè { *materiale* ſeu res ipſa quæ obijcitur: vt candor, candidum. | *formale* ſeu ratio ſub qua obijcitur: vt viſibilitas, intelligibilitas. }

Obiectum { vel eſt *motiuum* tantum nec ita propriè obiectum, vt ſpecies viſibilis. | vel *terminatiuum* tantum, vt Angelus. | vel *motiuum* & terminatiuum, vt color, candidum. }

Apprehenſiuam facultatem terminat quod cognoſcitur, mouet id quod eam afficit.

Obiectum ſpectatur aut ſimpliciter & abſolutè, aut ſecundum quid .p. ſecundum præſentem animi ſtatum.

De obiecto in Metaphyſicis, deque repetenda illinc facultatis vnitate, multiplicitate, varietate.

Quid obijcitur menti cognoſcendum?

Intelligibile intellectui pro materia proponitur, vt viſui viſibile.

Quæritur quid ſit humana mente comprehenſibile, intelligibile maximè in hoc noſtro mortali ſtatu.

Res eſt ſenſibilis, vel inſenſibilis, corporea vel incorporea, ſingularis vel vniuerſalis, intellectus vel aliud ab intellectu, abſoluta vel reſpectiua, permanens vel non permanens, ſubſtantialis vel accidentaria, poſitiua vel negatiua, nec propriè res finita vel infinita, &c.

Ex ijs autem differentijs quædam ſunt de quibus dubitatur ſintne mente comprehenſibiles & quomodo.

Percipit ne intellectus ſingularia?

Prima. Sunt qui negant ſingularia ſaltem corporea intellectu comprehendi, apud quos phantaſia propter coniunctionem cum animo rationali ratiocinatur de ſingularibus.

2. Sunt qui ſingularia volunt cognoſci ab intellectu: ſed non niſi per imaginem rei vniuerſalis .i. Socratem per hominis imaginem.

3. Quidam cognoſci volunt per conuerſionem mentis ad phantaſma, non per ſpeciem intelligibilem, ſed per phantaſma.

4. Quidam aliter explicant modum comprehenſionis.

Veriſimile tamen ſingularem etiam corpoream intelligi, idque per ſpeciem & imaginem ſui intellectiuam.

Intelligi quia { ſuperior facultas præſtat quod inferior.
mens inductiones conficit.
ſingularia comparat cum vniuerſalibus.
deprehendit ſenſuum errores.
mente nouimus Deum, parentes, &c. ſi amamus voluntate. }

Syllogiſmus vbi propoſitio eſt vniuerſalis & ſingularis, ſumptio non videtur prodire à facultate duplici.

Intelligi per imaginem ſui quia vniuerſale fit ex ſingularibus, intellectus agens neceſſario & bona fide appingit menti illud quod phantaſmate repræſentatur, proindeque & ſingularitatem. Multi non admittunt naturas vniuerſales.

Non intelligi per ſola phantaſmata quia hæc morte perimuntur, animæ poſt mortem recordantur ſingularium.

Obiectiones.

Primò. Senſus ſingularium, intellectus vniuerſalium, 1. Phyſic. cap. 1. text. 3. & 4. Reſp. eſſe, ſed præterea.

2. Vniuerſale notius ſecundum intellectum, ſingulare ſecundum ſenſum 1. Ph. text. 49. 5. Metaph. &c. Reſ. non ideò non percipi mente ſingulare.

3. Si intellectus percipit ſingulare, fruſtra eſt ſenſus & phantaſia in homine. Reſp. non eſſe fruſtra quia non percipit eodem modo.

4. Sufficere videtur intellectus (cui virtute continet) phantaſiam cum ſenſu & phantaſmatis corporeis. N. quia ſpecies intelligibiles ſine imaginatione excitari nequeunt. Quî poſſunt per phantaſmata & imaginationes?

5. Reſp. quia intellectus ad præſentiam motionis in phantaſia naturaliter & citra

Digitized by Google

citra libertatem percellit intellectum .n. agens patientem.

Monitum.

Res ſpiritalis ſeipſam mouere & determinare poteſt: ſingulare materiatum non recipitur in mentem ſpiritalem. 6.
Diſt. per ſe C. per imaginem ſui N.
Imago eius in mente eſt quanta & materialis. 7.
D. { repræſentatiuè & obiectiue C.
{ ſubiectiuè & formaliter N.

Percipit-ne intellectus vniuerſale?

Percipit vt fatentur omnes, præter eos qui repudiant naturas communes.
Et quidem comprehenſibile eſt, ideoque ſenſu vel intellectu: non tamen ſenſu, proindè intellectu.

Obiectiuncula.

Innumerabilia mens humana ſimul comprehendere nequit: Atqui natura communis videtur eſſe congeries quædam innumerabilium: Ergo.
Diſt. P. diſtinctè C. confusè D. ſi diſſimilia C. ſi ſimilia N.

Poteſt-ne intellectus ſeipſum noſſe?

Intellectus nouit ſe eſſe, quia percipit ſe intelligere.
Quid ipſe ſit ſpeciatim non nouit in hacce vita niſi rudìter, dum ſe ipſum confert cum viſu, imaginatione & ſimilibus.
Non neceſſario quod cognoſcit præſtabilius eſt eo quod cognoſcitur.
Quæritur quo pacto intellectus ſeſe cognoſcat ſaltem rudìter.
Alexand. 12. Metaph. Comment. 39. intellectus intelligit ſe per accidens tantum fit enim inquit, intelligendo: & euadit illud ipſum quod cognoſcit: fit ex. gr. candor cognoſcendo candorem, ac proindè dicendus eſt ſeipſum cernere, candor cognoſcitur ab intellectu: ipſe intellectus eſt ille candor: Ergo, &c. 1.
Sed refellitur Alexander quia eodē iure aſpectus ſeipſum videre eſt dicendus.
Plotino & alijs intellectus ſeſe percipit per eſſentiam ſuam quia ſemper eſt præſens, non autem per ſpeciem & imaginem ſui, cur vero non ſemper ſe ſe intueatur cauſſæ duæ, nimia *familiaritas* & *auocatio*. 2.
Sed refellitur hæc ſententia primò quia intellectus nunquam ſe intelligit niſi poſt aliquid aliud 3. de animo cap. 8. intellectus ſe intelligit poſtea quam eſt factus omnia .i. plurima.
Secundò quia ſe intelligit aſſumptione intelligibilis 12. Metaph. text. 32.
Tertiò quia difficillimè ſe comprehendit.
Quartò quia ipſe Ariſtoteles proponit ac ſoluit hanc dubitationem, cur intellectus cum ſit ſibi ſemper præſens, minimè tamē ſeſe ſemper intelligit?
Alpharabio intellectus vbi comprehendit rem exteriorem format ſpeciem & imaginem ſui ſed qua ſeipſum rectâ intueatur. 3.
Auerroi intellectus agens ſeipſum comprehendit cum eſt adeptus rerum omnium aliarum cognitionem, ſed omnium nomine multæ intelligendæ veniunt. 4.
Veriſſimile primò intellectum in hacce vita quando prima vice ſeſe ac ſua 5.

percipit, non percipere niſi indirectè, idque per imagines.

Secundò alio actu ſeipſum comprehendere, alio res obiectas alias.

Tertiò cum notitiã & imaginem ſui iam eſt aſſecutus, poſſe rectà ferri in cognitionem ſui. Quæ decreta confirmatu haudquaquam difficilia.

Quomodo intellectus ſe intelligat quando eſt ſeparatus vel in immortali corpore, Theologi exponant.

Intelligit-ne intellectus res à materia liberas & ſpiritales?

Intellectus eſt in mortali corpore, vel non, de poſteriori ſtatu non eſt hic controuerſia; ad priorem quod attinet non dubium quin percipiat res à materia liberas, alioquin non cognoſceret Deum, quomodo cognoſcat controuerſia eſt.

Intuemurne exiſtentiam incorporearum rerum?

De Angelorum exiſtentia philoſophandum ad 8. Phyſic. ad lib. de cœlo, in Met. & alibi. alioquin nequidem hæc diſputatio à nobis inſtitueretur.

Intuemur-ne res immateriales?

Intueri hic non noſſe citra affirmationem & negationem: ſed mente rem præſentem cernere eo modo quo oculus phantaſia & mens colorem præſentem comprehendunt, atque hoc modo res eas non intuemur, non videmus.

Deum nemo vidit vnquam, intelligimus ſine phantaſmate, &c.

Cognoſcitur-ne à nobis rerum ſpiritaliũ quidditas in hoc ſtatu?

Quidditatis notio conſtituitur à philoſophis duplex.

Vna perfectior per quam comprehendimus eſſentiam totam.

Idque { confuſè per modum ſpeciei. / diſtinctè per modum definitionis. }

Altera imperfectior per quam percipiuntur aliqua eſſentialia attributa .p. ens, ſubſtantia, non tamen omnia.

Qui contendunt cognoſci à nobis quidditatem Angeli, videntur non loqui niſi de cognitione imperfectiori: qui negant contra, nõ niſi de poſteriori.

Conſtat nos intelligentias noſſe, conſtat & eſſentias 2. de generatione cap. 3. 1. de partibus cap. 5. 1. Metaph. 10. Ethic.

Præterea non eſt dubium quin gradus Angelo communes cum corporibus aliquomodo à nobis comprehendantur, vt entitas, ſimplicitas, ſubſtantia, cauſatiuitas, &c.

Conſulendus ſermo de notitia Dei.

Obiectiones.

Prima. Forma naturalis non impeditur à materia propria in cognoſcendo congruenti obiecto.

Angeli ſunt obiectum congruens animæ noſtræ, &c. Ergo.

Diſt. P. ſi congruat ipſi quatenus eſt forma C. ſi quatenus anima & forma habet aliquid commune cum intelligentijs N.

Intelligentiæ ſunt maximè intelligibiles.

2. Diſt. ſecundum ſe C. ſecundum præſentem ſtatum animi noſtri N.

Digitized by Google

Vt res cognoſcatur debet animus effici rei cognoſcendæ ſimilis: Ergo quæ ſimillima ipſi cognitu facillima. 3.

Diſt. A. ſimilitudine eſſentiæ N. per admiſſionem imaginis quæ ſit ſimilis, C.

Quomodo intelligimus eſſentiam ſubſtantialem?

Subſtantia non ſentitur per ſe cùm imago eius nulla ad ſenſum referatur.

Intelligitur tantum. Quæro quomodo intelligatur ea quæ corporea eſt, nam de incorporea iam locuti ſumus.

Sententia prima.

Agens intellectus ad phantaſmatis præſentiam appingit patienti intellectui non modo accidentia, quæ ſola phantaſmate & viſo exhibentur: verumetiam ſubſtantiam, imaginemue eius, eo ferè modo quo in æſtimatiua dicitur exarari ſpecies neutiquam ſenſata.

Refutatio.

Quæ ſimilem habent apparentiam, vt Cæſar & imago Cæſaris, ſi ſubſtantia differrent, non apparent eadem. Hoſtiam conſecratam ſecernere liceret à non conſecrata.

Sententia ſecunda.

Vna eademque imagine repræſentatur ſenſui & accidens & ſubſtantia, & ita deindè menti.

Refutatio.

Subſtantia non eſt ſenſibile nec proprium nec commune.

Non aſſequimur vltimas plurimarum rerum corporearum differentias.

Sententia tertia quæ probabilior.

Ad phantaſiam non defertur ſubſtātię vllius imago, ſed dūtaxat accidentiū. 1

Itaque non niſi componendo, ſeparando, ratiocinando venimus in ſubſtantiarum cognitionem, earumque attributa deprehendimus. 2

Et ſanè materia prima comprehenſu difficillima, & probatio formæ ſubſtantialis ardua.

Vbi tamen ratiocinando attributa illa deprehenſa ſunt, ſimplici motione poſſunt apprehendi & coniuncta, & diſiuncta.

Quod tandem obiectum intellectus?

Opinio prima quæ Scoti.

τὸ ens, licet non omne ab ipſo intelligatur.

Opinio ſecunda quæ Diui Thomæ.

Terminatiuum obiectum eſt ens, ſiue ſit verum, ſiue falſum.

Motiuum vero in hac vita eſt quidditas materialis.

Opinio tertia.

Motiuum obiectum in hac vita eſt phantaſma.

Motiuum ac terminatiuum quidquid ſenſibile.

Proprium quod intelligibile non ſenſibile, vt Deus, Angeli.

Primum ens ſi cōmunionis, vniuerſale ſi excluſionis habeatur ratio, ens ma-

teriale ſi mutationis. Deus & ſubſtantia ſi dignitatis.
Conditio vero obiecti eſt veritas, intelligibilitas.

Opinio quarta.

Obiectum ſimpliciter eſt intelligibile.
Obiectum per ſe eſt quod habet rationem entis.
Obiectum per accidens quod negationis aut priuationis.
Terminatiuum in hac vita ſenſibile & quod indè colligi poteſt.
Obiecti forma & conditio veritas intelligibilitas.

Obiectiuncula.

Facultas debet eſſe denudata eo quod percipit primum percepturaue eſt.
Diſt. denudata ſecundum imaginem C. denudata ſecundum rem N.

De primo cognito & de notiori.

Conſulenda quæ docentur in Logicis, & ad primum caput Phyſicor.

Quæritur { quidnam primum intellectui occurrat.
quidnam facilius mente comprehendatur habita ratione noſtri, & confuſæ cognitionis.

Opinio prima.

D. Thom. 1. Phyſ. Vniuerſaliora ſunt nobis notiora.

Opinio ſecunda.

Herue. Vniuerſaliora non quæuis, ſed quæ ſenſibilia, clariora ratione noſtri.

Opinio tertia.

Durand. 1. ſent. qu. 7. diſt. 3. Quod ſenſui vicinius, nobis notius.

Opinio quarta.

Scoto 1. ſentent. Quo res magis particulares, eò notiores ratione noſtri.

Opinio quinta.

1. Mens prius percipit res alias, ῑ rerum aliarum aliquas quam ſe ex c. 4. lib. 3.
2. Res naturales & materiales abſolutè prius cognoſcuntur quam immateriales, quia intellectio à ſenſu oritur.
3. Fieri tamen poteſt vt incorporearum aliqua, p. Gabriel, Deus prius cognoſcatur quam aliqua corporea, p. quàm aliqua planta.
Etenim non quiduis cognoſcendum è corporatis, vt res vna ſpiritalis cognoſcatur.
Opera vel ſingula Dei in illius cognitionem ducunt.
4. Facilius occurrit menti totũ quam partes, confuſum quã ſimplex ex 1. Phy.
5. Accidens notius quam ſubſtantia cum hæc non niſi illius ope innoteſcat.
6. Inter accidentia facilius cognoſcuntur ſingularia vniuerſaliora, vt hic color quam hic candor.
Omninò quidquid fidè facit inferioris gradus, facit & ſuperioris non contrà.
7. Vniuerſalis notio & comprehenſio duplex vt explicatum in Logicis.
8. Ex rebus perſpectis ſiue cum cura ſiue cum facilitate petimus ignotæ rei cognitionem: Adde cætera quæ alibi propoſuimus.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

De ſpeciebus intelligibilibus.

Notio, et exiſtentia.

Specierum & imaginum dianoëticarum notio repetenda ex ſermone generali de ſpeciebus intenſionalibus.

Noëmata iſta durabiliora ſecernenda ſunt à verbo mentis & cordis.

Repudiantur à nonnullis.p.à Nominalibus.

Aſtruuntur ob eas fere cauſas propter quas aſtruitur intellectus agens, memoria rationalis, & ſpecies intentionalis: imò videntur magis neceſſariæ quam intellectus agens.

Nam ſi { vt ignis per vim extraordinariam dicitur poſſe cruciare dæmones. / ita phantaſmati noſtro quod corporea eſt ſpecies dicatur Deus conceſſiſſe vim ordinariam & naturalem per quam percellat mentem, minus videbitur neceſſarius intellectus agens.

Sanè poſt mortem recordamur, ideò phantaſmata non ſufficiunt, requiruntur imagines dianoëticæ & ſpiritales, quæ euehantur vnâ cum anima.

Obiectiones.

Imagines iſtæ non requiruntur niſi vt obiectum efficiatur præſens: fit autem præſens per phantaſma. Ergo. *Prima.*

Reſp. requiri vt mens moueatur, ſtatuaturque in proxima potentia & aptitudine ad cognoſcendum.

Vt animus poteſt informare corpus, ita mens ſpiritalis videtur coniungi poſſe cum phãtaſmate corporeo: Reſp. intellectionem eſſe actionem immanentem, recipique in animo non in corpore. 2.

Sunt-ne planè neceſſariæ?

Sine ſpecie duobus modis intellectus poteſt intelligere ſi creditur Scaligero exerc. 307. numero 21.

Vno cum ſpeciem imaginemue ipſam intelligit.

Altero cum ſeipſum intelligit per reflexionem quod ſibi ipſe eſt præſens.

Veriſimilius nihil in hoc ſtatu intelligi à nobis niſi per ſpeciem dianoëticam. 3.

Imaginem tamen Deus ſupplere poteſt & facere vt intelligamus ſine imagine.

Idem quod extraordinarium videtur poſſe ordinarium facere.

Cauſæ, origo, diuiſio.

Cauſæ ferè intelligendæ ex ſuperioribus.

Hæ imagines vel immittũtur à ſpeciebus ſenſibilibus opera agentis intellectus, efficiunturque planè ſimiles phantaſmatis, ratione repræſentationis, ſunt noëmata naturalia,

Vel à nobis effinguntur liberæ per concretionem, aut ſecretionem vt imago aurei montis.

Vel afflatione inferuntur animo, vt in vatibus, ſybillis.

Volunt præterea nonnulli quaſdam eſſe ſpecies dianoëticas, quæ connaſcuntur. p. imagines primorum principiorum & axiomatum: ſed contra Ariſtotelem cui naſcimur anima nuda: contra experientiam quod nemo in ſe imagines generis eius videatur deprehendere: contra rationem cum par omnium videatur eſſe ratio: & ſi quæ inſint à natura illæ cæteris videantur occluſuræ aditum: quod ſuſcipere debet characteras omnes, omnibus à primo ortu carere debet.

Qui volunt omnium rerum ſpecies & imagines, aut plurimarum ſaltem nobiſcum naſci, facilius refelluntur.

Qui ſit cœcus ab incunabilis colorum cognitionem non aſſequitur, qui priuatur ſenſu, priuatur ſcientia. De qua re in Apodicticis.

Subiectum.

Species dianoëticæ videntur reponendæ in mente patienti & in memoria.

Quomodo procreantur?

Prima. Agens intellectus cum phantaſmate ſpecies procudit dianoeticas ſimiles phantaſmatis: quas deinde ſeparat, comparat.

2. Controuerſia eſt vtrum phantaſmata ſint conditio tantum quod veriſimile eſt: an debeant dici ***inſtrumentum*** agentis intellectus & obiecti.

An ſint cauſa quæ ab agenti intellectu illuſtrata (affecta qualitate quæ ſit lumini proportione ſimilis) & eleuata poſſit agere in rem incorpoream.

3. Non videtur dubium quin concurrat intellectus patiens cum agenti ad ſpecierum productionem.

4. Forte & ſenſio exterior ſui imaginem in ſenſu interiori excitat, & intellectio in intellectu ſpeciem per quam intelligamus nos intelligere.

Quare intellectus patiens Ariſtoteli inſeparabilis?

Quare ſit difficile eſt explicatu, ſi Ariſtoteles repudiat Platonis metempſycoſim: ſi admittit, cauſa videtur obuia.

Nam ſi foret ſeparabilis eueheret ſecum imagines: puerique poſſent recordari ſuperioris vitæ, &c. non tollitur tamen difficultas, nam ſi agens intellectus agere nequit ſine patienti, inutilis à morte erit.

Si poteſt primò non videtur opus patienti intellectu, niſi forte in hacce vit.

2. futurum eſt vt quando in corpus rurſus inſinuatur deferat ſecum imagines rerum inter duplicem animationem perceptarum, aſtruaturque Platonica reminiſcentia.

Reuera tamen mens noſtra principio eſt inſtar puræ chartæ, in qua nihil eſt annotatum.

Duratio.

Sunt quibus imagines dianoëticæ non durant, niſi quandiu durat ipſa intellectio, vt ſemper ſit recurrendum ad phantaſiam & phantaſmata, quoties intellectio eſt iteranda.

Refelluntur primò quia videntur tollere memoriam rationalem.

2. quia mortui ſuperioris vitæ recordantur.

3. quia mens non videtur inferioris conditionis quam phantaſia.

4. quia videntur eſſe imagines in intellectu quibus phantaſmata nulla reſpondeant.

Diſtinctio ab intellectione.

Quibus intellectio non eſt aliud quam receptio ſpeciei, illi non poſſunt ſpeciem realiter diſtinguere ab intellectione: ſed res aliter habet, neque intelligere eſt mera paſſio.

Credibile eſt ſpeciem realiter diſtingui ab intellectione: ſed non poteſt realiter diſtingui ab impreſſione per quam fit, vt neque calor à calefactione per quam producitur.

Quarum rerum hæ imagines?

Conſulendus ſermo de obiecto.

Vnio cum intellectu.

Scaliger loco citato putat interdum ſpecies ita vniri intellectui vt fiant vnum [.n. propriè vt anima corpori adiuncta, aut vt calori adiunctus calor:] atque tunc ſine vlla repræſentatione intelligere: fierique adeptum intellectum, cui omnia ſunt præſto.

Sed ſanè habitus & facultas numquam euadunt planè idem: ſunt tamen neceſſario vnum, ſunt quaſi realiter vnum atque idem quando habitus altiſſimas radices egit.

Intenſio, obliteratio.

De intenſione imaginum ſupra. --- Conſulendus ſermo de memoria & intellectione.

Species intenſionales videntur eſſe de genere rerum quæ paulatim & perenniter obliterantur niſi innouentur, ——— alioquin peſſimè ageretur cum animalibus.

ARTICVLVS XII.

Sit-ne actio, an paſſio?

Scaligero paſſio eſt { ſola prima apprehenſio. / non autem compoſitio, & diuiſio, propoſitio [& deductio, ratiocinatio.]

Sic videtur ſentiendum primò quidem intellectionem ſemper eſſe actionem, quatenus eſt cognitio, & comprehenſio ſpeciei iam inhærentis, aut rei per imaginem iam hærentem, vt colligitur ex 10. Ethico. cap. 3. 12. Metaph. cap. 7.

Deinde ſpeciei { receptionem eſſe paſſionem.
confectionem eſſe actionem.

3. ſecernendam eſſe conſeruationem & retentionem ſpeciei ab admiſſione.

Quia { vt albere non eſt pati,ſed pathos,effectuſque paſſionis.
ita intellectus dum informatur ſpecie iam admiſſa non patitur.

Quamobrem quando intellectui non affiugitur noua ſpecies,ſed admiſſa repræſentatur,aut obiectum per admiſſam,non videtur intellectus à ſpecie pati.

Sunt tamen qui opinantur ſpecies ſeruari in memoria, ita vt quando rurſus aliquid memoriæ eſt cognoſcendum,illæ in intellectu imagines conſimiles excitent.

Sed credibile intellectum & memoriam non diſtingui niſi ratione.

Sunt qui in intellectu hærere imagines negant, ita vt iudicium ipſarum, quotieſcunque rurſus intelligendum eſt mentem debeat percellere : verum ſi res ita haberet, vita functorum animæ neutiquam recordarentur.

Cauſſæ.

Intellectio propter Deum, propter hominem, recipitur in patienti intellectu.

Fit { quatenus eſt actio immanens,à patienti intellectu.
quatenus eſt receptio ſpeciei,ab opifice ſpecierum. Verſatur circa intelligibile.

Melius-ne mens intelligit in corpore quam extra?

Extra mortale corpus conſtituta melius intelligit, quàm intra, &c. Sed melius in glorioſo corpore,quàm extra. De qua re Theologi,vt & de damnatorum cognitione.

Fit-ne intellectio in inſtanti?

Diſt. { ſi ſpectetur intentio,fit in inſtanti.
ſi extenſio & continuatio,fit in tempore.

Vnde difficultas intelligendi?

Oritur partim à nobis, partim à rebus vt alibi docuimus. Non ſi quid intellectu difficile, propterea indagatio eius corrumpit mentem.

Datur-ne progreſſus in infinitum in intellectionibus?

Diſtingo ſi ſpectentur indiuiduæ intellectiones,datur. Si genera & ſpecies, non datur: niſi quia rerum ſpecie diſcrepantium notitias ſpecie diſcrepantes faciat.

Poſſunt-ne

Digitized by Google

Poſſuntne eadem intellectione plura cognoſci?

Diſt. ſi ſpecie vna & eadem exhibeantur, poſſunt, ſecus non poſſunt. Quomodo imagines plures in vnam coëant docuimus ſupra.

Poteſtne intellectus plures actiones ſimul exercere?

Credibile quandiu retinetur mortali corpore vix poſſe ſimul duas exercere. Sed celerrimè ab vna ad aliam tranſit.

Pendetne intellectio à phantaſmate, & phantaſia?

Pendet primò quia læſa phantaſia peruertuntur actiones intellectus.
2. quia ingenia ſunt varia & imparia pro diuerſa ratione corporis.
3. quia fatigamur dum cognoſcimus & intelligimus.
4. quia naturaliter nihil immittimus in intellectum niſi opera phantaſiæ.

Quare, & quomodo pendet?

Scotus pendere putat tantum in peccati pœnam. *Prima.*

Sunt qui pendere volunt, quia quoties intelligit intellectus cum phantaſia, mouet per ſe aut per agentem intellectum: opinantur enim diffluere, & perire imagines dianoëticas, ſemperque recurrendum ad phantaſiam, ad phantaſmata quæ ſententia parum probabilis, quia animus extra corpus actæ hîc vitæ meminit. 2.

Quidam excluſis ſpeciebus intelligibilibus retinent phantaſmata à quibus intellectus pendeat. 3.

Veriſimile eſt pendere vt accipiantur ſpecies & inſtaurentur ac renouentur & viui ſint. 4.

Primò quia temperamento cerebri in phreneticis, aliiſue phantaſmata euadũt quaſi illuſtriora, tumque ſpecies etiam intelligibiles videntur fieri illuſtriores, quo tempore intellectio intuitum & viſionem æmulatur, quamuis obiectum non ſit præſens.

Deinde quia morbis quibuſdam incidimus in obliuionem rerum omnium.

3. quia ſenectute &c. minuitur memoria; hæc enim non euenirent niſi ſpecies intelligibiles penderent à ſenſibilibus, & phantaſmatis.

Si quidem corporis morbi videntur ſpiritualem animi arcem inuadere poſſe, & depopulari.

Quanquam ſæpe creditur memoria amiſſa cum eſt obruta tantum & impedita, breuique ſit proditura ſi procuretur amica cerebri temperies.

Pendetne ſemper à phantaſmate?

Non loquimur de futura vita, ſed de præſenti tempore, neque etiam de imaginibus quæ diuinitus immittuntur, nec originem ducunt à phantaſmate.

Sunt qui velint ſemper alioquin intellectionem pendere à phantaſmate: contemplantem oportet intueri phantaſmata. Conſule quæ nunc dicebamus.

Alij contra negant ſemper pendere primò quia iudicium non videtur pendere à phantaſia, ſed tantum apprehenſio. Deinde quia poſtea quam intellectus

imaginem dianoëticam eſt aſſequutus, videtur poſſe intelligere ſine imaginatione &c.

Cur ergo inquis in phreneticis mens turbatur? Reſpondent turbari quia illi valde multum & confuſe imaginantur, præſenti autem valida imaginatione ferè neceſſe eſt ſimilem motum in mente excitari. Nequeunt autem plures ſimul exerceri intellectiones.

Quotuplex intellectio?

Diuiſiones intellectionum variæ declarantur in Logicis.

ARTICVLVS XIII.

De Habitibus mentis.

Fuſe diſputatum eſt à nobis alibi de habitibus tum 6. Ethic. tum in Log.

Scientiarum vnitas.

Diſtinxit vt dictum alibi natura ipſa facultates ſentiendi: humana ratio & induſtria methodos. Quanquam ad naturæ imitationem.

Sed non quicquid imitamur, id aſſequimur.

A rebus obiectis diſtinctio petita, vt ſenſuum ita & ſcientiarum ex 8. Phyſ. De qua re alibi.

Vt natura non fecit multiplices ſenſus pro varietate ſpecierum quæ obiiciuntur, ſed vno, eodemque ſenſu vtitur ad comprehenſionem vnius generis. p. aſpectu ad colores percipiendos:

Ita ratio humana diuiſit quidem ſcientias, ſed non fregit in minutiſſimas partes, vna eademque methodo complectitur plures formas atque ſpecies, ſed quia Reip. rationes id poſtulabant vnà cum imbecillitate & anguſtiis captus noſtri diſciplinas practicas, & potiſſimum mechanicas in longe tenuiores partes ſecuiſſe deprehenditur, quam theoreticas.

Sunt tamen qui exiſtimant habitus eos qui referuntur ad vnam methodum putà ad Logicam, vel Ethicam coaleſcere in vnam virtutem. & qualitatem quæ ſit propriè & realiter vnum. Diſtingunt vero habitus qui diuerſas ad diſciplinas. p. Logicam & Ethicam &c. diuertuntur.

Sed primò ſæpe pars vna diſciplinæ alicuius putà doctrina de intellectu Phyſiologica maiorem habet affinitatem cum diſciplina altera putà cum Logica quam cum alia parte eiuſdem methodi. p. cum doctrina de materia prima.

De hinc non eſt ſatis certa ratio cui innitatur artium diſtributio. Nam exempli gratia cur genus vnum potius quam alterum coerceatur cum ſuis ſpeciebus, & cogatur in vnam eandemque diſciplinam, cur genus coniungatur potius cum vna ſpecierum quam cum altera.

3. mechanicæ artes manifeſto deprehenduntur diſtinctæ magis pro infirmitatis noſtræ ratione & vſu Reipub. quam pro varia conditione rerum obiectarum.

Digitized by Google

4. ratiocinandi & definiendi habilitas non videtur vnum, atque idem, & eſt inſignis habilitatum differentia in vna eademque methodo, nec qui perſpicax in vna ſcientiæ parte, idem perſpicax in altera.

Veriſimilius primo non modo differre imagines ab imaginibus, verum etiam habilitas cognoſcendi ab alijs habilitatibus.

Secundo ſi quę coaleſcant in virtutem & qualitatem vnam, difficillimum eſſe deprehendere quęnam illæ ſint.

3. videri integram methodum non eſſe rem vnam ni ſi eo modo quo pulchritudo eſt vnum quiddam, vel nauis, vel ſanitas &c.

ARTICVLVS XIIII.

Ratiocinentur-ne belluæ, & Angeli?

Rationem cur tribuerint plerique belluis, vt Plutarchus, Galenus, Plato, Pithagoras &c. rationes & cauſæ occurrunt non paucę.

Experientia, vt cum canis auerſatur culinam, vbi calida aſperſus fuerit, aſellus foueam in quam inciderit ſemel.

Prudentia qualis inuenitur in ſerpentibus, formicis, apibus &c. de hac loquitur Ariſtoteles *1.* Metaphy. cap. 8. 9. de hiſto. 1. de partibus.

Aſtutia, vt cùm vulpecula mortuum ſe fingens, aut ludibunda decipit lepores.

Docilitas qualis in ſimijs, elephantis, equis, graculis &c.

Ars, artiſue ſpecies, vt quæ cernitur in mellificatione, nidificatione.

Deliberationis imago, vt cùm canis occurrente biuio ſubſiſtit quaſi deliberabundus.

Memoriæ fœlicitas, memoria beneficiorum, & maleficiorum.

Gratitudo in beneficos, pietas in parentes.

Iuſtitia in honoribus, muneribuſque partiendis.

Adde teſtimonia Ariſtotelis, quibus videtur confirmari hæc ſententia.

Item quicquid Plutarchus ſcripſit in libris de induſtria animalium, quicquid Plinius, Ælianus.

Accedit quod mores tribuere belluis videtur Theophraſtus initio lib. de hiſtoria. Item quod ſimiæ ludere latrunculis poſſunt ex Pierio lib. *6.* legatur ἀνάκρισις in geniorum.

Ariſtoteles tamen non rationem, ſed imaginem tantum rationis tribuit belluis, vt conſtat ex hoc lib. 1. de hiſtoria lib. de memoria. 1. Metaphy. cap. 1.

Et reuera nulla ineſt primò quia non numerant, non reminiſcuntur.

Secundò quia non nouerunt principium primum ratiocinandi.

3. quia neſciunt quare ſit agendum hoc, vel illo modo.

4. quia canis ſi Leonem intuetur vinctum, non magis timorem exhibet, quàm ſi ſolutum.

Digitized by Google

Quintò quia magis imitantur artem quam ratiocinationem [ars non deliberat] legendus D. Tho. 2. contra gentes cap. 26. 4. ſentent.

Quęcumque autem belluina opera videntur proficiſci à ratione non manant niſi à phantaſia, memoria, & inſtinctu naturali, qui certa quædam affectio ęſtimatiuæ facultati à natura indita, hirundo cum nidificatura eſt non deliberat quomodo nidum deceat componere &c. & qua ex materia, non ſane magis quam centrum petiturus lapis quærit quâ viâ ſit illuc eundum.

Sed obiectum certo quodam modo conformatum cum incidit in phantaſiam tali quodam affectam modo certum quendam motum procreat, neque videntur exigi ſpecies vllæ à natura inſitæ. Hactenus de belluis.

Ratiocinantur ne Angeli quæretur à nobis in Metaphyſicis.

De adepto intellectu, deque theoretico &c.

Theoreticæ & practicę mentis diſcrimina proponuntur à Logicis.

Adeptus intellectus { vel qui imagines rerum eſt aſſequutus, aſſeruat in memoria. / vel qui indagatione & ratiocinio non eget amplius.

Tùm nimirum cùm ſtatim videt effectum cauſę, effectus cauſam. Huius generis eſt artificis intellectus, ars non deliberat. Et ſane ratiocinandum vt tandem nullam habeamus ratiocinandi neceſſitatem, non ratiocinemur.

Quô quis ſæpius, ac diligentius de re aliqua eſt ratiocinatus, eô minus ratiocinatur, de qua re paſſim.

ARTICVLVS XV.

De ijs quæ ſequuntur, aut comitantur intellectionem?

Intellectionem tria præcipue comitantur, aut ſequuntur.

nempe { logicæ formæ, intentiones, entia rationis, de quibus ſuo loco. / habitus & diſpoſitiones, de quibus alibi. / & verbum mentis, ſeu ſermo interior.

De verbo aut ſermone mentis.

Sermonis, & loquutionis ſignificatus alibi enarramus, vt verbi quod varie ſumitur & pro varijs.

Digitized by Google

puta
- primò pro voce ipſa res ſignificante, tumque appellatur verbum oris, verbum vocale, ſermo exterior.
- 2. pro ipſius vocis antequam proferatur in animo conceptione & cõprehenſione, quam appellant conceptum non vltimatum, & verbum cordis.
- 3. pro notione ipſa rei quatenus eſt imago eius intellectæ, quo ſenſu dicitur verbum mentis.
- 4. pro re ipſa cognita conceptuque obiectiuo, vt ex. g. in his locutionibus.

Non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum, verbum quod faciet Dominus.

Verbum mentis.

Conceptio
- *obiectiua*, quod intellectione comprehenditur, vt calor.
- *formalis*, ipſamet intellectio quatenus conceptus obiectiui eſt imago.

Hæc autem notio, conceptio, intentioue formalis eſt interior ſermo, aut verbum mentis.

Verbi eius mentionem non videtur feciſſe Ariſtoteles, niſi ſermonis interioris nomine ſignificatur apud illum intellectio ipſa potius quam imago rei cognitæ.

Admittendum autem primò quia conceditur à Theologis.

2. quia intellectio non modo debet eſſe actio, verum etiam referre & repræſentare illud quod intelligitur: alioquin intellectio qua definitur equus, non magis equi quam elephanti foret.

Quæ maxime ſpectanda ad percipiendum verbum mentis?

Spectanda potiſſimum quatuor, *mens* ipſa, *ſpecies intelligibilis*, *intellectio*, & ſimilitudo eius, ſeu conceptio formalis.

Hæc diligenter ſecerni debet à ſimulacris, & ſpeciebus dianoticis.

Vtrùm congruentius appelletur verbum ac ſermo?

Sermo proprie debet eſſe ſignum, & interpres rerum. huiuſmodi verò eſt verbum mentis per naturam ſuam, verbum oris ex inſtitutione hominum. quare verbum mentis longè rectius appellatur ſermo, & verbum quam verbum oris.

Quid verbum oris?

Non eſt ſpecies intelligibilis, quia hæc non ſemper actu repræſentat.
Non eſt qualitas realiter diuerſa ab intellectione vnde profluit.

Nam { fruſtra fit, &c.
in Diuinis eadem eſſentia *Verbi*, quæ *Patris*, &c.

Sed eſt ipſamet intellectio quatenus rei intellectæ eſt ſimilis, & imago eius aut qualitas ab intellectione non niſi cogitatione diſtincta, per quam obiectum actu repræſentatur, intellectioque terminatur.

Cuiuſmodi eſt intellectio?

Intellectio duplicis cogitatur generis.

Nam { vel eſt rei quæ percipitur ſenſu exteriori, aut ſaltem quæ intelligitur eo modo ac ſi exteriori ſenſu comprehenderetur, vt quãdo beatæ mentes Deum intuentur, alteramue intelligentiam, &c. diciturque *intuitiua*.
vel aliter habet, & eſt apprehẽſio rei abſentis, & quaſi abſentis. Hęc admittit verbum mentis, quia res abſens repræſentari debet.

Sunt autem qui intuitiuam negant egere verbo mentis propter præſentiam rei obiectę.

Rectius tamen alij in quauis intellectione ponunt imaginem huius generis.

Primò quia notio debet eſſe rei cognitæ ſimilis cum hæc ſit illius norma, illaque ſit potius vnius rei quam alterius.

2. quia in notitia rei præſentis non videtur ſpecie differre, ſed perfectione tantum à conditione rei præſentis.

3. quia veriſſimile eſt in ſenſione ipſa inueniri imagines huius generis.

Vbi verbum mentis?

Verbum mentis non niſi in intellectu locum habet, in quauis tamen apprehenſiua facultate aliquid propter proportionem videtur cogitandum, propter paria momenta rationis.

ARTICVLVS XVI.

DE MEMORIA RATIONALI, ET reminiſcentia.

An ſit, quid ſit?

Memoria duplex ſtatuebatur ſupra { *ſenſitiua.* / *rationalis.* }

Qui tamen volunt ſpecies intellectiles fluere vnà cum intellectione, ij nullum earum receptaculum, & quaſi penu, nullam memoriam rationalem ſtatuunt.

Qui verò negant intellectu comprehendi res ſingulares: illi

hanc { admittunt, ſi vſurpetur pro facultate conſeruatrice ſpecierum vniuerſalium.
reijciunt ſi ſumatur pro virtute quadam rationali, quę imagines rerum ſingularium complectatur, quaque præteritum tanquam præteritum cognoſcatur.

[Ratio præteriti videtur inuoluere ſingularitatem.] Sunt qui phantaſmata ſufficere putant imaginationi & intellectioni, itaut neque ſpeciebus intelligibilibus, neque memoria rationali ſit opus.

Rectius alij ſuam intellectui tribuunt memoriam.

Primò quia vita functorum animę vitę recordantur ſuæ.

2. quia ſolus intellectus propriè percipit rationem temporis prȩteriti.

3. quia reminiſcentia non eſt niſi intellectus.

Quid ſit memoria rationalis intelliges ex ſenſitiuæ diſtinctione.

Obiectiunculæ.

Duę memoriæ patient confuſionem. R. non magis parituras, quam patiant viſus, ſenſus communis, phantaſia & ratio cùm idem deprehendunt.

Saltem ſufficit rationalis. R. manifeſto dari ſenſionem, quę morbis ſit obnoxia.

Poteſtne officio fungi ſine ſenſitiua. R. vix videri poſſe. Nam alioquin cur intellectus noſter, qui in manu non intelligat in ipſa manu?

Quomodo diſtinguenda ab intellectu?

Non diſtinguenda niſi ratione. i. quia quæ facultas recipit imagines, eadem illas retinere debet, ſi retineri poſſunt, offerreque cùm eſt opus. eiuſdem attrahere & retinere. [differunt ſpecie.

2. quia intellectio prima & intellectio iterata, quę plerumque recordatio non

Obiectiunculæ.

Intellectus, memoria & voluntas ſunt imago quędam diuinæ Trinitatis.

Ergo { vt Diuinæ perſonę diſtinguntur à ſe inuicem.
ita etiam tres illę vires.

Reſpondeo primum, negando conſecutionem, quia non ſunt imago accurata, ſed vtcumque referunt.

Deinde reſpondeo intellectum, memoriam, & voluntatem differre realiter, ſi ſpectentur actiones, non autem facultates.

Aliud eſt intelligere, aliud velle, aliud recordari. Hæ facultates differunt ſede atque loco: ergo realiter.

Sedes.

Quandoquidem memoria hæc inhęret ipſi animæ, ſane fuſa eſt per totum corpus animatum. Sed non exercet vbique ſuum munus. p. in digito. Digiti vt non norunt niſi analogicè: ita etiam recordantur tantum per proportioné. Verũ duntaxat in ventriculo cerebri. In quibus, inquis, neceſſe eſt in omnibus, vt ſupra monebamus: at lęſo occipitio lęditur memoria: Ergo videtur ſita in ſolo cerebello. *Occupatio*

Reſpondeo, ipſo cerebello affectionem facilè dimanare ad ventriculos anteriores: Præterea cerebellum ictu non poſſe lędi, niſi vehementi à poſteriori parte, quia illic cranium duriſſimum, craſſiſſimum.

Egentne Intellectus et hæc memoria organo?

Mens & memoria cùm ſint in manu, vt & anima neque illic officio ſuo fungātur, videntur indigere organo;

Organo tamen {
- non cui inhæreant.
- ſed cui inſint, & quo vtantur. p. cerebro, & cerebri ſtirpibus.

Nam {
- vt è corpore libera anima vim habet, per quam pręſens corpus, pręſentem aliam animam intueatur, ac ſpiritali more ſentiat, virtuſque aliqua corporis viſibiles imagines menti repręſentat, & in ea exprimit quocumque tandem id faciat modo.
- ita veriſſimile eſt dum in corpore detinetur ſimili quodam modo affici, & quaſi pati à corpore, proinde non poſſe vbique quouis ſuo [illegible]fungi munere.

Vt tale aliquid cogitemus facit hoc. n. quòd affectus animi videntur ſequi affectiones corporis. De qua re legendus Galenus, ſomnus & plerique morbi libertatis eripiunt vſum.

Affectus corporis videntur hebetare mentis aciem, memoriam corrumpere.

Obiectiuncula.

Animus futurus eſt mortalis, ſi à corpore patiatur. R. non futurum propterea ſi patiatur eo modo quem expoſuimus. Non enim Angelus dum ſolem intuetur, imaginemque eius quoquo recipit modo, ideo efficitur mortalis.

D. ergo {
- ſi patiatur tanquam à vera cauſa, proprièque ac per ſe paſſionem inferente C.
- ſi tanquam à conditione neceſſaria, N.

ARTICVLVS XVII.

De incremento noſtro, deque ſitu Animæ.

Manifeſto incrementum & decrementum capiunt, vt & cętera quę viuunt, ſed diſſimiliter, diuerſaque ratione propter animę immortalitatem &c. etiamſi eodem modo ratione formarum partialium. p. oſſis, nerui &c. ſi dantur vllę partiales.

Nunquam cætera {
- creſcunt quin generetur aliquid animæ.
- decreſcunt quin corrumpatur aliquid animæ.

Anima cęterarum rerum tota eſt in quauis parte {
- ſed ratione eſſentiæ tantum.
- non autē ratione entitatis.

Dum incrementum capimus paratam & agglutinatam in materiam inſinuatur anima, vt deprauatam in decremento deſerit, & tamen nec rareſcit, nec

denſatur

Digitized by Google

denſatur anima, nec eſſentiæ quicquam & entitatis ſuccreſcit illi, aut detrahitur: eſt enim immortalis.

Ergo { per naturam aliquid ſe locat in duobus locis.
per naturam aliquid deſinit alicubi eſſe ſine locali motu, nec propterea perit.
anima noſtra tota eſt in duobus locis, atque adeo tota in quauis parte noſtri corporis, pro natura & conditione rerum ſpiritalium: de qua re in Metaphyſicis. }

Quicquid rareſcit aut denſatur, id corruptioni eſt obnoxium.
Si quid animæ noſtræ generaretur dum incrementum capimus,

ſanè { id originis labe infectum naſceretur, aut non eodem iure quando decreſcimus aliquid animę noſtræ corrumperetur, vel excreſceret humana anima in ingentem molem, &c.
omnino anima noſtra corruptibilis foret. }

IN QVINQVE POSTERIORA CAPITA.

APPENDIX.

SEV,

Breuis diſputatio de Appetitu, & vi motrice.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Appetitu animæ, et rerum animatarum.

Appetitus eſt facultas appetendi bonum & auerſandi malum. Cùm autem alibi duplex ſit conſtitutus appetitus. n. propriè dictus, & impropriè dictus, vterque locum habet in rebus animatis: ſed quæ pertinent ad improprium aliunde intelligenda ſunt.

Propriè dictus { vel eſt elicitus, ſeu ipſa appetitio.
vel innatus, vt facultas appetendi. }

Propriè dictus appetitus naturalis.

Facultas propriè appetendi non impellitur ad agendum niſi cognitione.
Sita eſt in re illa, vbi cognitioni locus.

Eſt autem
- vt duplex in animalium genere vis cognoſcendi, vna communis homini cum belluis, altera propria hominis.
- ita duplex appetitus propriè dictus; vnus qui voluntas dicitur, alter qui vocatur appetitus ſenſitiuus. De vtroque in Motalibus.

De appetitu ſenſitiuo.

Appetitus ſenſitiuus à natura inſtitutus ad ſalutem animalis.

Finis. Efficitur eo modo quo facultates aliæ .i. vel ab anima, vel ab opifice animæ.

Efficiens. Habet pro materia in qua occupetur bonum aut malum ſenſibile.

Obiectum. *Subiectum.* Non eſt plantarum, cum dolore, voluptateque careant, non delectantur, non amant niſi per proportionem. Eſt vero animalium omnium cùm ſine illo nullum ſe tueri poſſit atque conſeruari.

Quotuplex? Sed
- vnus perfectus, qui non niſi perfectiorum animalium.
- alter imperfectus, qui imperfectiorum.

Occupatio. Si quando animalibus quibuſdam negatur ineſſe appetitus, non negatur niſi perfectus, & imperfectus quidem non zoophytis tantum videtur ineſſe, verumetiam inſectis, videturque fuſus per omnes partes animalis ſenſu præditas, vt colligitur ex inſectorum diuiſione.

Differentia à voluntate. Perfectus certæ cuidam parti. p. cordi, aut certis quibuſdam partibus inſedit & addictus eſt.

Vterque diſtinguitur à voluntate, fere vt ſenſus ab intellectu.

A quo moueatur. Vterque mouetur à phantaſia, æſtimatiua, obiecto.

Perfectus præterea in homine rationi & voluntati parere poteſt, vt docetur in Ethicis: proindeque participatione quadam illic eſt liber, cum in belluis libertate careat, neceſſarioque ſequatur phantaſiam & æſtimatiuam.

Quotuplex perfectior. Perfectior ille
- iraſcens
- concupiſcens

vt Ethici docent.

Sedes. Sunt qui vim iraſcendi collocant in folliculo fellis, concupiſcentiam in corde; ſed minus probabiliter.

puta
- quia ira dicitur feruor ſanguinis circa cor.
- quædam animalia illo folliculo carent, quæ tamen iraſcuntur: vt columba.

Alij ergo ponunt
- cupiditatem in hepate
- iram verò in corde

congruenter Platoni, & Galeno.

Alij denique & forte probabilius vtrumque collocant in corde, quia quouis motu appetitionis cor deprehenditur affici.

Diſtinctio. Diſtinguuntur hi duo appetitus ratione, imò etiam realiter. Siquidem ſede diſtinguantur.

Appetitus origo perturbationum, de quibus alibi.

Appetibile,& auerſabile eo modo quo obiectum mouere poteſt.

Appetibile mouet { efficienter quatenus emittit ſpeciem.
finaliter quatenus appetitur.

Monitum circa textum 57.

Concludit Ariſtoteles triplicem occurrere motum.

Videtur { primus quo appetibile phantaſiam mouet.
ſecundus quo phantaſia ciet appetitum.
tertius per quem appetitus impellit anima, facit vt progrediatur.

ARTICVLVS II.

Voluntas { generatim appetitus quiuis.
propriè duntaxat rationalis aut dianoëticus appetitus.

Sumitur { primò pro facultate ipſa volendi & nolendi &c. vt hoc loco.
2. pro habitu volendi: vt cum iuſtitia dicitur conſtans & perpetua voluntas &c. (niſi dicas materialem eſſe definitionem.)
3. pro actione quadam, quæ dicitur *volitio.*

Voluntatis munera plura: vt velle, nolle. De quibus in Ethicis licet ab vno eruatur appellatio.

Diſtinguitur hæc facultas ab appetitu ſentiendi etiam in homine, quia voluntas per ſe eſt libera, res eſt ſpiritalis per ſe, non ſequitur niſi iudicium rationis.

An realiter voluntas diſtinguatur ab intellectu controuerſia eſt forte indiiudicabilis. Scaligero eſt mens ipſa, quatenus ei aliquid allubeſcit, vel non allubeſcit &c.

Quo pacto differat ab appetitu Angelorum quæritur alibi.

Facultas eſt { tum paſſiua / tum actiua } non ſecus atque ſenſus.

patitur { non admiſſione ſpeciei & imaginis, non cognoſcit.
ſed receptione quarundam paſſionum. De quibus ſuo loco.

Voluntas { mouet intellectum / mouetur ab eodem } menti { imperat. / paret.

Voluntas mente videtur deterior, vt docuimus in Ethicis.

Quomodo voluntas à fine moueatur explicatum eſt ad 2. lib. Phyſ.

De libertate, duplici eius vſu, ſede, radice, atque obiecto, deque voluntario, inuoluntario, actionibus voluntatis elicitis, imperatis &c. diſputatum in Ethicis, vt & de habitibus voluntatis, atque appetitus ſenſitiui.

ARTICVLVS III.

De [Locali] motu rei animatæ.

Motus nomine hic intelligimus mutationem loci. Motus hic naturalis, aut violentus.

Cauſſa
- vel extra corpus: vt cum aliquis vehitur rheda.
- vel intra corpus, vt cum fit conuerſio, quę à Medicis dicitur σπασμὸς, ab Ariſtotele paralyſis.

Naturalis aut eſt rei animatæ, aut inanimatæ. Qui animatæ, aut eſt animi, aut corporis, aut totius.

Corporis dicitur ille qui etiam in cadauere locum habere poteſt. p. ille qui oritur à grauitate & leuitate. De qua alibi.

Motus animi
- vnus qui animarum omnium, quo mouetur anima per accidens: vt quando ſequitur motum corporis.
- alter qui animæ rationalis proprius.

Hæc
- præterquam quod mouetur motu corporis quod informat, vt & aliæ animæ.
- duplicem etiam ſibi alium motum videtur vendicare.

Vnum improprium
- quo incipit eſſe illic vbi non erat, itaut non deſinat eſſe illic vbi erat, quando videlicet creſcimus.
- aut quãdo ceſſat eſſe vbi antea erat propter decremẽtũ & mutilationem: vt quando manum amputatam informare deſinit.

Alterum proprium ſpiritalem tamen, quo anima rationalis egreditur corpus, vt egreſſa corpus huc & illuc fertur. De quo motu duo præcipua quæruntur.

Vnum quidem vtrùm quando energumeni alijue patiuntur ἔκςασιν, vere anima egrediatur corpus: ſiue vtrum anima vi ſua corpus egredi poſſit antequam ſit ſoluta temperies & diſpoſitio.

Paucis autem reſpondendum eſt non poſſe naturaliter, quia anima forma eſt. De qua re ſuprà.

Licet
- propter ſpirituum auocationem qui patiuntur ἔκςασιν non ſentiant.
- propter ſomnia & imagines, quę offeruntur, aut obiiciuntur.

In exſtaſi ab Angelis aut hominibus ea ſoluta, qui eam paſſus alibi ſic fuiſſe videatur.

Alterum vero vtrum anima dum egreditur corpus, egreſſaue huc & illuc fertur moueatur virtute propria.

Sequuntur motus rei totius animatę, qui neque animę ſine corpore conueniũt neque corpori ſine anima.

Eorum
- vnus communis animali cum plantis. n. ille qui ad incrementũ, decremẽtũq; propriè rerum viuentiũ pertinet, de quo alibi locuti ſumus.
- alter animalium proprius qui videtur triplex ſtatui poſſe *voluntarius, non voluntarius, mixtus.*

Voluntarius qui hîc laro ſignificatu dicitur quod dependet ab appetitu ſentiẽti, aut voluntate: vt currere &c. illeque maximè ſignificatur quando ſenſu & motu à veteribus anima definiebatur, niſi velis accipere motum à ſe.

Digitized by Google

Non voluntarius efficitur citra impulſionem appetitionis & imaginationis: vt pulſus cordis,& arteriarum.

Mixtus partim voluntarius,partim inuoluntarius, vt reſpiratio.

ARTICVLVS IV.

De motu animalium voluntario.

In motu voluntatio animalium tria præcipue conſiderantur.

nempe { id quod mouetur,de quo non eſt controuerſia. / id quod mouet, ſiue cauſa efficiens. / & id quo mouet,ſiue inſtrumentum. }

Quam varias motus rei animatæ veteres cogitarint cauſſas & rationes colliges ex ſententijs de natura animæ propoſitis lib. I.

Anima { quibuſdam ſe agit ipſa, actaque trahit corpus. / alijs contra incitat corpus: vt gubernator nauim,corporiſque agitationem ſequitur. }

Cauſſa mouens ab Ariſtotele affertur duplex proxima,remota,proxima appetitio cum imaginatione. Itaut imaginationis nomine comprehendatur tum phantaſia,tum æſtimatiua.

Id quod imaginatione comprehenſum mouet appetitum, & per appetitum animal nempe obiectum appetibile animalis,ideoque&auerſabile. Sed præter eas cauſas videtur opus aliqua virtute, quæ imperio appetitionis voluntarium motum exequatur & procuret:ſeu virtute exequutiua & motrice alia ab appetitu & phantaſia.

Primo quidem quia omne animal præditum eſt appetitu & phantaſia, non omne vi motrice iſta videtur præditum, reuera tamen eſt,ideoque ratio parum idonea.

2. quia ſæpe vis motrix languet cum viget appetitio cum imaginatione,& contra,nec ſi bene imperamus propterea exequimur.

3. quia vis ipſa motrix videtur habere cauſſam habitus .p. ſaltandi, pingendi &c.

4. quia non iſti motus manifeſto vim motricem poſtulant aliam ab appetitu, imaginatione,& appetibili,vt & inuoluntarij .p. vim attractricem, expultricem, &c.

Sunt tamen qui repudiata eiuſmodi vi motrice actiua ſufficiunt in illius locum paſſiuam quamdam facultatem & aptitudinem ad recipiendum motum, quę obtemperet, inſeruiatque appetitioni. In quam ſententiam eo potiſſimum argumento inducuntur,quod motricis ipſius,actiuæque virtutis, quæ ſit diuerſa ab appetitu, & vi apprehendendi cognoſcendiue meminiſſe non videtur Ariſtoteles.

Sed reſpondere poſſumus implicitè comprehenſam eſſe nomine inſtrumenti, niſi omiſſam confitemur:mitto alias coniecturas quam leuiores.

Sane vi diuerſa ab appetitu,atque ſenſu videtur opus propter coniecturas propoſitas,ſiue actiua cogitetur, ſiuè paſſiua; videturque ſatius actiuam ali-

Digitized by Google

quomodo exiſtimare, licet patiatur ab appetitu.

Porro {
- fuſa videtur hæc virtus per omnia motus inſtrumenta .p. per muſculos & neruos.
- præcipua illius ſedes {
  - apud Medicos cerebrum.
  - apud alios cor.

Fatendum eſt calorem manare à corde, ſed nerui potiſſimum à cerebro proficiſcuntur.

An poſſit aliquid m oueri, an quicquid mouetur ab alio moueatur quæſitum eſt.

Voluntaria motio quomodo fiat docet Ariſtoteles lib. 3. de partibus in lib. de motu animalium.

In hoc motu, quæ pars mouet quieſcenti innititur.

Sed quies accipienda eſt {
- non quæuis & omni moda localis.
- verum quæ opponitur motioni per ſe & proprie rei cui animal innititur, nam in naui licet currere, ſaltare.

Ex ijs motibus {
- alij pertinent ad totum corpus promouēdum, vt ſaltare, nare, volare.
- alij ad mouendum tantum certas partes corporis: vt aurium ſuperciliorumque motus.

Animal {
- nullum non ſe aliquo modo voluntariè commouet.
- non quoduis ita mouere poteſt, vt vniuerſum ſuum locum deſerat & mutet.

Cum zoophyta negantur ſeſe mouere quod fere plantarum more certo loco adhęreſcant infixa, id accipiendum de mutatione totius loci, aut progreſſione.

Progreſſionis variæ formæ, vt ſerpere, natare &c. quæ ſpecie ne à ſe inuicem diſtinguantur alibi quæſitum.

ARTICVLVS V.

De pulſu.

Notiſſimus arteriarum cordiſque motus, qui pulſus appellatur.

Conſtat {
- ſyſtole { contractione.
- diaſtole { dilatatione.

Qui gemini & aduerſi motus quiete à ſe inuicem diſtinguntur.

Et quidem {
- dilatatione attrahitur aer (vt follibus ſolet.)
- reſtrictione vapor fuliginoſus pellitur.

Pulſus vitali corde & facultate præditus.

Varietas pulſuum reperitur ex modo facultatis, humoribus quibus afficitur, externis cauſis .p. calore, frigore.

Digitized by Google

Pulſus { velox / tardus } { mollis / durus } { plenus / vacuus } { frequens. / rarus.

Item { æquabilis / inæquabilis } { laudabilis / non laudabilis } &c.

Laudabilis qui congruit ætati, ſexui, regioni.

ARTICVLVS VI.

De reſpiratione.

Reſpiratio { nunc ſolam attractionem ſpiritus aut rei proportione ſimilis. / nunc attractionem & emiſſionem ſignificat.

Tum { vel fit per poros corporis, & vocatur tranſpiratio. / vel per certum quendam canalem n. per aſperam arteriam, &c. & magis propriè appellatur reſpiratio.

Tranſpiratione attrahitur aer, eijciuntur fumi, & exhalationes.

Ea multis animalibus ſufficit ad refrigerationem. p. muſcis, lumbricis, quamquam ſunt qui muſcas propriè reſpirare autumant, quod tantum ſonum quantum edunt ſolis edere alis non videntur poſſe.

Reſpiratio { vna legitima, & exquiſita, quæ pulmone procuratur. / altera analogica tantum, quæ branchiis, foraminibus, valuulis.

Illa autem propria, germanaque reſpiratio inſtituta eſt à natura ob refrigerationē, fuliginum ex corde & arteriis eductionem, humectationem, & fortè generationem ſpirituum ex Scaligero, exerc. 273. numero. 1. & 2. adde etiam & vocem, atque etiam ſecundum Ariſtotelem odoratum.

Quanquam odoratus in ijs animalibus quę reſpirant non neceſſario poſtulat accuratam, procuratamque animalis inſtrumentis reſpirationem.

Nam ad odorum perceptionem ſufficit aeris fumorumque ad carunculas immiſſio per nares.

Idque { ſiue à nobis attrahantur. / ſiue ipſi ſe inſinuent, aut immittantur à cauſſis alienis: vt quando ſulphureo fumo obijciuntur nares, vapores exhalant, & feruntur ſua ſponte ad cerebrum, aut vento. Inſtrumēta reſpirationis cor, pulmo, diaphragma, arteria venoſa, quæ à ſiniſtro ventriculo cordis diffunditur in pulmonem, & aſpera arteria.

Reſpirant ea tantum animalia, quę ſanguinem, & pulmonem habent ex lib. de reſpirat.

Piſces omnes reſpirare contendit Rondeletius, ſed refellitur loco citato à Scaligero.

Vis effectrix reſpirationis indita
- partim cordi.
- partim diaphragmati.
- partim pulmoni.
- partim muſculis.

Reſpiratio duplici continetur motu (vt & pulſus)

nempe
- attractione acris, quę propriiſſimè vocatur reſpiratio, aut inſpiratio.
- expulſione aeris, quæ vocatur ſpiratio, exſpiratio.

Eſt igitur reſpiratio aeris, inſpiratio & expiratio cordis, pulmonis, ſepti tranſuerſi, & aſperæ arteriæ ope procurata.

Eſt	laudabilis	velox	frequens	ęquabilis	magna.
					mediocris.
	vitioſa	tarda	rara	inęquabilis	parua, &c.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De motu inuoluntario animalium.

Præter pulſum qui procuratur ſine appetitione, ſunt alij complures motus inuoluntarij in animalibus: ſed ferè illis cum ſtirpibus communes, licet nobiliori quodam modo ſe habeant in animantibus.

Conſulenda quæ docuimus de facultatibus adminiſtris quando agebatur de nutritione. monuimus illic vim retentricem ad motricem referendam eſſe. ad expultricem pertinent vis vomendi, ſternutandi, &c.

Cæterum, de anima, deque animatis pluſcula, ſed paucis in compendio Phyſicę maiori.

FINIS.

IOANNIS

IOANNIS CRASSOTII CLARISSIMI PHILOSOPHI DISSERTATIONES DE SAPIENTIA, DEQVE PRÆCIPVIS EIVS CAPITIBVS, PARTIBVS, AC MOMENTIS, DIVISÆ IN *TRACTATVS QVATVOR*,

In eaſdem breue præludium.

VBI

Caput prius de prima Philoſophia abſolutè, poſterius de Ariſtotelis Metaphyſica, deque opera noſtra.

CAPVT PRIVS
De Metaphyſica.

ARTICVLVS PRIMVS.
De Nomine, notione & exiſtentia.

MONITVM.

INITIO politicæ { locuti ſumus de procœmijs, de præfando.
fati, & præfati de Philoſophia. }

Nomen & notio.

Conſectamur methodum & doctrinam communem quæ pertineat ad res om-

Digitized by Google

nes potiſſimumque ad incorporeas, ſeu ſpiritales.

Typica illius præfinitio & adumbratio in rudimentis, quę recolenda diligenter, antequam huc accedatur.

Ea methodus & doctrina variè compellatur etiam apud Ariſtotelem.

Dicitur *Philoſophia* 4.Metaph.cap.2.& 3. per excellentiam.

Scientia Philoſophi 11.Metaph.cap.3.per antonomaſiam.

Philoſophia prima 6.Metaph.cap.1.& 3.1.Phyſic. cap. vlt.

Nempe quia { tum *dignitate*, rum *natura* prima eſt. }

Domina & princeps ſcientiarum 1. Metaph. cap.1.3. Metaph. cap. 2. 1. poſter.cap. 2.

Sophia & ſapientia 6. Ethic.1.& 3.Metaph.

Theologia, 6.Metaph. cap. 1. 3. Metaph. cap. 4.& 11. cap. 6. quę appellatio ducitur à præcipua materia.

Scientia quæ conetur demonſtrare vniuerſaliter communia.1. poſter. cap. 8. ſcientia vniuerſalis, ſcientia communis.

Scientia de primis principijs.

Metaphyſica.i. tractatio quę ſit *poſt naturalis*, ſequatur phyſiologiam ex Alexandro 3. Metaph.

Metaphyſica numero multitudinis, potiuſque quia *poſtnaturalia* quàm quia *ſupernaturalia* conſectetur.

Dialectica etiā videtur à Platone appellari 7. de reb. De quo nomine in Logicis.

Acroamatum nomine in Epiſtola ad Alexandrum, non deſunt qui intelligant ſolas commentationes Metaphyſicas, licet parum probabiliter.

Sane communiſſima doctrina duplex quæ conſectatur quæ communia rebus rum ſpiritalibus, tum corporeis, idque theoreticè.

n. { vna accurata & exacta quæ Metaphyſica eſt. altera rudior & popularis, quę Dialectica. }

Dialectica Ariſtoteli communis diſciplina 4. Metaph. cap. 2. &c.

Exiſtentia & neceſſitas.

Si nihil haberetur incorporeum [nulla ſubſtantia incorporea, vt nulla apud Stoicos] prior, ſuperiorque quàm phyſica nulla ſcientia haberetur ex 6. Metaph.

Etenim diſciplina methoduſque ea prima, quæ ſubſtantiam primam principem & communiſſimam contemplatur.

Et certe apud Stoicos nulla eſt diſciplina ſuperior Phyſiologia, & Phyſica videtur ambitu ſuæ ſignificationis continere Metaphyſicam, quomodo problemata Dialectica & Phyſica diuiditur 1.Ethic.in *Logica, Ethica & Phyſica*.

Sed habentur aliæ ſubſtantiæ à corporatis eęque, naturalibus corporeiſue præcellentiores, vt docendum alibi.

Phyſiologus peripateticus neque de toto ſubſtantiarum genere, neque de rebus incorporeis diſſerit. Quę tamen diligenter explicandæ: quia potiſſima debet eſſe cura cognoſcendi Deum, &c. Neque explanat quę communia ſubſtantię & accidenti, quæ tamen declaranda.

Proinde eſt opus ſcientia ſuperiori quæ contempletur *ſpiritalia*, & præterea priuſque conſideret quæ communia rebus ſpiritalibus cum corporeis.

Adde quod reliquę methodi tùm practicæ tùm theoreticæ *definitiones* rerum videntur potius ponere quam ſtruere: Ideo videtur opus diſciplina quæ conſtruat rerum definitiones & conſideret *ens* quatenus ens.

Sane apud Peripateticos triplex abſtractionis, triplex formarũ genus, vt in Logicis eſt declaratum,

nempe { formę ſecundum rem & ſecundum rationem in materia: vt anima equi, forma cultelli.
formæ ſecundum rem in materia non ſecundum rationem: vt circulus Geometricus.
formæ ſecundum rem & ſecundum rationem extra materiam: vt Deus, Angelus, & fictitiæ Platonis Ideæ. }

ARTICVLVS II.

De Cauſis, genere, & natura.

Finis, ſubiectum, & opifex.

In cognitione veritatis maximè conquieſcit hæc diſciplina. Etenim vt inueniretur fecit ſciendi cupiditas, non vlla vtilitatis ratio. Occupatur in rebus altiſſimis & à praxi remotiſſimis. Si contemplatur res corporeas etiam ſpeciatim, p. definiendo: ſpectat potius *quid ſint*, quam quomodo *fiant* aut à nobis fieri debeant. Omnino eſt theoretica diſciplina & maximè quidem: ſed hoc non impedit quo minus vtilitatis aliquid inde ad nos deriuetur per diſciplinas practicas & effectiuas, ad quarum conſtitutionem valet. Cæterum de officio infra.

Metaphyſica ineſt ei menti quę dicitur *quieſcens*, ſiue theoretica. *Subiectum.*

Ea conſtituta aut reſtituta ſaltem ab hominibus otio abundantibus: ſed non niſi poſt diſciplinas practicas, quæ ad vſum vitæ ſunt magis neceſſariæ.

Negotium peperit artes, vt otium diſciplinas theoreticas.

Conſulendus eſt ſermo de origine diſciplinarum & ſcientiarum.

Obiectum Metaphyſicæ. *De obiectô*

Monitum.

Materia circa quam occupatur Metaphyſicus deſignatu eſt difficilis.

Aliis in diſciplinis fere eſt cõſenſio de argumenti partibus. Diſſenſio nulla niſi de ſeligendo & deſignando communi vno capite ad quod reuocentur cętera quę tractentur.

Hîc contra diſſenſio potius de partibus quàm de *communi capite*.

Variæ ſententiæ de obiectô Metaphyſicæ.

Varia à variis proferuntur pro materia huius diſciplinę & proferri poſſunt:

Digitized by Google

Prima. *Deus* quatenus naturaliter innoteſcere poteſt.
2. *cauſa vniuerſalis* & ſuperioris ordinis.
3. *ſubſtantia ſeparata*, ſiue incorporea. Ad quam reuocetur quod *commune* illi cum corporibus: vt ad *numerum* in Arithmeticis quod commune numero cum magnitudine.
4. *ens* diuiduum in reale & rationale.
5. *ens reale* vt rationale tanquam appendix ad illud reuocetur.
6. *ens diuiduum* in 10. categorias.
7. *ens finitum* quod infinitum videatur carere cauſis & principiis, proindeque ſcientia.
8. *ſubſtantia* vt accidens non ſit niſi illius appendix.
putà
9. *ſubſtantia compoſita*, vt habeamus noſtri argumenti ſimplicia principia.
10. *ens* quod complectatur quidquid ſcitur in diſciplinis aliis pręter Deũ. vt Theologia diſtinguatur à Metaphyſica.
11. *ens quatenus ens.*
12. *ens* perfectius & aliquomodo compoſitum aut principiatum quantum explicabile citra materiæ naturalis admiſſionem.
13. *ens principiatum* ita explicabile, vt non deſcendat infra ſumma rerũ corporearum capita.
14. *ens* ita explicabile theoreticè, vt non attingantur res corporeæ niſi per definitionem & diuiſionem.
15. *forma* ſecundum rem & rationem immaterialis.

Rudis & typica ſententiæ probabilioris adumbratio.

Ens quaten' ens primo philoſopho proponitur pro materia adæquata & legitima. Siue vt dicitur explicatius ens perfectius quãtum extenditur ſine materiæ admiſſione.

perfectius ne in recto caſu affirmetur de omnibus rebus Metaphyſicis, vt ens Phyſicum de rebus omnibus pertinentibus ad phyſiologiam ne dicatur ex. gr. eſſentia eſt ens, veritas eſt ens &c.

Materia naturalis pro limite ne Metaphyſicus incurrat Phyſiologiæ ditionem.

Confirmatio.

Sententia hęc colligitur partim ex legibus de materiæ delectu.

Partim ex triplicis formæ conſtitutione, triplicique abſtractionis modo.

Partim ex 4. Metaphyſicæ cap. 5. & 2. 6. Metaphyſicę cap. 1. 11. Metaphyſicæ cap. 3.

Partim ex coniunctione Metaphyſicæ cum dialectica Ariſtotelica.

Partim ex vanitate coniecturarum quibus aſtruuntur aliæ opiniones, quaſque recenſere non eſt operæpretium.

Obiectiunculæ.

Prima. Noſtrum ſeu Metaphyſicum eſt noſſe omnia.
2. D. Catholicè & quantũ patitur ratio abſtractionis & τὸ quatenus C. ſec' N.
Si quis Contextu Ariſtotelis abutatur ad longius protẽdẽdos Metaphyſicæ ditionis fines. Reſ. in Metaphyſicis Ariſtotelis commentationibus multa externa & aliena inſita deprehendi, p. multa phyſica, multa logica.
3. Si quis abutatur ad coarctandos fines, numeros. Reſp. multa deſiderari illic quę ſunt Metaphyſici iuris.

Ens quatenus ens proponitur Metaphyſico. Ergo corpora & res corporeę quatenus ſunt, ſeu quatenus inuoluunt rationem entis pertinent ad hanc ſapientiam, atque adeo omnia. 4.

Reſp. ſubſtantias { ratione *generis* pertinere ad Metaphyſicum. / ratione *ſpeciei* non pertinere, niſi quatum ſeparantur à materia. Ex ſubſtantiis autem æſtimanda accidentia.

Sunt tamen qui admittunt aliquomodo concluſionem. De qua re ſtatim.

Diligentior obiecti indago & examen.

Monitum primum ex pædia Logica.

Diſciplinarum conſtitutio & compoſitio ita pendet à natura vt etiam humano ab arbitrio.

Vſus mortalium debet metiri artes.

Non debet licere cuiuis diſciplinarum partitionem conturbare. De quibus rebus in Logicis.

Monitum ſecundum.

Si vt alias diſciplinas compoſuit Ariſtoteles. p. Phyſicam, Ethicam, ita etiam & Metaphyſicam adornaſſet: facile foret ex vniuerſarum partium explicatione colligere legitimum Metaphyſicæ argumentum.

At in Metaphyſicis componendis & digerendis exemplo non ſatis præiuit, & vix primas diſciplinæ huius videtur duxiſſe lineas.

Non pauca tamen videtur diſputaſſe de ſtructura eius, & argumento.

Monitum tertium.

Operæpretium eſt rerum Metaphyſicarum indagare genera.

His a dinuentis non fuerit difficile imponere commune nomen.

Monitum quartum.

Vt doctrina eſt ſcientia vel opinio. Quantitas magnitudo eſt, vel multitudo. Virtus Monaſtica, vel Occonomica, vel Politica. Ita res eſt ſpiritalis, vel corporea.

Monitum quintum.

In Logicis vna eſt tractatio communis de doctrina, duæ particulares, prior de ſcientia, poſterior de opinione.

In Mathematicis pariter tractatio triplex, vt quadruplex in Ethicis.

Sed in methodis quando quæque ſpecies quaſi familiam ducit: ſolemne eſt generis tractationem reducere ad tractationem ſpeciei ſimplicioris. De qua re in Logicis.

Monitum ſextum.

Quædam hîc certiora, quędam dubia.

Propoſitiones certiores.

Quę re & ratione ſeparantur à materia naturali, ea citra controuerſiam metaphyſica ſunt: vt Angeli, Deus. *Prima.*

præterea quidquid eſt Metaphyſicum, id videtur ratione & cogitatione auellẽdum à materia, ad eum ſenſum qui explicatur in Logicis. 2.

3. Quod commune rebus ſpiritalibus cum corporeis id cenſetur pertinere ad Metaphyſicam eo iure quo explicatum monito 5. Itaque exponit tum communia, tum ſpiritalia.

4. Rerum Metaphyſicarum aliquæ.n.communes non neceſſario reipſa auelluntur à materia, niſi eo modo quo totum diſtinguitur realiter à ſuis partibus. Huius generis ſunt *ens, ſubſtantia, accidens*. Si quidem ſuperiora propriè ratione tantum ſecernuntur ab inferioribus: vt animal ab homine & bellua.

5. Metaphyſic⁹ pro ſuo iure perſequitur quātū poteſt rerū ſpiritaliū differentias.

6. Quomodo & quatenus categoriæ ad Metaphyſicum pertinere poſſint indicādum eſt ex obiecti conditionibus & legibus, maximeque ex abſtractione & ex formali ratione quæ τὸ *quatenus*.

Ferè creditur Metaphyſicus debere explicare theoreticè quæ in aliis diſciplinis nec explicantur, nec explicari poſſunt: cuiuſmodi ſunt ens cum principiis eius & affectionibus. Communiores modi, & differētiæ rerum categoriarum apices. Subſtantiæ ſpiritales cum earum affectionibus.

Suboriuntur vero dubitationes potiſſimæ duę ad quos accedit tertia.

Prima dubitatio.

Quæritur vtrum Metaphyſicus primæ categoriæ gradum illum qui altera ex parte aduerſatur ſubſtantiæ ſpiritali .n. *corpus* ſubſtantiamue corpoream attingere poſſit ac debeat, ideoque & proprias illius gradus affectiones.p. quantitatem, localem circumſcriptionem &c.

Et mihi quidem videtur poſſe atque debere ſaltem per conſecutionem, & vt iudicetur oppoſitio: etenī oppoſita quaten⁹ oppoſita eiuſdē ſūt diſciplinę.

Non videtur licere progredi à genere ad ſpecierum vnam pertractandam .p. à ſubſtantia ad ſpiritum, niſi prius inſtituatur integra diuiſio.p. ſubſtantiæ in ſpiritalem & materialem.

Superior diſciplina theoretica videtur debere dēfinire gradum illum ſupremū, vnde incipit inferior.

Categoriæ ſaltē ratione ſupremorū generū credūtur pertinere ad Metaphyſicum.

Secunda dubitatio.

Quæritur vtrum Metaphyſicus infra illū gradum.n. iafra corpus demitti poſſit, vt ſubiectas illi differentias, ſpecieſque perſequatur.p. cœlum, hominem, animal &c. ideoque & accidentia.p. colorem, lumen &c. atque adeo vtrum pro ſuo iure omnes omnium rerum corporearum ſpecies intueatur, omniaque genera.p. animal, lineam, albedinem &c.

Primum. Sane vt perſequatur res omnes corporeas non omni perſequitur modo. Alioquin Phyſiologia & Metaphyſica coirent & conuenirent in Metaphyſicæ. corpus vnâ cum diſciplinis practicis.

2. Si licet ipſi ſcrutari corpus corporiſque ſpecies, licebit & accidentia.

3. Niſi attingit corpus non attinget proprias corporum affectiones & ſpecies: ac perinde categoriarum doctrina fruſtra expectabitur à Metaphyſico.

Nam primum vniuerſa ſupellex quatuor poſtremarum categoriarum & ſecūdę videtur ferè non pertinere niſi ad res corporatas. Deinde reliquarum pars ſi minus optima ſaltem ampliſſima non pertinet niſi ad rerum corporearum ordinem. Adde quod primam categoriam nonnulli componunt ex ſolis corporibus.

Si Metaphyſicus res omnes corporeas perſequi debet, fere creditur id non facere niſi diuidendo ac definiendo. 4.

Perſequatur ne omnes controuerſia eſt, eaque anceps.

Sententia prior.

Sunt qui negant Metaphyſicum deſcendere infra apicem Phyſiologiæ.n.infra corpus naturale.

Quia negatur conſiderare *motum & materiam.*

Videtur ab eo poſtulari vt explicet ea ſola & omnia quæ in alijs diſciplinis theoreticis nec explicãtur, nec explicari poſſunt.

Poſterior.

Metaphyſicus quorumdam iudicio perſequitur quantum licet omnes omnium rerum corporearum ſpecies, ſed tantùm definiendo: ideo tamen & diuidendo quia definitiones conſtruuntur per diuiſionem. 1.

Imò ſolius eſt Metaphyſici rerum definitiones texere, cæteræ artes definitionibus inde mutuatis vtuntur tanquam fundamentis ac poſitionibus. 2.

Certe Metaphyſicus dicitur conſiderare ens quatenus ens, omnia quatenus ſunt id quod ſunt, neceſſitas Metaphyſicæ videtur ex eo aſtrui quod aliæ diſciplinæ definitiones ponant, non componant.

Examen.

Sententiæ ſuperioris pars poſterior non videtur ſatis proba.

1. quia vſu ipſo refutatur, manifeſtum eſt multum eſſe phyſiologum in conſtruendis definitionibus, nec probabile dum id præſtat eum digreſſione vti.

2. quia dicitur aliter definire practicus, aliter theoreticus variæ; eiuſdem rei cõſtruuntur definitiones pro methodorum varietate, Metaphyſicus dicitur non definire per materiam & formam, ſed per genus & differentiam.

3. quia Phyſicus conſiderat non tantum quomodo res naturales fiant, verum etiam quomodo ſint ex r. de partibus.

Prior pars vt ſit probabilior à plęriſque tamen improbatur 1. quia palilogiæ videtur feneſtra aperiri.

2. quia pro methodorum conſuetudine qui rem definit, ſolet etiam proprietates indagare: maximè cum differentiæ non innoteſcunt fere niſi per proprietates.

3. quia non temere repudiandę ſunt differentiæ methodorum, quæ repetuntur ab abſtractionis varietate.

4. quia Arithmeticus non tradit definitiones rerum Geometricarum, videtur tamen ſe habere ad Geometram, vt Metaphyſicus ad Phyſiologum.

Concluſio.

Opinio poſterior graues aſſertores habet vt Scaligerum, videtur futura vtilis, ſi tamen modus illi imponatur, innititur coniecturæ vni ex ijs quibus ſuadetur Metaphyſicę neceſſitas. 1.

Prior tamen congruentior analogię & conſuetudini.

Analogiæ quę ſeruatur in diſciplinis conſtruendis.

Conſuetudini quæ ſeruatur in tractandis rebus Metaphyſicis.

Nemo vnquam molitus Metaphyſicam, quę rimaretur omnes omnium rerum definitiones, omnia perſequeretur definiendo.

Digitized by Google

Diſciplinarum conſtitutio aliquo modo arbitraria, ſed non temere conturbādi qui conſtituti receptique ordines..

Videndum vtra ex propoſitis opinionibus vſui humano & conſuetudini ſit congruentior.

Ratio conſiderationis in methodo ita obiecto accommodanda eſt, vt etiam nobis accommodetur, quorum cauſa diſciplinæ omnes conſtituuntur.

Obiectiones.

1 Niſi Metaphyſicus accedat ad res corporeas & materiatas, non eſt acturus de quantitate, de vbi, de quando &c.

Atqui ſi formę illę creduntur ſolæ metaphyſici iuris quæ ſecundum rem & conſideratione ſeiungi poſſunt à materia, non accedit Metaphyſicus ad res corporeas: Ergo ſi res ita habet non verſabitur in quantitate, non in omnibus categoriis. Ac proinde Ariſtoteles 5.7.&12. Metaphyſicæ falcem immittit in meſſem alienam.

C. P. Etiam ſi per proportionem in rebus ſpiritalibus inueniatur quantitas, vbi &c.

D. S.
- ſi ita ſolę vt nihil omnino aliud Metaphyſicus contrectare audeat C.
- ſi ſolę non omnino ſed per ſe & primario D.

Nam
- vt perſcrutetur ſingulas rerum corporearum ſpecies non accedet.
- vt ſummos duntaxat apices rerum corporearum .p. corpus, quantitatem, vbi &c. accedet.

2. Si quid rei non niſi per accidens ad vnam diſciplinam pertinet, per ſe ad aliam

Atqui quantitas, vbi ſpectari debet & quando, & conſimilia nullam ad diſciplinam aliam per ſe pertinent .Ergo.

N. S. quia per ſe locum habent in Phyſiologia..

Metaphyſica debet continere quæ ponuntur in diſciplinis aliis.

3. D.
- ſaltem per gradus communes.p. entitatem, ſubſtantiam, &c. C.
- per ſe ſingula vt lapidem, gemmam N.

4 Dialectica apud Ariſtotelē dicitur diſceptare de rebus omnibus. Et tenetaAriſtoteles deprehenditur dialecticè agere de ſpeciebus rei corporeæ.

R. Dialecticam agere ex communibus non ex propriis. vtque digrediuntur inferiores diſciplinæ ad ſuperiorem: ita & multo magis ſuperiorem digredi ad inferiores per vſum ſecundarium. de qua re infra.

Videntur æquari hę duæ diſciplinæ Metaphyſica, Dialectica.

6. Dicitur Dialectica verſari in ijs quæ enti accidunt. 11. Metaphyſicæ. Metaphyſica conſiderare ens quatenus ens 4. metaphyſicæ.

R. neutram quærere de rebus omnibus. niſi forte ſecundum ea quæ cōmunia ſunt .& per vſum quemdam ſecūdarium quo applicentur corporeis rebus.

5. Quando ens quatenus ens dicitur proponi metaphyſico, proponitur vel tantū quatenus ens non quatenus tale ens, & hoc ſenſu Angeli nō maiori iure quā animalia pertinent ad metaphyſicam vel etiā quatenus tale ens, & hoc modo ſpecies omnium rerum videntur venire in cognitionem metaphyſicam.

R. conſiderari ens & tale ens: Sed non niſi quantum patitur ratio formalis & abſtractio.

Dubitatio

Digitized by Google

Dubitatio tertia.

Quęritur debeatne Metaphyſicus pro officio omnibus methodis & diſciplinis præſcribere fines, & argumenta.

Sunt qui volunt debere, verum ſi id facit non niſi theoretice facit, & vbi agit de ſcientia cauſiſque eius.

Logicæ eſt vnius id præſtare practice, quia ea ſola eſt ars faciendarum artium & methodorũ, niſi quod politica pro ſuo iure diſciplinis cæteris aliquo modo imperat maximeque practicis.

Et quę diſciplina vtitur opere, vt chariſtica, & quæ conficit opus .p. citharam, præſcribit formam operis.

Quodnam ens accipiendum pro materia?

Non ens fuſiſſime ſumptum quia de omnibus rebus Metaphyſicis affirmatur in rectocaſu, & eſſentialiter, .p. de eſſentia, veritate.

Sed ens late quidẽ ſumptũ; verũ ita vt obtineat aliquã rationẽ principiati, totius cõpoſiti ſaltẽ per noſtræ cogitationis operã .p. ex eſſentia & exiſtentia &c.

Accipiatur autem quod commune Deo & creaturæ.

An etiam quod commune enti reali & rationali, enti per ſe & enti per accidens ſit accipiendum, intelligendum eſt ex ſermone de analogia & communione entis.

Conſulendæ methodicæ leges de obiecto deligendo.

Concluſio.

Ens aliquo principiatum & compoſitũ modo ita explicabile, vt non deſcendas infra corpus naturale, niſi forte vt definias, videtur eſſe legitimum Metaphyſicæ obiectum.

Obiectiunculæ.

Reuelatæ Theologiæ verũ eſt argumentum: Ergo & Metaphyſicę quę Theologia naturalis. 1.

D. { quatenus & qua parte agit de Deo C.
quatenus & de Deo & de rebus alijs N.

Materia Metaphyſicę debet eſſe nobilior quam materia Phyſiologiæ. 2.

D. { ſi ſumatur confuſe, collectiuè & vt methodi obiectum decet C.
ſi ſumatur duntaxat ſimpliciter. N.

Si quid ſtatuitur pro ſubiecto genere & argumenti apice debet eſſe per naturam prius quam inferiora, & anguſtiora. 3.

Atqui ens illud quod commune Deo & creaturis cogitatur, non eſt Deo per naturam prius (eo modo quo animal prius quam homo.)

Ergo non rite conſtituitur pro primario noſtro argumẽto, ſiue obiecto. confirmatur Sumptio.

Si quid non eſt proprietas affectione generis, & tamen inuenitur in vtraque generis parte, id non eſt per naturam genere poſterius.

Atqui Deus non eſt proprietas *entis*, inuoluitur tamen in vtraque parte huius generis propoſiti: quia infinitum *ens* eſt ipſiſſimus Deus: *finitum* eſt crea-

tura, ideoque ſupponit creatorem Deum tanquam aliquid prius.
Quare Deus per naturam non antecedit ens.
D. P. obiectionis tertiæ. in ſynonimis C. in analogis N.
4. Analogans ſaltem ſecundum rationem debet eſſe prius analogatis.
Diſt. { ſecundis C. ens prius quã creatura. ſanum quã vrina ſana & ſanitas vrinæ.
primo D. quia vtcumque ſine primo concipiatur C. quod clare & diſtincte ſine eo comprehendatur N. }
Atheus vtcumque comprehendit *ens*, non comprehendendo Deum.

Officium & ſcopus.

Primò. Vt ſcientiæ quâ percipitur aliqua vltima ſpecies. p. homo, duplex eſt vſus, potiſſimum quando practica eſt.
nempe { vnus præcipuus quo ſpecies ipſa catholice cõprehenditur, aut primus ſaltem.
alter quo ſcientię habitus adhibetur à nobis ad diiudicationem rerũ ſingularum, quæ illi ſpeciei ſubiiciuntur. p. huius & illius morbi. }
Ita in Metaphyſica duplex diſciplinæ vſus conſiderandus eſt.
Primarius quo perſequatur attributa communia &c.
Quo res ſpiritales, earumque ſpecies.
Quo ſumma rerum corporearum genera.
Et forſan quo etiam ſpecies in eum modum, qui indicatus.
Et ſecundarius quo doctrina ſuperioris applicatur inferiori. p. doctrina de bonitate ſanitati, nauigationi &c.
2. Vt inferiores diſciplinæ vſurpant attributa ſuperiorum. p. bonum commenſuratum, contrarium &c.
Ita & ſuperiores deſcendunt ad ſubiecta inferiora per applicationem & vſum ſecundarium.
Reliquæ diſciplinę principia & axiomata ſua magis *ponunt* quam exponunt. p. hæc. Contraria contrariis curantur. Omnis abies natare poteſt &c.
.n. quia expoſitio repeti poteſt à ſuperiori diſciplina.
At Metaphyſica non modo ponere ſua & aliena, verũ etiam exponere debet ſua quia explicationem repetere aliunde non poteſt: niſi forte confugiat ad *defferentiæ & opinionis* opem.

Ex quo mentis habituum genere Metaphyſica?

Intellectus huic diſciplinę ſuus eſt, idque pręcipuo iure. Quia nullam in aliam diſciplinam recumbere poteſt.
Si quid explicationis poſtulant prima principia, poſtulant maxime in ipſo fonte, vnde deriuantur in alias diſciplinas.
Metaphyſica tamen per ſe eſt *ſapientia*, non prudentia, non ars, cum non ſit practica.
Niſi foret degeneraret in dialecticam facultatem, quę Metaphyſicæ ſimilis

Non inficiandum admitti opiniones & ſuſpiciones propter egeſtatem demonſtrationum.

De ſapientia Ariſtoteles 6. Ethic. & 1. Metaph.

Natura.

Metaphyſica eſt ſcientia ſpeculatiua vbi explicantur formæ, quæ ſecundum rem, & ſecundum conſiderationem ſunt à materia ſeparatæ.

Omnino vt accuratiorem ſtruas eius definitionem, coniunge genus propoſitum cum obiecto, & cum alijs cauſis.n. fine, opifice, ſede.

Facile eſt conſtituere Metaphyſicæ definitionem ex ſermonibus ſuperioribus.

Conſulenda rudimenta.

ARTICVLVS TERTIVS.

VARIÆ AFFECTIONES ET *conditiones. Vnitas.*

Diſciplina hæc eſt vnum quiddam reliquarum ſcientiarum more.

Ariſtoteli ſapiens omnia nouit catholicè, non ſingulariter & ſigillatim, ſed ſingulare non raro idem quod ſpeciale.

Metaphyſicus omnia conſectatur, ſi ſpectetur vterque vſus. Non omnia ſi primarius tantum niſi catholicè & quantum licet per abſtractionem.

Neceſſitas, vtilitas.

Neceſſaria Metaphyſica ad explicationem materię ſuæ, & declarationem quæ ſcientię nomen meretur, ideoque ad diſciplinas reliquas.

Vtilis eſt quia ducit in cognitionem Dei.

Reliquas tuetur diſciplinas.

Nihil probè & perfectè ſcitur, niſi reſoluatur in primas cauſas.

Quaſi tactu explorat iter qui caret perſpicacitate metaphyſica.

Fere ſpeciem pro genere habet, perindeque facit atque ſi confundas equum cum animali.

Quę miracula ſecundum quid, habet pro miraculis abſolutè.

Res grandes ſuo metitur modulo.

Ferè fluctuantes, & incertas notitias habet.

Quę frequentiſſima, habet pro inſolentibus & contra.

Quę mirabiliora non miratur: ſtupet quę minus mira, &c.

Myſteriorum religionis noſtræ { vt non demonſtret exiſtentiam. / tuetur tamen poſſibilitatem. }

Declarat enim, exempli gratia, poſſibile eſſe myſterium Incarnationis, poſſibilem tranſubſtantiationem, fieri poſſe vt res vna tota in aliam totam vertatur, fieri poſſe vt res eadem ſtatuatur in pluribus locis.

Digitized by Google

Lignum conuerti poſſe
- in ignem qui numquam fuit.
- in ignem qui fuit, ſed non eſt.
- in ignem qui iam eſt.

Deum poſſe vſurpare aquam, aut quid aliud conſimile ad eluendas animi ſordes: fieri poſſe vt cœtui fidelium vnum mortale caput præficiatur, &c.

Conſulendus ſermo de frequentia & admiratione in Logicis pręludijs.

Certitudo.

Rebus Metaphyſicis nullę ſunt per naturam certiores, ſunt enim primę: ſed propter mentis hebetudinem in ijs videmur caligare, potiſſimum quando venitur ad diuina.

Conſulendi ſermones apodictici de certitudine.

Iucunditas, deſiderium.

Iucunditas ex eo intelligitur, quod nihil ſit ſuauius quam ſapere, maximè verò quę diuina.

Aſpectus ſenſuum iucundiſſimus propter voluptatem quæ percipitur ex cognitione primo Metaph.

Si quid beatum facit, facit hæc contemplatio ex 10. Ethicorum. 1. Metaph. cap. 2. & 12. Metaph.

Superiora vel leuiter noſſe iucundiſſimum primo de partibus, non igitur mirum ſi per naturam maximè concupiſcamus ſcientiam rerum altiſſimarum.

De ſciendi cupiditate in Logicis.

Difficultas.

Difficultas hîc tùm à nobis, tùm à propoſitis rebus.

Cauſa
- à nobis, noſtræque mentis tarditate & ineptitudine.
- à rebus
  - propter exilitatem, & tenuitatem: vt in materia prima, ente, &c.
  - propter pręſtantiam: vt cùm de diuinis philoſophandũ eſt.
  - propter quamuis aliam incommenſurationem.

Dignitas.

Nobiliſſima hęc diſciplina ratione omnium cauſarum & affectionum.

Videtur quaſi propria deorum 1. Metaph. ſita eſt in mente quieſcenti, ſeu theoretica ex 6. Ethicorum.

Nobilitas diſciplinæ ſpectatur primo ex materia, obiecto, quemadmodum ſpectandum eſſe conſtat ex primo Metaphyſicę cap. 1. 6. cap. 1. 11. cap. 6. de partibus cap. 5. 1. de animo.

Deinde ex ſubiecto, & ſede iuxta regulam tertio Topicorum ex fine, certitudine, principiorum perſpicuitate, quę omnia ſunt nobilitatis argumenta.

Digitized by Google

Abſtractio.

Conſulendi ſermones Logici de abſtractione.

Spiritalia ſecundum rem,& ſecundum cogitationem auelluntur à materia.

Quæ communia corpori & ſpiritui ſecundum cogitarionem auelluntur, ſecundum rem partim ſunt in materia, partim extra: ſed à nobiliori parte fit denominatio.

Si quid corporeum conſideratur in Metaphyſica,cõſideratur quatenus eſt,nõ quatenus fit,ideo auellendum eſt quantum licet à materia ſenſibili.

Methodus, partitio.

Conſulendi ſunt ſermones de Methodo.

Primum loquendum eſt de communibus, deinde de proprijs.

Partitio intelligatur ex rudimentis.

Character.

Demonſtrationes quô accuratiores eò magis probantur in Metaphyſicis.

Subalternatio.

Metaphyſica nulli diſciplinæ ſubalternatur niſi ſecundum quid,ipſi reliquæ methodi ſubijciuntur. Conſulendi & applicandi ſermones Logici de ſubalternatione.

ARTICVLVS IV. ET VLT.

Collatio quædam cum diſciplinis alijs. Principatus, & ſubalternatio.

De principatu huius methodi egimus in Logicis,in moralibus.

Subalternationis genera poſita in Apodicticis.

Metaphyſicæ quomodo ſubalternentur & ſubijciantur cæteræ omnes diſciplinæ,

intelligendum { partim ex ſermone apodictico de ſubalternatione. / partim ex obiecto Metaphyſicę. / partim ex materia cuiuſque diſciplinæ inferioris.

Metaphyſica nulli diſciplinæ videtur ſubalternari niſi ſecundum quid.

puta { Logicæ quatenus vtitur legibus eius. / politicæ quatenus aliquo modo imperat diſciplinis theoreticis. / Phyſicæ quatenus cogimur ex corporeis ęſtimare ſpiritalia & communia.

Mathematicis etiam videtur aliquo modo ſubalternari: quia videntur erudire ad faciendam abſtractionem, quanquã id fit potius per logicam peritiam.

Monitum.

Ex naturalibus maximeque ex noſtris æſtimamus Metaphyſica.

Metaphyſicus Dialectico ſuppeditat arma,principia, & argumenta.

Ordo traditionis.

Secundum naturę ordinem ſcientia hæc reliquas omnes theoreticas antecedit, ideoque & practicas: quia verſatur in rebus communiſſimis & in ſimpliciſſimis. Simplicior tùm ſubſtantia, tùm ſpiritus quàm corpus.

Sed propter *doctrinę* ordinem & facilitatem quanquam nōnullis reclamantibus tradi poſtrema conſueuit atque debet.

Primò quia in conſtituendo ſcientiarum ordine noſtri *vſus, captuſque* ratio potiſſimum habenda eſt, cum ſcientiæ ſint *propter nos.*

Metaphyſica difficillima propter rerum quarumdam vilitatem, aliarum præſtantiam, omnium diſtantiam à ſenſibus.

Maximè neceſſaria non eſt quia practicis diſciplinis magis quàm theoreticis indiget mortalium vita.

Occupatio. 2. quia qui in diſciplinis tradendis capiendis ordinem non probant niſi eum qui naturæ progreſſionem imitetur, iam pridem illos vtilitas eius inuertendi refutauit, vt patet ex Metaphyſicis.

Occupatio. 3. quoniam rudis & qualis ſine ſcientia & demonſtratione haberi poteſt [præſertim pereunte pręceptore] notitia rerum ſuperiorum pertinentium ad primam Metaphyſicę partem ſufficere videtur candidatis aliarum diſciplinarum, cuiuſmodi tradi à Dialecticis, & afferri ad Scholas conſueuit.

Occupat. 4. quia homini neceſſaria eſt notitia Dei: ſed tantum illa quæ haberi poteſt ſine Metaphyſica.

Ideo falſo nonnulli ſuſpicantur Metaphyſicam neceſſariam eſſe ad ſalutem, niſi Metaphyſicæ tribuitur quęlibet notitia Dei, licet nec ſcientifica, nec ordinata.

Ordo inuentionis.

Quærunt ſit ne diſciplina hæc poſt cæteras Phyſicę partes conſtituta à mortalibus, aut reſtituta ſaltem.

2. Sane ſi in ea poſtulamus ſpeciem quādam imaginemque methodi ad amuſſim & regulas apodicticorum conſtructę aſſentior illis qui congruenter Ariſtoteli in principio Metaphyſicę hoc tradunt. n. homines propter neceſſitatem practicis diſciplinis conſtituendis primum nauaſſe operam: deinde cum cœpiſſent abundare otio accenſos cupiditate ſciendi cœpiſſe philoſophari theoretice: idque initio de rebus ſenſui magis obnoxiis, donec tandem ad altiſſima ſe euexerunt.

3. Niſi quod optimus quiſque ſemper aliquid de Deo cogitauit & docuit: mitto quæ dicuntur à Platonicis de ſolutione animi à corpore (morte) & quinque illius gradibus.

Quod ſi hanc doctrinam æſtimamus ex copia ſententiarum de rebus Metaphyſicis potiſſimumque de diuinis, licet incompoſita & indigeſta: videtur Metaphyſica de antiquitate certare cum diſciplinis cæteris.

Primò quia { id conſtat ex Eugubino in libris de perenni philoſophia.
vetuſta eſt Theologia Pythagoreorum.
vetuſtior poëtica Theologia.
vetuſtiſſima quæ Hebræorum è ſacris literis & traditionibus. }

2. quia Deus ſui cognoſcendi maximam nobis ingenerauit cupiditatem.

Cur ſublatis rebus incorporeis Phyſica dicitur futura prima Philoſophia?

Dicitur { non quia nulla de ente, de vnitate, cæteriſque communibus diſputatio inſtituenda foret.
ſed quia propter analogię principatum (tractaret enim Phyſica primum entis analogatum. n. corpus) ius haberet explicandi quæ communia. }

Communia inquam { non rebus corporeis & incorporeis, quia hæc nihil forent.
verum communia corpori cum accidentibus. }

Omnino quia omnia referrentur ad corpus, vel tanquam principia, vel tanquã differentiæ, vel tanquam ſpecies, vel proprietates.

Quomodo Dialecticus reſpondet Metaphyſico?

Conſentiunt Metaphyſicus & Dialecticus Ariſtotelicus. i. artifex differendi probabiliter de rebus omnibus ex communibus.

Quia { vterque verſatur in rebus omnibus.
vterque vtitur communiſſimis principiis &c. }

Differunt primò quia Metaphyſicus definit, quærit quid res ſit.
Dialecticus ſyllogiſmorum, quàm definitionum eſt amantior.
Non quærit quid res ſit. Licet quærat ſit-ne nec-ne hoc definitio.

2. quia Dialecticus deſcendit ad materiam omnium diſciplinarum inferiorum ratiocinando, Metaphyſicus non creditur ratiocinari de rebus corporeis, niſi ſpectetur vſus ſecundarius.

3. quia Dialecticus ad ratiocinandum præter principia metaphyſica vſurpat Logicorum leges. p. Axiomata & locos de definito, de definitione, de coniugatis, de oppoſitis &c. Quanquam hæc videri poſſunt Metaphyſicæ ſi ſpectetur theoretica tractatio.

CAPVT POSTERIVS.

De Ariſtotelis Metaphyſica & noſtro inſtituto.

ARTICVLVS PRIOR.

De Prima Philoſophia Ariſtotelis.

Commentationes Metaphyſicæ.

Categoriarum librum ſuo iure aſſerat ſibi Dialecticus.

Libros de diuina ſecundum Ægyptios Philoſophia Ariſtotelicos eſſe quidam augurantur,ſed ſtylo & doctrina refragantibus.

Paſſim extant in alienis operibus Ariſtotelis quæ referantur ad argumentum Metaphyſicum:ſed à maiori parte fit denominatio.

Superſunt quatuordecim libri Ariſtotelis quibus prima eius philoſophia dicatur contineri.

Auctor & librorum numerus.

Prima. Hoc operis ex officina Ariſtotelis prodiiſſe ideo nonnulli negant,quod ſit confuſum,non citetur alibi ab Ariſtotele.Non videatur recenſeri à Laërtio.

Verum ſæpe laudantur ab Ariſtotele hæ commentationes quanquam non metaphyſicorum nomine.In librorum cenſu non ſit magni Laërtius. Confuſio vnde ſit orta iudicatum,indicandum.

2. Decimitertij & decimiquarti à nonnullis creditur auctor Paſicrates Rhodius, aut omnino quiſpiam ab Ariſtotele alius.Et certè ſunt omiſſi à vetuſtis interpretibus.Nihilominus videtur inſinuari lib.7.quomodo dicitur de ideis poſtea agendum.

3. Vndecimus propter argumentum paulo naturalius expellitur à ſeptis Metaphyſicis:ſed leuis coniectura vt patebit ex vulgari iudicio &c.

Alij malunt coniungere eum cum ſequenti:ſed parum ſuffragatur vtriuſque moles.

Secundus à nonnullis amandatur ad phyſiologiam. De qua re in Phyſicis.

Idem à Græcis & quibuſdam Latinis interpretibus coniungitur cum primo,& appellatur primus minor.

Sed leuiuſcula eſt controuerſia.Retineatur ſcholarum vſus.

Stylus,doctrinę genus,veterum conſenſus,& citationes Ariſtotelicæ teſtantur iſtas commentationes ex Ariſtotelis officina prodiiſſe.

Inſcriptio.

Hi libri inſcribuntur *eorum quæ poſt naturalia*,cuius tituli auctor creditur Ariſtoteles vel Theophraſtus. Factus autem à doctrinæ & inuentionis ordine.

Partitio.

Prima. Partes huius operis duæ *proœmium,tractatio.* Sed proœmium variè definiatur .p.duobus primis capitibus,quinque prioribus libris, ſex prioribus.

2. Quatuor Metaphyſicę partes apud nonnullos. Prima de ente.2.de Deo.3.de intelligentiis:aliis:4.de anima rationali.Sed videntur Metaphyſicam partiti,non Metaphyſicam Ariſtotelicam.

3. Partitio pars prima de ente. Secunda de rebus ſeparatis. Tertia de Logico negotio.

Hic enim Logica multa vt 4.Metaphyſicæ cap.7.lib.6.cap.4.lib.4. capitibus 10.11.12.13.15.17. lib.7.cap.7. lib. 9. cap. 6. & deinceps libro octauo cap.12.

Quorumdam

Quorumdam iudicio in prima parte eſt ſcientia de ente. p. lib 3. 4. 5. 6. 8. atque 9. in ſecunda res quædam alienæ. p. lib. 2. 10. 11. 4.
In tertia doctrina de ſubſtantiis ſeparatis.
Nonnullis placent tres iſtæ partes ſcientia de ente, Theologia naturalis, & ſcientia de intelligentiis. 5.

Argumentum Libri 1.

Primum commendatur hæc doctrina explicatione vſus, neceſſitatis, naturæ, dignitatis & ſcopi.
Deinde quatuor genera cauſarum proponuntur.
Tum veterum ſententiæ de cauſis principiiſque recenſentur.
Quæ poſtea partim refelluntur, partim traducuntur ad probationem ſententiæ verioris.

Libri 2.

Declaratur humana affectio ad veritatis comprehenſionem.
Docetur hæc doctrina maximè contendere ad notitiam veritatis.
Exponitur quomodo veritas ſit inueſtiganda.

Libri 3.

Primum docetur vtile eſſe ordiri à dubitationibus, eaſque dialecticè agitare antequam iudicium feras.
Deinde proponuntur pluſculæ quæſtiones.
Prima, ſit-ne vnius an plurium ſcientiarum contemplari cauſas.
2. vtrùm hæc philoſophia ſpeculetur tantum ſimplicia principia, an vero ſola complexa.
3. ſitne vnica ſcientia ſubſtantiarum.
4. vtrùm dentur ſubſtantiæ quædam præter naturales & ſenſibiles.
5. vtrùm hæc ſcientia ſpeculetur tantùm vſias, an vero etiam accidentia.
6. vtrum quæ dialectici probabiliter ruditerque diſſerunt tractentur apodictice à prima philoſophia.
7. ſintne genera, (genera & differentiæ vt animal & rationale) principia rerum, an vero potius partes integrantes: vt caput, manus.
8. ſit-ne vlla cauſa per ſe alia à materia.
9. ſit-ne aliud quid à toto.
10. ſint-ne principia rerum definita.
11. ſint-ne eadem corruptibilium & incorruptibilium rerum.
12. ſint-ne vnum & ens ipſæ vſiæ rerum.
13. vtrum principia ſint vniuerſalia, an ſingularia.
14. ſint-ne principia poteſtate, an vero actu.
15. quomodo principia cauſent ea quæ prodeunt ex principiis.
16. vtrum res mathematicæ vt ipſe cubus, ipſe triangulus ſint vſiæ & ſubſtantiæ.

Deinceps propoſitæ quæſtiones dialecticè diſputantur.
Diſputationum capita præcipua per occaſionem perſtringemus.

vt conſtat ex argumento & contextu.

Quæ Metaphyſica multis rationibus dialecticis inſtruuntur: ſed id commune huic operi fere cum reliquis acroamatis. 2.

Cum autem breuibus monitis è Logicâ repetitis Ariſtoteles ſoleat illuſtrare, & diſtinguere alias methodos ſuas & commentationes, 3.

In hoc opere ita multus eſt in methodi & diſciplinæ ratione explicanda, vt videatur non tam componere Metaphyſicam, quàm docere quo modo poſſit ac debeat componi.

Id verò accidit propter ſcientiæ huius difficultatem, nouitatem: difficultatis cauſas aperit ipſe Ariſtoteles; nouitas ea vt nemo ante Ariſtotelem dicatur cogitaſſe de conſtruenda, & in legitimæ methodi formam redigenda Metaphyſica. 4.

Conſtat hoc opus longe abeſſe à perfectione methodi & Logicæ formæ, quæ occurrit apud Ariſtotelem in Phyſicis & in Ethicis. 5.

Conſtat veteres plerumque ducere ad venationem potius, quam ad prædam. 6.

Conſtat has commentationes eſſe acroamaticas, ſi vllæ aliæ ſunt. 7.

ARTICVLVS POST.

Quæ ſumma operæ noſtræ.

Præfati hactenus ſumus.

Antea tradideramus primæ philoſophiæ rudimenta, quæ diligenter recolenda antequam huc accedas.

Deinceps agemus primò de principiis entis tum complexis, tùm incomplexis.

2. de cauſis & de ſingulis cauſſarum generibus.

3. de ente ipſo, eius proprietatibus, differentiis, generibus.

4. de ſubſtantia, de accidente, de intelligentiis, & de Deo.

Contextus Ariſtotelici celebriores per occaſionem explanabuntur.

Explanandi potiſſimum qui pertinent ad librum 5. niſi iam alibi à nobis explanati.

Finis Præludiorum.

TRACTATVS PRIMVS.

De Principijs entis.

CAPVT I.

De Toto principiorum genere.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Principio.

Nomenclatura.

C*auſſa* nomen quando latè ſumitur videtur confundi cum principio: vt 4. Metaphyſicæ, text. 3. ideoque priuatio cauſa lib. 12. text. 3.

Prima. De *elementi* nomine idem ſentiendum, vt & de nomine *initij*.

Etiam ſolemus vſurpare pro principiis.

ἀρχὴ. *Arche* etiam & principium diſtinguitur à nobis ad primum Phyſ. & ab Ariſtotele 5. Metaphyſicæ.

Conſule librum primum Phyſicorum vbi diligentius iſta pertractantur.

Notio, exiſtentia.

Particula *vnde*, τὸ *vnde* & id ex quo dum ſumitur latiſſimè ſignificant omnes principiandi modos.

Commmuniſſimè notio principii videtur in eo ſita, quod *primum* vnde aliquid eſt, aut fit, aut cognoſcitur.

De primo in rudimentis phyſicis.

Non quiduis à ſe vno: Ergo datur principium.

Doctrina.

Quæritur ſit-ne primæ Phyloſophiæ agere de principio ἁπλῶς: Reſp. eſſe, quia eſt quid commune.

Quæſitum 3, Metaphyſicæ cap 2. ſit-ne vnius, an plurium ſcientiarum contemplari cauſas, & principia.

Reſp.
- cauſam in genere, principium in genere pertinere ad Metaphyſicum.
- primam materiam pertinere ad phyſicum.
- primum finem & opificem eſſe Metaphyſici.
- non omnes cauſas ſpeciales referri eandem ad diſciplinam.

Digitized by Google

Definitiones principij anguſtiores.

Duæ definitiones principiorum Phyſicorum poſitæ 1. Phyſicor.

Ex 5. de generatione animalium cap. 7. principium eſt cauſſa multorum quæ nullam cauſſam ſuperiorem habent. Sed tum principium ſumitur pro prima cauſſa.

Ex poëtica principium eſt quod poſt ſe habet aliud, ipſum vero non neceſſario eſt poſt aliud ſed tum videtur ſignificare *primum* poſitiuè, prętęrea non quidquid eſt ante rem, id principium rei propriè.

Itaque definitio eſt popularis & parum accurata.

Primum { *negatiuè* id ante quod nihil: vt cum Chriſtus dicitur primogenitus. | *poſitiuè* id poſt quod aliquid: vt cum vnus ex multis liberis vocatur primus. }

Doctiſſimus { poſitiuè qui doctrina ante omnes. | negatiuè is ante quem doctrina nullus: etiamſi parum habeat. } Siquidem comparationis, & ſuperlationis gradus ſignificant rationem prioris ac primi.

Principium quatenus principium { non habet prius. | non eſt principiatum. | eſt aliquando prius principiato. }

Obiectiones.

Pater diuinus non eſt filio prior. *Prima*

Diſt. { naturâ, tempore, dignitate, conſecutione C. | origine, ratione, notione, & ordine, qui obſeruatur in numerando naturaliter N. }

Eſt prior { non quatenus Deus, quia natura Dei eſt communis. | non quatenus pater, quia correlatiuum quid. | ſed quatenus principians, & quatenus prius concipitur producens, quam productus filius. }

Quicquid prius, id prius tempore, vel conſecutione, vel naturâ, vel dignitate, vel ordine. 2.

Pater cœleſtis non videtur prior filio vllo ex ijs modis: Ergo.

Reſp. diuiſionem illam non cenſeri vſquequaque accuratam & integram, niſi ad ordinem reuocentur modi qui videntur omiſſi.

Commodiores & communiores definitiones.

principium id vndè aliquid. 1.

Quod non eſt ex alio, cum ex ipſo ſit aliud. 2.

Aliquid primum vndè aliud. 3.

Quotuplex principium, & quomodo commune?

Diuiſiones principij.

Principium { poſitiuum, vt materia | negatiuū, vt priuatio } { cauſſans, vt materia, forma, opifex, finis. | non cauſſans; vt priuatio, punctus, momentum. }

Digitized by Google

Item { vel pars: vt materia, forma, caro, caput.
vel non: vt efficiens, finis, exemplar, punctus, momentum.

Item { vel internum: vt puncti, genus, differentia, materia, forma.
vel externum: vt exemplar, opifex, finis.

Internum { vel pars rei: vt materia, forma, quatuor elementa.
vel non: vt punctus, linea, momentum, termini motus indiuiſibiles.

Item { principium *rei*: vt genus, & differentia; materia, forma, finis, efficiens, terminus, &c.
cognitionis tantũ: vt effectus, qui facit vt res cognoſcatur, non vt ſit.

Principium { principale, & κυριώτατον potentiſſimum: vt populus Athenienſis, ſemen.
non principale, maximéque dominans: vt Senatus Athenienſis, priuatio.

Principia item faciendi, fiendi, eſſendi, operandi.

Principium { omninò primum: vt Deus.
ſecundum quid primum, vt materia prima, punctus, &c.

Principium { principians actu: vt anima animans, architectus ædificans.
vel poteſtate tantum: vt anima non animans, architectus dormiens.

Principium { ſimplex: vt materia, punctus, priuatio.
compoſitum, & complexum, vt axiomata.

Principium { Metaphyſicum { *ſimplex*: vt eſſentia, exiſtentia, ſubiectum, & forma.
compoſitum: vt neceſſe eſt rē eſſe, & non eſſe.
vel non: vt caro, caput, fundamentum.

Eſt-ne Ariſtoteles diuiſione ſua complexus omnes principiorum modos?

Superuacaneus videtur labor eorum, qui videntur omnia reducere principia ad ſeptem modos enumeratos, 5. Metaph. cap. 1.

Primò quia differentia, forma, exemplar & termini continui vix videntur poſſe eo reduci, niſi incommodè.

Secundò quia videtur Ariſtoteles enumerationi ſubiunxiſſe definitionem, vt complecteretur tum enumeratos modos, tum quoſuis alios.

Quomodo principij ratio communis?

Videtur non ſynonymè, ſed homonymè tantum, aut ſaltem analogicè,

Primò quia diuiditur { negatiuum & poſitiuum.
extenditur ad omnes categorias.

Secundò quia eſt aliquid commune Deo & creaturis.

Pater filij principium eſt.

Sed hæc æſtimanda veniunt ex analogia & homonymia entis. De qua ſuo loco, & in Anteprædicamentis.

Monitum.

Principiatum intelligatur ex rudimentis & ex ſermone inferiori.

ARTICVLVS POSTERIOR.

De principijs rerum Metaphyſicis.

Cognitio, et doctrina.

Quæritur ſitne primæ philoſophiæ agere de principio ἁπλῶς ſiue in genere. *Primò.*

Reſp. quia
- principium pertinet ad omnes categorias & diſciplinas.
- principium generatim ſumptum non inuoluit in conceptione materiæ rationem.

Metaphyſica ſi de inferiori agit, multo magis de ſuperiori, aliæ diſciplinæ ferè contra.

Quæritur 3. Metaphyſicæ cap. 2. Sit-ne vnius an plurium ſcientiarum contemplari cauſſas & principia. 2.

Et quidem ex text. 3. (vbi Dialectica velitatio) non videtur.

Primò quia non omnia principia ſunt contraria: vt per contrarietatem referantur eandem ad diſciplinam.

Secundò quia non omnia conueniunt cuique rei.

Contra videtur eſſe vnius, quia niſi quępiam cauſſas omnes contempletur, nulla ſcientia abſolutè prę cæteris erit *ſapientia.*

Reſp.
- cauſſam in genere & principium pertinere ad Metaphyſicum.
- ex cauſſis primis *materiam primam* pertinere ad phyſiologũ primum.
- finem, & opificem primum pertinere ad Metaphyſicum.
- formas primas rerum æſtimandas ex definitionibus.
- non omnes cauſſas ſpeciatim referri poſſe ad eandem diſciplinam: niſi abrogentur methodicorum leges, quæ partim naturales, partim arbitrariæ.

Quæritur principiumne latius, quam cauſſa pateat, patet vt declaratum alibi. 3.

Exiſtentia.

Quæritur vtrùm dentur principia entis quibus cognoſcatur. 1.

Reſp. dari tum ſimplicia, tum compoſita. De qua re infra.

Quæritur vtrum τὸ ens ſortiatur principia, quæ vocantur *principia rei.*

Certè latiſſimè ſumptum, quatenus diuiditur in principium & principiatum, quatenus affirmatur in recto caſu de rebus omnibus, non habet principia ex quibus coaleſcat, &c.

Quia regrederemur in infinitum, vel illa forent nihil, ſeu non ens. 2.

Digitized by Google

Quatenus eſt legitimum & idoneum Metaphyſicæ argumentum, ſiue ens perfectum principia habet, etiam ex quibus componatur, & in quæ diſſoluatur.

Primò quia alioquin Metaphyſica tolleretur è ſcientiarum numero: Nam ſubiectum genus ſcientiæ, ſiue obiectum poſtulat principia, ſpecies, proprietates, &c.

Secundò quia etiā in Diuinis principio locus, imò & principio cōpoſitionis.

Obiectiunculæ.

Deus ſimpliciſſimus. *Diſt.* ſecundum rem C. ſecundum rationem & cogitationem N.

Pręcipuum quoduis inuoluit originem, prioritatem, vt alibi ſignificauimus.

Pater diuinus non eſt filio prior. Ergo nec principium eius.

Diſt. S. { naturâ tempore, dignitate, conſecutione C.
origine & ratione ordinis qui obſeruatur in numerando naturaliter N. }

Pater eſt principium filij, &c.

Eſſentia Dei cogitatione diſtinguitur ab exiſtentia.

Deus eſt *finis* ſi quibuſdam creditur: quod commune creatori & creaturæ debet contineri in principe & primario huius philoſophiæ argumento.

Quæ genera principiorum Metaphyſicæ?

Sunt { quæ communia rebus ſpiritalibus cum corporeis.
item ſi quæ propria rerum ſpiritalium. }

Quæ prioris generis { ea cauſſant / vel non } { componunt / vel non } { ſimilia ſibi inuicem. / vel non ſimilia. }

Conferuntur { vel quæ ſibi reſpondent inuicem: vt actus & potentia, eſſentia, & exiſtentia.
vel quæ diuerſi ordinis & coniugationis, ſi conferatur genus cum efficiente cauſſa. }

Sunt { interna / externa } { diuerſæ rationis: vt eſſentia, & exiſtentia.
eiuſdem rationis: vt plures gradus ſimul concurrentes ad faciendam intentionem. }

Componunt & faciunt { vel ens per ſe: vt genus & differentia.
vel ens per accidens: vt ſubiectum, & affectio: vt plures Angeli vnum componentes ordinem, & quaſi exercitum. }

Loquimur autē de principijs rei .n. de ijs quæ ſunt tantum rei cognoſcēdæ.

Huc autem, ſi inductio fiat, varia principiorum iuga, & genera pertinere deprehenduntur.

Pertinent { eſſentia. / exiſtentia } { ſubſtantia / hypoſtaſis } quæ conueniunt Deo & creaturæ.

Pertinent

Digitized by Google

Pertinent gradus intentionem facientes { tum homogeneam.
tum heterogeneam. }

Pertinent { potentia / actus } { genus / differentia } quia communia rebus ſpiritalibus & corporeis.

Item materia forma. Si materiei nomine ſubiectum intelligatur.

Pertinent cauſſæ nimirum finis, efficiens, exemplar, ſubiectum, forma, inſtrumenta: vt mens, Angeli.

Pertinent { principia incipiendi / principia deſinendi. } De quibus in Phyſicis.

Differentię & ſpecies principiorum Metaphyſicorum, quæ hîc caterua tim poſitæ, infra ſigillarim explicandæ.

Certè { principium generatim ſumptum huc pertinet.
pertinent multæ illius differentiæ. }

De nonnullis controuerſia eſt. Vtrum continuitas in rebus ſpiritalibus inueniatur quæretur alibi.

Quod propriè continuum: vt linea, tempus, ſuperficies, motus &c. habet principia indiuiſibilia, quibus ipſius partes connectantur.

In Metaphyſicis compoſitio per accidens inueniri poteſt.

Obiectiones.

Principiatum non affirmatur de principio in recto caſu: anima ſentiens ex. gr. non eſt animal, ſed animalis: atqui eſſentia, & exiſtentia, actus & potentia ſunt ens &c. Ergo non ſunt principia entis. *Prima.*

D. S. { ſi latiſſimè vſurpetur nomen entis. C.
ſi pro ente perfectiori, & aliquomodo principiato N. }

Deus non eſt quid principiatum: Ergo non habet principium. 2.

D. A. { ſi latiſſimè vſurpetur τὸ principiatum, & tanquam correlatum principij fuſiſſimè ſumpti N.
ſin autem vt ferè vſurpari ſolet pro eo quo datur aliquid prius ſecundum tempus, aut ſaltem ſecundum naturam, vnde prodeat C. }

Diuinitas componitur per cogitationem ex eſſentia & exiſtentia, miſericordia, iuſtitia &c.

Pater eſt Filij principium, & vterque Spiritus ſancti &c.

Sunt-ne vniuerſalia potius principia rerum quam partes?

Quæritur vtrum principiis & elementis rerum. p. Socratis, bucephali &c. genera [cum differentiis:] vt viuens, animal, corpus, rationale, ſubſtantia &c.

An *partes* primæ ex quibus realiter componuntur: vt caro, neruus &c.

An vero tum genera, tum *partes* debeant conſtitui.

Partes videri potius principia ſuadet Ariſtoteles 3. Metaphyſicæ cap. 3. text. 10.

Primò quia vocabulorum elementum dici ſolet non vox, ſed litera potius.

Digitized by Google

2.quia in Geometria figuræ ſimpliciores, vt triangulus, dicuntur aliarum elementa: vt quadrati, non autem figura Geometrica in genere.
3.quia veteres phyſiologi videntur ſic ſenſiſſe.
4.quia in arte factis ſpectamus potius partes integrantes quàm genus.
Conſtat tamen genera .i.genera & differentias, vel genera, differentias, & ſpecies eſſe aliquomodo principia rerũ, quæ inde componuntur ſaltem per cogitationis operam: nam alioquin non rectè partes integrantes dicerentur magis principia quam genus, niſi genus etiam principium foret.

Obiectiones.

Prima. Eadem principia ſunt rei, quæ definitionis: genera autem & vniuerſalia adhibentur ad definiendum potius quam partes: Ergo ſunt principia rerum.

D.S. { ſi nullæ adſint partes integrantes. C.
{ ſi adſint partes N. niſi fortaſſe vſurpentur partes omnes abſolutè, non adiectiuè .p. caput, non capitatus.

2. Scientia non habetur de ſingularibus, ſed de ſpeciebus: genera autem & vniuerſalia ſunt principia ſpecierum & elementa.
Reſpondendum eſt & partes etiam eſſe elementa. Ex mente platonis vnum & ens, magnum & paruum ſunt principia rerum: non videntur autem ſimul principia eſſe rerum genera, tum partes: quia rei vnius vna eſt definitio.
Reſpondendum eſt vtrumque genus principiorum admittendum eſſe. Item rem eandem varias ſortiri definitiones neutiquam realiter differentes pro varietate compoſitionum quas nanciſcitur.

Componitur idem ex { materia } { poteſtate } { genere.
{ forma } { actu } { & differentiâ.

Sunt-ne quæ magis vniuerſalia potius principia?

Quæritur ſintne potius genera principia, quam vltimę ſpecies, an contra.
Non videntur eſſe [vllo modo] genera principia (multoque minus potius principia.)
Primò quia ſi eſſent, tot forent principia, quot ſunt genera ſumma. Ens & vnũ forent vſiæ, genera, principia.
2.quia ſi vniuerſalia ſunt principia. Principia autem dicuntur genera, differentiæ erunt genera.
3.quia differentię genere aliquo communiores dicentur potius principia, quã illud genus: vt bipes quam auis.
4.quia quo res magis vna, eô magis principium eſt. (Pythagoricis vnitas pro principio, compoſita fiunt per vnionem:) ſpecies autem magis ſunt vnum quam genus. Maior vnio Socratis & Platonis, quam Socratis & equi.
5.quia principia ſeparantur reipſa à rebus quarum ſunt principia: Platoni ſpecies vltimæ & ideæ ſunt ſeparatæ ab indiuiduis: genera non ſunt diuulſa à ſpeciebus, non datur idea genetica .p. *ipſum animal.*
Contra videntur magis principia.
Quia { principium debet eſſe quiddam à rebus ſeparatum.
{ genus ideo videtur ſeparatum quod prædicatur de illis omnibus.

Reſponſio.

Vniuerſaliora magis ſunt principia ſi ſpectetur *cauſſa materialis*, quia plus complectuntur *poteſtatis*.

Videntur minus ſi formalis cauſſa, quia minus energiæ.

Eademne *principia* rerũ *corruptibiliũ* & *incorruptibiliũ*?

Ex 3. *metaphyſica textu.* 15. *cap.* 4.

Non videntur eſſe eadem planè & omnino.

Primo quia nulla ratio afferri poſſet cur aliæ intereant, aliæ ſint ſempiternæ.

2. quia *ambroſia* & *nectar* Heſiodi non poſſunt dici cauſſæ ſempiternitatis .p. ſi propter *neceſſitatem* illis vtuntur dii, non ſunt immortales: ſi ſolius *voluptatis* gratia his ſublatis nihilominus videntur futuri immortales.

3. quia Empedocli philoſophanti apodictice non fabuloſe Deus vnus eſt immortalis, quod ſolus careat *diſcordia* & c. cætera in diſcordia.

Refellitur tamen primò quia Empedocli quicquid cognoſcitur ſimili tantum cognoſcitur: ideo Deus cum diſcordia careat, diſcordiam non cognoſcit nec res cęteras quæ diſcordia cõſtant.

2. quia { niſi diſcordia eſſet omnia forent vnum Empedocli.
itaque diſcordia non minus quam concordia cauſſa eſt cur res ſint. }

Altera ex parte videntur eſſe eadem.

Primò quia ſi ſunt alia corruptibilium principia à principiis æternarum ſunt corruptibilia, vel non.

Si intereunt diſſoluuntur in aliquid non in nihil. Ideo ſunt principiata non principia, quia diſſoluuntur in aliquid ex quo conſtant.

Sin autem corruptionis ſint expertia relinquitur quærendum: cur cùm omnia conſtant ex principiis incorruptibilibus, quædam pereunt, quædam non.

2. quia veterum philoſophorum nemo diuerſa protulit.

Reſponſio.

Reſp. è 12. metaphyſicæ externa eſſe eadem: interna non eſſe eadem ſaltem omnino.

Idem Deus omnium rerum finis & exemplar, opifex.

Materia corruptibilium rerum non corrumpitur.

Quæ prima non videntur corrumpenda ne in infinitum regrediamur.

De principiis cœlorum ad libros de Cœlo. De principiis Angelorum in tractatu 4. ex 1. phyſic. principia ſemper manent: de qua re illic.

Eſt-ne idem principium rerum plurium?

Externum principium facile poteſt vnum ad multa pertinere; vt finis, opifex & exemplar.

Internum metaphyſicum ſolaue diſtinctum cogitatione à principiato: vt eſſentia & exiſtentia, ſortanque natura & ſingularitas &c. & non videtur idem numero eſſe duarum rerum, niſi alteri ſit externum: vt hypoſtaſis duplici congruens eſſentiæ.

Phyſicum & realiter diſtinctum quo ſe habeat modo quæritur.

Materiale { ſucceſſiuè plurium eſt, p. hominis, cadaueris.
ſimul { eſt vnius integræ ſubſtantiæ.
eſt plurium accidentium, ideoque plurium totorum per accidens, p. calidi, colorati.
per diuinam virtutem videtur poſſe extendi ad ſubſtantias multas componendas.

Formale, vt anima equi eſt vnicæ rei.
Niſi quod anima rationalis naturaliter multiplicis eſſe materiæ poteſt.
Et pars integrans: vt aquæ portio, nunc vnum componit, nunc alterum.
Aliæ etiam formæ diuinam per virtutem materias multas & ſucceſſiue, & ſimul informare poſſunt.
Materia formarum comparatione eſt quid externum.
De formarum migratione in Phyſico compendio maiori.

Poteſtne idem habere principia plura?

Diuerſi generis poteſt, p. poteſtatem, & actum, varias cauſas, &c. Imò etiam debet.
Eiuſdem generis in diuerſo ordine facilè poteſt: p. fabrum & malleum.
In eodem partialia facile poteſt. p. duos fabros, duo lumina. Totalia an habere poſſit quæretur in ſermone de cauſa efficienti: ex.g. vtrum vnus ignis poſſit totus à duplici fieri, ita vt à quoque totus procreetur.

Daturne principij principium?

Quid ni. Non enim omne principium eſt omnino primum.
Datur { tùm in alio genere: vt ſi materia ad finem referatur.
tùm in eodem quia datur ſubordinatio, faber, manus, malleus, &c.

Cuiuſmodi relatio principij?

In quibuſdam videtur *realis*: vt relatio animi ad corpus, filij ad patrem.
Si quid eſt realis relationis in creatura.
In aliis eſt dumtaxat Logica ſiue rationalis, & ens rationis: vt relatio creatoris ad creaturam.

CAPVT II.
De principiis cognitionis.
ARTICVLVS I.
De toto genere.

Cuius eſt agere de principijs cognitionis?

De toto genere principiorum cognitionis agit Metaphyſicus, Dialecticus.
De principijs humanæ & belluinæ cognitionis phyſicus agit, ſed theoreticè.
De principijs humanæ Logicus, ſed practicè.

Quid principium cognitionis noſtræ?

Signum quod ſui cognitione nos ducit in alterius rei cognitionem potiſſimum

ſi id faciat naturaliter, non poſitiue tantum.
Si moueat mentem non ſolam memoriam.i. ſi ſit endicticum ſignum.

Monitum.

Diuiſio principiorum τοῦ cognoſci poſita in Logicis rudimentis.
De ſimplicibus principijs & argumentis in Logica vt & de ſignis itemque de axiomatis.
De complexis pauca attexenda pro appendice ad Logicam doctrinam.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De principijs complexis, ſiue axiomatis.

Nomenclatura, notio.

Nomina & notio repetantur ex Logicis ſermonibus.

Exiſtentia.

Datur propoſitio quæ non egeat probatione, alioquin nihil comprehenderetur, vel regrederemur in infinitum, vel daretur circulus.

Cuius eſt agere de principijs communibus?

Quę principia proxima ſunt practicarũ diſciplinarum fere petuntur à Phyſiologia, vt

Contraria contrarijs curantur.
Vectis idoneus ad mouendum pondus.

Quæ communia ſunt diſciplinis omnibus: vt

Omne totum eſt maius quam vna ſuarum partium.
Totum æquatur ſuis partibus ſimul ſumptis, aut bene ſumptis.

Ea ſi conſiderentur practicè, pertinent ad Logicum. Sin autem ponderantur theoreticè quatenus cum mente conferuntur, pertinent ad doctrinam de anima.
Per ſe probabiliter ediſſeruntur à Dialectico, apodictice à Metaphyſico.

Quotuplex cognitionis principium?

Eſt {
- vel ſimplex: vt finis, & argumentum quoduis.
- vel complexum: vt omne totum eſt maius ſua parte.

ſimplex {
- vel definitio, quę poſitio, licet non ſuppoſitio.
- vel non: vt finis, motus &c.

Simplex {
- vel cauſa tantum cur res cognoſcatur, non cur ſit: vt effectus, adiuncta, contraria.
- vel etiam cauſa cur res ſit: vt materia, forma, differentia.

Compoſitum {
- generatim quęuis propoſitio antecedẽs, vnde conficitur argumentatio, & concluſio naſcitur.
- propriè & ſpeciatim axioma, ſeu propoſitio prima neceſſaria, perſpicua, indemonſtrabilis, &c.

Digitized by Google

De origine comprehenſionis principiorum complexorum.

Quæritur quomodo à nobis comprehenduntur axiomata, quæ non egent probatione.

Tria conſideranda. n. { habitus / facultas / actus } vbi { acumen / mediocritas / hebetudo. } de qua re alibi.

Et quidem
- acumen non eſt omnium.
- facultas citra controuerſiam eſt à natura.

Actus contra non ineſt nobis à natura, ſi ineſſet ſemper reipſa comprehenderemus, & haberemus naturales imagines.

In habitu
- primo imago rei, atque propoſitionis in mente.
- ſecundo habitus ille qui vocatur principiorum intellectus: vt ſyndęreſis moralis.

De vtroque controuerſia eſt, eaque alibi excuſſa.

Veriſimilius
- nullius rei imaginem animæ impreſſam eſſe à natura ipſa, & ab origine prima.
- nullam item habilitatem, per quam mens iuuetur in principiorum perceptione tanquam per qualitatem ſuam, pręter naturę & mentis bonitatem ſi occurrit. Sed hęc bonitas non eſt proprie habitus & aſſuetudo, ſed tantum *naturalis* habitus, vnde pendeat quęſitum in Logica.

Vnde igitur inquis naſcitur principiorum intellectus?

Reſp.
- primò ex perceptione ſenſuum, quia nihil in intellectu. &c.
- ſecundò ex comprehenſione ſimplicium terminorum, ex quibus conſtat.
- tertiò ex obſeruatione, experientia, & facto periculo rei.
- quartò reliquorum habituum more ex actione ſibi reſpondenti. n. ex principij actuali cognitione.

Quæritur vnicane actione poſſit comparari principiorum intellectus.

Sane quò eſt { ingenium acrius / res facilior } eò minori negotio paratur habitus.

Itaque quando res facillima, & ingenium acerrimum, non video cur non ſtatim comparari poſſit exiguus aliquis habitus dianoeticus.

Conſulenda doctrina de intentione & remiſſione, maximeque de radicatione, quam nonnulli volunt conuenire intellectui principiorum.

Digitized by Google

VNITAS.

Monitum.

De principiorum { perſpicuitate / certitudine } diſputatum in Logica ad lib. de demonſt.

Ad vnitatem & multiplicitatem quod attinet:

Vnicuique propoſitioni ſua reſpondet imago, atque ſpecies animo impreſſa, per quam cognoſcatur. Sed vix liquet quomodo vna imago cum altera coniungatur.

Pari ratione ſuam habilitatem & dexteritatem per quam comprehendatur principio cuique aut axiomati nonnulli aſtruunt, vt ſint varij intellectus pro varietate numeroque principiorum, & realiter differentes.

Sed alij contrà per vnam eandemque numero habilitatem & intellectum habitualem vnum principia plura comprehendi poſſe arbitrantur.

Quia { vt lumen cum lumine vnitur, cum calore calor. / ita habilitas prima cum ſecunda quæ ſit affinis.

Sanè { vt de habilitate manus in pingendis varijs literis. / ita de habitu mentis quo propoſitiones variæ comprehenduntur, videtur ferè ſentiendum.

Porro { nullo diſtingui pacto habilitatẽ per quam pingitur A ab altera habilitate per quam pingitur B. non eſt veriſſimile. / forraſſe tamen quando coniunguntur & conueniunt in rem vnam euadunt in eandem numero realitatem, aut in rem eandem, ſaltem vt plura lumina coniuncta.

Tum quia non ſunt multiplicanda entia ſine neceſſitate.

Tum quia qui bene exercitatus in pingendo vno literarum genere. p. latino, is commodius alterum pinget, de quo pingendo nunquam antea cogitauerit.

Sed de vnitate habituum mentis non eſt huius loci agere.

Quanquam eſt { Metaphyſici / Phyſiologi } potius, quam Dialectici, aut Ethici: quoniam diſputatio hæc ad praxim nihil conducit.

Monita.

Ad quam mentem pertineat notitia principiorum.

Quot & quæ ſint genera principiorum.

Eodemne animi actu dijudicetur principium & principiatum.

Eodemne principia concluſionis & concluſio comprehendantur.

Quæ ſit perſpicuitatis ratio, quæ certitudinis expoſita.

Quæ varietas & cõprehenſio pincipiorum complexorum, dictũ eſt in Logicis.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

DE PRIMO PRINCIPIO complexo.

Quid?

Primum principium inter complexa eſt propoſitio in quam omnes probationes diſſoluuntur, & quę non poteſt reſolui in vlteriorem vllam probationem.

QVÆNAM PROPOSITIO ID ſibi iuris vendicat?

Sententia prima.

Quibuſdam hęc propoſitio *ens* eſt *ens*.
Vt huc reuocentur ſimiles omnes propoſitiones.
Homo eſt homo, bonum eſt bonum, &c.
Sed ridicule quia propoſitiones huius generis ſunt inanes, neque in eas diſſolui vlla probatio conſueuit.

Sententia ſecunda.

Quibuſdam pro principio primo hæc propoſitio.
Deus eſt, datur Deus.
Refelluntur quia dantur clariores & priores.
Nihilominus vt veritas ducit ad Deum: ita falſitas ab eo nos abducit.

Sententia tertia quæ Ariſtotelis.

Principatus ab Ariſtotele defertur principio contradictionis .n. huic propoſitioni.
Nunquam pars vtraque contradictionis eſt ſimul vera, nunquam ſimul falſa.

Quot modis proponitur?

Per partes proponitur idque innumerabilibus modis: vt animal eſt, vel non eſt. Non & ſimul eſt, & non eſt. Neceſſe eſt hominem eſſe, vel non eſſe. Impoſſibile eſt ſimul eſſe & non eſſe.
Aut per ſe & generatim, idque multipliciter.

Quia.

Metaphyſicè effertur per verbum ſum, es, eſt: vt
Res eſt vel non eſt Non ſimul eſt, & non eſt.
Logicè per affirmari & negari: vt
Quoduis affirmatur, vel negatur. Non ſimul affirmatur & negatur.
Effertur per modalem propoſitionem & per abſolutam.

Effertur

Digitized by Google

Effertur affirmatiuè per disiunctiuam particulam : vt quodlibet eſt, vel non eſt.

Negatiuè per copulatiuam coniunctionem, in hunc modum.

Non & res eſt, & non eſt.

Impoſſibile idem verè affirmari, & verè negari.

Quæ ratio ordinis?

Abſoluta propoſitio modalem antecedit quia. 5

Prius eſt eſſe quam prædicari.

Prius non eſſe quam negari.

Prior copulatio diſiunctione.

Prior negatio affirmatione, ſeu affirmatiuo principio.

Obiectiuncula.

Affirmatio apud Logicos prior negatione, & propoſitio ſimplex coniuncta.

Diſt. in genere propoſitionis C. in genere principiorum N.

Primum principium debet eſſe ſimpliciſſimum.

Diſt. { hoc ſenſu quod conſtet pauciſſimis terminis & ſimpliciſſimis N.
hoc ſenſu quod nullam in aliam probationem reſolui poſſit, nullam in aliam propoſitionem tanquam in fundamentum C. }

Quomodo principium primum inſeruit demonſtrationibus?

Principia primò inſeruiunt ſyllogiſmo quando illi inſeruntur tanquam partes.

Secundò quando non collocantur quidem in ipſo: ſed virtute ſua fulciunt ipſum aut principia ex quibus contexitur. De qua re Logici.

Affirmatiuè ſi effertur primum principium demonſtrationi inſeri poteſt.

Si *negatiue* non inſeritur ex 1. de demonſtratione text. 26. 27. videlicet niſi ineptius & incommodius, propter concurſum & recurſum negationum: vt exemplo patere poteſt.

Inſeri namque poſſe conſtat ex regulis ſyllogiſmorum hypotheticorum & ex exemplis.

Maximè autem ſi per partes explicetur, in hunc modum.

Non & homo eſt aliquid, & homo non eſt aliquid.

Atqui homo eſt aliquid : Ergo homo minimè non eſt aliquid.

Negatio, probatio.

Principia cætera à primo confirmari poſſunt, non modo *inductione*, *dialectico ſyllogiſmo* & piraſtico : verumetiam *demonſtratione* per deductionem ad incommodum. De qua re ad primum de demonſtratione.

Principium quod omninò primum non videtur poſſe confirmari.

Etenim inductionis quæ eſt velut enthymema & ſyllogiſmi virtus ei innititur.

Non videtur capax ſyllogiſmi, qui non admittit principium primum.
Syllogiſmus bene conformatus, ideò concludit: quia niſi concluderet, vtraque pars contradictionis foret ſimul vera, aut ſimul falſa.

Primi principij demonſtrationem quærere eſt imperiti rerum quarto Metaphyſicæ.

Piraſticè tamen & dialecticè aduerſus proteruos probari poteſt, ſed non ſine peruerſitate: quia dum probatur fit petitio principij apertè, vel occultè.

Si quis tamen conſtanter perſiſtat in illius negatione, nihil ei probaueris.
De negatione principiorum in Logicis.

Principium primum an ex animo negari poſſit quæritur.

Abſolutè non poteſt à mortalium vllo qui in ipſum tantum intueatur, modo ſit benè explicatum: quia clariſſimum eſt, & cæteris largitur claritatem.

Secundum quid poteſt, quatenus aliquis mentem aduertit ad dubitationes quibus illud impugnatur, quaſque ſoluere non poteſt.

Imò credibile eſt alia multa .p. localem motum, Dei cultum, præſtantiam virtutis, &c. non niſi ad eum modum negari ſolere, ac poſſe, vt per ſe conſiderata claritatem habeant, obſcuritatem contrahant aliundè .n. ex difficilibus obiectionibus.

Porrò { vt ineptum eſt ratione contendere cum ſtirpe, arbore.
ita & cum eo ratione velle agere qui nihil rationis habet [quatenus nihil habet] text. 9. lib. 3. Metaph. }

Nihil autem rationis habet quicunque principium primum ex animo inficiatur, ſi inficietur planè non ſecundum quid tantum, nec eſt ſyllogiſmi capax, quod ſyllogiſmus innititur primo principio.

Quot hominum genera à quibus oppugnatur primum principium?

Duo, quia alij fallacibus irretiti rationibus quas ſoluere non poſſunt de principij illius veritate dubitant ex animo: vt Heraclitus, Democritus.

Alij contentionis ſtudio impulſi veritatem illam verbis potius, quam mente diffitentur, vt Protagoras, & ſophiſtæ alij; atque hi videntur coercendi: Illi perſuaſione indigent, dubitationumque ſolutione, & ratione ſanari poſſunt, quia non de verbis contendunt, ſed de intelligentia.

Item.

Quidam apertè negant principium primum.
Quidam occultè .p. illi qui aiunt.
Quidquid cuique appareat, id verum eſſe.
Nam vtraque pars contradictionis poteſt vera apparere & plerumque ſolet.
Sexcentæ ſunt ſententiæ quæ in ſcholis diſſeruntur in vtramque partem argumentationibus ſolutu valdè difficilibus, quæque quaſi demonſtratio-

Digitized by Google

num ſpeciem præſe ferre videantur.

Hæ faciunt vt imprudentioribus pars vtraque contradictionis videatur ſimul vera, vt.

Datur motus localis. Non datur motus localis.

Datur inane. Non datur inane.

Deus infinitum actu facere poteſt. Deus infinitum actu facere non poteſt.

Magnitudo in infinitum eſt diuidua, & non eſt, &c.

Datur tempus. Non datur tempus.

Tum occurrunt { prudentior niſi ſoluere difficultatem poteſt ad epochen confugit. / qui imprudentior & incautior, is per errorem concedere poteſt vtramque partem contradictionis.

Quomodo deffenditur ab Ariſtotele principium negatiuum?

Primo appoſitione ſententiæ verioris.

Secundo ſolutione obiectionum & dubitationum.

Tertio etiam argumentationibus: vt 4. Metaphyſicæ cap. 4.

Probatio prima.

Aut verba ſignificant certum aliquid: aut qui verbis impugnat principium primum non poteſt verbis cum vllo agere: Agit autem, agereque liceat eſt rogandum: Ergò vocabula ſignificant certum aliquid.

Iam ſi quid verè ac certò dicitur eſſe tale quiddam, vt homo: Id neceſſe eſt eſſe tale .p. animal rationale, quia hæc eſt verbi ſignificatio.

Quod autem neceſſe eſt eſſe, id impoſſibile eſt non eſſe, quia hæc duo, idem ſignificant: Igitur impoſſibile eſt hominem non eſſe animal bipes, &c. Eodemque modo reliqua vocabula, quæ expertia ambiguitatis percurri poſſunt.

Secunda probatio.

Si contradicentia eſſent vera, nulla eſſet ſubſtantia: ſed omnia forent accidens, adeſſent non adeſſent, nihil eſſet genus, nihil definitio, nihil proprium: Atqui non omnia poſſunt eſſe accidens ne in infinitum regrediamur: Ergo, &c.

Tertia probatio.

Si contradicentia eſſent ſimul vera.

Tum { omnia forent vnum & idem, [vnumque foret omnia.] / omnia eſſent in omnibus, & in quoque, vt volebat Anaxagoras. / tale quidque eſſet quale videretur & appareret, vt Protagoras augurabatur.

Quarta probatio.

Neque in omnibus, neque in quibuſdam ſolum vera eſt pars vtraque contradictionis.

Digitized by Google

Item
- vel pars; vt materia, forma, caro, caput.
- vel non: vt efficiens, finis, exemplar, punctus, momentum.

Item
- vel internum: vt puncti, genus, differentia, materia, forma.
- vel externum: vt exemplar, opifex, finis.

Internum
- vel pars rei: vt materia, forma, quatuor elementa.
- vel non: vt punctus, linea, momentum, termini motus indiuiſibiles.

Item
- principium *rei*: vt genus, & differentia; materia, forma, finis, efficiens, terminus, &c.
- *cognitionis* tantũ: vt effectus, qui facit vt res cognoſcatur, non vt ſit.

Principium
- principale, & κυριώτατον potentiſſimum: vt populus Athenienſis, ſemen.
- non principale, maximéque dominans: vt Senatus Athenienſis, priuatio.

Principia item faciendi, fiendi, eſſendi, operandi.

Principium
- omninò primum: vt Deus.
- ſecundum quid primum, vt materia prima, punctus, &c.

Principium
- principians actu: vt anima animans, architectus ædificans.
- vel poteſtate tantum: vt anima non animans, architectus dormiens.

Principium
- ſimplex: vt materia, punctus, priuatio.
- compoſitum, & complexum, vt axiomata.

Principium
- Metaphyſicum
  - *ſimplex*: vt eſſentia, exiſtentia, ſubiectum, & forma.
  - *compoſitum*: vt neceſſe eſt rẽ eſſe, & non eſſe.
- vel non: vt caro, caput, fundamentum.

Eſt-ne Ariſtoteles diuiſione ſua complexus omnes principiorum modos?

Superuacaneus videtur labor eorum, qui videntur omnia reducere principia ad ſeptem modos enumeratos, 5. Metaph. cap. 1.

Primò quia differentia, forma, exemplar & termini continui vix videntur poſſe eo reduci, niſi incommodè.

Secundò quia videtur Ariſtoteles enumerationi ſubiunxiſſe definitionem, vt complecteretur tum enumeratos modos, tum quoſuis alios.

Quomodo principij ratio communis?

Videtur non ſynonymè, ſed homonymè tantum, aut ſaltem analogicè.

Primò quia diuiditur
- negatiuum & poſitiuum.
- extenditur ad omnes categorias.

Secundò quia eſt aliquid commune Deo & creaturis.

Pater filij principium eſt.

Sed hæc æſtimanda veniunt ex analogia & homonymia entis. De qua ſuo loco, & in Anteprædicamentis.

Monitum.

Principiatum intelligatur ex rudimentis & ex ſermone inferiori.

ARTICVLVS POSTERIOR.

De principijs rerum Metaphyſicis.

Cognitio, et doctrina.

Quæritur ſitne primæ philoſophiæ agere de principio ἁπλῶς ſiue in *Primo* genere.

Reſp. quia { principium pertinet ad omnes categorias & diſciplinas. / principium generatim ſumptum non inuoluit in conceptione materiæ rationem. }

Metaphyſica ſi de inferiori agit, multo magis de ſuperiori, aliæ diſciplinæ ferè contra.

Quæritur 3. Metaphyſicæ cap. 2. Sit-ne vnius an plurium ſcientiarum contemplari cauſſas & principia. 2.

Et quidem ex text. 3. (vbi Dialectica velitatio) non videtur.

Primò quia non omnia principia ſunt contraria: vt per contrarietatem referantur eandem ad diſciplinam.

Secundò quia non omnia conueniunt cuique rei.

Contra videtur eſſe vnius, quia niſi quępiam cauſſas omnes contempletur, nulla ſcientia abſolutè prę cæteris erit *ſapientia.*

Reſp. {
- cauſſam in genere & principium pertinere ad Metaphyſicum.
- ex cauſſis primis *materiam primam* pertinere ad phyſiologũ primum.
- finem, & opificem primum pertinere ad Metaphyſicum.
- formas primas rerum æſtimandas ex definitionibus.
- non omnes cauſſas ſpeciatim referri poſſe ad eandem diſciplinam: niſi abrogentur methodicorum leges, quæ partim naturales, partim arbitrariæ. }

Quæritur principiumne latius, quam cauſſa pateat, patet vt declaratum alibi. 3.

Exiſtentia.

Quæritur vtrùm dentur principia entis quibus cognoſcatur. 1.

Reſp. dari tum ſimplicia, tum compoſita. De qua re infra.

Quæritur vtrum τὸ ens ſortiatur principia, quæ vocantur *principia rei.*

Certè latiſſimè ſumptum, quatenus diuiditur in principium & principiatum, quatenus affirmatur in recto caſu de rebus omnibus, non habet principia ex quibus coaleſcat, &c.

Quia regrederemur in infinitum, vel illa forent nihil, ſeu non ens. 2.

Quatenus eſt legitimum & idoneum Metaphyſicæ argumentum, ſiue ens perfectum principia habet, etiam ex quibus componatur, & in quæ diſſoluatur.

Primò quia alioquin Metaphyſica tolleretur è ſcientiarum numero: Nam ſubiectum genus ſcientiæ, ſiue obiectum poſtulat principia, ſpecies, proprietates, &c.

Secundò quia etiā in Diuinis principio locus, imò & principio cōpoſitionis.

Obiectiunculæ.

Deus ſimpliciſſimus. Diſt. ſecundum rem C. ſecundum rationem & cogitationem N.

Præcipuum quoduis inuoluit originem, prioritatem, vt alibi ſignificauimus.

Pater diuinus non eſt filio prior: Ergo nec principium eius.

Diſt. S. { naturâ tempore, dignitate, conſecutione C. | origine & ratione ordinis qui obſeruatur in numerando naturaliter N. }

Pater eſt principium filij, &c.

Eſſentia Dei cogitatione diſtinguitur ab exiſtentia.

Deus eſt *finis* ſi quibuſdam creditur: quod commune creatori & creaturæ debet contineri in principe & primario huius philoſophiæ argumento.

Quæ genera principiorum Metaphyſicæ?

Sunt { quæ communia rebus ſpiritalibus cum corporeis. | item ſi quæ propria rerum ſpiritalium. }

Quæ prioris generis { ea cauſſant | vel non } { componunt | vel non } { ſimilia ſibi inuicem. | vel non ſimilia. }

Conferuntur { vel quæ ſibi reſpondent inuicem: vt actus & potentia, eſſentia, & exiſtentia. | vel quæ diuerſi ordinis & coniugationis, ſi conferatur genus cum efficiente cauſſa. }

Sunt { interna | externa } { diuerſæ rationis: vt eſſentia, & exiſtentia. | eiuſdem rationis: vt plures gradus ſimul concurrentes ad faciendam intentionem. }

Componunt & faciunt { vel ens per ſe: vt genus & differentia. | vel ens per accidens: vt ſubiectum, & affectio: vt plures Angeli vnum componentes ordinem, & quaſi exercitum. }

Loquimur autē de principijs rei .n. de ijs quæ ſunt tantum rei cognoſcēdæ.

Hæc autem, ſi inductio fiat, varia principiorum iuga, & genera pertinere deprehenduntur.

Pertinent { eſſentia. | exiſtentia } { ſubſtantia | hypoſtaſis } quæ conueniunt Deo & creaturæ.

Pertinent

Digitized by Google

Pertinent gradus intentionem facientes { tum homogeneam. / tum heterogeneam.

Pertinent { potentia / actus } { genus / differentia } quia communia rebus ſpiritalibus & corporeis.

Item materia forma. Si materiei nomine ſubiectum intelligatur.

Pertinent cauſſæ nimirum finis, efficiens, exemplar, ſubiectum, forma, inſtrumenta: vt mens, Angeli.

Pertinent { principia incipiendi / principia deſinendi. } De quibus in Phyſicis.

Differentię & ſpecies principiorum Metaphyſicorum, quæ hîc cateruatim poſitæ, infra ſigillatim explicandæ.

Certè { principium generatim ſumptum huc pertinet. / pertinent multæ illius differentiæ.

De nonnullis controuerſia eſt. Vtrum continuitas in rebus ſpiritalibus inueniatur quæretur alibi.

Quod propriè continuum: vt linea, tempus, ſuperficies, motus &c. habet principia indiuiſibilia, quibus ipſius partes connectantur.

In Metaphyſicis compoſitio per accidens inueniri poteſt.

Obiectiones.

Principiatum non affirmatur de principio in recto caſu: anima ſentiens ex. gr. non eſt animal, ſed animalis: atqui eſſentia, & exiſtentia, actus & potentia ſunt ens &c. Ergo non ſunt principia entis. *Prima.*

D.S. { ſi latiſſimè vſurpetur nomen entis. C. / ſi pro ente perfectiori, & aliquomodo principiato N.

Deus non eſt quid principiatum: Ergo non habet principium. 2.

D.A. { ſi latiſſimè vſurpetur τὸ principiatum, & tanquam correlatum principij fuſiſſimè ſumpti N. / ſin autem vt ferè vſurpari ſolet pro eo quo datur aliquid prius ſecundum tempus, aut ſaltem ſecundum naturam, vnde prodeat C.

Diuinitas componitur per cogitationem ex eſſentia & exiſtentia, miſericordia, iuſtitia &c.

Pater eſt Filij principium, & vterque Spiritus ſancti &c.

Sunt-ne vniuerſalia potius principia rerum quam partes?

Quæritur vtrum principiis & elementis rerum. p. Socratis, bucephali &c. genera [cum differentiis:] vt viuens, animal, corpus, rationale, ſubſtantia &c.

An *partes* primæ ex quibus realiter componuntur: vt caro, neruus &c.

An vero tum genera, tum *partes* debeant conſtitui.

Partes videri potius principia ſuadet Ariſtoteles 3. Metaphyſicæ cap. 3. text. 10.

Primò quia vocabulorum elementum dici ſolet non vox, ſed litera potius.

Digitized by Google

2.quia in Geometria figuræ ſimpliciores, vt triangulus, dicuntur aliarum elementa: vt quadrati, non autem figura Geometrica in genere.

3.quia veteres phyſiologi videntur ſic ſenſiſſe.

4.quia in arte factis ſpectamus potius partes integrantes quàm genus.

Conſtat tamen genera .i. genera & differentias, vel genera, differentias, & ſpecies eſſe aliquomodo principia rerũ, quæ inde componuntur ſaltem per cogitationis operam: nam alioquin non rectè partes integrantes dicerentur magis principia quam genus, niſi genus etiam principium foret.

Obiectiones.

Prima. Eadem principia ſunt rei, quæ definitionis: genera autem & vniuerſalia adhibentur ad definiendum potius quam partes: Ergo ſunt principia rerum.

D.S. { ſi nullæ adſint partes integrantes. C.
{ ſi adſint partes N. niſi fortaſſe vſurpentur partes omnes abſolutè, non adiectiuè. p caput, non capitatus.

2. Scientia non habetur de ſingularibus, ſed de ſpeciebus: genera autem & vniuerſalia ſunt principia ſpecierum & elementa.

Reſpondendum eſt & partes etiam eſſe elementa. Ex mente Platonis vnum & ens, magnum & paruum ſunt principia rerum: non videntur autem ſimul principia eſſe tum genera, tum partes: quia rei vnius vna eſt definitio.

Reſpondendum eſt vtrumque genus principiorum admittendum eſſe. Item rem eandem varias ſortiri definitiones neutiquam realiter differentes pro varietate compoſitionum quas nanciſcitur.

Componitur idem ex { materia / forma } { poteſtate / actu } { genere. / & differentiâ. }

Sunt-ne quæ magis vniuerſalia potius principia?

Quæritur ſintne potius genera principia, quam vltimę ſpecies, an contra.

Non videntur eſſe [vllo modo] genera principia (multoque minus potius principia.)

Primò quia ſi eſſent, tot forent principia, quot ſunt genera ſumma. Ens & vnũ forent vſiæ, genera, principia.

2.quia ſi vniuerſalia ſunt principia. Principia autem dicuntur genera, differentiæ erunt genera.

3.quia differentię genere aliquo communiores dicentur potius principia, quã illud genus: vt bipes quam auis.

4.quia quo res magis vna, eô magis principium eſt. (Pythagoricis vnitas pro principio, compoſita fiunt per vnionem:) ſpecies autem magis ſunt vnum quam genus. Maior vnio Socratis & Platonis, quam Socratis & equi.

5.quia principia ſeparantur reipſa à rebus quarum ſunt principia: Platoni ſpecies vltimæ & ideæ ſunt ſeparatæ ab indiuiduis: genera non ſunt diuulſa à ſpeciebus, non datur idea generica .p. *ipſum animal*.

Contra videntur magis principia.

Quia { principium debet eſſe quiddam à rebus ſeparatum.
{ genus ideo videtur ſeparatum quod prædicatur de illis omnibus.

Reſponſio.

Vniuerſaliora magis ſunt principia ſi ſpectetur *cauſſa materialis*, quia plus complectuntur *poteſtatis*.
Videntur minus ſi formalis cauſſa, quia minus energiæ.

Eademne *principia* rerũ *corruptibiliũ* & *incorruptibiliũ*?

Ex 3. metaphyſica textu. 15. cap. 4.

Non videntur eſſe eadem planè & omnino.
Primo quia nulla ratio afferri poſſet cur aliæ intereant, aliæ ſint ſempiternæ.
2. quia *ambroſia* & *nectar* Heſiodi non poſſunt dici cauſſæ ſempiternitatis .p. ſi propter *neceſſitatem* illis vtuntur dii. non ſunt immortales: ſi ſolius *voluptatis* gratia his ſublatis nihilominus videntur futuri immortales.
3. quia Empedocli philoſophanti apodictice non fabuloſe Deus vnus eſt immortalis, quod ſolus careat *diſcordia* & c. cætera in diſcordia.
Refellitur tamen primò quia Empedocli quicquid cognoſcitur ſimili tantum cognoſcitur: ideo Deus cum diſcordia careat, diſcordiam non cognoſcit nec res cęteras quæ diſcordia cõſtant.
2. quia { niſi diſcordia eſſet omnia forent vnum Empedocli. / itaque diſcordia non minus quam concordia cauſſa eſt cur res ſint. }
Altera ex parte videntur eſſe eadem.
Primò quia ſi ſunt alia corruptibilium principia à principiis æternarum ſunt corruptibilia, vel non.
Si intereunt diſſoluuntur in aliquid non in nihil. Ideo ſunt principiata non principia, quia diſſoluuntur in aliquid ex quo conſtant.
Sin autem corruptionis ſint expertia relinquitur quærendum: cur cùm omnia conſtant ex principiis incorruptibilibus, quædam pereunt, quædam non.
2. quia veterum philoſophorum nemo diuerſa protulit.

Reſponſio.

Reſp. è 12. metaphyſicæ externa eſſe eadem: interna non eſſe eadem ſaltem omnino.
Idem Deus omnium rerum finis & exemplar, opifex.
Materia corruptibilium rerum non corrumpitur.
Quæ prima non videntur corrumpenda ne in infinitum regrediamur.
De principiis cœlorum ad libros de Cœlo. De principiis Angelorum in tractatu 4. ex 1. phyſic. principia ſemper manent: de qua re illic.

Eſt-ne idem principium rerum plurium?

Externum principium facile poteſt vnum ad multa pertinere: vt finis, opifex & exemplar.
Internum metaphyſicum ſolaue diſtinctum cogitatione à principiato: vt eſſentia & exiſtentia, fortanque natura & ſingularitas &c. & non videtur idem numero eſſe duarum rerum, niſi alteri ſit externum: vt hypoſtaſis duplici congruens eſſentiæ.
Phyſicum & realiter diſtinctum quo ſe habeat modo quæritur.

ſi id faciat naturaliter, non poſitiue tantum.

Si moueat mentem non ſolam memoriam.i. ſi ſit endicticum ſignum.

Monitum.

Diuiſio principiorum τοῦ cognoſci poſita in Logicis rudimentis.

De ſimplicibus principijs & argumentis in Logica vt & de ſignis itemque de axiomatis.

De complexis pauca attexenda pro appendice ad Logicam doctrinam.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De principijs complexis, ſiue axiomatis.

Nomenclatura, notio.

Nomina & notio repetantur ex Logicis ſermonibus.

Exiſtentia.

Datur propoſitio quæ non egeat probatione, alioquin nihil comprehenderetur, vel regrederemur in infinitum, vel daretur circulus.

Cuius eſt agere de principijs communibus?

Quę principia proxima ſunt practicarũ diſciplinarum fere petuntur à Phyſiologia, vt

Contraria contrarijs curantur.

Vectis idoneus ad mouendum pondus.

Quæ communia ſunt diſciplinis omnibus: vt

Omne totum eſt maius quam vna ſuarum partium.

Totum æquatur ſuis partibus ſimul ſumptis, aut bene ſumptis.

Ea ſi conſiderentur practicè, pertinent ad Logicum. Sin autem ponderantur theoreticè quatenus cum mente conferuntur, pertinent ad doctrinam de anima.

Per ſe probabiliter ediſſeruntur à Dialectico, apodictice à Metaphyſico.

Quotuplex cognitionis principium?

Eſt { vel ſimplex: vt finis, & argumentum quoduis.
vel complexum: vt omne totum eſt maius ſua parte. }

ſimplex { vel definitio, quę poſitio, licet non ſuppoſitio.
vel non: vt finis, motus &c. }

Simplex { vel cauſa tantum cur res cognoſcatur, non cur ſit: vt effectus, adiuncta, contraria.
vel etiam cauſa cur res ſit: vt materia, forma, differentia. }

Compoſitum { generatim quęuis propoſitio antecedẽs, vnde conficitur argumentatio, & concluſio naſcitur.
propriè & ſpeciatim axioma, ſeu propoſitio prima neceſſaria, perſpicua, indemonſtrabilis, &c. }

De origine comprehenſionis principiorum complexorum.

Quæritur quomodo à nobis comprehenduntur axiomata, quæ non egent probatione.

Tria conſideranda. n. { habitus / facultas / actus } vbi { acumen / mediocritas / hebetudo. } de qua re alibi.

Et quidem { acumen non eſt omnium. / facultas citra controuerſiam eſt à natura. }

Actus contra non ineſt nobis à natura, ſi ineſſet ſemper reipſa comprehenderemus, & haberemus naturales imagines.

In habitu { primo imago rei, atque propoſitionis in mente. / ſecundo habitus ille qui vocatur principiorum intellectus: vt ſyndęreſis moralis. }

De vtroque controuerſia eſt, eaque alibi excuſſa.

Veriſſimilius { nullius rei imaginem animæ impreſſam eſſe à natura ipſa, & ab origine prima. / nullam item habilitatem, per quam mens iuuetur in principiorum perceptione tanquam per qualitatem ſuam, pręter naturę & mentis bonitatem ſi occurrit. Sed hęc bonitas non eſt propriè habitus & aſſuetudo, ſed tantum *naturalis* habitus, vnde pendeat quęſitum in Logica. }

Vnde igitur inquis naſcitur principiorum intellectus?

Reſp. { primò ex perceptione ſenſuum, quia nihil in intellectu. &c. / ſecundò ex comprehenſione ſimplicium terminorum, ex quibus conſtat. / tertiò ex obſeruatione, experientia, & facto periculo rei. / quartò reliquorum habituum more ex actione ſibi reſpondenti. n. ex principij actuali cognitione. }

Quæritur vnicane actione poſſit comparari principiorum intellectus.

Sanè quò eſt { ingenium acrius / res facilior } eô minori negotio paratur habitus.

Itaque quando res facillima & ingenium acerrimum, non video cur non ſtatim comparari poſſit exiguus aliquis habitus dianoeticus.

Conſulenda doctrina de intentione & remiſſione, maximèque de radicatione, quam nonnulli volunt conuenire intellectui principiorum.

VNITAS.

Monitum.

De principiorum { perſpicuitate / certitudine } diſputatum in Logica ad lib. de demonſt.

Ad vnitatem & multiplicitatem quod attinet;

Vnicuique propoſitioni ſua reſpondet imago, atque ſpecies animo impreſſa, per quam cognoſcatur. Sed vix liquet quomodo vna imago cum altera coniungatur.

Pari ratione ſuam habilitatem & dexteritatem per quam comprehendatur principio cuique aut axiomati nonnulli aſtruunt, vt ſint varij intellectus pro varietate numeroque principiorum, & realiter differentes.

Sed alij contrà per vnam eandemque numero habilitatem & intellectum habitualem vnum principia plura comprehendi poſſe arbitrantur.

Quia { vt lumen cum lumine vnitur, cum calore calor. / ita habilitas prima cum ſecunda quæ ſit affinis.

Sanè { vt de habilitate manus in pingendis varijs literis. / ita de habitu mentis quo propoſitiones varię comprehenduntur, videtur ferè ſentiendum.

Porro { nullo diſtingui pacto habilitatē per quam pingitur A ab altera habilitate per quam pingitur B. non eſt veriſimile. / fortaſſe tamen quando coniunguntur & conueniunt in rem vnam euadunt in eandem numero realitatem, aut in rem eandem, ſaltem vt plura lumina coniuncta.

Tum quia non ſunt multiplicanda entia ſine neceſſitate.

Tum quia qui bene exercitatus in pingendo vno literarum genere. p. latino, is commodius alterum pinget, de quo pingendo nunquam antea cogitauerit.

Sed de vnitate habituum mentis non eſt huius loci agere.

Quanquam eſt { Metaphyſici / Phyſiologi } potius, quam Dialectici, aut Ethici: quoniam diſputatio hæc ad praxim nihil conducit.

Monita.

Ad quam mentem pertineat notitia principiorum.

Quot & quæ ſint genera principiorum.

Eodemne animi actu dijudicetur principium & principiatum.

Eodemne principia concluſionis & concluſio comprehendantur.

Quæ ſit perſpicuitatis ratio, quæ certitudinis expoſita.

Quæ varietas & cōprehenſio pincipiorum complexorum, dictū eſt in Logicis.

ARTICVLVS III.

DE PRIMO PRINCIPIO complexo.

Quid?

Primum principium inter complexa eſt propoſitio in quam omnes probationes diſſoluuntur, & quę non poteſt reſolui in vlteriorem vllam probationem.

QVÆNAM PROPOSITIO ID ſibi iuris vendicat?

Sententia prima.

Quibuſdam hęc propoſitio *ens* eſt *ens*.
Vt huc reuocentur ſimiles omnes propoſitiones.
Homo eſt homo, bonum eſt bonum, &c.
Sed ridicule quia propoſitiones huius generis ſunt inanes, neque in eas diſſolui vlla probatio conſueuit.

Sententia ſecunda.

Quibuſdam pro principio primo hæc propoſitio.
Deus eſt, datur Deus.
Refelluntur quia dantur clariores & priores.
Nihilominus vt veritas ducit ad Deum: ita falſitas ab eo nos abducit.

Sententia tertia quæ Ariſtotelis.

Principatus ab Ariſtotele defertur principio contradictionis .n. huic propoſitioni.
Nunquam pars vtraque contradictionis eſt ſimul vera, nunquam ſimul falſa.

Quot modis proponitur?

Per partes proponitur idque innumerabilibus modis: vt animal eſt, vel non eſt. Non & ſimul eſt, & non eſt. Neceſſe eſt hominem eſſe, vel non eſſe. Impoſſibile eſt ſimul eſſe & non eſſe.
Aut per ſe & generatim, idque multipliciter.

Quia.

Metaphyſicè effertur per verbum ſum, es, eſt: vt
Res eſt vel non eſt Non ſimul eſt, & non eſt.
Logicè per affirmari & negari: vt
Quoduis affirmatur, vel negatur. Non ſimul affirmatur & negatur.
Effertur per modalem propoſitionem & per abſolutam.

Effertur

Effertur affirmatiuè per diſiunctiuam particulam : vt quodlibet eſt, vel non eſt.

Negatiuè per copulatiuam coniunctionem, in hunc modum.

Non & res eſt, & non eſt.

Impoſſibile idem verè affirmari, & verè negari.

Quæ ratio ordinis?

Abſoluta propoſitio modalem antecedit quia. 5

Prius eſt eſſe quam prædicari.

Prius non eſſe quam negari.

Prior copulatio diſiunctione.

Prior negatio affirmatione, ſeu affirmatiuo principio.

Obiectiunculæ.

Affirmatio apud Logicos prior negatione, & propoſitio ſimplex coniuncta.

Diſt. in genere propoſitionis C. in genere principiorum N.

Primum principium debet eſſe ſimpliciſſimum.

Diſt. { hoc ſenſu quod conſtet pauciſſimis terminis & ſimpliciſſimis N.
hoc ſenſu quod nullam in aliam probationem reſolui poſſit, nullam in aliam propoſitionem tanquam in fundamentum C. }

Quomodo principium primum inſeruit demonſtrationibus?

Principia primò inſeruiunt ſyllogiſmo quando illi inſeruntur tanquam partes.

Secundò quando non collocantur quidem in ipſo : ſed virtute ſua fulciunt ipſum aut principia ex quibus contexitur. De qua re Logici.

Affirmatiuè ſi effertur primum principium demonſtrationi inſeri poteſt.

Si *negatiue* non inſeritur ex 1. de demonſtratione text. 26. 27. videlicet niſi ineptius & incommodius, propter concurſum & recurſum negationum; vt exemplò patere poteſt.

Inſeri namque poſſe conſtat ex regulis ſyllogiſmorum hypotheticorum & ex exemplis.

Maximè autem ſi per partes explicetur, in hunc modum.

Non & homo eſt aliquid, & homo non eſt aliquid.

Atqui homo eſt aliquid : Ergo homo minimè non eſt aliquid.

Negatio, probatio.

Principia cætera à primo confirmari poſſunt, non modo *inductione, dialectico ſyllogiſmo* & piraſtico : verumetiam *demonſtratione* per deductionem ad incommodum. De qua re ad primum de demonſtratione.

Principium quod omninò primum non videtur poſſe confirmari.

Etenim inductionis quæ eſt velut enthymema & ſyllogiſmi virtus ei innititur.

Non videtur capax ſyllogiſmi, qui non admittit principium primum.
Syllogiſmus bene conformatus, ideò concludit: quia niſi concluderet, vtraque pars contradictionis foret ſimul vera, aut ſimul falſa.

Primi principij demonſtrationem quærere eſt imperiti rerum quarto Metaphyſicæ.

Pitaſticè tamen & dialecticè aduerſus proteruos probari poteſt, ſed non ſine peruerſitate: quia dum probatur fit petitio principij apertè, vel occultè.

Si quis tamen conſtanter perſiſtat in illius negatione, nihil ei probaueris. De negatione principiorum in Logicis.

Principium primum an ex animo negari poſſit quæritur.

Abſolutè non poteſt à mortalium vllo qui in ipſum tantum intueatur, modo ſit benè explicatum: quia clariſſimum eſt, & cæteris largitur claritatem.

Secundum quid poteſt, quatenus aliquis mentem aduertit ad dubitationes quibus illud impugnatur, quaſque ſoluere non poteſt.

Imò credibile eſt alia multa .p. localem motum, Dei cultum, præſtantiam virtutis, &c. non niſi ad eum modum negari ſolere, ac poſſe, vt per ſe conſiderata claritatem habeant, obſcuritatem contrahant aliundè .n. ex difficilibus obiectionibus.

Porrò { vt ineptum eſt ratione contendere cum ſtirpe, arbore.
ita & cum eo ratione velle agere qui nihil rationis habet [quatenus nihil habet] text. 9. lib. 3. Metaph. }

Nihil autem rationis habet quicunque principium primum ex animo inficiatur, ſi inficietur planè non ſecundum quid tantum, nec eſt ſyllogiſmi capax, quod ſyllogiſmus innititur primo principio.

Quot hominum genera à quibus oppugnatur primum principium?

Duo, quia alij fallacibus irretiti rationibus quas ſoluere non poſſunt de principij illius veritate dubitant ex animo: vt Heraclitus, Democritus.

Alij contentionis ſtudio impulſi veritatem illam verbis potius, quam mente diffitentur, vt Protagoras, & ſophiſtæ alij; atque hi videntur coercendi: Illi perſuaſione indigent, dubitationumque ſolutione, & ratione ſanari poſſunt, quia non de verbis contendunt, ſed de intelligentia.

Item.

Quidam apertè negant principium primum.

Quidam occultè .p. illi qui aiunt.

Quidquid cuique appareat, id verum eſſe.

Nam vtraque pars contradictionis poteſt vera apparere & plerumque ſolet.

Sexcentæ ſunt ſententiæ quæ in ſcholis diſſeruntur in vtramque partem argumentationibus ſolutu valdè difficilibus, quæque quaſi demonſtratio-

num ſpeciem præſe ferre videantur.

Hæ faciunt vt imprudentioribus pars vtraque contradictionis videatur ſimul vera, vt.

Datur motus localis. Non datur motus localis.

Datur inane. Non datur inane.

Deus infinitum actu facere poteſt. Deus infinitum actu facere non poteſt.

Magnitudo in infinitum eſt diuidua, & non eſt, &c.

Datur tempus. Non datur tempus.

Tum occurrunt { prudentior niſi ſoluere difficultatem poteſt ad epochen confugit.
qui imprudentior & incautior, is per errorem concedere poteſt vtramque partem contradictionis. }

Quomodo deffenditur ab Ariſtotele principium negatiuum?

Primo appoſitione ſententiæ verioris.
Secundo ſolutione obiectionum & dubitationum.
Tertio etiam argumentationibus: vt 4. Metaphyſicæ cap. 4.

Probatio prima.

Aut verba ſignificant certum aliquid: aut qui verbis impugnat principium primum non poteſt verbis cum vllo agere: Agit autem, agereque liceat eſt rogandum: Ergò vocabula ſignificant certum aliquid.

Iam ſi quid verè ac certò dicitur eſſe tale quiddam, vt homo: Id neceſſe eſt eſſe tale .p. animal rationale, quia hæc eſt verbi ſignificatio.

Quod autem neceſſe eſt eſſe, id impoſſibile eſt non eſſe, quia hæc duo, idem ſignificant: Igitur impoſſibile eſt hominem non eſſe animal bipes, &c. Eodemque modo reliqua vocabula, quæ expertia ambiguitatis percurri poſſunt.

Secunda probatio.

Si contradicentia eſſent vera, nulla eſſet ſubſtantia: ſed omnia forent accidens, adeſſent non adeſſent, nihil eſſet genus, nihil definitio, nihil proprium: Atqui non omnia poſſunt eſſe accidens ne in infinitum regrediamur: Ergo, &c.

Tertia probatio.

Si contradicentia eſſent ſimul vera.

Tum { omnia forent vnum & idem, [vnumque foret omnia.]
omnia eſſent in omnibus, & in quoque, vt volebat Anaxagoras.
tale quidque eſſet quale videretur & appareret, vt Protagoras augurabatur. }

Quarta probatio.

Neque in omnibus, neque in quibuſdam ſolum vera eſt pars vtraque contradictionis.

Digitized by Google

Item in quibus vera eſt affirmatio, in ijs vera eſt negatio, nec contrà.

Quinta probatio.

Vel mentitur qui vni tantum parti aſſentitur, verum autem dicit qui vtrique, tumque res non habet ſe vno potius, quam altero modo.
Vel contra, tumque rei nulla ratio reddi poteſt præterquam illa Heracliti, *ſic fert natura.*
Vel certè vterque æque mentitur atque verum dicit.
Tum que nihil proloqui licet, nihil opinari.

Sexta probatio.

Nemo ad vtramque partem cuiuſuis contradictionis deprehenditur æque affectus.

Septima probatio.

Dantur veritatis gradus, vt & erroris.
Aliquid vero propius.
Minus decipitur qui ſex putat eſſe ſeptem, quam qui nouem.

Octaua probatio.

Ex opinione eorum qui admittunt vtramque partem contradictionis, colligi poteſt opinio Protagoræ aſſeuerantis, quidquid videatur cuique id verum eſſe, & contrà.
Etenim feruntur ſententiæ diſſentientes de re eadem.
Si quæuis pars contradictionis vera eſt, quidquid cuique videatur, id non poteſt non eſſe verum.
Hinc apophtegma illud Anaxagoræ ad familiares ſuos: Talia futura ſunt vobis quæ erunt, qualia ipſi ea exiſtimabitis.

Coniectura Anaxagoræ et Democriti ex ſenſu petita cum ſolutione.

Quando aliquid videtur fieri, neque verè fit, ex deliteſcenti fit apparens.
Atqui, &c. .j. nihil fit: nam neque ex non ente, neque ex ente fieri ens poteſt: ſenſus tamen indicat quiduis oriri à quouis.
Ergo in quouis omnia, vt volebat Anaxagoras, in quouis plenum & inane vt voluit Democritus.

Reſpondendum { primò ens actu fieri ex ente poteſtate.
ſecundò non omnia fieri, ſed quædam eſſe incorruptibilia. }

Pro Protagora ex textu 24.

Quicdquid apparet, illud eſt verum :

Nam niſi eſt iudicium veri, debet eſſe penes *plures*, vel penes ſaniores.

Non eſt æquum eſſe penes plures : quia fieri poteſt vt plures inſaniant.

Neque penes ſolos ſaniores: quia brutæ animantes cum rectè valent aliter iudicant de plerìſque rebus, atque nos cum valemus. Conſule ſermonem de modis ſcepticis, & eorum ſolutionem.

Quicquid inquiunt videtur ſenſui, eſt verum, vera alteratio & impreſſio facta à rebus quæ obijciuntur.

Omne autem iudicium de vero eſt iudicium *ſenſus*, id quod videtur ſenſui, impreſſio facta ſenſui : cum prudentia apud veteres ſit ſenſus 3. de animo.

Ergo omne iudicium de vero eſt verum : quidquid apparet verum eſt.

Quæ ſententia ſi eſt vera, miſerrima eſt conditio philoſophorum [indagantium veritatem.]

Reſpondendum impreſſionem in ſenſu quoque veram eſſe ratione *entitatis*, non quamuis ratione *ſignificationis*, numquam fallor ratione generis. p. oculus ratione coloris, ſed ratione ſpeciei.

Occaſio opinionis ſuſceptæ à Protagora.

Primus fons opinionis ſuperioris eſt *natura infiniti*, ſeu infinitas & indeterminatio, quæ animaduertitur in rebus ſenſibilibus, in quibus ſoli veteres philoſophi veritatem exquirebant.

Secundus eſt *mutabilitas* earumdem.

Hæc videtur tanta vt bis vnum eundemque fluuium [minimeque immutatum.] ingredi non poſſis ex mente Heracliti: imo ne ſemel quidem, ſi Cratylo habetur fides.

Quod mutatur, id non videtur eſſe, [nō videtur eſſe neque in termino à quo, neque in termino ad quem: [quod albeſcit, id non videtur neque album, neque non album.]

Ideò Cratylus cum etiam illa quæ peripatetici vocant *permanentia* in perpetuo motu & fluxu (ſucceſſiuorum more) verſari ſuſpicaretur, ne mentiretur nihil audebat affirmare: ____ſed tantum digitum mouebat ad res denotandas, demonſtrandas.

Ariſtotelica Cratyli & Heracliti refutatio.

Refelluntur Heraclitus & Cratylus primò quia ſi quid mutatur, non ideo non eſt, cum quod mouetur ac mutatur ſit partim in termino *à quo*, partim in termino *ad quem*. De qua re ſuo loco.

Digitized by Google

2. quia non ſi quantitas & materia perpetuo fluit. p. in animalibus, in arboribus, ideò qualitates aut formæ perpetuo fluunt, perenniter mutantur ratione ſpeciei, & eſſentiæ.

3. quia ſi quid fluere animaduertitur, non ideo omnia fluunt, idque perenniter.

4. quia ſaltem *primus motor* eſt immobilis.

Refutatio Protagoræ Ariſtotelica.

Non omne phænomenon eſt verum, non quod phantaſiæ apparet illud eſt verum.

Primò quia ſenſus [exterior & propriè dictus,] non mentitur circa *proprium obiectum*. p. auditus circa ſonum. Sed phantaſia non eſt idem quod ſenſus.

2. quia non omnia ſunt æque veriſimilia, non æque veriſimile eſt res eſſe tales quales videntur procul intuentibus, dormientibus, ægris, imperitis, &c. atque eſſe tales quales videntur cominus intuentibus, vigilantibus, &c.

3. quia numquam ſenſus vnus & idem numero eodem tempore iudicat rem, ita habere & non ita habere.

4. quia ſenſus alio atque alio tempore [aut ſentiens potius] non dubitat de *affectione*, ſed de *ſubiecto*, fallitur lingua aut qui guſtat non circa *amaritudinem*, ſed circa illius ſedem. De qua re in phyſicis.

5. quia ſi nihil eſt præter ſenſibile ſublatis animalibus in quibus vnis reſidet ſenſus nihil rei relinquetur: ſenſibile illud quod ſentitur actu & apparet, vt & quod ſentiri poteſt.

De principio affirmatiuo & contradictione.

Ex 4. Metaphyſicæ cap. 7.

Quodlibet eſt vel non eſt. i. inter extrema contradictionis, non datur medium.

Primo quia pronuntiatum verum eſt aut falſum, ait, aut negat.

Eſt { verum quod ait eſſe id quod eſt, vel negat eſſe quod non eſt.
falſum quod affirmat eſſe id quod non eſt, vel negat eſſe id quod eſt. }

2. { quia omne medium aut eſt per *participationem* extremorum, vt viror.
aut per eorum *excluſionem* & negationem, vt liberalitas. }

Neutrius vero modi medium inueniri poteſt inter contradictionis extrema.

3. quia quidquid mens iudicat, affirmat, aut negat: negationes & affirmationes veræ ſunt, aut falſæ.

4. quia non eſt potior ratio cur in vna contradictione inueniatur medium, quam in alia.

Digitized by Google

5. quia ſi daretur inter affirmationem & negationem, daretur inter hanc affirmationem & hanc negationem.
6. quia numerus rerum in infinitum augeretur, & ſæpius: Etenim liceret medium illud affirmare & negare: tumque naſceretur noua contradictio, mediumque nouum & ſic deinceps.
7. quia ad interrogationes dialecticas non reſpondetur niſi *etiam* & *non*, *eſt* & *non eſt*.

Conditiones contradictionis præcipuæ.

Contradictio eſt eiuſdem de eodem affirmatio, & negatio, ſecundum eadem omnia. p. idem tempus, eundem locum, eandem partem, in ea dicuntur requiri quatuor.

Nempe:
- primò vt verſetur { inter eſſe & non eſſe. / vel inter tale ens, & tale non ens.
- 2. vt cuiuis in ſit alterum extremum contradicentium.
- 3. vt extrema idem formaliter ſignificent { vnum affirmando. / alterum negando.
- 4. vt ſumantur reſpectu rei eiuſdem ſecundum numerum, ſeu planè eiuſdem.

Conſulenda quæ docuimus in Logicis de oppoſitionibus, de criterio veritatis aduerſus Pyrrhonios, in Phyſicis de facultatibus apprehenſiuis.

CAPVT III.

De Principio rei, variiſque illius differentiis ac diuiſionibus.

ARTICVLVS I.

De Principio rei.

Quid?

Principium rei eſt principium compoſitionis, vel effectionis, vel ſaltem quaſi compoſitionis, aut quaſi effectionis.

In diuinis non eſt effectio propriè: ſed tantum generatio, proceſſio, ſpiratio.

Perſonalitas & res quæ perſonatur non propriè compoſitionem faciunt.

Principium rei eſt id vnde aliquid rei componitur, aut prodit ſaltem.

Principium rei eſt principium τοῦ cognoſci, ſed non neceſſariò contrà.

Comprincipia { vel realiter à ſe inuicem diſtinguntur: vt corpus & animus. / vel ratione tantum & cogitatione: vt miſericordia Dei, & iuſtitia.

ARTICVLVS II.

De quibuſdam principij interni ſpeciebus.

Nomen, notio.

Externum principium quid ſit explicatum paulò ſuperius.

Internum vero illud vnde res coaluit, ita vt ipſi intrinſecè inſit tanquam pars, aut quaſi pars. p. tanquam modus, aut terminus. hoc modo anima & corpus homini inſunt.

Semper autem principia interna, quæ ſibi inuicem reſpondent ſunt coniugata, & ad vnum aliquid conſpirantia.

Suntque { vel duo: vt materia, & forma, eſſentia, exiſtentia. / vel plura: vt genus & differentiæ, partes integrantes, gradus vnde fit intentio.

Diſtinctio.

Principiorum internorum genera ſunt duo: multipliciter.

Nam { vel à ſe inuicem diſtinguntur realiter: vt materia & forma. / vel cogitatione tantum: vt genus & differentiæ.

Faciunt { vel totum per accidens: vt exercitum, domum, &c. / vel vnum aliquid per ſe: vt hominem qui coaleſcit ex animo & corpore.

Sunt { vel *heterogenea* & diuerſi generis atque nominis: vt materia & forma. / vel cognomina, *homogeneaue*, ſeu eiuſdem inter ſe naturæ: vt partes quæ aquam integrant, gradus caloris, &c.

Homogeneum principium.

Homogeneum principium confertur { cum alio principio reſpondente. / cum principiato.

Inter ſe collata ſunt eiuſdem planè rationis { ſiue eſſentia ſpectetur. / ſiue principiandi ratio.

At quando principium homogeneum confertur cum toto hoc principiato res aliter habere deprehenditur.

Nam { ſi principiandi ratio conſideretur ſunt oppoſitæ definitionis, quia vnum principiat, alterum principiatur. | at vero ſi eſſentia & natura conſideretur aliquando ſortiuntur eandem definitionem, aliquando non. }

Homogenea { quædam toti, & partibus: vt guttæ aquæ, gradus caloris. | quædam quibuſdam partibus tantum, non autem vniuerſis, nec rei totius quæ ſunt ſimiles punctis non lineæ. | quædam partibus vniuerſis reliquis ſaltem materialiter ſumptis, non toti rei: vt vnitas numeri. }

Punctus { ſi conferatur cum alio puncto eſt eiuſdem definitionis. | ſi cum cœtu & congerie tota punctorum, quæ inuenitur in linea, quæque nihil eſt aliud quam tota linea, videtur diuerſæ definitionis. }

Singulis in vnitatibus non reperitur coniunctio talis, qualis in toto mundo.

Homogenea principia ſi continuentur & adhæreſcant ſibi inuicem componunt aliquid per ſe vnum: vt partes aquæ.

Adhæreſcunt { per aliud { vt punctus puncto per lineam. | vel vt lineæ per punctum, } | per ſe { cum extenſione: vt quando coniungitur aqua cum aqua, tempus cum tempore. | cum intentione: vt quando calor collocatur intra calorem, lumen intra lumen. } }

Non minus adhæreſcit lumen lumini quando ponuntur ſimul & ſe penetrant, quàm cum collocantur extra ſe, iuxta ſe, inter ſe: niſi enim continuarentur non facerent vnum aliquid per ſe.

Heterogenea principia.

Quæ principia non ſunt homogenea, heterogenea ſunt.

Conficiunt { vel ens per accidens tantum: vt partes mundi. | vel vnum per ſe: vt partes hominis. }

Differunt inter ſe { vel realiter, vt animus & corpus. | vel ratione tantum & formaliter, vel modaliter: vt genus & differentia. }

Heterogeneum principium definitione ab altero differre debet, idque ſi ſpectetur natura & eſſentia potius quam ſi principiatio.

Neruus & muſculus principia heterogenea ſunt: vix tamen differunt ſi conſideretur principiandi ratio.

Ferè autem principiorum natura diſſidentium à ſe inuicem hæ circonferuntur coniugationes.

Nempe
- *res & modus* eius: vt calor & caloris contrarietas.
- *ſubiectum* & *accidens*, materia & forma, ignis & candor.
- *potentia* & actus: vt materia & forma, genus & differentia, &c.
- *genus* & *differentia*, differentiæue.
- *eſſentia* & *exiſtentia*.
- *ſpecies vltima*, & principium *indiuiduationis*.
- *terminatum* & *terminus*.
- quæ heterogeneæ
  - vel extendunt.
  - vel intendunt.

Vbi coniugationes quaſdam liceat reducere ad aliam. p. eſſentiam & exiſtentiam, genus & differentiam, materiam & formam ad potentiam & actum. Sed ſatius eſt rem diducere quam omittere aliquid, itaque ſigillatim de his agendum.

ARTICVLVS III.

De modo, & adiunctis.

Nomen, notio.

Rei varij ſignificatus intelligendi maximè ex oppoſitione.

Rei nomine dum opponitur modo ſignificatur id cui modus ineſt, vel ineſſe poteſt, vt ineſt forma materiæ, calori contrarietas.

Modus varios nanciſcitur ſignificatus, ambituque diſcrepantes.

Eſt
- primò quæuis rei & qualitas, differentia, determinatio.
- 2. menſura, mediocritas debita, commenſuratio.
- 3. differentia, quæ non niſi cogitatione diſtinguatur à re cuius eſt differentia.
- 4. & propriè quod ita rem determinat, vel etiam citra mentis operam, vt perfectionem ei non addat, nec realiter ab ipſa diſtinguatur.

Modus definitur id quod cum à re quapiam non diſtinguatur realiter, cum ea tamen eſt coniunctum, determinat ipſam, ita vt neque legitimi, neque legitimæ differentiæ per ſe mereatur nomen: vt prioritas, poſterioritas, compatibilitas, incompatibilitas.

Modi entitatem & realem perfectionem non videntur addere, neque detrahere.

Qui ſint in rebus præcipui modi quæſitum alibi. n. in Logica ad Categorias.

Quid modificabile, quid res modificata intelligendum ex ſuperioribus.

Digitized by Google

Diſtinctio modi, exiſtentia.

Conſtat dari modos aliquos: ſed de pleriſque rebus dubium ſint-ne *res* propriè an tantum *modus*. p. de quantitate, de figura.

Prima. Eſt { *negatiuus* modus, vel ita propriè modus: vt remiſſio, corruptio, obtenebratio. / vel *poſitiuus*: vt generatio caloris, intenſio. }

2. Conuenit neceſſariò: vt ſubſtantiæ per ſe cohærere, vel contingenter: vt figura ceræ.

3. Conuenit ſemper, vt plurimum, raro, indifferenter.

4. Eſt *momentaneus*, *ſucceſſiuus*, *permanens*.

5. Eſt { *ſeparabilis*: vt calefactio à calore. / vel *inſeparabilis*: vt exiſtentia ab eſſentia. }

6. Eſt corporeus, ſpiritalis, *indifferens*.

7. Eſt { *eſſentialis*, & pertinet ad eſſentiæ conſtitutionem: vt vnio formæ cum ſubiecto. / vel *accidentarius* & ſupponit eſſentiæ complementum: vt contrarietas. }

8. Antecedit, vt creatio creaturam: vel ſequitur, vel comitatur.

9. Eſt proprius, vel communis: ſed ſæpe proprius tantum per excellentiam: vt modus fortitudinis, modus temperantiæ.

10. Eſt { cauſatio, vt producere calorem. / vel effectio, vt calorem perimi. / vel quid aliud, vt penetratio, cōtrarietas. }

ARTICVLVS IIII.

De termino, & terminabili, &c.

Nomen, notio.

Finis, extremum, & terminus promiſcue hîc vſurpantur.

Terminus varia ſignificat pro varietate negotiorum in quibus vſurpatur: ſed affinia tamen.

Sumitur {
- pro extremitate propoſitionis, pro ſubiecto, vel prædicato.
- pro definitione, pro correlato, pro ſigno indiuiſibili rei continuæ.
- pro eo vnde, vel ad quod motus.
- pro termino ad quem mutatio tendit.
- pro quouis fine, & extremitate.
- pro fine, aut principio, ſiue extremitate, vel initio. }

Terminus generatim quidquid per ſeipſum impedit quo minus res vlterius, aut citerius protendatur, idque formaliter & quaſi formaliter, ſiue ſit principium, ſiue quod principio opponitur.

Digitized by Google

Terminatum poteſtate eſt terminabile, quod terminari poteſt, & habere terminum. Terminatum actu, quod terminum habet.

Exiſtentia, & quædam conditiones.

Nom omnia infinita, itaque datur terminus.
Terminus non niſi eius rei cuius eſt terminus 4. Phyſic. text. 4.
Terminus quatenus terminus non neceſſario indiget alio termino, eſt indiuiſibilis neregrediamur, &c.
Terminus non neceſſario imperfectionem arguit.
Terminus latius patet quam finis, πέρας; quam τέλος.

Variæ diſtinctiones.

Eſt { *negatiuus* terminus: vt negatio vlterioris extenſionis. / vel *poſitiuus*: vt fœlicitas. } 1
Eſt { *naturalis*; vt humana beatitudo. / vel *arbitrarius*: vt regni limites. } 2
Eſt { *internus*: vt peripheria globi. / vel *externus*: vt ſuperficies aëris globo circumfuſi. } 3.
Eſt { *ante*: vt initium menſis. / vel *poſt*: vt finis menſis, tumque rectius dicitur terminus. } 4.
Imperfectionem arguit, & hoc modo Deus non terminat, vel non, tumque Deus terminare poteſt. 5.
Alium terminum oppoſitum habet, vt in terminis motus, vel non opponitur niſi terminato. 6.
Eſt { mutationis: vt calor tenebræ. / vel non mutationis: vt punctus. } 7.
Eſt momentaneus, vel durans.
Eſt potentia, vel actu, & energia. 8.
Eſt creatus, increatus, communis. 9.
Copulatus cum vno, vel ſingularis, ſiue ſolitarius. 10.
Realiter diſtinctus, vel non realiter. 11.
In extenſione continua, vel in re alia. 12.
Poſitiuus autem eſt extra rem: vt locus continens, vel intra ſiue ſit quid accidentarium: vt candor determinans ſuperficiem, ſiue non, tumque aut differentia contrahens genus, aut modus tantum. 31.

ARTICVLVS V.

De partibus integrantibus, gradibus, ſubiecto & accidente.

Partes integrantes.

Totum
- vel vniuerſale eſt, & ei reſpondet *pars ſubiectiua.*
- vel non, & poteſt appellari *integrum.*

Imò integrum ſumitur pro toto quouis, vel diſtinguitur à toto vniuerſali.

Tùm
- primò totum quoduis quod ſuas partes omnes complectatur atque totas, ſeu totum aliud ab vniuerſali, hoc ſenſu ſpecies integratur ex genere & differentia.
- ſecundò totum vbi partes extra partes: vt integrum tempus.
- tertiò & propriiſſime totum materiatum, & corporeum ſeu cohærentibus è materiæ moliſque partibus compoſitum.

Sed integrum videtur interdum vſurpari pro perfecto aut pro toto perfecto.

Totum
- *vniuerſale*: vt *tout homme.*
- *integrum*: vt *tout l'homme.*

In extenſione potiſſimum continua partes extra ſe inuicem conſtitutæ totum aliquid componunt atque integrant: idque per ſe proprieque totum ſi continuæ ſunt.

Continuæ vel ſucceſſiuæ ſunt: vt duo dies, vel habentur ſimul,

Tumque
- aut non durant: vt partes illuſtrationis.
- aut
  - durant ſiue ſint corporis.
  - ſiue alterius rei, vt caloris.

Integrantes partes vſitatius appellantur partes corporis extra ſe inuicem poſitæ & appellantur *quantitatiuæ.* Minus vſitantur reliquæ: vt partes diei vnius, partes luminis, &c.

De gradibus.

Gradus nomen ſumitur extra philoſophiam .p. ab aſtronomo, architecto, iuriſperito, & in philoſophicis ſermonibus.

Tumque interdum eſt certa quædam portio *eſſentiæ*, aut *entitatis*: vt cum igni calidiſſimo ſtatuuntur tantum octo caloris gradus.

Interdum eſt tanquam momentum & minima eſſentiæ, entitatiſue pars, minima ſenſibilis, aut minima ſaltem, quæ ſeorſum producatur, producique poſſit.

De gradibus & de adiunctis pluſcula in ſermone Phyſico.

Monitum.

Quia latent nos res ſpiritales multa è communibus explicantur in phyſiologia per digreſſionem. Quaſi ſolemne explicare affectionem eo in ſubiecto cui conuenit per excellentiam .p. harmoniam in ſono, aut in quo clariſſima eſt maximè vſui.

De ſubiecto, & accidente, &c.

Subiectum & accidens principium ſunt.
De materia & forma in phyſiologicis & poſtea.
De ſubiecto & accidente in tractatu vltimo.

ARTICVLVS SEXTVS. DE GENERE, ET Differentia.

Nomen, notio.

Genus ſecundum etymon & rationem analogicam eſt *geneſeos* effectus, & natura: vt pathos patheſeos.

Sumitur { alibi variè, vt aliquando declaratum eſt. / hîc pro eo naturæ gradu, qui apud Logicos dum affectum eſt vniuerſalitate poteſt affirmari de pluribus ſpecie differentibus in quæſtione *quid eſt*: Huiuſmodi eſt color, animal, animalitas mea.

Differentia item hic vſurpatur pro ea eſſentiæ parte, quæ additur gradui generico ad naturam aliquam ſpecialem componendam : huius generis eſt rationalitas, ratio bipedis.

Deliteſcentes autem differentiæ ſolent duobus maximè exprimi modis.

Per negationem oppoſitæ: vt quando belluæ differentia vocatur irrationalitas.

Per proprietatem cuius ipſæ ſunt origo : vt quando equus dicitur animal hinnibile.

D*iſcrimen.*

Genus quod in vno indiuiduo reperitur, quatenus illic reperitur diſtinguitur realiter à differentia, quæ in alio eſt. Imò & à generico gradu, qui in alio inuenitur: Animalitas Socratis diſtinguitur realiter à Platonis animalitate & differentijs illi annexis.

Quæritur quo pacto vnus numero genericus gradus diſtinguatur à differentia çum qua offenditur copulatus .p. animalitas Petri ab eiuſdem rationalitate.

Conſtat diſtingui ratione quia diuerſas notiones pariunt, & ratione ratiocinata, quia non temerè, nec ſine fundamento.

Conſtat non diſtingui realiter tanquam ſuppoſitum à ſuppoſito.

An aliquo modo realiter ſeu citra mentis operam diſtinguantur ex natura rei controuerſia eſt. De qua in Logicis.

Digitized by Google

De vniuerſalitate & expreſſione iſtorum graduum.

Sint-ne gradus iſti vniuerſales citra mentis operam controuerſia eſt.

Ea excuſſa in Logicis quanquam huc potius quam illuc pertinet, quoniam theoretica eſt potius quam practica.

Illic de expreſſione, & compoſitione vniuerſalis.

In Phyſicis differentiæ ſubſtantiales dum abſtracte efferuntur ferè à materia ſola repetuntur.

Quia materia cum non niſi vnâ aut duplici ſpecie contineatur, non poteſt multas procreare differentias.

Nunc genus phyſicum ſubſtantiale depromitur à materia ſola.

Monitum.

Sunt qui formalem vniuerſalitatem habent pro opificio mentis, ſimilia connectentis & diuellentis à ſimilibus, &c.

Sunt qui pro naturæ opere, vt vniuerſale à mente internoſcatur, ſed factum à natura.

Diſſenſio ſi accuratius examinetur non eſt vera ſententiarum diſcrepantia, ſed recidit in certamen de nomine, ſignificatione: Quia videtur variari definitio accuratior naturæ vniuerſalis, non eodem omnes modo imaginantur & apprehendunt naturam communem .p. candorem vniuerſalem.

Poteſt-ne dari genericus gradus ſine differentia?

Concipitur genericus gradus ſine differentia.

Quærunt poſſitne aliquis gradus genericus indiuiduari, & exiſtere in natura rerum ſine vlla differentiarum ad quas propenſionem habet. Vtrum ex. gr. Deus creare poſſit hanc animalitatem, quæ tamen non ſit neque humana, neque belluina, neque vllam adſciſcat ſibi eſſentialem differentiam.

Veriſſimilius eſt non poſſe.

Quia vt ſe habet ſpecifica natura ad indiuiduum, ita genus ad ſpeciem: nequit autem ſpecies exiſtere in natura rerum niſi exiſtat aliquod indiuiduum, non datur humanitas quæ non ſit hæc.

Diſtinctio, collatio, etc.

Conſulendus 4. & 6. liber Topicor. cum rudimentis & ſermonibus alijs Logicis.

CAPVT

CAPVT IIII.

De actu & potentia.

ARTICVLVS PRIMVS.

DE ENERGIA, ſiue actu.

Nomen, notio.

Id quo res eſt, quodque potentiæ reſpondet vocari conſueuit energia, actus, forma, ſpecies, pulchritudo, endelechia, entelechia, τὸ eſſe, eſſentia, finis, τὸ eſſe quod quid erat, &c. Conſulantur rudimenta.

Interdũ ſed rarius videtur appellari dynamis. & certè imbecillitati aduerſatur.

Energiam Perionius interpretatur actionem. Sed cauendum eſt in philoſophando ne confuſio verborum confuſionem pariat ſententiarum.

In Scholis aliud actus, aliud actio. de qua re in Logicis.

Quid actus et energia?

Id quo res eſt extra potentiam, aut magis quam poteſtate. 1.

Id quo res eſt actualiter, & de facto, vt ſolemus loqui. 2.

Id quo res eſt quaſi extra & vltra poſſibilitatem & potentiam. 3.

Idque { ſiue fuerit aliquando concluſum mera poſſibilitate: vt candor cuius poſſibilitas præceſſit actum & energiam. ſiue nunquam, vt Deus: Deum impoſſibile prius eſſe poſſe quam reipſa eſſe.

Si quid impoſſibile eſt non extra & vltra propriè, ſe quaſi ſuprà aut infra potentiam. Quod aduertendum ne propoſita definitio videatur conuenire impoſſibili.

Qualis actus?

Actus à forma videlicet Phyſicus à phyſica, Metaphyſicus à Metaphyſica.

Actus eſt perfectio potentiæ cui reſpondet.

Actus principium eſt operandi, ſi completus & perfectior. conſulatur artic. 3. vt & 2.

Quod candor parietem dealbet actus eſt, non actio.

Digitized by Google

Quotuplex actus?

Actus { *ſubſtantialis*, vt anima | *accidentarius* vt calor } { primus, vt forma ſubſtantialis. | ſecundus, vt actiones. }

Facultas { actus *ſecundus*, ſi conferatur cum radice ſua: vt mens cum anima. | *primus* verò ſi conferatur cum actione. }

Eodem modo iudicandum eſt de habitu.

Actus { *inchoatus*: vt dealbatio, calefactio, curſus. | *perfectus*: vt albedo, ſcientia. }

Item { vel *forma* eſt: vt calor, anima. | vel *informatio*: vt animatio. | vel *actio*: vt intellectio. }

Actus { *Phyſicus*, vt anima | Metaphyſicus vt differentia } { ſimplex, vt anima. | compoſitus vt humanitas. }

Item { abſolutus | reſpectiuus } { corruptibilis | incorruptibilis } { æternus | non æternus } { intentionis capax | intentionis non capax }

Itē { ſucceſſiuus. | momentaneus. | permanens. }

Actus { aut eſt *alterius rei* magis quam ſui, vt anima equi. | aut *ſui*, vt Angelus Deus. | aut *ſui* & *alterius*, vt anima rationalis. }

Actus { *purus* { *puriſſimus* Deus qui expers omnis poſſibilitatis priuatiuæ. | non *puriſſimus* qui expers poſſibilitatis phyſicę, vt Angelus. } | *non purus*, vt calor, frigus. }

Actus { vel propriè forma, vt calor. | vel propriè terminus, vt ſubſiſtentia. | vel propriè modus, vt intellectio. }

ARTICVLVS II.

De dynami ſiue potentia.

Nomenclatura communis, &c.

Id quod reſpondet actui dicitur *potentia*, vis, facultas dynamis, iſchys, &c.

Potentiæ aliquid aduerſatur priuatiuæ, aliquid poſitiuæ.

n. { *poſitiua* actus, & energia.
priuatiua impotentia, & impoſſibilitas.

Priuatiua nomina, vt impoſſibile &c. quot modis vſurpari ſoleant Logici eſt declarare.

Dynamis videtur interdum ſumi pro energia.

Sed videtur pro media quæ inter eſſentiam & actionem.

Sanè { in ſubſtantiis entitas, vt humana natura.
potentia & facultas, vt mens.
actio, vt intelligere.

Potentia 5. Metaphyſicæ 1. principium mutationis in alio quatenus eſt aliud, vt calor.

2. principium mutationis factæ à re diuerſa ab ea in qua eſt ipſum: vt calefactibilitas.

3. vis efficiendi non quouis modo, ſed perfectè, aut per electionem.

4. vis reſiſtendi, quiuis habitus, aut forma quæ impediat quo minus res patiatur, muteturque in deterius: vt vis adamantis per quam obſiſtit igni.

Potentium tot genera, quot potentiarum.

Dynaton, tum potens, tum poſſibile, quod poteſt, quod facile poteſt.

Poſſibile quod impoſſibili contradicit.

Poſſibile { primò quod non neceſſariò eſt falſum.
2. quod eſt verum.
3. quod verum eſſe poteſt.

Impotens tùm quod non poteſt, tum quod non facile poteſt.

Quæ nominantur à potentia. n. res potentes, & poſſibiles reducuntur ad potẽtiam actiuam.

Etenim & paſſiua eò reducitur, vt mobilitas ad motiuitatem.

Impotentia eſt priuatio potentiæ.

Nomenclatura particularis.

Potentias ferè cogimur periphraſi declarare, vt & impotentias.

Potentiam non raro eloquimur nominibus *impotentiæ*, vt cum dicitur Deus non poſſe peccare, nec raro contrà.

Quid potentia?

Potentia eſt id quo res eſt formaliter potens aut poſſibilis. Sed cauendum ne loquendi formulæ nobis imponant. Quia vt potentia exprimitur ſæpe per nomen impotentiæ: ita etiam & ſæpe actiua exprimitur vocabulo paſſiuo, vt ſenſibilitas.

Diuiſiones potentiæ.

Prima.

Potentia redigitur in actum, vel non. Non quidquid poſſibile, id fit. 2.

Eſt infinita, vel finita. Infinita & immenſa, vt virtus Dei, & poſſibilitas rerum creabilium.

Digitized by Google

3\. Eſt { *materialis*, vt calor, calefactibilitas.
  vel *immaterialis*, vel indifferens.

4\. Eſt { aliquid poſitiuum, vt calor, frigus &c.
  vel negatiuum, vt poſſibilitas alterius mundi.

5\. Diſtinguitur realiter ab actu, vel ratione tantum. [·.·]

6\. Componit cum actu aliquid, vel nihil.

potentia {
- vel cum priuatione coniungitur, quo ſenſu quod æternum eſt potentia caret.
  - quod ſtat non dicitur poſſe ſtare.
  - poteſt ſtare id quod non ſtat, ſed non neceſſario non ſtat.
- vel ſine priuatione. Tumque.
  - in æternis idem eſt eſſe & poſſe [eſſe.]
- vel indifferenter & generatim ſumitur.

Potentia eſt *paſſiua*, vel *actiua*. Paſſiua *obiectiua*, vel *ſubiectiua*. [:]

Actiua.

Actiua potentia refertur ad informandum: vt anima ad animandum.
Vel ad quaſi informandum: vt terminus ad terminandum.
Vel ad operandum: vt calor ad calefaciendum.
Vel ad finaliter cauſandum.
Vel ad reſiſtendum, vt durities.
Vel ad plura ſimul.

Potentia reſiſtendi.

Reſiſtitur aliquando per veram actionem: vt quando ignis reſiſtit aquæ.
Aliquando per ineptitudinem, priuationem potentiç paſſiuæ.

Diſtinctio actiuæ.

Actiua potentia eſt ſubſtantialis, vel accidentaria, Naturalis vel ſupranaturalis, à primo ortu, vel non, abſoluta, vel ſecundum quid. Ad operandum, vel ad aliud.

Paſſiua.

Paſſiua potentia vel eſt rationalis tantum, & ſignificat *non-repugnantiam*.
Vel Metaphyſica, vt pronitas Gabrielis ad ſuſcipiendam ſuam dilectionem.
Vel rei naturalis, vt potentia materiæ primæ.
Eſt *ſubiectiua*, vel *obiectiua*.

Metaphyſica.

Metaphyſica potentia eſt genus: vt animal ſi referatur ad doctrinam.

Vel proprie ſubiectum: vt anima noſtra ſi conferatur cum ſcientia.

Vel quaſi ſubiectum; vt receptaculum animalitatis, id quod præter animalitatem ſignificatur nomine animalis.

Obiectiua.

Obiectiua eſt mera poſſibilitas, quia nihil ponit in re quæ dicitur poſſibilis: ſed tantum in efficiente cauſa ſupponit aliquid. Definitio in rudimentis Metaphyſicis.

Subiectiua.

Subiectiua potentia arguit materiam, aut ſubiectum ex quo energia eliciti poſſit, aut in quo recipi: vt poſſibilitas ignis & hominis in hocce ligno.

Eſt *naturalis*, vel *obedientialis*.

Conſulendi ſermones de materia prima.

Recipit ſed non producit, vt corpus animam rationalem. Vel recipit & producit: vt materia calorem.

ARTICVLVS III. ET VLT.

Collatio.

Quomodo ſe habet actus ad potentiam.

Prima propoſitio.

In æternis [quatenus ſunt æterna] idem eſt eſſe & poſſe eſſe. Idem. n. per concomitantiam. i. res æterna quatenus æterna non prius potuit eſſe quàm fuit, nec contra.

Sed videtur accipiendum aliquid per naturam æternum, cuiuſmodi vere nihil eſt præter Deum.

Si daretur ab æternitate omni creatura aliqua, prius tamen ſecundum naturæ ordinem foret *poteſtate*, quam energia.

Secunda propoſitio.

Æterna potentiā carent .n. *priuatiua*.

Tertia propoſitio.

Potentiæ reſpondet actus, ſiue ſit actiua, ſiue paſſiua.

Quarta propoſitio.

Conſerueturne potentia cum actu ad quem ferebatur quæſitū eſt in phyſicis.

Quinta propoſitio.

Actus { vt ab actiua potentia pendet eſt quaſi emanatio & γένος.
vt à paſſiua eſt quaſi receptio & pathos,

Sexta propoſitio.

Præſtat in bonis actus potentiæ, in malis contra.

Septima propoſitio.

Actus prior quam potentia *duratione, perfectione*; cognitione 9. metaphyſicę cap. 8.

Duratione Ariſtoteli propter Dei & mundi ęternitatem.

Vere { quia datur actus prior omni poſſibilitate & potentia.
non datur poſſibilitas quæ Deum antecedat, qui puriſſimus actus & expers poſſibilitatis. }

Poſſibilitas ſupponit potentiam actiuam, actiua ſupponit actum.

In creaturis poſſibilitas antecedit actum: prius potuimus eſſe quam reuera fuimus.

Actus ergo prior potentia ſecundum durationem, non per ſe primò, quod quiuis actus antecedat potentiam cui reſpondet: Sed per partem quia datur vnus aliquis actus, qui antecedat omnes potentias, ante quamlibet potentiam datur actus.

Octaua propoſitio.

In omni genere & categoria inuenitur actus & potentia 12. metaphyſicæ cap. 5. -n. quoniam illic quod conſideratur nunc in potentia, nunc in actu.

Nona propoſitio.

Actus & potentia ſub eodem genere [ſaltem analogico.]
Sunt eiuſdem generis ſpecies aut principia.

Decima propoſitio.

Creatura perfecta conſtat poteſtate & actu.

CAPVT V.

De eſſentia & exiſtentia.

Monitum.

Poſſit-ne dari mera poſſibilitas quæretur alibi.

ARTICVLVS I.

Nomen, notio, deſtinctio.

Nomen, & notio.

Eſſentia nuncupatur *ſubſtantia, natura, τὸ eſſe quod quid erat, τὸ eſſe rei, ratio, ratio eſſentialis, principium eſſendi, quidditas, τὸ eſſe interdumque hypoſtaſis idē* tamen dicitur eſſentia & *quidditas* quatenus eſt *principium* eſſendi: natura quatenus principium operandi.

Vſia ſiue eſſentia opponitur accidenti.
Opponitur entitati, vt in ſermone de intenſione & remiſſione.
Opponitur ſingularitati, vt in capite ſequenti.
Opponitur exiſtentię, vt hoc loco.
Eſſentiæ & vſię plures ſignificatus alibi poſiti.
Hic generatim eſt quod affirmatur ad quæſtionem *quid eſt?*
Quod definiendo explicatur.
Id per quod res quęque in certo genere, certaue ſpecie, aut definitione conſtituitur.
Exiſtentia in Philoſophicis id quod vere affirmatur, & reſpondetur ad quæſtionem qua quęritur an res ſit.
Id per quod eſſentia & entitas cohæret extruſa extra ſuas cauſas, aut quaſi extra eas extruſa.
Ille modus actuſue rei qui cum acceſſit ad eſſentiam res dicitur eſſe in natura rerum.
Cum quærunt mortales *exiſtentiam*, ſeu vtrum res ſit, hoc ſibi volunt indicari, an quod concipitur ſaltem ruditer ſit extra nihil, nihili fines.
Cum *eſſentiam* quęrunt, aut quid res ſit, volunt ſibi explicari ſpecies & differentias perfectionum, ex quibus coaluit, id quod concipitur.

Vtra difficilior explicatu?

Difficilius hoc exprimere quàm illud, poſſumuſque intelligere rem exiſtere, etiam ſi non intelligimus quid ſit niſi confuſe.

τὸ Eſſe.

τὸ eſſe ſumitur primo pro eſſentia præciſa & abſtracta.
2. pro exiſtere, exiſtentia;
3. Idem eſt atque eſſe verum.
4. Cogitatur tanquam aliquid commune eſſentiæ & exiſtentię.

Diſtinctio.

Eſſentia aliter videtur ſe habere in omnibus ſuis cauſis, in quarum fœcunditate continetur.
Aliter cùm ex illis concurrentibus extruſa cogitatur iam vnum aliquid aliud à cauſis per ſe conſtituere.
Cùm quęritur exiſtentia, interdum quęritur vtrum res poſſit exiſtere: interdum & ſæpius vtrum exiſtat re ipſa & de facto.
Eſſentia in Diuinis non habet opificium, idem eſt reipſa cum exiſtentia.
Quæritur in creatura diſcrimen eſſentiæ ab exiſtentia, per quam exiſtat actu.
Et quidem ratione diſtinguuntur, quia diſcrepantes ſortiuntur deſcriptiones.
Si exiſtentia actualis foret de eſſentia creaturæ, quæuis creatura neceſſario exiſteret.
Controuerſia diſtinguantur ne illic realiter.
Eſſentia quæpiam duobus modis exiſtere cogitari poteſt.

Digitized by Google

n. { per propriam & intimam exiſtentiam: vt forma per ſuam.
per exiſtentiam alterius rei: vt ſi materia dicatur exiſtere formaliter.
per formam, formæue exiſtentiam. }

Tumque conſiderandum eſt vtrum realiter ab ea re diſtinguatur.

Siquid exiſtit formaliter per exiſtentiam rei alicuius, à qua realiter diſtinguatur, id neceſſe eſt reipſa diſtinguatur ab exiſtentia. Nam exiſtentia hęc vel ſola ratione, ſiue formaliter & ex natura rei: vel realiter diſtinguitur ab eſſentia illa, cui propria & intrinſeca eſt. ſi realiter, multo potiori iure diſtinguetur ab eſſentia illa, cui aliena eſt: vt exiſtentia formę à materia.

Si ratione tantum nihilominus tamen diſtinguetur ab eſſentia illa aliena: quia quæcunque vni tertio ſunt eadem, & inter ſe eadem ſunt.

Iam ſiquid exiſtit per exiſtentiam eſſentiæ alicuius à qua neutiquam realiter diſtinguatur, vt exiſtit homo per Socratem, Socratiſue exiſtentiam: Tunc idem eſt iudicium quod attinet pręſentem ad controuerſiam, atque ſi exiſteret per propriam, aut ſibi vni conuenientem exiſtentiam.

Controuerſia autem eſt diſtinguaturne realiter eſſentia à propria exiſtentia.

Sententia prima.

Eſſentiam ab exiſtentia in creaturis realiter diſtinguit Diuus Thomas 4. Metaphyſicę lectione ſecunda de ente, & eſſentia cap. 5. part. 1. quæſt. 3. artic. 4.

Coniectura & ſolutio.

Ex 2. poſterior. cap. 2. { aliud eſt quærere quid res ſit.
aliud an ſit. }

Nihil eſt in potentia ad ſeipſum.
Eſſentia eſt eſſe quoddam receptum ab alio.
Eſſentia eſſentiam non admittit.
Ergo realiter diſtinguitur, &c.
Reſp. iſta arguere diſtinctionem, ſed non realem.
Ex 2. poſter. cap. 7. de animo cap. 45. Metaph. &c.

Eſt { aliud magnitudo } { aliud motus.
aliud eſſe magnitudinis } { aliud eſſe motus, & moueri, }

Sed eſſe illic ſignificat exiſtere.
Ergo exiſtentia eſt aliud eſſe ſecundum rationem & formaliter, & præterea minorem propoſitionem eſſe dubiam.

Eſſe

Eſſe namque illic videtur vero tale
non exiſtentiam,
ſed eſſentiam præciſam & abſtractam, de qua re alibi.

Eſſentia rei eſt æterna
Exiſtentia non eſt æterna
Reſpondeo hoc excutiendum infra. 3.

Ex materia & forma
componitur eſſentia rei naturalis: vt humanitas.
non componitur illius exiſtentia. 4.

Ergo non videntur realiter idem. Neganda Sumptio.

Omnis natura, ſeu creatura requirit compoſitionem realem: non requirit autem neceſſario niſi compoſitionem ex eſſentia & exiſtentia. 5.

Ergo eſſentia & exiſtentia
realem compoſitionem faciunt.
ac proinde realiter diſtinguntur.

Reſpondeo vtramque propoſitionem infrà examinandam.

Exiſtentia eſt generationis terminus. D.
exiſtentia cum eſſentia C.
exiſtentia ſola N. 6.

Sed reſponde eſſe potius conditionem termini, quam terminum.

Deus ſolus ex Scal. exercit. 365. numero 2. eſt ipſe ipſe ἀυταυτὸς: ergo ſolus Deus eſt realiter ſua exiſtentia. 7.

N. Conſequens, & reſpondeo ſolum Deum eſſe plane ipſum ipſum.

Quia
nihil prædicatur de Deo [niſi per Theologicam communicationem idiomatum] quod non ſit ipſiſſimus Deus.
aliquid prædicari poteſt de creatura quod ab ipſa ſit diuerſum: vt cum ex. g. paries appellatur candidus.

Habet ſe vt inhæſio ad accidens: ita exiſtentia ad eſſentiam. Sed inhæſio diſtinguitur realiter ab accidente: ergo. Nego ſumptionem, de qua re poſtea. 8.

Quod aduenit actui perfecto, id re ipſa eſt ab eo aliud: ſed exiſtentia non aduenit eſſentiæ, niſi quando eſt actus perfectus, & ſpeciei vltimæ: ergo, &c. 9.

D. P.
ſi aduenit tanquam accidens, Tranſeat.
ſi tanquam modus & determinatio N.

Anima quæ extra corpus conſtituta, rurſus animare incipit, aſſequitur informationem, non propterea tamen informatio ab ipſa realiter diſtinguitur.

Res eſt ſua quidditas, non eſt ſua exiſtentia &c. Reſpōde eſſentiam & exiſtētiam eſse realiter idem eo modo quo actio & paſſio, non formaliter.

Quod poteſt eſſe ſine alio, realiter diſtinguitur ab ipſo: ſed eſſentia, vt humanitas Chriſti, poteſt eſſe ſine ſua exiſtentia: ergo.

R. { falſam eſſe propoſitionem. / falſam fortaſſe & ſumptionem, de qua ſuo loco. }

12. Quidditas non efficitur cùm ſit æterna, exiſtentia efficitur: ergo &c.
Negandum antecedens, de qua re infra.

Sententia ſecunda.

Eſſentiam ab exiſtentia non realiter diſtingui ſed duntaxat ratione formaliterue aut ex natura rei, multi ſunt auctores, multa ſunt argumento.

Præcipuæ coniecturæ cum ſolutione.

1. Ex. 4. metaph. text. 3. 5. metaph. text. 14. 10. metaph. tex. 18 homo, & ens homo idem, ens & vnum nihil addunt rei puta equo: ergo eſſentia non differt realiter ab exiſtentia.
Negatur conſequutio, quia ens illic ſignificat potius eſſentiam quam exiſtentiam.

2. Exiſtentia definiendo explicatur: ergo eſſentiam habet.
D. C. ſi eſſentiæ nomen reſpondeat entis latiſſimo ſignificatui C. ſecus verò N.

3. Exiſtentia ſi eſt aliud ab eſſentia cui reſpondet, ipſa nihilo minus exiſtit: ergo regrediendum eſt in infinitum.
Negatur conſecutio quia { vt quantitas extenſa per ſe ipſam. / ita exiſtentia exiſtit per ſe ipſam. }

4. Ea quæ realiter differunt Deus ſeparare poteſt, ita vt remaneant: ergo eſſentiam Deus ab exiſtentia ſeparare poteſt, ſi diſtinguitur realiter.
Si ſeparetur { erit per propoſitam regulam diſtinctorum. / & non erit tamen, quia non habebit exiſtentiam. }
Negari poteſt propoſitio, præterea reſpondent eſſentiam poſſe conſeruari ſine exiſtentia.
Si conſeruetur futurum vt conſtet { efficienter qui à Deo ſuſtentetur. / non formaliter. }

5. Eorum quæ realiter diſtinguntur fieri ſeparatio poteſt à Deo: ſaltem ita vt vnum incolume permaneat, maxime ſi ſint res abſolutæ, non relationes.
Ergo { vel eſſentia ſine exiſtentia. / vel exiſtentia ſine eſſentia. } permanere poteſt in natura rerum.
Reſpondendum eſt vt ſupra.

6. Forma, & formalis effectus non differunt niſi cogitatione & ratione: ergo eſſentia & exiſtentia ratione tantum diſtinguntur, vt anima & animatio.
Nego conſequens quia { neque exiſtentia eſſentiæ / neq; contra eſſentia exiſtentiæ } formalis eſt effectus.

Si exiſtentia ſeparatim ſumpta.p.in homine aliud eſſet ab eſſentia, foret ſubſtantia vel accidens. 7.

D. ſi latè nomina iſta vſurpentur. C. ſecus. N. de qua re alibi.

Exiſtentia actus eſt primus aut ſecundus. Reſpondeo eſse quendam actum poſteriorem eſſentia cui aduenit, licet in ſubſtantiis ſit actus quidam primus & antecedens.

Accidentis potentiâ duplex tex. 8. phyſic. tex. 31. & 1. de anima tex. 55. eſſentialis, accidentaria. Reſpondeo potentiam, & procliuitatem eſſentiæ ad exiſtentiam eſſe accidentariam, quatenus accidens ſignificat quicquid non eſt de natura rei, alioquin in ſubſtantiis ſubſtantialem eſſe, accidentariam in accidentibus. 8.

Ex duobus actibus re ipſa diſcrepantibus ſi ſit res tertia, non eſt vna, niſi per accidens. Reſpondendum eſt rationem habere eſſentiam quidem poteſtatis, exiſtentiam vero actus. 9.

Eſſentia complectitur quicquid in re. D. quicquid eſſentiale. C. abſolutè N. 10.

In accidentibus eſſentia non differt ab exiſtentia. N. propoſitionem. 11.

Exiſtentia proprie neque eſt actus primus, neque ſecundus: ergo ex ea & eſſentia nihil componitur quod ſit vere vnum. 12.

Reſpondeo exiſtentiam { ſubſtantiarum eſſe quidem primum actum. / accidentium eſſe ſecundum actum.

Homo valens & homo valet idem ex cap. 7. 5. metaph. 13.

Reſpondeo vt ad primam obiectionem.

Habet ſe vt eſſentia ad eſſe, ita exiſtentia ad exiſtere: ergo. 14.

Continuata proportione habet ſe { vt eſſe ad exiſtere. / ita eſſentia ad exiſtentiam.

Atqui eſſe & exiſtere ſunt idem: ergo eſſentia & exiſtentia idem.

D. P. ſi eſſe vſurpetur pro exiſtere N. ſecus C.

Quando aliquid diuiditur per duas differentias, quarũ vna illud deſtruit: vt in viuum & mortuum diuiditur homo, reliqua differentia diuiſo nihil addit, homo viuus nihil aliud quam homo: atqui ſi diuiditur homo in exiſtentem & non exiſtentem, differentia hæc labefactat hominem: ergo altera n. exiſtens nihil homini eſſentiæ addit.

Negatur ſumptio, de qua ſuo loco.

Sententia tertia.

A nonnullis & in re eadem. p. in homine fingitur exiſtentia.

.n. { vna *tranſcendens*, quæ reſpondeat eſſentię in vniuerſum & ratione tamen ab ea diſtinguatur. / altera *categorica*, quæ reſpondeat eſſentiæ categoricæ p. naturæ humanæ, realiterque ab ea diſtinguatur.

Digitized by Google

Quid veriſſimilius?

1. Non eſt negandum exiſtentiam & eſſentiam ſpectari nunc generatim, nunc ſpeciatim.

Sed inanis geminatio exiſtentiæ pro re vna eademque.

Vt ſit { vna velut proprietas ſupremi gradus. / altera velut proprietas infimi.

2. Eſſentia & exiſtentia fruſtra cogitantur tanquam entitates duæ realiter diſtinctæ.

3. Imò ne videtur quidem exiſtentia eſſe modus qui citra mentis operam diſtinguatur ab eſſentia actuali. Sed ſufficere videtur diſtinctio rationalis, quià fruſtra fit &c.

4. Qui tamen fateatur aliquam eſſentiam ſua exiſtentia ſpoliari poſſe, ita vt neutiquam perimatur: Neceſſe eſt paulò maiorem inducat diſtinctionem.

5. Verum poſſitne adimi eſſentiæ ſua exiſtentia quæritur.

6. Ferè mortales omnes eo ipſo quod res ſit actu, ſit extra nihil, eam exiſtere putant.

7. Sed videtur conferenda potentialis eſſentia cum exiſtentia potentiali: actualis cum actuali, vt bene fiat comparatio.

8. Si eſſentia potentialis diſtinguitur ab eſſentia actuali, realiter tanquam nihil ab aliquo, potiori iure exiſtentia actualis diſtinguenda eſt realiter ab eſſentia potentiali.

ARTICVLVS II.

De eſſentia creaturæ antequam à DEO procreetur.

Sitne verè aliquid rei?

Quæſtio.

Creatura quæuis in potentia obiectiua eſt priuſquam ſit vllo modo in actu.

Quæritur quid ſit illa potentia obiectiua creaturæ, Quid eſſentia antequam re ipſa donetur exiſtentia & procreetur.

Sententia prior.

Vt calefactio eſt *modus* quidam qui antecedit terminum puta calorem, eòque eſt longe tenuior & tamen *poſitiuus*.

Ita potentia obiectiua & eſſentia creaturæ ante productionem eſt *modus* quidam poſitiuus, qui antecedat *tempore*, aut *æternitate* (non ſolo naturæ ordine, vt mutatio) rei exiſtentiam.

Vocari poſſit τὸ eſſe diminutum & imperfectum creaturæ.

Sententia poſterior.

Cauendum eſt ne imponat nobis quæ apud Logicos decantatur *æternitas* 1.
propoſitionum, & vniuerſalium.
Vt ſuſpicemur verè fuiſſe aliquid eſſẽtias rerũ creatarum, ſeu particulares ſeu communes, antequam exiſterent in natura, & à Deo re ipſa crearentur.
Ideæ quidem & imagines creaturarum omnium in diuina mente circumful- 2.
gent ab æternitate omni.
Æternarumque eſt eſſentiarum poſſibilitas vt æternus creator creatiuus. 3.
Non enim poteſt Deus, niſi quæ poſſibilia.
Sed eſſentia creaturæ non habet vllum verum realeque eſſe ante produ- 4.
ctionem.
Æternaque illa poſſibilitas non ſignificat quidquam quod ſit verum & reale præter opificem æternum.
1. quia quibus argumentis ſuadetur æternitas eſſentiarum, iiſdem & exiſtentiarum.
Exiſtentia eſt poſſibilis antequam fiat.
Nouit Deus exiſtentias ab æternitate.
Exiſtentia generatim ſumpta in ſcientiam & philoſophiam cadit.
2. quia omnis productio & cauſatio terminatur in exiſtentiam.
Nihil extra Deum eſt cuius Deus non ſit auctor.
Nihil præter Deum quod non ſit annihilabile.
3. quia ſi naturæ vniuerſales ſunt æternæ propter ideas & poſſibilitatem & ſingulares erunt.
4. quia Deus non minus eſſentiam quam exiſtentiam facit.
Facere modum rei non eſt rem facere.
5. quia innumerabilia poſſibilia quæ tamen numquam Deus eſt facturus.

Obiectiones.

Vniuerſalia ſunt æterna non tamen ſecundum exiſtentiam, quia non exi- 1.
ſtunt niſi per ſingularia.
Quomodo ergo niſi ſecundum eſſentiam?
R. reſponſum in Logicis.
Quod terminat cognitionem Dei, id verè aliquid rei.
D. ſi ſit intuitiua C. ſi abſtractiua N. 2.
Eſſentia rei antequam producatur eſt res vera. 3
D. { ſi verum interpreteris quidquid exiſtit N.
ſi quod exiſtit, vel exiſtere poteſt C. Socrates antequam fiat dicitur res, Chimæra non item, quia ille eſt poſſibilis, hæc impoſſibilis. }
Hoc terminare non eſt nihil. D. { in Deo. C.
in creatura N. quia duntaxat extrinſeca denominatio. } 4.
Res poſſibilis, & res facta, vt Petrus poſſibilis, & Petrus factus eſt res vna eademque. 5.

D. { negatiuè C. quia non ſunt res duæ. / poſitiuè N. }

6. Ante exiſtentiam eſſentiæ rerum continentur ſub certo genere: ergo ſunt æternæ.

D. eo modo quo propoſitiones & prædicata C. verè N.

Triplex vulgo conſtituitur eſſe { eſſe exiſtentiæ. / eſſe eſſentiæ. / eſſe veritatis, propoſitionis. }

Ergo eſſe eſſentiæ eſt aliquid.

Reſpondeo ſi coniungatur cum exiſtentia eſſe aliquid rei ſi vero ab ea ſeiungatur reſpondere ſimplicibus terminis & definitionibus, quomodo tertium eſſe reſpondet propoſitionibus.

Conſule quæ docuimus in Logicis de æternitate propoſitionum & vniuerſalium.

ARTICVLVS III.

Quid, cur, quotuplex?

Quid eſſentia?

Eſſentia propriè videtur id per quod res formaliter conſtituitur in certo genere aut ſpecie, vel quaſi ſpecie &c.

Cogitatur in *potentia*, & dicitur poſſibilis.

vel in *actu* & dicitur actualis.

Eſſentia in potentia & ens poteſtate ſi habet cauſas.

habet virtuales, & habituales, non actuales.

Creabile { habet creatiuum non creatorem. / habet poteſtate, vnitatem, bonitatem. }

Diſtinguitur eſſentia quæ in potentia [priuatiua] ab eſſe actuali ipſi reſpondente.

Sed vt non ens ab ente.

Non autem vt res à re, quia nondum proprie eſt.

Proprie autem ens in potentia dicitur quod ita in potentia eſt, vt nondum extra illam vel ab illa in actum ſit eductum, ſiue quod eſt in priuatiua potentia, id eſt quod poteſt eſſe nondum tamen eſt.

In actu autem dicitur cum eſt magis quam potentia.

Iam in actu conſtituitur formaliter per verum aliquod eſſe.

Quia ens ab eſſe appellatur.

Sed non poteſt formaliter conſtitui per eſſe aliud à ſe ne regrediamur in infinitum, ideo τὸ eſſe per quod res eſt actu, idem eſt realiter cum re ipſa, ſi loquamur de integro eſſe.

Illud eſſe per quod res in actu ponitur.

Digitized by Google

Eſt { aut formaliter ipſa eſſentia actualis.
aut potius & ſaltem vere & realiter eſt exiſtentia actualis: eo modo quo actio eſt vere paſſio, calefactio eſt realiter calor. }

Exiſtentia.

Exiſtentia eſt quidam actus terminuſque eſſentiæ & eſſe illud quo formaliter aliqua eſſentia extra cauſas, aut extra nihil conſtituitur.

Itaque videtur idem exiſtentia actualis, quod eſſentia actualis.

Vt dicatur eſſentia actualis, quatenus eſt illud quo aliquid conſtituitur in certo rerum genere & exiſtentia actualis, quatenus ratio eſſendi in natura eſt, & quatenus extra nihil.

Sed creatura poteſt aliquid eſſe & non eſſe.

Ideo eſſentia in creaturis concipitur tanquam indifferens, & diſtinguitur ab exiſtentia.

Cauſæ eſſentiæ.

Conſulendus ſermo de ente, qui tractatu tertio inſtituetur.

Exiſtentiæ finis.

Finis, exemplar & opifex omnium vt eſſentiarum creatarum, ita exiſtentiarum Deus.

Sed hoc non impedit quo minus exiſtentia pendere poſſit à ſecundis cauſis, etiam ſi pendere nonnulli negent.

Forma neutiquam indiget forma. Itaque exiſtentiæ in genere nulla quærenda forma cum ipſa largiatur eſſe, formaliterque rem conſtituat, ſi exiſtentia diſtinguitur realiter ab eſſentia.

Subiectum.

Si exiſtentia diſtinguitur realiter ab eſſentia, hæc illius ſubiectum eſt futura quanquam non propriiſſime tamen:

Secus minime proprie erit.

Etenim natura & eſſentia poſſibilis non proprie recipit exiſtentiam actualem cum ſit nihil.

Natura actualis dum cogitatur tanquam actualis, iam videtur habere exiſtentiam, vt res veritatem.

Quarum rerum exiſtentia?

Eſtne tantum ſingularium rerum, an etiam communium?

Habere ſe videtur { vt hæc exiſtentia ad hanc eſſentiam.
ita exiſtentia ad eſſentiam. }

Videtur ergo exiſtentia { communis communium eſſentiarum eſſe.
ſingularis eſſe ſingularium. }

Quod ſi nullę ſunt niſi per mentis operam naturæ communes & vniuerſales,

Sane { *poſsibilis* duntaxat exiſtentia per ſe illis conuenit. / *actualis* autem non conuenit niſi in actu ſignato, & per indiuidua.

Secus videtur etiam actualis per ſe & in exercito actu conuenire communibus naturis.

Obiectio.

Eſſentia non eſt actualis niſi per exiſtentiam: ergo exiſtentia actualis antecedit eſſentiam actualem, proindeque per ſe ei conuenit.

D. A. perfecto & terminato actu C. ſimpliciter N.

Totius-ne an partium, an partium & totius?

Exiſtentia & rei toti conuenit, & partibus, quia extra cauſſas ſtatuuntur. Sed prius videtur conuenire partibus quam rei toti; non enim componere poſſunt niſi exiſtant, hinc colligimus rerum compoſitarum compoſitam eſſe exiſtentiam, hominis exiſtentiam partim materialem, partim immaterialem eſſe, quod corpore conſtemus, atque animo, quamquam res controuerſa.

Eſtne exiſtentia & formæ & materiæ?

Sunt qui materiam exiſtere formaliter per exiſtentiam formæ arbitrantur: alii contra formam per materiam exiſtere volunt.

Veriſſimilius vtramque partem exiſtere per propriam exiſtentiam; maximè autem ſi exiſtentia dicitur eſſe realiter idem cum eſſentia.

Eſtne ſubſtantiæ & accidentium, rerum & modorum?

Conſtat ſubſtantiam & accidentia exiſtere cùm ſtatuantur extra cauſſas. Sed qua ratione exiſtant controuerſia. de qua mox. Idem de rebus, de rerumque modis poſitiuis ſentiendum eſt.

ARTICVLVS IV. & vltimus.

Variæ affectiones, collationes, &c.

Nobiliorne eſſentia quam exiſtentia?

Eſſentia nobiliorem eſſe exiſtentiam conſtat quatenus exiſtentiam includit ſupponitque illam.

At ſi ſeorſim duo iſta expendantur, exiſtentia eſt deterior.

Etenim ex poſterioribus quæ habent rationem appendicis non autem finis deteriora ſunt.

Quomodo eſſentia explicatur?

Explicatur definitione, de qua in Logicis.

Habetne de ſe eſſentia exiſtentiam?

Diuina habet neque aliunde habere poteſt.

Creata non habet ſed aliunde recipit, quia indiget efficiente cauſa & conſer [uante.]

Cur eſſen

Cur eſſentiæ ſunt ſicut numeri?

Quia vt numerus conſtat certis quiſque vnitatibus.

Itaquæque rei ſpecies habet certam multitudinē ſpecierū perfectionis, imo certarum ſpecierum perfectionis, cui multitudini nihil addi poſſit, nihil detrahi, quin mutetur ſpecies rei.

Quanquam ſi variantur vnitates neque augentur neque minuuntur. Numerus quidem mutatur, ſed non numeri ſpecies.

At in eſſentia idem numerus earumdem ſecundum ſpeciem perfectionum, vt ſit eadem.

Eſſentiæ dicuntur ſicut puncti propter eandem rationem.

Amittuntne eſſentiæ æque facile exiſtentiam?

Neutiquam quia diuina corrumpi nequit.

Quædam ex corruptibilibus corrumpi nequeunt niſi à Deo.

Rerum quæ naturaliter corrumpuntur aliæ aliis durabiliores.

Sed aliud duratio, aliud durabilitas.

Diuiſio eſſentiæ & exiſtentiæ.

Eſſentiæ ſunt applicandæ diuiſiones entis poſitæ in rudimentis & fere explicandæ in tractatu 3. & 4.

Eſſentia abſtracta, vel concreta, &c.

Exiſtentia non videtur varianda pro varietate eſſentiarum: Alioquin quæſtio *an ſit* non explicaretur facilius quam quæſtio *quid eſt*.

Donanda nihilominus videtur aliqua varietate: vt ſit alia ſubſtantiæ, alia accidentis exiſtentia.

Vt ſæpe accidens eiuſdem ſpeciei, vt candor conuenit varijs ſpeciebus. p. niui, ebori, &c.

Ita & *modus* eiuſdem ſpeciei, naturæ, & definitionis deprehenditur conuenire rebus ſpecie differentibus: vt contrarietas, prioritas, intenſio.

Ex hoc genere videtur eſſe exiſtentia, quia eſſentiarum ſpecies innumerabiles quibus conueniat: exiſtentiæ modus cogitatur duplex tantum, aut ſaltem non ita multiplex. de ſubſiſtentia, & de inhæſione poſtea.

Quomodo comparari ſolet exiſtentia?

Conferri ſolet 1. cum eſſentia cui propriè intimeque ineſt.

2. cum eo quod cogitatur compoſitum ex eſſentia & exiſtentia.

3. cum rebus aliis.

Habentne ſe eſſentia & exiſtentia vt actus & potentia?

Eſſentia potentiæ rationem dicitur habere quia recipit exiſtentiam: exiſtentia actus & energię quoniam actuat eſſentiam aduentu ſuo.

Sunt tamen qui velint iſta duo mutuas ſibi præſtare operas vt ſibi inuicem ſint actus & poteſtas: parum probabiliter quia idem eodem ſecundum idem non eſt prius & poſterius.

Antecedit ne eſſentia exiſtentiam?

Quis ordo quæſtionum, an ſit, quid ſit?

Antecedere dicitur per naturæ ordinem eſſentiam poſſibilis poſſibilem exiſtentiam, actualis actualem;

.n. { quia exiſtentia recipitur, recipit eſſentia.
nihil exiſtit niſi in certa ſpecie, aut quaſi ſpecie conſtitutum.

Sed actualis eſſentię nomine accipe non eſſentiam exiſtentem: ſed eſſentiam iam-iam futuram, iam-iam recepturam exiſtentiam.

Obiectiones.

Habet ſe exiſtentia ad eſſentiam, vt quæſtio an ſit ad quæſtionem quid ſit: Sed quæſtio illa antecedit hanc: Ergo exiſtentia eſſentiam.

N. S. quia præcedit confuſa notio eſſentiæ.

Diſtincta exiſtentiæ ſi habetur prius quam eſſentiæ; id fit quia exiſtentia facilior apprehenſu.

Generaliora ſunt priora: atqui quæſtio illa eſt generalior quam quæſtio quid ſit: etenim quæſtio illa generalior quæ generaliorem reſponſionem poſtulat.

Exiſtentia eſt quid generalius quam propria & ſpecifica notio rei, Ergo. &c.

D. P. { ſi ſpectentur eſſentiales prædicationes & collationes C.
animal prius quam homo.
ſi *accendentaria*: vt tangere, ſentire, viuere, &c.

D. { per ſe. N. tangere in homine non eſt quid per ſe homine prius.
per aliud C.

Cur exiſtentia facilior?

Quia non ſuſcipit multas varietates, vt eſſentia ſuſcipit.

Conuenitne contingenter eſſentiæ creatæ exiſtentia actualis?

Si cogitetur tanquam eſſentia videtur conuenire contingenter, nam ſi neceſſario conueniret creatura foret incorruptibilis.

Si ſumatur tanquam actu creata ei neceſſario conuenit: ſed in compoſito ſenſu, vt candor rei candidæ.

Acciditne.

Accidit ſi accidendi verbum latiſſime vſurpetur: non enim ponitur in eſſentiæ definitione.

Qualis actus exiſtentiæ?

Vltimus videtur ſi conferatur cum eſſentialibus gradibus & prædicatis: aut penultimus ſaltem quia prior ſubſiſtentia & inhæſione.

Si ſit ſubſtantia antecedit accidentia.

De ſecunda comparatione,

ſeu

Fitne vnum propriè & per ſe ex eſſentia & exiſtentia?

Digitized by Google

Quæritur fiatne vnum per ſe & propriè ex eſſentia, & exiſtentia.
Sunt qui negant fieri niſi dicantur eſſe realiter idem.
Veriſſimilior tamen eſt oppoſita ſententia.
Primo, quia eſſentia & exiſtentia in eodem ſunt genere, vnum habet rationem poteſtatis, alterum actus.
2. quia non eſt credibile quicquam formaliter exiſtere per alienam exiſtentiam.
3. quia ex hypoſtaſi diuina, & humanitate Chriſti, quæ ab illa realiter diſtinguitur, videtur effici propriè vnum [quanquam hæc duo non propriè compoſitionem faciunt.]
Sitne compoſitio ex eſſentia, & exiſtentia realis, an vero tantum notionalis iudicandum eſt præcipuè ex diſtinctione.

De tertia comparatione,

ſeu

Quod officium exiſtentiæ circa cauſſationes?

Quæritur quod ſit officium exiſtentiæ circa res alias ab eſſentia quam formaliter exiſtentem facit percurramus breuiſſimè cauſſas.
Vt res ſit finis non neceſſario requiritur, vt exiſtat actu, ſed dumtaxat vt exiſtere poſſe videatur: de qua re alibi.
Exemplar { internum cauſare nequit niſi in opifice exiſtat. | externum poteſt quamuis non exiſtens: etiamſi propter imbecillitatem opificis. p. infœlicem pictoris memoriã præſentia eius deſiderari videatur. }
Materia & forma neceſſe eſt exiſtant, vt obeant officium cauſſæ.
[etiam ſi nonnulli aliter ſentiant.]
Ita tamen vt exiſtentia dicatur { non cauſſare. | ſed eſſe conditio neceſſaria ad cauſſandum. }
Vnumquodque agit quatenus actu, patitur quatenus poteſtate. Itaque quod efficit exiſtit ſaltem per virtutem cauſſantem.

Supponitne exiſtentia ſubſiſtentiam?

Exiſtentia { ſimpliciter non ſupponit hypoſtaſim, vel inhæſionẽ, quia prior. | perfecta & completa ſupponit. }
Componitur enim ex exiſtentia, & hypoſtaſi, vel ex exiſtentia & inhæſione. quæ res alibi declaranda.

Poteſtne aliqua eſſentia conſeruari ſine exiſtentia?

Sunt qui reſpondent poſſe futurumque ſecluſa exiſtentia, vt exiſtat efficienter quod à Deo conſeruetur, non formaliter.
Sed oppoſita ſententia eſt veriſimilior quia fruſtra fit, videturque adhiberi exiſtentia, ſi abſque illa res exiſtere poteſt.

Poteſtne exiſtentia conſeruari ſine eſſentia?

Multo minus poteſt quam contra. ſi quis tamen cogitet eſſentiam & exiſtentiam tanquam duo realiter diſtincta, neceſſe videtur eſſe fateatur poſſe vtramque ſeorſim à Deo conſeruari.

Poteſtne res exiſtere formaliter per alienam exiſtentiam, vt non ſit exiſtens niſi eo modo quo ferrum eſt calidum?

Sunt qui tuentur affirmationem.n. illi qui accidens exiſtere volunt formaliter per ſubſtantiæ exiſtentiam.

Qui materiam exiſtere per formam, aut contra.

Qui humanitatem Chriſti ſpoliant humana exiſtentia, non ſola ſubſiſtentia.

Refelluntur 1. quia exiſtentia non videtur minus intrinſeca rei quā eſſentia.

2. iis argumentis quibus exiſtentia docetur eſſe realiter idem cum eſſentia.

3. quia Chriſtus veram, realemque & actualem humanitatem aſſumpſit: virgo mater non eſſentiam tantum, verumetiam eſſe (exiſtere) Chriſto dedit, non dedit tamen diuinam exiſtentiam.

Monitum.

Separanda & diſtinguenda ſubſiſtentia ab exiſtentia. de qua poſtea.

CAPVT VI.

De natura & ſingularitate.

ART. PRIOR.

De indiuiduatione.

Monitum.

Quæ eſt ingenij noſtri peruerſitas dicam, an infœlicitas, an vtraque.

Satagimus in *ſingularitate* naturæ. p. humanæ aſſerenda: perinde atque ſi facillimum ſit aſtruere illius *communitatem*, ſingularitas videatur quid mirabilius & probatu difficillimum.

Laboramus tamen & vexamur in confirmatione *vniuerſalitatis*: non ſecus atque ſi facillimum ſit aſtruere & credere ſingularitatem, vniuerſalitas ſit de genere rerum mirabiliorum & incredibilium.

Conferenda hæc doctrina cum ſermone de vniuerſalitate.

Satis fuſe de indiuiduo, & indiuiduationis principio egimus in Anteprædicamentis, ideo hic breues erimus.

Notio ſingularitatis & nomen.

Singulare aliquando quidquid vltima ſpecies, vltimæue ſpeciei: vt equus, homo 1. de part.

Aliquando quod rarum & excellens.

Aliquando quidquid quoquo modo ſolitarium.

Nunc id quod in ſcholis dicitur *indiuiduum*, particulare, quod ſecundum partem &c.

Indiuiduum vt Socrates, Bucephalus coaleſcit ex duobus,

n. { ex natura ſpeciali, aut quaſi ſpeciali, ſpecifico gradu. p. natura humana.
& ex ſingularitate: vt candidum ex re & candore. }

Eſt in indiuiduo aliquid quod euadit ſpecies, ſpeciemue facit: & aliquid quod impedit quo minus natura indiuidui ſit ſpecies ſpecierumue, & vniuerſalium more communicabilis per diuiſionem, licet fortaſſe ſit per partitionem.

Coniunctio ſingularitatis cum natura.

Coniunctio ſingularitatis cum natura non eſt propriè *compoſitio*.

Etenim *ſingularitas* non tam eſt pars indiuidui quã terminus rei eſt naturæ per quem redditur incommunicabilis ope diuiſionis, per quem fit vt nequeat communicari ſpecierum more: vt ſingularitas Socratis quæ efficit vt ea humanitas ſit Socratica non Platonica, &c. hæc ſecernenda ab humanitate: vt humanitas efficiatur ſpecies.

Quid ſingularitas, quid natura, &c.

Singularitas eſt id quo res eſt ſingularis, nec ſpecierũ more cõmunicabilis: vt in Socrate id quod impedit quo minus natura eius humana ſit mea, tua &c

Natura indiuiduanda eſt gradus vltimum eſſentiale nactus complementum: vt humanitas, calor, diuinitas.

Natura indiuidua eſt gradus ille, ſed indutus terminatuſque ſingularitate.

Indiuiduatio eſt ſimilis animationi, eſt ipſum τὸ indiuiduare, τὸ animare formaliter.

Poteſtne aliquid exiſtere ſine ſingularitate?

Per aliud vt homo per hunc hominem poteſt: per ſe non poteſt, vt non ſit tam quærendum ſitne aliquid ſingulare natura cum Deus nequeat eſſe vniuerſalis, quam vtrum detur quidquam vniuerſale, & quomodo.

Per ſe poſſe { forſan credidit Plato aſſertor idearum.
negauit Ariſtoteles cap. de ſubſtantia 1. Metaph. cap. 6. Metaph. tex. 26. }

Et paſſim. Et ſane inductione conſtat quicquid eſt, eſſe numero vnum. Res non niſi ſit indiuiſa per ſe, & diuiſa à re quauis alia non eſt, &c.

Eſtne ſingularitas poſitiuum aliquid?

Qui rem quamque ſe ipſa eſſe indiuiduam putant, apud eos ſingularitas nihil videtur addere ſpecificæ naturæ, propter negationem communicationis, communicabilitatis. 1.

Qui plures Angelos in vna eademque ſpecie negant ſtatui poſſe, ij neceſſe eſt illic confundant principium indiuiduationis, & ſingularitatem cum differentia & natura ſpecifica ſpeciei vltimæ. 2.

Veriſſimilius eſt in omni rerum genere ſingularitatẽ eſſe poſitiuum aliquid ſpecificæ naturæ ſuperadditum. 3.

Etenim negatio meta ſufficere non videtur ab ea diſtinguenda, quæ ſunt
4. eiuſdem ſpeciei vltimæ.

Moduſne an perfectio noua?

Non videtur nouam ſignificare perfectionem, atque entitatem: & proinde merus eſt modus.

Etenim cogitatur tanquam perfectio recens & ſuperaddita: ipſa etiam videtur indigere ſingularitate, non enim eſt vniuerſalis &c. vt tandem deueniendum ad aliquid ſit, vbi ſingularitas naturæ nihil entitatis adiiciat & perfectionis ne regrediamur in infinitum.

Sed controuerſia diiudicanda eſt ex conſtitutione principii indiuiduationis.

Acciditne?

Naturæ indiuiduæ non accidit, vt nec candor candidæ niui.

Indiuiduandæ accidit: ſed latè ſumpto accidentis nomine.

Obiectiuncula.

Species dicitur complecti eſſentiam totam rei indiuiduæ: Ergo ſingularitas non eſt de eſſentia, & ratione indiuidui.

D.A. { ſi eſſentia ſumatur propriè pro eo quod in definitione ponitur C.
ſi fusè vt complectitur etiam modos eſſentiales N. }

Eſtne principium indiuiduationis externum, an internum?

D. { ſi propriè vſurpetur pro principio formali, per quod res eſt ſingularis, eſt internum quiddam: vt forma ignis, forma enim ſemper ſpectat ad eſſentiam rei compoſitæ.
item internum eſt aliquid ſi formali huic principio identificatur.
ſi latiſſime vſurpetur poteſt eſſe quid externum. Etenim quicquid rem cauſat, eandem aliquo modo facit indiuiduam, vt architectus domum: proindeque indiuiduationis principium eſt. }

Quomodo diſtinguitur à natura?

Ratione diſtinguitur, vt perſpicuum eſt, ſed non realiter quia fruſtrà &c. Quæcumque realiter diſtinguuntur tanquam duæ partes, ea videntur partialibus ſaltem indigere ſingularitatibus.

Eſtne ſubſtantia an accidens?

Latè neque eſt ſubſtantia, neque accidens.

Sed in ſubſtantijs eſt quid ſubſtantiale, in accidentibus quid accidentale.

Quomodo diſtinguitur ab indiuiduatione?

Vt terminus à terminatione, anima ab animatione, forma ab informatione.

Quotuplex ſingularitas?

Eſt rerum, vel modorum: ſubſtantiæ, vel accidentis: ſpiritalis vel corporea; ſimplex, vel compoſita.

ART. POSTERIOR.

De principio indiuiduationis.

Quæ notio?

Principium indiuiduationis eſt ipſa ſingularitas, vel ſaltem radix ſingularitatis, id cui ſingularitas innititur, ſed late quidquid quoquomodo cauſat *indiuiduationem*: vt expoſuimus [in Logicis.]

Propriè cogitatur tanquam aliquid intra rem, quæ vltimam ſit aſſecuta perfectionem eſſentialem, quo euadat ſingularis, indiuidua, incommunicabilis, & ſecernatur à rebus alijs etiam eiuſdem ſpeciei, ſi plures in eadem ſpecie inueniuntur.

Quidnam ſtatuendum pro principio indiuiduationis?

Sententia prima quæ Ochami ex 1. ſentent.

Communi nomini reſpondet in mente communis notio, & imago multis rebus applicabilis. p. notio, & imago hominis.

Huic
- ex cõmuni ſententia reſpondet vna natura vniuerſalis. p. humanitas cui deinde reſpondeant multæ naturæ ſingulares. p. hæc, & illa humanitas.
- ex mente Okam
  - non natura vlla communis,
  - ſed ſtatim multæ naturæ ſingulares, & perſimiles: vt Socrates, Plato.

Apud nos
- nomen commune
- notio communis
- natura communis
- ſingularia

apud Okam tria
- nomen commune.
- notio communis.
- ſingularia.

Nullam admittit naturam vniuerſalem. Ideo ex mente eius nihil opus eſt principio, quo natura ſpeciei vltimæ contrahatur in indiuiduum, ſed vnum quodque per ſe ipſum ſingulare eſt, de qua perſuaſione alibi locuti ſumus.

Sententia ſecunda.

Per congetiem ſuorum accidentium res indiuiduatur, indiuidua eſt, vt Plato diſtinguatur à Sophroniſco: quod qui cætus accidentium in Platonem cadit, ille in Socrate reperiri nequeat. de qua congetie verba fecimus apud Porphyrium.

Refellitur autem hæc ſententia: etenim congeties hæc arguit potius quam facit indiuiduationem.

Primò quia ipſa accidentia ſua egent ſingularitate.

2. quia congeries ea mutatur ſine mutatione indiuidui, & ſuppoſiti, non eſt eadem in Socrate puero, & in Socrate ſene: idem tamen Socrates ſenex, qui Socrates puer.

3. quia quod neutiquam rem facit, non videtur eam facere vnã & ſingularẽ.

4. quia ſaltem per diuinam virtutem fieri poteſt cum proponuntur duo indiuidua eiuſdem ſpeciei. p. duæ lactis guttulæ; vt nullum accidens in

Materia illa ſignata dicitur principium indiuiduationis.

Idque
- vel quod ipſa faciat rem indiuiduam formaliter, & indiuiduationem.
- vel ſaltem quod ſit argumentum indiuiduationis, & ſingularitatis.

Sed argumentum videtur fallax, etiam in ſubſtantiis materiatis.

Primò quia rami atidi, & reliqua arboris materia videtur eſſe vnica numero, quandoquidem abeſt diſcontinuatio (diſcretum ex continuo ſine diuiſione non videtur fieri) non tamen viuens arbor vnum numero indiuiduum eſt, & idem cum atido ramo.

Secundò quia nobis in dies aliquid materiei decidit, vt aliquid accedit.

Tertiò quia fortaſſe partes vniuerſæ noſtri corporis non connectuntur exquiſita continuitate: quæ autem materia diſcontinuatur, ac diſcreta eſt ratione ſuarum partium eſt multiplex numero.

Non videtur vero facere, aut ſola facere indiuiduationem.

Primò quia forma à corpore diuulſa vna numero eſt: vt anima Diui Petri.

2. quia forma rem facit potius, quam materia: Ideoque potius videtur facere vnam, indiuiduam & ſingularem.

3. quia materies vna & eadem numero viciſſitudine quadam multarum numero rerum & formarum, materia eſt vni ex. g. eidemque materiæ duæ aeris formæ diuerſę numero ineſſe poſſunt, vertitur enim in aquam aer, ex aqua ruſus efficitur aer, nec tamen idem numero.

Adde quod materies eadem ſuſcipit ſimul formas numero diſcrepantes. p. calorem & frigus, quanquam non quæritur hîc ſpecificę diſtinctionis cauſa.

SEXTA SENTENTIA QVÆ *videtur Ariſtotelis, & ſuperiorem interpretatur.*

Rerum ſpeciei vltimæ
- aliæ ſunt ſubſtantiæ: vt Petrus, Gabriel.
- alię accidentis: vt iſte calor, hoc frigus.

Accidentia vnitatem & ſingularitatem ſuam repetunt à ſubiecto, & tempore, ſed tanquam à principijs extrinſecis: vt candor, ambulatio, intellectio.

Subſtantię
- quędam
  - vel materia, vt corpus
  - vel in materia, vt anima.
  - vel materia conſtantes, vt equus

  quæ ſolę multiplicari numero in eadem ſpecie poſſunt.
- reliquæ, vt Angeli nequeunt plures numero inueniri eiuſdem ſpeciei, ſeu nunquam diſtinguntur tanquam ſingulare à ſingulari, quin etiam diſtinguantur ſpecie, vt intelligentia Solis, intelligentia Lunę.

8. quomodo commune eſt hoc nomen *ſingularitas?* Reſp. analogicè tantum, non ſynonimè propriè.

9. in quid reſoluitur eius analogia? Reſp. in vniuocationem, ſed ſingularé .i. in aliquid vnius rationis, minimè tamen commune multis.

10. eſt ne ſingularitas de eſſentia rei ſingularis? Diſt. in ſenſu compoſito eſt, in diuiſo non eſt.

11. accedit ne eſſentiæ? Diſt. vt ſuprà. Si accidentis nomine intelliguntur etiam modi, accidit: ſecus non accidit.

12 nonne definitio complectitur totam eſſentiam rei ſingularis? Reſp. complectitur ſed non omnes modos, ſed in ſenſu diuiſo excludendo ſingularitaté.

13. ſingularitas quæ mihi conuenit, poteſt ne conuenire alteri? Reſp. non poteſt.

14. ſimiliorne mea ſingularitas tuæ quam bucephali ſingularitati? Diſt. per ſynonymiam non eſt, per proportionem eſt.

15. eſtne ſingularitas mea incommunicabilis per materiam & formam? Diſt. tanquam per radicem & fontem vnde oritur eſt, formaliter non eſt.

16. eſtne ſingularitas compoſita, an verò ſimplex?

Reſp. { eſt ſimplex quando eſt ſimplicis rei.
eſt compoſita quando eſt rei compoſitæ.

Quarum reſponſionum rationes deprehendere non difficile eſt, ſi diligenter perpendatur officium, & natura ſingularitatis.

Sententia ſuperiori affinis.

Quibuſdam ſingularitas videtur eſſe perfectio recens (non merus modus) indiuiduo eſſentialis ſuperaddita ſpeciei, eo modo quo ſpecifica differentia generi adiungitur, quę eſt per ſe primo incommunicabilis (more vniuerſalium) & naturam cui additur reddit incommunicabilem.

Incommunicabilis { natura per ſingularitatem primò.
ſingularitas per ſe ipſam, atque primò ne regrediamur in infinitum.

Obiectiuncula.

Tota eſſentia rei ſingularis continetur definitione ſpeciei: Ergo differentia indiuiduans nihil eſſentiæ, & perfectionis addit.

D.A. { tota ſcibilis C.
tota ſimpliciter N.

Quæ opinio videtur fauere Iuris peritis, à quibus indiuiduum appellatur ſpecies: quanquam non propriè ſpecies.

Quod conſtat natura quadam communi & differentia, illud ſpecies propriè: Ergo Plato eſt ſpecies, proinde non ſumus eiuſdem ſpeciei vltimæ cum Chriſto.

D.A. { ſi differentia ſit communicabilis multis C.
ſi verò incommunicabilis N.

Sententia nona.

Quæ probabilis, vt & ſuperiores duæ.

Rerum genera duo n. *compoſitæ, ſimplices.*

Compoſitæ { ſunt vnum quid ſingulare per illa ipſa ex quibus coaluerunt, Socrates ſingularis, quia vno ſingulari corpori, vnaque materia ſingulari conſtat.
idque ita vt videantur potius ſingulares per formam, quam per materiam.

Primò quia in homine mutatur materiei aliquid, & tamen videtur remanere planè idem indiuiduum, quemadmodum remanet planè eadem forma.

2. quia forma longè eſt præſtantior quam materia.

3. quoniam materia vna plurium eſt rerum.

Non eſt autem potior ratio cur pars vna magis ſingularitatem tribuat, quam altera niſi quia effectus magis ab illa pendet.

Res autem ſimplices materia, forma, Angelus, ſunt indiuiduæ, atque ſingulares per ſe ipſas non per aliud quod eſſentia ipſorum adijciatur.

Primò quia fruſtra fit, &c.

2. quia idem eſſe eſſentia quod eſſentia homo, quod homo ſingularis: vt homo quod verus homo.

3. quia quomodo ſingularitas mea à ſingularitate tua diſcrepare dicitur: eodem eſſentia mea ab eſſentia tua citra mentis operam diſcrepare dici poteſt.

4. quia reuera non eſt ſimilior mea humanitas tuæ quam tua ſingularitas meæ.

5. quia generalis vnitas citra mentis operam, vel nulla eſt, vel non impedit ſingularitatem.

Etenim, vt pluribus alibi docuimus, candor niuis detractione rerum minimè pertinentium ad eſſentiam ipſius non eſt vniuerſalis candor, niſi copuletur & confundatur cum candoribus cæteris, alioquin tot forent candores vniuerſales, quot candores ſingulares, &c.

Obiectiones.

Materia ſæpè retinetur eodem in ſuppoſito eadem: vt quando medulla conuertitur in os: Ergo materia videtur potiori iure principium indiuiduationis.

D.A. { ſi detur vnica in re quaque forma ſubſtantialis N.
ſi multiplex D. { cum mutatione formæ partialis C.
cum mutatione totalis, principiſue formæ N. de qua re alibi.

Negatur conſequutio; quia res eſt magis ſua forma quam ſua materia; homo magis animus quam corpus 2. Ethico.

Quô res ſunt vnum, eo non ſunt plura & contra.

Atqui per formam & materiam, perque eſſentiam duo indiuidua ſunt vnum: Ergo non ſunt plura, nec proinde ſingularia per materiam & formam.

D.P. eodem modo C. diuerſo N.

Digitized by Google

D.S. { vnum ſpecie C. / vnum numero N. } { confuſione duplicis eſſentiæ in vnam C. / ſine iſta confuſione N.

Ad concluſionem reſpondeo iſtam confuſionem eſſentiæ non eſſe ſpecialem, ſingularem.

Ergo humanitas mea non eſt vniuerſalis.

Reſpondeo { ſingularem eſſe, ſi ſumatur ſola. / ſpeciem eſſe vniuerſalem ſi confundatur cum humanitatibus cę[teris &c.

Singularitas opponitur vniuerſalitati: ergo nequit ei rei cōuenire vniuerſalitas [&c.

Diſt. eodem modo C. diuerſo N. ſunt etiam qui diſtingunt antecedens.

Opponitur { realis reali vniuerſalitati, non autem Logicæ & notionali. / ſingularitas Logica vniuerſalitati notionali. De qua re diſceptatū alibi.

Conſulendus ſermo de vltima rerum determinatione tractatu 4.

Variæ obſeruationes.

Ad dijudicationem ſuperiorum ſententiarum.

Prima obſeruatio.

Duorum quædam ſunt planè ſecundum rem vnum.

Vt { miſericordia Dei, & iuſtitia eius. / intellectus practicus, & theoreticus.

Quædam ſunt reipſa duo, nec propriè & planè vnum ſecundum rem.

Idque { ſiue ſint ſeorſim: vt Petrus, & Paulus. / ſiue ſint ſimul: vt color ferri, & durities eius.

Secunda obſeruatio.

Idem inueniri poteſt ſimul in pluribus locis ſaltem diuinam per virtutem: vt duo realiter diſcrepantia ſimul ſunt in eodem loco.

Tertia obſeruatio.

Similia mens confundit, non internoſcit.

Quarta obſeruatio.

Quædam facile cogitatione ſecernūtur, quæ ſunt reipſa idē: vt actio & paſſio.

Quædam difficulter quæ tamen ſunt reipſa duo: vt duæ guttulæ lactis.

Non ſi res definitione differunt ideo ſunt propriè duo.

Non ſi conſentiunt definitione, ideo ſunt propriè vnum.

Magis videtur realis affinitas, quæ intercedit inter calorem & frigus, dum cōſtituuntur ſuppoſito in eodem, quam quæ inter calorem ferri, & calorem aquæ.

Quinta ſententia.

Quæ diſcrepant, ea diſcrepant per ſe, vel per partem, vel per aliud.

Sexta obſeruatio.

Duo lumina ſi vtrique materia ſua ſubducatur videntur futura vnum realiſſimè & propriiſſimè, ſi varietas pendet à materia ſola.

Septima obſeruatio.

Quæ lumina pendent à lucerna duplici videntur eſſe realiter duo, etiam quando ſunt in eodem aëre. Deus facere poteſt vt ſint realiſſimè vnum.

Octaua obſeruatio.

Similitudo non videtur eſſe vera, realiſque vnitas.

Nona obſeruatio.

Ex paucis exemplis licet iudicium ferre de ſexcentis, p. ex colore, candore, homine.

Decima obſeruatio.

Color non modo eſt in pluribus, vt candor: verum etiã admittit acceſſionem perfectionum eſſentialium.

Sed deueniendum eſt ad aliquid vltimum, ad aliquam vltimam ſpeciem, ne progrediamur in infinitum.

Inter ſummum & infimum gradum categoriæ non interiiciuntur gradus innumerabiles.

Vndecima obſeruatio.

Habentur pro vltima ſpecie candor, homo &c.

Duodecima obſeruatio.

In hoc candore cogitanda eſt affectio per quam ſit indiuiſibilis, per quam ita ſit hic candor, vt non ſit alius.

Ea videtur ſignificari nomine ſingularitatis.

Decimatertia obſeruatio.

Conſulendus ſermo de vtilitate inſtitutus in Logicis.

TRACTATVS II.

DE CAVSIS.

PRÆFATIVNCVLA.

PHiloſophari eſt quærere cauſam, & omnia noſſe generatim quantum licet. Ideo diligenter incumbendum eſt in generalem cauſarum explicationem.

CAPVT I.

De cauſa & effectu ſimpliciter.

ART. I.

Doctrina, nomen, exiſtentia, natura &c.

Doctrina.

De cauſis generatim agunt Theologi, metaphyſici, dialectici.

Conſulenda quæ docuimus ad ſecundum de demonſtratione, quæ in rudimentis, & cap.3. lib.2. phyſicorum.

Loquemur hîc { 1. De cauſſis in genere, ſeu toto cauſſarum genere.
2. De *fine*, qui princeps inter cauſſas.
3. De *efficiente* cauſa, quę ſola cauſſa apud Stoicos.
4. De *materia & forma*, quæ internæ cauſſæ.
5. De *exemplari*, quæ cauſſa celebris apud Platonicos.

Nomenclatura & notio.

Sine periphraſi id de quo agimus dicitur *cauſa, principium, elementũ, neceſſitas.* ἀρχὴ

Sed tum *neceſſaria cauſa.*

Periphraſticè *id vnde effectus, id propter quod*, τὸ *propter quid.*

Propriè Scaligerò *arche*, & *principium* eſt id vnde motus, ſeu efficiens cauſa.

Elementa, & στοιχεῖα ea quæ ſunt in re compoſita: vt materia, & forma.

Cauſa, ſiue αἴτιος finis, qui congruenter notationi petit, αἰτεῖ propter ſe aliquid fieri, vult Ariſtoteli eſſe aliorum.

Sed fert aliter ſcholarum conſuetudo quæ expoſita in phyſicis.

Cauſa ſtrictè { vel pro ſolo fine ſumitur.
vel pro ſola effectrice cauſa, vel pro pręcipua cauſa.
vel pro externis cauſis, fine, effectore, exemplari.

Latè quod influxu ſui effectum creat: vt finis, effector, materia, forma, ſiue ſit quid præcipuum, ſiue inſtrumentarium.

Generaliſſimè quod influxu ſui effectum creat, aut quoquo modo neceſſariũ eſt, aut conducit ad effectum: vt veræ proprięque cauſæ, & conditiones per quas fit effectus.

Exiſtentia.

Non omnia ſunt à ſe: Ergo datur effectus, ideo & cauſa.

Ex cauſa vna propter connexionem facile colliguntur cæteræ.

Nemo ita pervicax, vt ex cauſis aliquam non admittat, p. frigefacientem, calefacientem,

Cuiuſmodi notio cauſæ.

Homonyma { 1. Si conferatur *cum cauſa boni, & cauſa mali*, contrariiſque exponenda ſenſibus.
2. Si cum cauſa per ſe, & cum cauſa per accidens. Nam quod per accidens tantum eſt cauſa, id non propriè cauſa.

Analogica ſecundum varias collationes:

p. ſi conferatur { cum ſingulari, & communi potenti, & operanti. / præcipua, & inſtrumentaria, interna, & externa. / cum cauſis quatuor, aut quinque, &c.

Porro ex cauſis quæ per ſe ſunt cauſæ & primariæ cauſæ non inſtrumentariæ, reliquæ intelliguntur.

Quid cauſa?

Eſt id propter quod ex lib. 2. de demonſtratione cap. 7.
Eſt τὸ διατί, τὸ quare, τὸ quia, per quid, propter quid.
Id per quod aliud contingit.
Id quod largitur eſſe alteri. Id ad quod aliud ſequitur; ſiue id ad cuius eſſe ponitur & ſequitur virtute ipſius τὸ eſſe alterius.
Id à quo per ſe aliquid pendet, ſiue effectus.
Id quod in ſuo genere per ſe ac primariò concurrit ad effectus conſtitutionē.
Quod ſui influxu effectum creat, id vnde effectus.
Id quo poſito vna cum neceſſariis conditionibus ponitur effectus.
Porro tollenda impedimenta, accipienda cauſſa per ſe non per accidens tantū, accipienda totalis, non partialis tantum, accipienda cauſſa recte applicata.

Quot modis ſpectatur vna cauſſa?

Primò quatenus res aliqua. p. equus, ignis.
2. quatenus eſt cauſſa, quatenus effectus ab ipſa pendet, tanquam re abſoluta non tanquam relatiua.
3. quatenus eſt correlatiuum effectus.
Secundo nomine prior eſt quam effectus, tertio eſt ſimul cum effectu ad relatorum morem.

Relationes { non cauſſant niſi formaliter, ſeu informando. / nihil moliuntur, aut cauſſant quatenus relationes.

Ideo cauſſa, vt ignis, quatenus cauſſa eſt abſolutum quid.

Cur cauſa?

Cauſa niſi habet cauſam, habet concauſam.
Cauſa quatenus cauſa propter cauſationem.

Collatio cauſæ cum virtute cardinali & annexis.

Vt in virtutibus & in negotio categoriarū, & in motibus eſt aliquid *cardinale*; Ita & in negotio cauſarum.
Cauſæ quædam videntur cardinales & principes: vt finis, opifex, materia, forma & forſan exemplar.
Quædam ſunt ſubiectæ & annexæ cardinalibus: vt malleus fabro.
1. in præcipuis illis cauſis tamquā in cardinibus vertitur effectus & effectio.
2. qui *modus* cauſæ eminet in quaque è quatuor aut 5. cauſis, is ſaltem per quandam ſimilitudinem in aliis inuenitur.

3. quæquæ

3. Quæque præcipua habet aliquam ſuccenturiatam.
Materiæ quantitas annectitur cum aliis diſpoſitionibus.
Opifici inſtrumentum, & motio ipſa.
Formæ vnio, informatio:
Fini intenſio, notitia, medium.
Exemplari eius in mente efformatio.

4. Omnes cauſæ reuocantur ad quatuor aut quinque principes:
Idque
- Partim tanquam ſpecies: vt faber ad efficientem cauſam.
- Partim tanquam appendices: vt malleus ad opificem.
- Partim per obliquum caſum.

Communio modorum.

Forma dat eſſe per excellentiam, reliquæ cauſæ aliquo modo.
Effectus ſimilis cauſæ, itaque quæuis cauſa quaſi pro exemplari.
Cauſare eſt quaſi efficere quoddam.
Cauſa eſt veluti materia, ſi conferatur cum cauſatione.
Quæuis cauſa aliquo intenditur modo, quaſi finaliter mouet.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Cauſatio, & effectus.

Quomodo vocatur cauſſatio?

Dicitur cauſſalitas, cauſſandi actus, cauſſatio, τὸ cauſſare.

Quid Cauſſatio?

Eſt
- Vt effectio id per quod effectus formaliter eſt effectus.
- Ita cauſſatio eſt id quo res eſt formaliter cauſſans. p. id quo anima eſt formaliter animans, componens, id quo ignis eſt formaliter efficiens.

Anima noſtra hominem
- non cauſſat cum extra corpus.
- cauſſat cum intra corpus.

Ergo animæ cauſſatio eſt aliquid quod ipſa in corpore habet, nō extra corpus.

Cauſſatio
- Ratione
  - Non eſt res ipſa, quæ vocatur cauſſa, vt anima, ignis, medicus &c.
  - Neque etiam relatio eius ad effectum, quia hæc poſterior eſt cauſſatione.
  - Verum ipſemet cauſſandi actus.
- Re
  - In efficiente
    - quibuſdam dicitur eſſe ipſa actio emanatiue, vt frigefactio.
    - aliis non item. De qua re infra.
  - In alijs cauſſis eſt
    - non actio, quia non agunt.
    - Sed modus aliquis rei cauſſantis in ipſa ſitus.

Vel in effectu &c. Sed de ſingulis cauſſationibus ſuis locis.

De effectu nomen, notio.

Id quod reſpōdet cauſæ dicitur *effectus*, cauſatum, opus id cuius eſt cauſa, factū,

pragma.   [cauſa à

Effectus { ſpeciatim & congruenter etymologiæ; id quod prodit ab efficiente cauſa à
generatim vt hîc quod cauſatur à cauſa per ſe.
generaliſſime quicquid procedit à cauſa, quæ ſit propriè cauſa, vel conditione, vel à principio: ſed per abuſionem.

Eſſe effectum propria eſt conditio creaturæ: hinc nomen pragma, de operis nomine in Logicis loquuti ſumus.

Quid effectio?

Raro ſumitur in ſcholis pro cauſato. Rarius pro cauſatione, ſiue pro cauſare. Fere eſt id quo res eſt formaliter effectus.

Vbi effectio, vbi cauſatio?

Effectio non videtur ſeiungenda ab effectu, vt nec mutatio.
Vbi ſit cauſatio exquirendum in ſingulis cauſarum generibus.

Diſtinctio effectuum.

Effectus prior, vel poſterior, vel ſimul.
Nobilior, ignobilior, æqualis.
Eligibilior, æque eligibilis, vel minus.
Naturalis, vel non naturalis.
Momentaneus, vel durans.
Pendens in fieri, in conſeruari, vel in vtroque.
Eſt ens per ſe, vel ens per accidens.
Fit propriè, vt homo: vel non propriè, vt ipſa hominis generatio.
Eſt ſynonymus, vel homonymus. Conſulendæ diuiſiones entis.

Collatio.

Cõfertur effectus cũ cauſa, & cum effectu: Variè collationes infra proponẽtur.

Ordo effectuum.

Quæuis cauſa quatenus cauſa (non quatenus correlatũ) prior quam effectus. qui ab ipſa pendeat 2. poſter. cap. 7 &c.

Natura prius { aliud quia prius intenditur: vt finis quam media.
aliud quia prius fit: vt animus, quam homo.

Vnus effectus alio prior.
Primò quia in his quæ fiunt propter finem debet eſſe aliquid quod primo fiat, aliquid quod ſecundo, &c.
2. quia datur generatio & corruptio, materia non poteſt ſimul obtinere omnes formas, &c.

Præſtantia.

Cauſa & effectus bifariam conferri poſſunt in contentione de dignitate.
n. quatenus illa cauſat, hic cauſatur: quomodo non eſt difficultati locus: quia præſtantius largiri, quam accipere ſaltem ſecundum quid.
Et quatenus vtrumque omiſſis creationis & effectionis rationibus ponderatur ſecundum ſe, eſſentiam, & entitatem ſuam. atque hoc quidem poſteriori ſenſu locus controuerſiæ.

Porrò ſumuntur omnes rei vnius cauſę: & citra controuerſiam ſunt aliquid prȩſtabilius etiam abſolutè.

Vel ſigillatim perpenduntur, conferunturque cum effȩctu.

Tum.

Finis prȩſtat, ſed tantùm in eum modumqui explicatur alibi.

Materia eſt ignobilior, itemque forma quia pars toto ignobilior, medium fine.

Exemplar niſi eſt prȩſtabilius, fere æque prȩſtabile eſt.

Effectrix cauſa ſi ſumitur *integra*, & tota, vt includatur etiam Deus, effectu quouis nobilior eſt.

Prima cauſa, ſi dianoetica, effectui præſtat, vt Angelus. Si neutiquam dianoetica, forte non ſemper excellentior.

Secunda cauſa vniuoca eſt, vel æquiuoca.

Tùm { *vniuoca*, eſt eſſentialiter æque præſtans, ſed aliquando recipit magis.
{ *æquiuoca* ſi dianoetica eſt potior: vt architectus domo.

Niſi dianoetica { aliquando eſt potior, vt anima floribus.
{ aliquando deterior; vt ignis pane

Princeps cauſa fere nobilitate præſtat effectui, aut par eſt.

Inſtrumentaria non neceſſario prȩſtabilior, niſi ſecundum quid: immò ſemper deterior, ſaltem ſecundum quid, vt mens quam domus.

Obiectiones.

Sol procreat murem: ergo opifex effectu deterior. *Prima.*

D. A. { tanquam inſtrumentum intelligentię, & naturę, C.
{ tanquam prȩcipua cauſa. N.

Ignis in calidorum genere, eſt quid prȩſtantius quam ferrum candens, & tamen à candenti ferro procreatur ignis. 2.

R. agere { quædam virtute, & authoritate propria.
{ quędam virtute, & authoritate eorum, quorum ſunt inſtrumenta.

Ignem creat { ignis virtute propria, vt cum admouetur ſtipulis.
{ ferrum candens tanquam inſtrumentum ignis illius cuius virtute incaluit.

Forſitan in candenti ferro nonnihil ignis, ſed nec alibi.

Videtur plus caloris { in igni ſi ſpectetur materiei proportio.
{ in candenti ferro ſi ſpectetur ęqualis locus. De quo ſuo loco.

Communiſſimum Axioma.

Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.

i. quod cauſa cur aliquid ſit tale p.calidum,frigidum,id multomagis.i. multo probabilius eſt tale.p.calidum.

Tale { vel formaliter & ſynonymè: vt ignis calidus. / vel virtute & analogia: vt ſol calidus.

Monita.

Nihil naſcitur ſubſtantię in natura rerum, nihil oritur cum apparatu diſpoſitionum congruentiſſimo.

Fieri poteſt diuinam per virtutem,vt ſecunda cauſa,quę præcipua non inſtrumentaria tantum ſit deterior effectu,quia imbecillitatem eius Deus ſupplere poteſt.

1 Quicquid in materia idonea poteſt excitare diſpoſitionem neceſſariam ad inflammationem,id ignem procreare valet.

2 Maior materiæ diſpoſitio videtur poſſe ſupplere ſecundę cauſæ imbecillitatē.

3 Sed quod primam induxit diſpoſitionem, id aliquomodo pro opifice partiali, ſaltem pro opifice diſpoſitionis.

4. Si ſemper effectus ſubſtantialis prodiret deterior ſuo opifice,iampridem facta eſſent deterrima humana corpora.

5. Proles non raro viuacior vtroque parente.

7. Imò ferè viuacior vtroque ſi conſideretur vterque non in primo ſui ortus ſed in generationis tempore.

Alioquin breui ceſſaret mundus.

Qui per naturę leges non poſſunt viuere niſi 12.annos, non poſſent generare filium 20. victurum annos.

Manifeſto ignis procreatur à re quę minoris ſit caloris. p. quando aliquid inflammatur per antiperiſtaſim & concretionem.

Semen agit virtute viuentis, vnde eſt deceptum.

Forſan ſol dum procreat mures ex quiſquilijs, procreat virtute intelligentiæ.

Sed ignis etiam æquiuocè generare poteſt.

ARTICVLVS III.

Quotuplex cauſa?

Diſtinctio ex Platonicis.

Cauſę,materia,opifex,finis, forma & exemplar.

Ex Stoicis.

Principia duo ex quibus omnia fiunt apud Stoicos.

n. { id *à quo* fiunt; i. opifex quem vnum cauſam vocant. / id *vnde* fiunt quod materia.

Quod eſt apud ipſos ratio faciens ſiue Deus materiam mouens ex Seneca Epiſtola 65.

Stoicis id quod in ſe quaque vim efficiendi habet eſt quaſi particula Dei. materia jacet res iners ad omnia parata, ceſſatura ſi nemo moueat.

Variæ cauſſarum diuiſiones turmatim hîc more noſtro ponentur, ſigillatum deinceps luculentius exponendæ.

Variæ differentiæ et diſtinctiones Peripateticæ.

Prima diſtinctio.

Cauſa *potens* ſeu cauſans poteſtate: vt calefactiuum, informatiuum.
Cauſa *operans*, ſiue cauſa actu; vt calefaciens.

Secunda diſtinctio.

Cauſa *totalis* eſt, vel *partialis*.

Tertia diſtinctio.

Cauſauit, cauſat, cauſatura eſt, poteſt, potuit, poterit.

Quarta diſtinctio.

Componit effectum, & ſuum ipſius largitur eſſe: vel non *componit*, vt architectus.

Quinta diſtinctio.

Aperta eſt, vt calor. Vel *abdita*: vt vis magnetis.

Sexta diſtinctio.

Libera, vt homo Deus, architectus, Angelus.
Vel naturalis, non libera, vt materia, forma, canis.

Septima diſtinctio.

Eſt cauſa vt genus vniuerſalis [in prædicãdo.] vel ſingularis: vt hic architectus.

Octaua diſtinctio.

Eſt *princeps*, prima, publica & vniuerſalis in cauſando: vt Sol, Deus.
Vel *particularis*, ſecunda, & priuata: vt homo, equus.

Nona diſtinctio.

Eſt *coniuncta cum motu* naturali: vt ignis, materia.
Vel *ſine motu* & metaphyſica: vt Angelus.

Decima diſtinctio.

Eſt *præcipua*, vt materia, Architectus, forma.
Vel *inſtrumentaria* tantum: vt quantitas materiæ, malleus fabri.

Vndecima diſtinctio.

Cauſa per quam res eſt: vt calor ignis per quem accenditur lignum.
Cauſa ſine qua non eſt; vt admotio ignis ad lignum.
Cauſa per quam melius eſt: vt denſitas ferri ob quam calor illius validius agit;
Media illa cauſa. i. ſine qua non eſt effectus, licet non fiat propriè per ipſam, ſolet appellari *conditio*, cauſa conditionalis, conditio *ſine qua non*.

Duodecima diſtinctio.

Eſt quid vnum per ſe & propriè: vt ignis.
Vel quid vnum per accidens tantum: vt exercitus.

Decima-tertia diſtinctio.

Eſt quid ſubſtantiale, vel quid accidentarium.

Decima-quarta diſtinctio.

Eſt *infinitæ* virtutis: vel finitæ.

Decima-quinta diſtinctio.

Eſt *per ſe præſens*: vt materia, forma, faber, architectus.
Vel per *ſe abſens*: vt finis dum attrahit, quod generat per emiſſum ſemen.

Decima-ſexta diſtinctio.

Eſt neceſſaria, vel *contingens*.

Decima-ſeptima diſtinctio.

Eſt violenta vel naturalis.

Decima-octaua diſtinctio.

Eſt producens, vel conſeruans, vel producens & conſeruans.

Decima-nona diſtinctio.

Eſt mediata, vel immediata. De vtraque differentia in Phyſicis.

Vigeſima diſtinctio.

Eſt *determinata*: vt annulus, materia ſecunda.
Vel *indeterminata*, indifferens, illimitata, vt mens ſculptoris, materia prima.

Vigeſima-prima diſtinctio.

Eſt ſufficiens, vel inſufficiens.

Vigeſima-ſecunda diſtinctio.

Eſt rei ſpiritalis, vel corporeę, vel vtriuſque.

Vigeſima-tertia diſtinctio.

Inuoluit imperfectionem in cauſatione, p. informando, componendo.
Vel non inuoluit. p. in efficiendo.

Vigeſima-quarta diſtinctio.

Largitur ſuum ipſius τὸ eſſe, & propriè interna eſt.
Vel aliud, & externa eſt.

Vigeſima quinta diſtinctio.

Eſt *cauſa mali*, & abuſiuè cauſa: vt imperitia, tenebræ, gubernator abſens, &c.
Vel *cauſa boni*, ſeruatæ nauis: vt gubernator pręſens.
De cauſa mali in rudimentis & alibi.

Vigeſima-ſexta diſtinctio.

Eſt *ſubordinans*, vel ſubordinata, vel neutra.

Vigeſima-ſeptima diſtinctio.

Eſt ſimplex: vt cum homo dicitur feciſſe: vel connexa & complexa, vt cum homo architectus dicitur ædificaſſe.

Digitized by Google

Vigeſima-octaua diſtinctio.

Cauſa per ſe { primo *dianoeticè*: vt Medicus curans. / *naturaliter*: vt calor calefaciens.

Per partem { *ſubiectiuam*: vt artifex ædificans per architectum. / *integrantem*: vt homo intelligens per animam.

Per aliud & omnino per accidens: vt Medicus comburens.

Vigeſima nona diſtinctio, & affinis.

Cauſa per ſe, vel per accidens cauſa.

Per ſe { omnino & primò: vt Medicus curans. / ſecundum quid & per partem: vt artifex curans.

Per accidens { omnino: vt Muſicus ædificans. / ſecundum quid, vt artifex ædificans.

Monitum.

Nunc triplex ponitur differentia cauſæ in hunc modum.
Cauſa per ſe, cauſa per partem, cauſa per accidens.
Nunc autem duplex tantum ponitur in hunc modum.
Cauſa per ſe, ſiue ſecundum ſe: & cauſſa per aliud, ſiue ſecundum accidens.
Tunc autem media differentia .n. *cauſa per partem* quò reuocetur quæritur.
Sane aliquando reuocatur ad primam differentiam, aut ſpeciem, nempe ad cauſſam per ſe: vt cū negantur artes & ſcientiæ occupari in cauſis per accidens. Tumque τò *per ſe* ſignificat per ſe integrum, vel per ſe partiale.
Aliquando contra ad vltimam differentiam & ſpeciem. Tumque cauſſam per ſe interpretamur cauſſam per ſe primò, per ſe totam.

Cauſſa per ſe.

Cauſſa per ſe dicitur cauſſa ſecundum ſe, & per ſe.
Cauſſa propriè, cauſſa vt talis.
Cauſſa vt genus accidentis.

Ea { vel excludit cauſſam *per partem*, & dicitur cauſſa *per ſe primo*. / vel non excludit, & quidem quæ cauſſa per partem cadit in ſcientiam & artem. *Text. 33. 35 lib. 2. Phyſ.*

Cauſſa ſecundum ſe & per ſe generatim definiatur, quæ *conſulto* aut quaſi cōſulto intendit effectum: vt ſol illuminationem, medicus ſanitatem.
Quæ effectum procreat quatenus talis quatenus talem. Omnino quæ intendit effectum.
Sed intenſio, vis intendendi, atque appetendi in cauſis naturalibus non diſtinguitur à poteſtate, vt nec à ſcientia. Per idem principium lapis ex. gr. n. per grauitatem dicitur *velle, ſcire & poſſe* petere centrum.
In cauſis dianoeticis tria iſta diſtinguntur .n. *ſcire, velle, poſſe*: vt & origines eorū .n. *mens, voluntas, poteſtas*. Ideo cauſa per ſe, ſeu ſecundum ſe non per accidens duplex.

Nempe,

Vna, vt medicus curans, quæ intendit effectum, eumque procreat ſed per alienam virtutem.

Altera, vt calor calefaciens, quæ per quam virtutem intendit effectum, per eandem illum procreat.

Quid ergo cauſa per ſe?

Generalius cauſa per ſe dicatur, quæ intendit effectum ſiue faciat virtute propria, ſiue aliena. Et hoc modo medicus, & Agricola ſunt cauſę per ſe.

Specialius quæ virtute propria effectum procreat: vt ſol, lumen. Et hoc modo medicus cauſa eſt *per accidens*, non *per ſe*.

Item.

Cauſa per ſe vel includit cauſam per partem, vel excludit. De qua re ſupra, & in compendiis.

Cauſa per accidens.

Quæ cauſa opponitur *cauſa per ſe*, dicitur *cauſa per accidens, ſecundum accidens.*
Cauſa non per ſe, cauſa ſecundum aliud.
Cauſa tanquam accidens, vt accidens.
Cauſa per conſecutionem, conſequentiam.

Cauſa per accidens, ea quę vi ſua minimè effectum creat, vel intendit: habet tamen aliquam coniunctionem cum cauſa per ſe.

Habet per ſeipſam: vt cum medicus ædificat. Ars medendi coniungitur cum arte ędificandi. Vel per effectum, qui dicitur ipſius: vt incendiarius côburés.

Cauſa per accidens intelligenda & diſtinguenda ex varietate cauſæ per ſe.

Cauſa per accidens { generatim quæcunque non eſt cauſa per ſe primò. | ſpeciatim quæ dicitur eſſe cauſa, ſed nec per ſe primo, nec per partem eſt. }

Tumque { vel phyſicè tantum non dianoëticè eſt cauſa per accidens: vt medicus curans. | vel omnino cauſa per accidens: vt foſſor dum theſaurum inuenit, pelias haſta dum ſanat. }

Quæ omnino per accidens eſt indefinita, & effectus indefiniti.

Conſulantur rudimenta, & ſermo de fortuna in phyſicis.

Monitum.

Cauſę per ſe ſolent explicari per communes terminos cuiuſmodi ſunt pictor, architectus.

Quando proprium nomen pro cauſa profertur, ſolet eſſe cauſa per accidens: vt. Apelles, Pyrgoteles &c.

Trigeſima, & præcipua diuiſio.

Cauſæ quatuor *id propter* quod, *id à quo, id ex quo, id quo, ſeu finis, efficiens, materia* & *forma* 2. Phyſ. 3. Metaphyſicæ 2. de demonſtratione.

Quo modo reducatur *id ad quod*, ſeu paradigma & exemplar quæretur poſtea.

Cauſa libera & naturalis.

De libertate in Ethicis quanquam generatim eſt quid Metaphyſicum.

Digitized by Google

Naturalis cauſa primò quæ neceſſaria, non libera.
2. quæ congruens, non violenta.
3. quæ non ſupernaturalis.
4. quæ verè, propriéque cauſat, non per preces tantum, aut ſimili modo.
De morali cauſa in ſermone de opifice.

Producens conſeruans.

Cauſa producit dum largitur τὸ eſſe. Coſeruat dum continuat datum.

Interna, & externa.

De interno & externo in rudimentis Metaphyſicis.

Totalis, partialis.

Totalis cauſa vnde pendèt effectus totus: vt totum lumen aëris à ſole.
Partialis vnde pendet pars effectus non autem effectus totus: vt vnus ex pluribus latomis &c.

Partialis { vel eſt iners dum ſeiungitur ab alia aliiſue: vt equus qui ſolus rhedã vehere nequit, licet nixum impetumque imprimat. / vel non vt vna ex pluribus lucernis aërem ſimul illuſtrantibus. }

Totalis { vel eſt totaliter cauſa ſaltem in ſuo genere: vt quando Deus ſolus aliquid procreat. / vel non totaliter: vt totus ignis qui cum toto calore agit. }

Effectus pendere poteſt à cauſis pluribus, ita vt pendeat à quaque totus. p. totus à manu, totus à mente.
Conſulendus ſermo de efficiente cauſa mox inſtituendus.

Mediata, immediata.

Mediata cauſa ex immediata intelligitur.
Immediata, vel quæ non vtitur medio, ſiue inſtrumento: vt cum Deus creat.

Item { vel cuius virtus non eſt dependens. / vel quæ contigua, aut proxima eſt. }

Idque { ſiue per ſuppoſitum, aut per ſe: vt quando ignis calefacit lebetem quã attingit. / ſiue per virtutem à ſe diffuſam: vt quando ſol emollit ceram. }

De mediata, & immediata cauſa in Apodicticis, in Phyſicis.

Neceſſaria cauſa.

Neceſſitas, ex neceſſitate, neceſſario, oportet & conſimilia habent affinitatem.
De neceſſario & contingenti inter principes entis differẽtias verba fiũt à Metaphyſico.
Neceſſitas Dei abſolutiſſima. Quę creaturæ eſt neceſſitas, ea cauſę, vel effectᵘˢ.
Cauſa neceſſaria, quæ non poteſt effectum non procreare.
Neceſſitas effectus à materia, & à fine: ideoque & à cauſis aliis.
Effectuum naturalium neceſſitatem veteres repetebant à materia ſola & conditionibus illius. De qua re in phyſicis. Verus philoſophia vix credebat materiam eſſe in in opificis Dei poteſtate.
Neceſſitas effectus reuera petenda à b omnibus cauſis.
Sed quæ petitur à cauſis aliis reſoluitur in finem. Neceſſitas medij à fine pẽdet,

Digitized by Google

Faciendum hoc, apponendum hoc quia talis proponitur ſcopus.

Fatum Peripatetici videntur repetere à priuatis cauſis, aut ab omnibus quæ ſint neceſſariæ ac naturales.

Fatum tamen rarius neceſſitas in priuata cauſa, vel à priuata cauſæ: vt ſi dicatur fatale eſſe homini mori, quia per naturæ conditionem ei moriendum eſt.

Sæpius fatum eſt quid publicum.

Tumque { vel à cœlo vno. / vel à tota rerum vniuerſitate. / vel à Deo petitur, æſtimatur. De qua re alibi.

Monitum.

Plures cauſę diuiſiones repetendæ aliunde. p. ex diuiſione entis.

Ex celebrioribus differentiis quædam in hoc tractatu declarantur, quædam alibi.

Trigeſima-prima diſtinctio.

Cauſa eſt dependens, vel independens.

Trigeſima-ſecunda diſtinctio.

Cauſa eſt moralis, vel non moralis.

Trigeſima-tertia diſtinctio.

Cauſæ proxima, vel remota.

Trigeſima quarta diſtinctio.

Inchoat, abſoluit, inchoat & abſoluit.

Monitum.

Cauſa complectitur quidquid cauſare dicitur.

Idque { vel in recto caſu, & hoc ſenſu inſtrumenta ſunt cauſę. / vel partim in recto, partim in obliquo, & hoc ſenſu inſtrumentum nō eſt cauſa, ſed adiumentum cauſæ.

Quid concauſa, & ſynætion?

Nunc non tam cauſa quam adiumentum cauſæ: vt malleus.

Nunc cauſa, quę alterius eget ſocietate.

ARTICULUS IV. ET VLT.

Variæ cauſarum affectiones, collationes.

Dependentia, independentia.

Independens cauſa, quæ alterius ope non eget, neque vt ſit, neque vt faciat officium cauſæ.

Dependens contra, ſiue ſubordinetur ſiue non.

Dependet autem, vel vt ſit, vel vt *ſit cauſa*, vel vtroque nomine.

Vt *cauſet*, non vt *ſit*, quomodo opifex à fine pendet.

Vt ſit comparetur vt; non vt cauſet, quo pacto finis ab opifice pendet, ſanitas à deambulatione.

Effector contra pendet à fine
- non ratione τοῦ eſſe.
- ſed ratione cauſſationis, non mouet niſi à fine moueatur.

Quicquid porro ab effectrice, & opifice pendet, & à fine pendeat neceſſe eſt. Nam cauſa cauſæ eſt cauſſa cauſſati; præceptor præceptoris mei cenſetur præceptor meus.

Forma vtroque nomine, aut ſaltem ratione eſſe pendet ab effectrice cauſa, proindeque & à fine.

Forma ſane aliunde pendet
- tum vt ſit, habeaturque.
- tum vt ſit cauſſa.

Forma quomodo à materia pendeat alibi expoſitum.

Materia
- vt ſit abſolute vnde pendeat quæſitum.
- vt ſit tale quid. p. ignis pendet ab aliqua forma.
- vt euadat cauſſa rei totius, pendet prætetea à forma.
- vt maneat cauſſa, pendet à formæ & opifice generali, & nonnunquam particulari cauſſa effectrice, cùm videlicet hæc neceſſaria eſt ad conſeruationem formæ. p. luminis.

Ariſtoteli mundus eſt æternus. Itaque Socrates pendet à Sophroniſco, ab auo & proauo, & ſic deinceps in infinitum. Nobis regreſſus talis dicitur excurrere in infinitum, quia non neceſſario eſt præſcriptus talium cauſsarum numerus. Sæpè connectuntur cauſę duæ, quarũ neutra alteri ſubordinatur.

Tùm
- vel vtraque refertur ad vnum eundemque finem minime vltimum: vt ſutoria & ſartoria ad Remp.
- vel contra res habet; vt homo & angelus ſi connectantur.

Concauſſatio.

Cauſæ dicuntur eſse ſibi inuicem cauſæ, & *concauſæ* eo nomine. n. quod aliquo modo in effectu procreando à ſe inuicem pendeant, vna pendeat ab altera.

Sed duobus modis cauſę ſibi inuicem cauſæ eſſe intelliguntur.

Priori in eodem genere cauſę vt e. g. cum pluuia dicitur materia vaporis, & vapor pluuię. De qua re ad lib. Apodict.

Poſteriori in diuerſis cauſę generibus: vt quando ſanitas dicitur cauſa, & effectus deambulationis.

Connexio cauſarum.

Connexio cauſarum vocatur *confluxus*, concurſus, conuentus, conuentio, cætus & coitus, coitio ex Scal. ad primum de cauſſis. σύῤῥοιᾳ συμβάσις συνδρομή.

Nihil cauſam ſingularem, ſiue vnicam habet, niſi Deus ſui dicitur finis.

Quo circa cauſarum copulatione & ſocietate opus.

Copulantur
- tum cauſæ diuerſi generis: vt finis, opifex &c.
- tum cauſę eiuſdem generis: vt duo iugales equi.

Connexio cauſſarum diuerſi generis.

- res
  - Spiritalis
    - *Deus*, qui cauſſa caret (niſi dicatur aliquomodo ſui ipſius finis) nam propter ſemetipſum omnia operatus: factor materia, forma & exemplar ſui ipſius neutiquam eſt.
    - *creata*
      - *ſubſtantialis* indiget fine, opifice, exemplari.
      - *accidentaria* indiget præterea ſubiecto, cui inhæreſcat: vt mens Angeli.
  - Corporea
    - *Cæleſtis*. de qua ſuo loco.
    - *Simplex*
      - *materia* de qua ſupra.
      - forma, quæ non indiget forma, cæteras poſtulat cauſſas.
    - *compoſita*: vt arbor indiget omnibus cauſſis.

Connexio cauſſarum eiuſdem generis.

Cauſæ eiuſdem generis vel non coniunguntur, vt Alexander & Cæſar.

Vel coniunguntur & concurrunt ad vnius eiuſdem effectus procreationem.

- Tum
  - vel non ſunt ſubordinatæ: vt duo iugales equi, duæ lampades duo latomi.
  - vel ſunt ſubordinatæ: vt manus & malleus.

Subordinatio.

- Dependentia
  - quædam ſine ſubordinatione: vt quando duo equi pendent à ſe inuicem.
  - quædam cum ſubordinatione: vt malleus à manu

Subordinatio eſt quando vna cauſa eſt ſuperior & ſubordinans: vt manus. Altera inferior, & ſubordinata, & ſubſeruiens: vt malleus.

Subordinatio in cauſis vna magis exquiſita, quæ dicitur *eſſentialis* cũ vna ab altera pendet in cauſatione ipſa: vt manus à mente, malleus à manu, vel à Deo.

Altera minus exquiſita quæ dicitur *accidentaria*, quãdo vna ab alia pendet, vt ſit extiteritue. p. diſcipulus à magiſtro, filius à patre. Sed non pendet vt cauſet, ſeu in ipſo effectu procreando.

In quo cauſſarum genere ſubordinatio?

In omni cauſarum genere inuenitur, & eſt iudicanda ſubordinatio.

Finis ſubordinatio.

Fines crebro occurrunt ſubordinati: vt deambulatio, vt ſanitas, vt fœlicitas. De qua re in ethicis lib. 1.

Vbi debet fieri aliquid primum, aliquid ſecundum, aliquid tertium locus eſt fini ex cap. 8.

Efficientium.

In efficientium cauſſarum genere locus ſubordinationi.

Subordinatur { inſtrumentum præcipuæ cauſæ, vt fabro malleus. / cauſa ſecunda primę: vt equus Deo.

Sed primò inſtrumenta mera inutilia ſunt, niſi prӕmoueantur ab opifice.

2. organorum { alia plane neceſſaria ſunt ad operandum: vt facultates manus. / alia vtilia non neceſſaria: vt habitus, cuneus, malleus.

3. nonnulli artifices, & opifices ita ab alijs pendent, vt illorum non præſenti, ſed præterita opera, præſentique opere indigeant: vt ſutor & ſartor opera eorum qui conficiunt pannos, & corium parant.

Cauſę autem { aliæ publicę & vniuerſales, vt ſol / alię priuatæ & ſecundę, vt equus } de quarum connexione infra.

Formarum.

Primò in rebus artificioſis donec perueniatur ad perfectum opus, forma ſuccedit formę ſubſeruienti, vt perſpicuum in panno & pane conficiendo.

Deinde author eſt Ariſtoteles 2. de generation. cap. 3. fœtum humanum primo viuere vitam plantę, mox vitam animalis, demum vitam hominis.

Omnino multæ imperfectiores formę ſubſtantiales: vt oui, ſeminis ad præſtātiores referuntur, eique ſubſeruiunt per interitum ſui.

3. ſi admittitur formarum ſubſtantialium multiplicitas in re eadē eodē tēpore *partiales*, vt forma oſſis, forma nerui, & viliores, vt forma elementi, ſubſeruiunt & ſubordinantur ſine ſuo interitu totalibus & excellentioribus. p. animæ humanę.

4. Citra controuerſiam accidentariæ formæ ſubſeruiunt, ſine ſuo interitu alijs accidentarijs: vt quantitas calori, & frigori.

Materiæ.

Materia materiæ non ſubijcitur & ſubordinatur niſi loquamur de materia artificum, materia ſecunda, vel materiæ nomine intelligamus genus.

Materies vna eademque numero refertur ad ſe ipſam alio modo elaboratam.

Habet ſe vt { vt lana ad ſtamen, ſtamen ad pannum, pannus ad veſtem. / triticum ad farinam, hæc ad maſſam, maſſa ad panem, hic ad chylum &c. / ſubſtantia ad corpus, corpus ad viuens.

De præſentia cauſę in rudimentis, & in ſingulis cauſis explicandis.

Præfinitio, cauſa prima.

In cauſis non datur progreſſus in infinitum.

Nō ſunt vnius eiuſdemq; effectus cauſæ innumerabiles: ſaltem apud Ariſtotelem, cui æternus mundus dependentes à ſe eſſentialiter.

Si tales exigerentur *innumerabiles* non percurrerentur, nihil fieret.

Ideo in omni cauſarum genere ad primam deuenitur.

p. { ad primum vltimumque finem, de qua te in Ethicis.
ad primum opificem & motorem 7. & 8. Phy.
ad materiam primam.
ad definitionem, quæ formarum & probationum prima. }

Cauſæ coniunguntur duobus modis per ſe, per accidens.

Si { per accidens; non eſt præfinitus cauſarum numerus.
{ *genere* non ſunt niſi quatuor aut quinque.
ſpecie plures eſſe poſſũt. ſed ęſtimãdæ ex multitudine indiuiduarũ.
numero in multis generibus, ſpeciebuſue multæ: ſed ex quoque genere æſtimandæ. } }

In vno genere ſpecieue, aut ſunt minimè dependentes à ſe inuicem; aut ſunt pendentes.

vrioti nomine pro libidine amplificari poteſt earum numerus.

Si dependentes ſunt dependent citra ſubordinationẽ, nec eſt præfinitus numerus, aut cum ſubordinatione,

Tumque { *Si accidentaria* eſt ſubordinatio non eſt præfinitus numerus cauſarum.
Si eſſentialis, non licet progredi in infinitum: ſed eſt determinatus numerus cauſarum vnius eiuſdemque numero rei: conſule rudiméta. }

Concluſio. Omnino in negotio cauſarum vnius eiuſdẽque rei, non licet progredi in infinitum, ſi cauſæ ſunt dependentes, ſubordinatę eſſentialiter, & per ſe cauſę, licet ſi res aliter habet.

Varius coniunctionis modus.

Coniungitur cauſa per accidens cum cauſa per accidẽs, vt cũ Socrates philoſophus dicitur deambulare.

Cauſa per ſe cum cauſa per ſe: vt cum ignis calidus dicitur comburere.

Cauſa per accidens cum cauſa per ſe: vt cũ Pyrgoteles ſculptor dicitur ſculpere.

2. Coniunctio fit cum dependentia, ſine dependentia.

3. Fit cum ſubordinatione, vel citra ſubordinationem.

4 Coniunguntur cauſę eiuſdem generis, vel diuerſi generis.

Ordo.

Cauſę dum ſpectantur tanquam cauſę aut cauſantes diſponuntur in h. m.

Finis, *effector*, *materia*, *forma*: de exemplari infra.

Si conferuntur cum re naturali, ſic numerantur.

Materia, forma, *effector, finis*, niſi mauis proponere formam.

Si ab actione & motione fiat initium numerandi & ordinandi, cauſę ſic recenſentur *forma, efficiens, & finis, materia*.

Materia nullam vim mouendi & agendi habet.

Connexio cauſæ cum effectu, & variæ affectiones cauſæ.

Prima affectio.

Effectu poſito, poſita cenſetur cauſa ad hunc ſenſum.

Cẽſentur { eſſe *materia & forma*, & quicquid cauſarum neceſſarium ad cõſeruationem.
aliæ cauſæ extare vel extitiſſe ſaltem ratione cauſationis. }

Finis { effectum antecedit ſemper ratione cauſationis.
non ſemper ratione eſſentiæ, & τοῦ eſſe.
non ſemper ratione adeptionis. }

Si effectus prodire poteſt à plutibus cauſis: vt ſanatio à medelis pluribus, eo poſito non concluditur cauſa niſi per diſiunctionem. 2.
Si hoc, fuit hoc, vel illud.
Sed Logici conantur duas cauſas, quæ effectum eundem ſortiuntur reuocare ad vim & notionem communem, de qua re in Apodicticis. 3.
Quando ponitur compoſitum, poſitæ cenſentur partes; & partium idonea diſpoſitio.

Secunda affectio.

Poſitis materia & forma, aut alijs omnibus partibus, non ideo ponitur effectus niſi apte coniungantur. 1.
Cum ponuntur cauſæ omnes non ſolum tanquam res aliquæ, verum etiã tanquam cauſæ, neceſſario ponitur effectus. 2.
Poſitis omnibus cauſis cum appendicibus ponitur effectus. 3.
Poſita forma tanquam informante ponitur effectus: non ſi anima rationalis, ideo eſt homo. 4.
Poſita forma quæ ſit alia à rationali anima, per naturę ordinẽ ponitur effectus: 5
Poſito effectore virtute, i. eo qui efficere poſſit, ponitur virtute effectus, niſi materia deſit. 6
Poſito effectore actu, i. eo qui ſeipſa efficit, ponitur effectus. 7

Tùm { *totalis* ſi procreatur momento temporis; vt homo.
partialis ſi fiat tractu temporis: vt domus, & calor. }

Tertia affectio.

Demonſtrat effectus cauſam, cauſa effectum: vt explicatur in Apodicticis. 1.
Contraria ex contrarijs percipiuntur. 2.
Notior cauſa effectu, effectus cauſa, ſed diuerſo ſenſu. 3.
Cauſæ naturales efficientes ſunt ad vnum determinatæ aut ad pauca: ideo variorum variæ cauſæ. 4.
Dianoeticę & electiuæ ſunt indifferentes. p. ad ędificandum, ad pingendũ, &c.
Eadem cauſa, vt vis motiua, eſt quid determinatum quatenus eſt cauſa *naturalis*. p. ad mouendum. Quid verò indifferens & indeterminatum, quatenus eſt cauſa *electiua*. p. ad ædificium, ad natem, ad tabulam, ad talem tabulam.
De fine & determinatione naturę in Phyſicis.
Conſulenda collatio artis cum natura.

Quarta affectio.

Cauſa & effectus ſunt ſimul natura, quatenus referuntur ad ſeinuicem. 1.
Cauſa quatenus cauſa eſt prior quam effectus ſecundum naturam, non tamen ſemper ſecundum tẽpus. 2.
Cauſa quatenus cauſa non eſt effectus, nec contra. 3.

Quinta affectio.

Idẽ facit idem [quandiu idem.] Sed res mutatur tùm intrinſece, tùm extrinſece. 1.
In natura idem poteſt eſſe contrariorum cauſa, ſed diuerſo ſenſu; ita vt non remaneat planè idem. 2.

n. { vnius rei per ſe, aut per præſentiam ſuam: vt gubernator ſeruatæ nauis.
alterius rei per accidẽs, aut per abſentiã: vt gubernator abſẽs euerſę nauis. }

Sed quęritur vtrum idem poſſit eſſe cauſa vtriuſque contrarij.

3. Prima ſeu generalis eſſe facilè poteſt: vt Deus, Sol & Luna.

Secunda poteſt eſſe *immediata* cauſa vnius, & *mediata* alterius: qui ignis cauſa eſt cur aqua calefiat: idem cauſa cur facilius deinde congeletur.

Sed eſſe immediata vtriuſque non poteſt, ſi eſt eadem diſpoſitio: poteſt tamen ſi diuerſa: calor liquat, & indurat.

4. Dum augetur cauſa quatenus cauſa, effectus etiam amplificatur.

5. Perfectioris cauſæ perfectior effectus, imperfectioris imperfectior: ſi cætera ſint paria.

6. Contrariarum cauſarum conſecutiones quæ conueniunt illis (quo nomine ſunt contrarię) ſunt contrariæ.

Candor diſſipat aſpectum, vt & lux.

Ideo aſpectum congregat nigror, & caligo.

Sexta affectio.

Cauſæ Philoſophus amans, de qua re alibi.

Septima affectio.

1. Malum quatenus malum nec verè eſt effectus, nec verè cauſa, vt nec verè aliquid rei.

2. Cauſæ boni & cauſę mali ſunt contrariæ.

Vel eædem, ſed contrario ſenſu, vt declaratur alibi.

OBIECTIONES.

Aduerſus quaternarium cauſarum numerum.

Videri pauciores.

1. Cauſa eſt effectu prior: finis non item: Ergo, &c.

D. P. per ſe N. per ſe, vel ſaltem per conditionem neceſſariam ad cauſandũ C.

2. Nihil eſt cauſa niſi id propter quod: ergo nihil propter finem.

D. A. ſi latiſſime ſumitur ea formula C. ſecus N.

3. Forma eſt effectus: ergo non eſt cauſa.

D. { ſi cum compoſito confertur, videtur cauſa & effectus.
ſi cum exemplari, eſt effectus.
ſi cum opifice, & materia, partim eſt effectus, partim cauſa. }

4. Forma nulli rei dat eſſe: Ergo non eſt cauſa.

N. A. quia materiæ dat *extrinſecum* eſſe, compoſito intrinſecum.

5. Forma eſt tota quidditas, & eſſentia rei: Ergo nihil materia opus.

D. A. { ſi vſurpetur pro ſpecie, definitione explicatur C.
ſi pro forma, quæ ineſt ſubiecto N. }

6. Dicitur vſia & eſſentia etiam à Peripateticis.

Diſtin. quod ſit tota eſſentia rei N. quod præcipua C.

7. Cauſa alia à fine per ſeipſam effectum antecedere debet: forma non antecedit compoſitum & materiam: Ergo, &c.

D. P. per naturam ſaltem C. tempore N.

Per

per naturam non antecedit materiam.

D. vt materiam C. vt informatam N.

Effector nihil ex ſe operi tradit quatenus effector: Ergo non eſt vera cauſa.

D. A. { quod fluat forma ab opifice in materiam: vt à fonte in riuum aqua C.
quod opera virtutis, quæ eſt in cauſa effectrice forma recens in materia procuretur, excitetur, vniatur N. }

Videri plures.

Cauſa & principium reciprocantur. *Prima*

D. ſi vtrumque nomen latiſſimè ſumitur C. ſi propriè N.

Si finis eſt cauſa, cur non & locus & tempus? Reſp. quia iſta, & ſimilia ſunt tãtum conditiones per ſe, non influunt, non reſpondentur ad quæſtionem *propter quid*. 2.

Et tempus & locus ſunt cauſæ. Diſt. per aliud .p. per calorem, frigus, &c. C. per ſe N. 3.

Inſtrumenta videntur aliquam vim diffundere in effectum. 4.

Reſp. { primò non tam eſſe cauſas, quam concauſas & ſubadiuuas.
2. per analogiam continetur ambitu mutantis cauſæ.
3. reuocari ad primarias tanquam appendices. }

Diſpoſitiones materiæ videntur cauſæ. Reſp. reuocari illas ad materiam quatenus faciunt ad admittendum, & eſſe verius conditiones quam cauſſas reuocari ad opificem quatenus ſunt eius inſtrumenta. 5.

Exemplar eſt cauſſa. Reſp. reſpondendum infrà. 6.

Natura, fatum, fortuna, caſus, &c. ſunt cauſſæ. Reſp. reuocari ad modos aſſignatos. 7.

Monitum.

In ſingulis cauſſis explicandis traduntur non pauca, quæ facilè traducas ad vniuerſum genus.

Sunt ne cauſſæ quatuor numero?

Cauſſæ ſunt quatuor numero, non tamen cauſſæ numero .j. cauſſæ numericè & ſingulariter ſumptæ ſunt quatuor tantum.

Monitum alterum.

Multa ruditer proponuntur in genere, quæ accuratius exponuntur in aliqua ſpecie, vt patebit.

CAPVT II.

De fine, ſeu finali cauſſa.

ARTICVLVS PRIMVS.

Ordo, nomen, notio, exiſtentia, diſtinctio.

Notio communiſſima.

Finis id quod efficientem cauſſam primum impellit ad cauſandum, ſiue ſit bonum, ſiue malum.

Ordo, exiſtentia.

Niſi moueat retineatue finis, reliquæ cauſſæ cauſſare nequeunt, Itaque finis inter cauſſas tenet principem locum, materia non fundet formam niſi moueatur ab opifice, non mouebit opifex, niſi aliquo fine impellatur.

Si tollitur finis tollitur omnis motus, omniſque cauſſa: atqui datur motus, & cauſſa: Ergo & finis.

Natura prudentiſſima eſt: ideò nihil facit fruſtra: Ergo quæ facit propter finem facit.

Diſtinctio.

Finis, & *ſcopus* videtur conſtituendus duplex *rei bonæ*: vt & duplex *rei malæ*.

.n. { vnus pro re bona, quem auerſetur, qui procuret *odium*, *auerſationem*. & hic habet rationem *mali*: vt lupus ſi ad ouem referatur.
alter pro eadem qui dicitur propriè *finis*, qui attrahat, aut retineat ſaltem: vt ſanitas ſi ad nos referatur, lupus ſi referatur ad catulos. }

Sed *malum*, vt non eſt propriè aliquid rei, & per ſe: ita non eſt propriè cauſa, non eſt propriè effectus.

Non datur *auerſatio* ſine aliqua perſecutione, *odium* ſine amore, vt ſignificatum eſt in Ethicis. Quod fugit oditque lupum, perſequitur & amat ſuam incolumitatem.

Ita auerſatio reuocanda ad perſecutionem & retenſionem.

Intelligenda auerſatio ex perſecutione per contrariorum legem.

Intelligendus finis quem auerſeris, ex fine quem perſequaris.

Finis *mali* ex fine *boni* comprehendendus.

Notio verioris finis.

Notio finis poſita in rudimentis, & mox ponenda, exponendaque.

Nomenclatura.

Particula *vt* ſolet indicare finem.

Sed { veni vt *videam* te, ſi viſio vtilis mihi.
veni vt *videaris* à me, ſi tibi vtilis, Scaliger. }

τὸ AD eſt affine aliquid, ſaltem aliquomodo.

Finis dicitur abſolutio, id cuius gratiâ, id cuius ergo, id propter quod τέλος, bonum aliorum, Scopus, &c.

Digitized by Google

Finis, & τέλος.

Finis à fio, τέλος, à τελέω, vel contra.

Finis
- generatim quidquid eſt extremum, & terminus.
- propriè terminus *perfectiuus*, mors abuſiuè finis.

Deducere ad finem, eſt perficere, abſoluere, *affiner*.

τελέωσις eſt impoſitio finis, τέλειον perfectum.

Entelechia, τὸ ἐν τέλει ἔχειν, in fine habere, id quo res in fine ſe habet.

Scopus.

Scopus Scaligero à σκέπειν. i. à tegendo. Sagittarius non prius emittit, quam teli mucrone obtexerit.

Scopus
- primò quaſi punctus, qui petitur à ſagittario.
- ſecundò finis qui referatur ad vlteriorem.
- tertiò finis bonus, ſed abſens.
- quarto finis bonus, ſiue abſens, ſiue præſens.
- quintò finis quem perſequaris, aut auerſeris.

Bonum.

Finis bonum, bonum aliorum.

Ariſtoteli ἄριστον τέλος, (optimus finis) non ſine alluſione ad ipſius nomen.

τὸ *propter quid?*

τὸ *propter quid* abuſiuè, aut minus propriè indicat conditiones & occaſiones quaſuis: vt quando aliquis dicitur inuidere propter virtutem.

In cauſſis
- latiſſimè quamuis cauſſam ſignificat.
- latè finem quemlibet.
- ſtrictè certum finem, non quemuis. De qua re infra.

Id cuius cauſſa.

Inter cauſſas finis eſt primum analogatum, ſi res ſpectetur & cauſſatio: vt opifex ſi ſpectetur nomen.

Cauſſa ſæpè pro cauſatione. *Monitum.*

Quid?

Finis definitur id cuius gratiâ fit, eſtue aliquid.

Id propter quod; bonum alterius rei.

Id quod primum impellit cauſſam efficientem ad cauſſandum.

Id quod intenditur abſens, & præſens retinet.

ARTICVLVS II.

Variæ diuiſiones finis.

Monitum.

Variæ circumferuntur diuiſiones finis. 1.

Quæ { partim finis communiſſime ſumpti.
partim finis qui obtineat rationem boni.
partim finis naturalis.
partim finis humani. }

Quid diuidatur internoſcere non erit difficile.

2. Ferè differentiarum proponendarum explicatio aliundè repetenda.

Prima diuiſio.

Finis vel *propriè finis*: vt quando veniſti datâ operâ ad cœnandum.

Vel duntaxat *quaſi finis*: vt quando non veniſti quidem vt cœnares, animo cœnandi, veniſti tamen perindè atque ſi datâ operâ veniſſes ad cœnandū.

Quid ergo quaſi finis?

Id quod non proponebatur pro fine, nihilominus euenit, non ſecus atque ſi pro fine propoſitus fuiſſet.

Secunda diuiſio.

Finis vel eſt *verè bonus*, vel ſpecie tenus.

Tertia diuiſio.

Finis { *agentis*: vt pecunia, ædificatio.
actionis, generationis; vt forma, compoſitum, pharmacum.
rei genitæ: vt habitatio, rei naturalis actio. }

Agens autem *naturale* eſt: vt ignis, ſol, arbor: vel *dianoëticum*, vt Angelus, Deus, homo.

In dianoëtico finis *artificis*; vt pecunia, honos. & finis *artis*, vt architecturæ ædificatio.

Artifex { quatenus vtitur arte, ſequitur finem artis .p. medicus curationem.
quatenus abutitur arte, aut traducit illam ad aliquid, abhorrens à natura eius.p. pecuniam, honorem, dicitur ſequi finem artificis. }

Finis { *artis* determinatus, quia quaſi natura artis.
artificis indeterminatus, qui pendet ab electione, &c. }

Quarta diuiſio.

Finis clarior eſt & apertior, vel obſcurior.

Quinta diuiſio.

Eſt *rei naturalis*, vel *rei dianoeticæ*.

Sexta diuiſio.

Eſt ſubſtantia, vel accidens: vel vtrumque.

Septima diuiſio.

Eſt *vltimus*, vel *intermedius*. Si datur finis, datur & vltimus, ne regrediamur in infinitum.

Qui primus vel tantum in certo genere primus: vt bona, valetudo in medendi arte; vel abſolutè & omnino primus, vt Deus.

Octaua diuiſio.

Eſt *proximus* finis, vel *remotus*, Datur in finibus ſubordinatio.

Nona diuiſio,

Internus eſt vel *externus* finis: vtriuſque differentiæ varia notio repetatur è rudimentis.

Aliud *internus finis*. Aliud internus *artis finis*.

Decima diuiſio.

Eſt præcipuus, vel *ſecundarius* tantum.

Vndecima diuiſio.

Eſt totalis, & integer, vel partialis tantum.

Duodecima diuiſio.

Cognoſcitur propriè à re quam mouet: vel impropriè tantum, vt centrum à grauitate.

Decima tertia diuiſio.

Eſt præſens, vt beato Deus: vel abſens, vt viatori Deus, ſanitas ægro.

Decima quarta diuiſio.

Finis vel opera, vt agere, vt viuere: vel opus, & egiſſe, vt ædificium, ædificaſſe.

Alicubi melius agere quàm egiſſe. Alicubi contrà.

Actio { vel concretè ſumitur: vt ædificans.
vel abſtractè: vt ædificatio.

τὸ agere ſumitur tum concretè, tùm abſtractè: vt grammatici docent.

Decima quinta diuiſio.

Finis { vnus *cui* media ſunt *bono*: vt ſanitas, viſio Dei.
alter cui media non ſunt bono: vt Deus.

Quemadmodum tendens ad finem vel perficitur adeptione finis, vt æger: vel non vt Deus, medicus.

Decima ſexta diuiſio.

Finis efficiendus, vel comparandus tantum.

Decima ſeptima diuiſio.

Finis { id cui efficitur, paraturue ſaltem aliquid: vt homo cui domus, fit, paratur.
quid efficiendum: vt domus, fœlicitas, ſanitas.
quid comparandum non efficiendum: vt Deus, portus.
ipſa effectio, vel comparatio: vt viſio Dei, appulſus ad portum.

Decima octaua diuiſio.

Finis { vnus cui media inſeruiunt ſine ſuo interitu, & hic expetitur à mediis.
alter cui media non inſeruiunt niſi per interitum: vt lignum ſi ad ignem referatur: & hic non concupiſcitur propriè à mediis.

Tunc enim ſi medium concupiſceret finem ſuum, concupiſceret interitum, quod abſurdum ex primo Phyſ. ne priuatio quidem poteſt appetere finem, &c.

Nempe,

Vna, vt medicus curans, quæ intendit effectum, eumque procreat ſed per alienam virtutem.

Altera, vt calor calefaciens, quæ per quam virtutem intendit effectum, per eandem illum procreat.

Quid ergo cauſa per ſe?

Generalius cauſa per ſe dicatur, quæ intendit effectum ſiue faciat virtute propria, ſiue aliena. Et hoc modo Medicus, & Agricola ſunt cauſę per ſe.

Specialius quæ virtute propria effectum procreat: vt ſol, lumen. Et hoc modo Medicus cauſa eſt *per accidens*, non *per ſe*.

Item.

Cauſa per ſe vel includit cauſam per partem, vel excludit. De qua re ſupra, & in compendiis.

Cauſa per accidens.

Quæ cauſa opponitur *cauſa per ſe*, dicitur *cauſa per accidens, ſecundum accidens*.
Cauſa non per ſe, cauſa ſecundum aliud.
Cauſa tanquam accidens, vt accidens.
Cauſa per conſecutionem, conſequentiam.

Cauſa per accidens, ea quę vi ſua minimè effectum creat, vel intendit: habet tamen aliquam coniunctionem cum cauſa per ſe.

Habet per ſeipſam: vt cum medicus ædificat. Ars medendi coniungitur cum arte ędificandi. Vel per effectum, qui dicitur ipſius: vt incendiarius côburés.

Cauſa per accidens intelligenda & diſtinguenda ex varietate cauſæ per ſe.

Cauſa per accidens { generatim quæcunque non eſt cauſa per ſe primò. / ſpeciatim quæ dicitur eſſe cauſa, ſed nec per ſe primo, nec per partem eſt.

Tumque { vel phyſicè tantum non dianoeticè eſt cauſa per accidens: vt medicus curans. / vel omnino cauſa per accidens: vt foſſor dum theſaurum inuenit, pelias haſta dum ſanat.

Quæ omnino per accidens eſt indefinita, & effectus indefiniti.

Conſulantur rudimenta, & ſermo de fortuna in phyſicis.

Monitum.

Cauſę per ſe ſolent explicari per communes terminos cuiuſmodi ſunt pictor, architectus.

Quando proprium nomen pro cauſa profertur, ſolet eſſe cauſa per accidens: vt. Apelles, Pyrgoteles &c.

Trigeſima, & præcipua diuiſio.

Cauſæ quatuor *id propter* quod, *id à quo, id ex quo, id quo, ſeu finis, efficiens, materia* & *forma* 2. Phyſ. 5. Metaphyſicæ 2. de demonſtratione.

Quo modo reducatur *id ad quod*, ſeu paradigma & exemplar quæretur poſtea.

Cauſa libera & naturalis.

De libertate in Ethicis quanquam generatim eſt quid Metaphyſicum.

Naturalis cauſa primò quæ neceſſaria,non libera.
2. quæ congruens,non violenta.
3. quæ non ſupernaturalis.
4. quæ verè,propriéque cauſat,non per preces tantum,aut ſimili modo.
De morali cauſa in ſermone de opifice.

Producens conſeruans.

Cauſa producit dum largitur τὸ eſſe. Coſeruat dum continuat datum.

Interna, & externa.

De interno & externo in rudimentis Metaphyſicis.

Totalis, partialis.

Totalis cauſa vnde pendèt effectus totus:vt totum lumen aëris à ſole.
Partialis vnde pendet pars effectus non autem effectus totus: vt vnus ex pluribus laromis &c.

Partialis { vel eſt iners dum ſeiungitur ab alia aliiſue: vt equus qui ſolus rhedã vehere nequit,licet nixum impetumque imprimat.
vel non,vt vna ex pluribus lucernis aërem ſimul illuſtrantibus. }

Totalis { vel eſt totaliter cauſa ſaltem in ſuo genere: vt quando Deus ſolus aliquid procreat.
vel non totaliter: vt totus ignis qui cum toto calore agit. }

Effectus pendere poteſt à cauſis pluribus,ita vt pendeat à quaque totus. p. totus à manu,totus à mente.
Conſulendus ſermo de efficiente cauſa mox inſtituendus.

Mediata, immediata.

Mediata cauſa ex immediata intelligitur.
Immediata, vel quæ non vtitur medio,ſiue inſtrumento: vt cum Deus creat.

Item { vel cuius virtus non eſt dependens.
vel quæ contigua,aut proxima eſt. }

Idque { ſiue per ſuppoſitum,aut per ſe: vt quando ignis calefacit lebetem quã attingit.
ſiue per virtutem à ſe diffuſam: vt quando ſol emollit ceram. }

De mediata, & immediata cauſa in Apodicticis; in Phyſicis.

Neceſſaria cauſa.

Neceſſitas, ex neceſſitare, neceſſario, oportet & conſimilia habent affinitatem.
De neceſſario & contingenti inter principes entis differẽtias verba fiũt à Metaphyſico.
Neceſſitas Dei abſolutiſſima. Quę creaturæ eſt neceſſitas,ea cauſę,vel effect⁹.
Cauſa neceſſaria,quæ non poteſt effectum non procreare.
Neceſſitas effectus à materia,& à fine: ideoque & à cauſis aliis.
Effectuum naturalium neceſſitatem veteres repetebant à materia ſola & conditionibus illius. De qua re in phyſicis. Vetus philoſophia vix credebat materiam eſſe in opificis Dei poteſtate.
Neceſſitas effectus reuera petenda ab omnibus cauſis.
Sed quæ petitur à cauſis aliis reſoluitur in finem. Neceſſitas medij à fine pẽdet.

Faciendum hoc,apponendum hoc quia talis proponitur ſcopus.

Fatum Peripatetici videntur repetere à priuatis cauſis, aut ab omnibus quæ ſint neceſſariæ ac naturales.

Fatum tamen rarius neceſſitas in priuata cauſa,vel à priuata cauſæ.vt ſi dicatur fatale eſſe homini mori,quia per naturæ conditionem ei moriendum eſt.

Sæpius fatum eſt quid publicum.

Tumque { vel à cœlo vno. / vel à tota rerum vniuerſitate. / vel à Deo petitur,æſtimatur. De qua re alibi.

Monitum.

plures cauſę diuiſiones repetendæ aliunde.p.ex diuiſione entis.

Finis *quo* ſeu per quem, vt fruitio, viſio.
Finis *propter quem*: vt Deus, ſpectaculum.

Hinc.

Subiectiuum bonum: vt homo.
Formale, vt videre Deum.
Obiectiuum, vt Deus.

Vigeſima ſecunda.

Finis duplex Ariſtoteli 2. de animo text. 35.

n. { finis οὗ, & *cuius* ſupple gratià ἕνεκα. / finis ᾧ finis *cui*, aut potius finis *quo*. }

Prima interpretatio.

Finis cuius. i. ad quem directe pergitur.
Finis cui. i. is cui comparatur.

Secunda interpretatio.

Finis *cuius* [gratiâ,] tum id quod comparatur, vt Deus: tùm res cui comparatur: vt homo.
Finis ᾧ finis *quo*, aut finis per quem, vt ædificatio, viſio.

Tertia interpretatio.

Finis οὗ res paranda.
Finis ᾧ ipſa comparatio, ſiue adeptio.

Monita. Primum.

Omitti ſolet finis, *cui* bonum comparatur.
Vel reuocari ad finem quo, cuius eſt ſubiectum.

Secundum.

Datiuus græcus exprimi latinè poteſt, tum datiuo, tum ablatiuo. hinc ambiguitas.

Tertium.

Satius interpretari *quo*, quam *cui*.

Quartum.

Aliæ finis diuiſiones colligendæ ex diuiſione cauſæ, & aliu ndè.

Quintum.

Finis { cum motu coniunctus, vt finis rerum naturalium.
Finis { ſine motu vt finis rerum ſpiritalium.

Sextum.

Finis { per ſe vt cum forma dicitur finis generationis.
Finis { per accidens: vt cū corruptio prioris formæ dicitur finis generationis.

ARTICVLVS III.

De cauſatione finis.

Finiſne cauſa ?

Cum quæritur *propter quid* omnium iudicio, reſponſio idonea eſt ſi proferatur finis: à fine effectus pendet magis quam ab vlla cauſa, eique maximè commenſuratur.

Sæpe qui quærit propter quid, videtur non quærere, niſi finem.

Obiectiones.

Finis opponitur principio: Ergo cauſſæ quæ principium eſt. *Prima.*
D. A. princi pio, vnde incipit motus propriè dictus, ſeu effectori C. principio ſimpliciter N.
Finis & principium & extremum eſt.
Idem non poteſt habere nomen à ſuis omnibus affectionibus.
Sanè { vt differentia quanquam ſic appellatur, eſt tamen aliquomodo ſimilitudo.
Sanè { ita & finis aliquomodo principium eſt.
Finis eſt extremum. D. ſecundum executionem C. ſecundum intenſionem N. 2.
Quod non eſt actu, quandiu ita habet, nullius rei cauſa eſt. 3.
N. P. quia gallina mortua generat per vim ſuperſtitem in ouo.
Finis cauſare poteſt etiam quando non eſt actu, niſi iudicetur quid impoſſibile paratu. 4.
Reliquæ cauſæ non cauſant niſi quando ſunt actu, aut ſaltē fuerunt actu.
Reſp. diſſimilem eſſe rationem finis.
Quidquid cauſat debet eſſe aliquomodo præſens. 5.
Reſp. finem præſto eſſe per *notitiam & intentionem*.

6. Cauſſa ſimul cum effectu per relatorum legem.

Atqui finis effectum { ſæpè antecedit: vt hominem Deus / ſæpè ſequitur: vt habitatio domum } Ergo,&c.

D. P. { ratione cauſſationis C. / ratione eſſentiæ & exiſtentiæ N.

7. Finis nihil cauſſat. Reſp. cauſſare operam & opus effectoris, & bonitatem mediorum.

8. Veræ cauſſæ relatio & affectio ad effectum exquiſita eſt & realis.
Atqui finis non ſum exiſtentis affectio, & relatio nequit eſſe talis: Ergo non eſt vera cauſſa. N. propoſitio.

Finiſne prima cauſſa?

Prima dignitate: quia mouet non mouetur, cætera propter finem.
Prima cauſatione& ordine: quia niſi mouere incipiat, null'eſt futurus motus.
Reliquæ neceſſitates in finalem reſoluuntur.

Quid requiritur vt cauſſet?

Debet cognoſci, debet iudicari bonum, idque per mẽtem, aut quaſi mentem.
Debet appeti, & intendi, retineriue, aut retinere per voluntatem, vel quaſi voluntatem.

Cauſſat-ne finaliter res quæ dicitur finis, an notitia eius?

Eſt-ne cauſſa per eſſentiam ſuam, an per notitiam ſui?

Cauſſat-ne finis vt ſanitas per τὸ eſſe ſuum reale, an per notionale, & intenſionale?

Notio eſt conditio *ſine qua non* mouet, & cauſſat finis, id ue quod finis dicitur: nam incognita non appetuntur: ſi quid impropriè appetitur: etiam cognoſcitur: vt centrum à grauitate.

Mouere tamen & cauſſare præcipua auctoritate dicitur non notio rei. p. ſanitatis, non appetitio eius, atque amor, ſed res ipſa. Etenim conditiones & affectiones finis, conditiones cauſſæ præcipuæ & cardinalis congruunt rei expetitæ, non illius notioni, & amori.

Sanitas ex.gr. reddit pharmacum optabile, explet, &c. non autem notitia finis: finis reſpondetur per VT non autem notio rei, & appetitio eius. Si quidem *cauſſatiuitas* vt ita loquar re ipſa eſt, vbi bonitas quæ expetitur.

Obiectiones.

Prima. Finis eo nomine cauſſa eſt prima: non eſt autem prima niſi ratione notitiæ, & intentionis: Ergo cauſſa eſt per notitiam & intentionem,

Reſp. ad ſumptionem finem eſſe cauſſam primam, ob hanc rationem.

n. { quia ipſa eſſentia eius prima non mouet per notitiam & intentionem ſui tanquam per conditionem, quaſi inſtrumentum. / non autem quia ipſa illius notio nos moueat, non enim tunc iniicit ſui deſiderium, &c.

Nihil,

Nihil cauſſa eſt qua parte non eſt: finis plerumque nondum ſecundum eſſentiam eſt, cum cauſſare dicitur: Ergo ſecundum eſſentiam non eſt cauſſa. 2.

D.P. ſi cogitetur tanquam nihil Tranſeat, ſi tanquam aliquid N. & reſpondeo finem eſſe poſſibilitate aut ſaltem videri eſſe poſſibilitate.

Cauſſa vera eſt aliquid verum: atqui quod nondum eſt non eſt verum: Ergo. 3.

D.P. ve rm { primò quicquid poſſibile / 2. quicquid reipſa exiſtit } ſenſu { priori C. / poſteriori N.

Mali eſſentia nulla, notio tamen aliqua eſt: Ergo quando malum per errorem tanquam finis mouet ad agendum, non eſſentia eius quæ nulla, ſed duntaxat notio mouet. 4.

Reſp. mali { per ſe nullam eſſe notionem, nullam eſſentiam, nullam bonitatem. / per accidens eſſe & eſsentiam, & notitiam.

Notio enim, ratio & eſsentia ſibi reſpondent inuicem.

Mera conditio rei obiectæ ac mouentis non videtur mutare ſpeciem actionis: ſed apprehenſio notioue rei eiuſdem alia atque alia aliam atque aliam motionis, actionisue ſpeciem in appetitu parit, vt docent Morales & Phyſici: Ergo notio, ſeu apprehenſio non eſt mera conditio, mera occaſio, ſed cauſa. 5.

Reſp. notionem { aliquomodo eſse cauſsam appetitionis, facultates *appetitiuæ* mouentur ab *apprehenſiuis*. / ſed videri duntaxat conditionem non cauſsam motionis, per quam effector impellitur ad agendum, quâque finis cauſsat.

Reſp. præterea vt dicatur quaſi inſtrumentum cogniti boni, non propterea detrahere illi ſuam authoritatem in cauſsando finaliter.

Finis non niſi impropriè mouet. Reſp. metaphoricè mouere, ſed propriè cauſsare. 6.

Cauſſat-ne finis per præſentiam, an per abſentiam, an per vtramque?

Abſens finis, attrahenſque ad ſe: vt ab ægro expetita ſanitas, iudicatur finis & cauſa, cum propter illum aliquid fiat. p. ſorbeatur pharmacum, &c.

Præſens finis ſuſpendit motum (præſenti habitu ceſsat motus 1. de generatione cap. 7.) quietiſque in opifice videtur cauſsa.

Vt { *abſens* attrahat, pellat. / *præſens* retineat, quietet.

Sed hæc quies interdum mera eſt priuatio: vt cum architectus ceſsat ab ædificando: tumque non indiget vera cauſa, quia eſt nihil.

Interdum eſt poſseſſio formæ, & aliqua retentio & conſeruatio.

Vt { cum beatus Deum aſsecutus, dicitur quieſcere. / cum in centro quieſcit graue.

Non reuocatur in dubitationem illa retentio, vt non dubium quin ferrum attractum à magnete retineatur.

Non dubium quin ſit conſeruatio quædam, ideoque & cauſſatio.

Non dubium item quin retentio illa procuretur à re quæ finis dicitur: quia finis eſt explere, & ſatiare: ad retinendum ſufficere videtur virtus, quæ attrahebat.

Sed dubitatur quo nomine retentio illa pendeat à fine, ſiue à re quæ finis dicitur. Sententiæ duæ.

Prior.

Retinet finis potius vt *bonum*, quam vt finis.

Retinet cauſſando *obiectiuè*, non *finaliter*.

Poſterior.

Finis retinet etiam vt finis, & per modum finalis cauſſæ.

Etenim præcellétiſſimus cauſſandi modus non niſi cauſſæ præcellentiſſimæ.

Cauſſarum præcellentiſſima, quæ finis dicitur.

Præcellentiſſimus ille modus, per quem finis poſſeſſus ſatiat, retinet, &c.

Prima. Deus cuiuis rei præſentiſſimus: Ergo non omnis finis per abſentiam cauſſat.

D. A. { præſentiſſimus aliquo modo p. tanquam conſeruator C.
{ præſentiſſimus quouis modo N. nobis ex. gr. non eſt præſens tanquam beator.

2. Deus præſens tãquam finis beatum mouet: Ergo finis agit per præſentiã ſui.

D. A. { tanquam finis realiter C.
{ tanquam finis formaliter N.

3. Deus D. Petrum { abſens attraxit tanquam finalis cauſſa.
{ præſens mouet { non tanquam finiens, ſeu finaliter cauſſans.
{ ſed more obiectorum ſit tanquam ſummum bonum.

4. Summum bonum & finis idem. D. { ſecundũ rẽ C.
{ formaliter N. } nam { aliud finire.
{ aliud cõgrue- (re.

5. Virtus attrahendi, & retinendi videtur vnum atque idem. Reſp. actus magis diſtingui quam facultates.

Nam ex. gr. nolitio & volitio magis diſtinguntur, quàm facultas volendi, facultas nolendi.

Summum bonum præſens cauſſat. Reſp. cauſſare obiectiuè.

6. Quicquid cauſſat tãquam bonum finaliter cauſſat. D. ſi abſens C. ſi præſẽs N.

Atque ſolutionis videtur vſurpanda ratio, niſi præſenti fini aliquid cauſſationis tribuere malis.

7. Sumus ipſi ſemper præſentes nobis: atqui mouemus nos ipſi tanquam finis, agimus propter nos: Ergo finis præſens.

D. P. { præſentes T.
{ præſentes quouis modo N.

D. S. tãquam præſentes N. tãquam futuri C. futuri autẽ ſumus nõ ſimpliciter, ſed futuri cõiuncti cum rebus expetitis. p. ſanitate, beatitate, potu, &c.

Cur non putatur finis cauſſare per præſentiam?

Primò quia vulgus ſæpe non arbitratur conſeruationem eſſe cauſſationem.
2. quia plerumque finis opificem non videtur retinere. p. architectum, ſed duntaxat continere illum in priuatione motus.

Per quam abſentiam cauſſat finis?

Cauſsat finis tanquam aliquid abſens: ſed ita abſens vt videatur poſſibile factu, aut ſaltem comparatu.

In quo poſita formaliter cauſſatio finis?

Cauſsatio finis non eſt in eo poſita,

quòd { opifex ſiue efficiens cauſsa impellatur, contineatur.
agantur media ad ipſum finem. }

Sed quod agat impellatue opificem & media dum eſt abſens, & retineat dum præſens.

Cauſsatio finis, etiam ſi exprimitur per verbum actiuum, nō eſt vera actio & operatio: Quia τὸ operari non pertinet niſi ad efficientes cauſas.

Quæritur quid rei ſit hæc impulſio, & cauſsatio finis.

Eſſe quid abſolutum.

Cauſsatio finis non videtur relatio eſse, vt neque alterius cauſsa.

Primò quia relatorum quatenus ſunt relata non eſt efficere, agere, cauſsare; relatio ſi cauſsat non cauſat niſi quatenus forma. p. ſimilitudo reddendo rem ſimilem.

2. quia cauſsatio cauſæ prior eſt relatione cauſsæ ad effectum: eſt enim fundamentum relationis. Ergo eſt abſolutum quid, licet præ tenuitate ſui ſine relatione & comparatione à nobis explicari nequeat.

Non eſſe veram actionem.

Mutatio motuſue duplex conſtitui ſolet.

Motus { vnus eſt actio, qui in ſola non tamen omni efficiente cauſa inuenitur: vt calefactio, frigefactio, ædificatio.
alter non item: vt productio ipſius actionis, calefactionis. }

Atque hic alibi etiam, ſeu extra efficientes cauſas inuenitur: vt quando candor niuem dealbare dicitur, materia componere.

Sol { actione vera lumen alienum procreat.
ſine actione ſuam ipſius lucem procreauit per productionem emanationi reſpondentem. }

Nunquàm fit vera actio, niſi efficiens cauſsa coniungatur cum re patienti, & ab effectore in id quod patitur, propagetur virtus: vt cum aqua caleſcit, mens intelligit.

Iam vero impulſio finis, eſt id quo dicitur formaliter agere, ducereq; effectorē, & media. Ergo agit, ſiue trahit, ducit, mouet ſine vera & categorica actione.

Omninò impulſus emanationi, aut productioni ſimilis, quæ inuenitur in quibuſdam cauſſis effectricibus. Productio autem per emanationem eſt cum poſita effectrice cauſsa & conditionibus neceſsariis è veſtigio citra actionem ponitur effectus: vt quādo mens ſuam facit cognitionem, ignis

ſuam calefactionem, non enim faciunt per actionem aliam.
Finis ergo vt nonnullis placet eſt magneti ſimilis ad quem ferrum eat, non autem propriè trahatur.
Finis poſitis conditionibus neceſſariis citra præſentiam, citra contiguitatem, & citra actionem impellit.

Obiectiones.

Prima. Qui conſulit ac ſuadet, effectiuè mouet, atque per veram actionem: finis autem dicitur eo modo quo ſuaſor agere: Ergo, &c.
D. p. eodem ſpecie modo N eodem per proportionem C.
Suaſor { ſi in ſe ſpectetur verè agit, ratiocinatur, loquitur. | ſi cum eo cui ſuadet conferatur mouet illius aures, phantaſiam, appetitum ſenſitiuum, & impropriè mentem & voluntatem. De qua re alibi.
2. Si impulſio ad agendum foret cauſatio finis, Deus haberet propriè finem cum bonitate ſua ad agendum impellatur.
Atqui { Dei nulla cauſſa eſt. | Dei ne quidem Deus ipſe propriè eſt finis: cum ſit ſibi ipſi ſemper præſentiſſimus.
Ergo impellere ad agendum propter finem, non eſt cauſatio finis.
Reſpondeo reſpondendum vbi quæretur quid agit propter finem.
3. Appetitus verè ac propriè mouetur à re obiecta, vt ſenſus à ſenſibilibus: Ergo finis videtur cauſare per veram propriamque motionem. Reſp. aliud eſſe mouere obiectiuè, aliud finaliter. De antecedenti alibi.
4. Nonne, inquis, fines tanquam præſentes cauſſare poſſunt? Reſp. cauſare quidem poſſe, ſed non finaliter, aut tanquam fines.
Forma { antequam habeatur cauſſat tanquam finis generationis. | dum poſſidetur, cauſſat formaliter, non finaliter.
Deus { antequam poſſideatur à beato finaliter cauſat. | iam poſſeſſus cauſſat quidem, ſed obiectiuè.
Sed quid ſi Deus præſens dicatur eſſe finaliter cauſſans, nonne cauſſabit per veram actionem?
Diſt. { per veram tanquam obiectum C. | per veram tanquam finis N.
Etenim ſi attractio per quam Deus finaliter agit, & ad ſe rapit, non eſt actio vera, multo minus retentio, quæ reſpondet huic attractioni vera eſt futura actio.
Si diceretur magnes non egere actione vera ad attrahendum ferrum, multo minus indigeret vera ad retinendum iam attractum.

Vbinam ea cauſatio finis?

Denominatiuè citra controuerſiam eſt in finali cauſa. Sanitas ex. gr. dicitur alliciens ad agendum.
Subiectiuè reſidet in fine, vel in effectu, vel in vtroque.

In vtroque non videtur eſſe, ne dicatur eius per accidens.

Ergo { vel eſt in ipſo fine, tum videtur eſſe finis ipſe, ſeu eſſentia finis (.p. ſanitas) quatenus propter ipſum fit, eſt-ue aliquid, non enim notio eſt finis.
vel non in fine ſed à fine in effectu ad eum modum, quo calefactio dicitur eſſe in aqua, non in igni. }

Cauſſare finaliter { priori ſenſu videtur denominatio *interna*.
poſteriori contra denominatio *externa*. }

Conſulendus ſermo de cauſſatione opificis, ſubiectoque eius.

Quotuplex cauſſatio finis?

Abſentis finis cauſſatio vna, quæ per effectorem in media propagatur & euadit duplex, mouet effectorem, mouet media.

Præſenti fine ceſſant ea ſine quibus poteſt retineri, poſſideri, alioquin abſtractio conuerti ſolet in retentionem, motio in quietationem.

Finis ſi præſens cauſſat non requirit neque cupiditatem, neque intenſionem ſeu affectus, qui verſantur circa rem *abſentem*.

ARTICVLVS IV.

Finis, effectus, & media.

Quid effectus finis?

Quando finis definitur *id cuius gratiâ*, reliqua ſunt, aut fiunt, per effectum definitur; Ergo effectus finis eſt id quod eſt, aut fit propter finem.

Quotuplex?

Diuiſio prima.

Effectus finis duplex aliquid *fieri*, aliquid *eſſe* propter finem.

Finis { cum vim ſuam exercet, cauſſa eſt cur aliquid fiat, ſit.
poſtea quam eam exercuit cauſſa dicitur cur res ſit: ſed cauſſa videtur potius præterita quam cauſſa præſens. }

Diuiſio ſecunda.

Finis cauſſat in efficiente vbi intenſionem, electionem vſumque cauſſat ac retentionem.

Et in medijs quibus largitur ordinem, menſuram, bonitatem, regulam, conſtantiam, inconſtantiam, neceſſitatem, contingentiam.

Quæritur cauſſetne ipſa notitia intenſionem.

Diſt. { *effectiuè* cauſſat: nam voluntatis actiones à mente pendent.
finaliter per ſe ac ſuo nomine non cauſat, quia non eſt propriè finis. }

Sed quatenus gerit quaſi vices & perſonam finis, qui apprehenditur cauſat: vt notitia ſanitatis.

Diuiſio tertia.

Effectus finis partim opera: vt electio, deliberatio, deambulatio: partim opus, vt pharmacum, cantilena, nauis.

Quotuplex opera artificis?

Vna circa finem, altera circa media.

De medijs.

1. Medium definitur quod inter extrema.
2. Medium dicitur extra cauſſas .p. in circulo, & in cauſſis.
3. Medium in cauſſis generaliſſimè eſt cauſa inſtrumentaria, aut quaſi inſtrumentaria, alterique ſubſeruiens: vt quantitas, malleus.
4. Medium vel in cauſſis alijs: vt in opifice, in materia, &c. vel in fine.

Medium in finali cauſſa.

Medium in negotio *finalis cauſſæ* videtur generatim quidquid eſt propter finem. Propriè eſt aliquid propter finem aliud ab intenſione & electione quod vſurpetur ab efficiente cauſſa.

Medium intercipitur inter opificem, & finem tex. 29. lib. 2. Phyſic. ſeu inter finem abſentem, & eundem præſentem, indeque medij habet appellationem.

Quomodo medium ſit bonum quæretur poſtea.

Quæritur item quomodo finem concupiſcat.

Sanè { ſi inſeruit illi cum ſua incolumitate, per ſe concupiſcit.
ſi per interitum non niſi per aliud. De qua re ſupra 18. diuiſione.

Media quibus vtimur ad effectum conſequendum cauſſant aliquomodo.

Quæritur quam-nam ad cauſam reuocentur.

Diſt. { cum ſunt inſtrumenta, poſſunt ad efficientem cauſam reuocari.
quatenus media ſunt media finalia, ſunt cauſſa ad finem reuocabilis.
quatenus aliquando non tantum propter aliud, verumetiam propter ſe expetuntur, vt cyrupus ſuauior. Sunt etiam quaſi propria authoritate finis.

Quædam media reuocantur ad finem & materiam, vt moles.

Quædam ad finem & formam.

Quædam quia opificem videntur mouere per notitiam & appetitionem.

Quo ſenſu medium dicitur bonum?

Spectatur { vel tanquam res aliqua, vt pharmacum, tumque per ſe bonum eſt, finiſque rationem obtinere poteſt.
vel tanquam medium, aliquidue ad finem referendum.

Atque hoc ſenſu non tam bonum eſt per ſe, & perfectio, quam quaſi via, & progreſſio ad perfectionem.

Pharmacum ex. gr. non eſt perfectio illa, quam æger optat. p. ſanitas, ſed quaſi via ad huius generis perfectionem.

Quare medium omne quatenus medium videtur imperfectum: ideoque quatenus medium nō videtur per ſe obtinere bonitatem, ſed optabile eſſe per bonitatem finis [eo modo quo ſana eſt vrina per ſanitatem ani-

Digitized by Google

malis] fierique congruens bonum & optabile quatenus ad finem qui perfectio eſt per ſe expetita dicitur, & accedit.

Ideò videtur eſſe medium { actu bonum atque congruens quando finis actu cauſſat.
poteſtate bonũ quando finis poteſtate cauſſat }

Medium { actio / opus } { organum. / ἔργον, hoc autem opera vel opus. }

ARTICVLVS V. ET VLT.

Variæ notæ, & affectiones finis.

Prima affectio.

Finis debet *cognoſci, videri bonum, appeti, intendi, facere* vt ipſius cauſa ſit, fiatue aliud.

Cognoſci propriè, vel ſaltem per proportionem ab eo quod tẽdit ad finem.

Noſci propriè vel ab eo quod ad finem tendit .p. à ſagittario, viatore, vel ſaltem ab eo quod dirigit: vt à nauis gubernatore portus.

Apparere bonum, etenim nihil appetit malum: vt contra apparere malum, ſi ſit finis fugiendus.

Debet mouere cauſſam efficientem; itavt ipſe appetatur ab eâ propriè, vel analogicè intendatur, ipſius gratia aliquid fiat, aut ſit. Ad quam rem requiritur propenſio rei ad finem .p. grauitatis ad centrum, ſine qua non poteſt finis eam mouere, in eam agere.

Appetere quæ dicuntur, eadem delectari, dolere, noſſe, cognoſci.

Secunda affectio.

Ad finem tendunt quædam vi aliena, vt ſagitta: quædam propriè.

Tertia affectio.

Finem ſuum ſeu ad quem feruntur omnia norunt.

Sed quædam per ſe, quędam per aliud. vt ſagitta per ſagitarium.

Item { quædam propriè: vt animal, Angelus, Deus. 5
quædam impropriè tantum: vt grauitas, centrum. }

Quarta affectio.

Finem omnia propriè norunt per ſe: vt homo, Angelus, Deus, &c.

Vel per aliud: vt annulus per ſculptorem.

Quinta affectio.

Belluæ propriè nouerunt finem, ſed tanquam quid congruens, iucundum & bonum, non tanquam finem.

Sexta affectio.

Finis tanquam finis comprehendi nequit niſi intellectu: vt nec medium tanquam medium, quia collationes, & relationes non niſi mente abſoluuntur, percipiuntur.

Septima affectio.

In fine duo maximè requiruntur,

.n. { prius vt ſit quid *vltimum*.
      poſterius vt *intendatur*, vt illius gratia agatur.

Octaua affectio.

Finis antequam poſſideatur ad ſe rapit, mouet.
Dum poſſidetur retinet, in quiete continet.

Nona affectio.

Fruſtrà quod non tendit ad finem: vel ſaltem fruſtratur fine.

Decima affectio.

Deus & natura tendunt ad optimum finem propter ſapientiam.
Optime ita: Ergo impoſſibile aliter.

Vndecima affectio.

Quiduis niſi aſſequitur finem naturæ ſuæ congruentem, aſſequitur alienum.
Conſulendus ſermo de prouidentia.

Duodecima affectio.

Naſcitur ex apprehenſione *boni* amor, appetitio. Hinc intenſio, delectus mediorum, &c.

Decima tertia affectio.

Finis eſt menſura actiua.
Debent commenſurari non fines medijs: vt homines pharmacis; ſed fini media. De qua re in Ethicis.

Decima-quarta affectio.

In fine non eſt menſura .n. *paſſiua*, non modus & mediocritas, in medijs contra.
Bonum *finale* quô maius, eô melius.
Medium bonum, vt calceus, pharmacum, &c. melius; non quo *maius*, ſed quo magis commenſuratum.

Decima-quinta affectio.

Ordo non eſt in fine .n. qualis animaduertitur in medijs vbi ſi quid perturbetur corrumpuntur media. Ex gr. ſi phlebotomia præponatur purgationi, quando poſtponi debet.
Etenim vbi eſt ordo, ibi aliquid *prius*, aliquid *poſterius*, quod prius, id non videtur finis.

Decima-ſexta affectio.

Agitur propter finem, vbi *quid poſt quid*, τί μετὰ τί, quoties vnum debet fieri primò, & alterum ſecundò. De qua re Ariſtoteles.

Decima-ſeptima affectio.

Finis cauſſa prima, eaque nobiliſſima. Cauſſa non cur ſit effector, ſed cur moueat.

Decima-octaua

Decima-octaua affectio.

Finis eſt principium à quo principium ad quod.
A fine abſenti tendimus ad præſentem.
Finis primus ſecundum apprehenſionem & intenſionem. p. in conſultationibus: vt poſtremus ſecundum executionem, adeptionem.

Decima-nona affectio.

Analogatum primum inter cauſas *finis* ratione rei: vt opifex ratione nominis, & claritatis.

Vigeſima affectio.

Finis præſtabilior rebus, quæ ad ipſum referuntur: n. ſi accipiatur integer: non ſi quid catius, id melius: de qua re in Ethicis.

Vigeſima-prima affectio.

In finibus ſubordinatio, vt declaratum eſt in Ethicis.

Vigeſima-ſecunda affectio.

Fines vlteriores meliores.

Vigeſima-tertia affectio.

Quò res efficitur ſimilior Deo, eò propius ad finem accedit.
Quò res vinior fini, eò *amabilior*, ſed non eo *eligibilior*: de qua re in Ethicis.

Vigeſima-quarta affectio.

Fini media ſunt bono, ſi excipiatur Deus.

Vigeſima-quinta affectio.

Finis medijs eſt bono, niſi inſeruiant per interitum.

Vigeſima-ſexta affectio.

Res magis eſt ſui finis, quam ſui ipſius.
Nos ſumus magis Dei, quam noſtri.

Vigeſima-ſeptima affectio.

Finis reſpicere videtur tanquam finis media, tanquam bonum appetitionem.

Vigeſima-octaua affectio.

Rei cuique præſtitutus vltimus finis, perfectio ſumma ad quam contendere & peruenire poſſit, id dicitur ſummum bonum.
Secernendum bonum abſolutè à bono ſecundum quid.

Vigeſima nona affectio.

Mathematicus non ducitur fine; de qua re in Logicis.

Trigeſima affectio.

Natura agit quia melius, ſeu propter finem de qua re in Phyſicis.
Dantur à fine aberrationes, &c.

CAPVT III.

De principio motus, ſeu efficiente cauſa.

ARTICVLVS PRIMVS.

De toto genere.

Nomen,

Hic *cauſa, opifex, effector, mutator, efficiens,* cauſa *efficiens, agens, mutans. Id à quo, principium motus, principium mutationis et quietis, principium faciens,* primum principium motus, &c.

Sed effectorem ab actore non ſecernimus, verum generatim ſumimus.

Notio, & definitio.

Cauſa efficiens definitur id à quo primo oritur actio, aut confectio.

Id vnde primo, & proximè oritur mutatio vera: finis prius mouet quam opifex, ſed metaphoricè.

Id quod primum principium, & cauſa veræ mutationis.

Id à quo manat primum & proximum principium (principiatio) mutationis aut quietis.

Id quod impulſum à fine materiam mouet, aut ſaltem effectum producit.

Id à quo effectus.

Exiſtentia, doctrina.

Opifex primum eſt in cauſis analogatum, ſi ſpectetur claritas & nomen.

1 Ideo vt reliqui motus per localem exprimuntur: ita reliquæ cauſæ per efficien-
2. tem, & actiua vocabula.

3. Porro cum ſit huius cauſæ cauſatio duplex,

n. { vna per quam primo facit, producit,
alteta per quam conſeruat quod productum eſt.

Illa eſt clarior, manifeſtior.

4. Et proinde illinc potius quam hinc appellationem habet: vt potius à mutatio-
5. ne quam à quietatione.

6 Porro ſi quid efficitur, datur efficiẽs cauſa, nihil ſeipſum mouere poteſt, nihil ſe producit.

Obiectiuncula.

Materia videtur ſe ipſam mouere poſſe & elaborare: vt quando terra ſponte in vitorem herbeſcentem conformat: Ergo non videtur opus mouente cauſa, ſaltem alia à materia. N. Ant. quia quod mouet actu eſt. p. calefactiuum, quod mouetur poteſtate eſt p. calefactibile, idem quatenus idem non eſt ſimul actu & poteſtate.

Idem ſeipſum mouere poteſt vt equus { ſecundum idem N.
ſecundum aliam & aliam partem C.

De cauſatione & influxu efficientis cauſæ.

Sententia prima.

Quidam τὸ cauſare efficientis cauſæ partim in transfuſione ponunt & expreſſione, partim in detectione rei dehiſcentis, partim in compoſitione & ſimilibus. De qua re alibi locuti ſumus diligentius.

In *transfuſione*, ſeu in eo quod opifex verè & propriè à ſe in aliud emittat, eiaculetur, & transfundat aliquid .p. lumen, arbitrantur enim veteri ex hoſpitio formas migrare aliò ex.gr. ex frigidiori aere frigoris quaſi coloniam in manu duci.

Detectione vt quando per ſeparationē partium marmor in ſtatuam configuratur, & ſic de reliquis modis lib. 1. Phyſ.

Sed transfuſio illa refellitur primò quia formæ omnes aliæ à rationali anima ſunt à materia inſeparabiles.

2. quia transfuſio non habet locum niſi quando viuens generat, fiunt riui & conſimilia, neque ſufficit etiam in viuenti generatione.

3. quia ſi illuminatio fieret transfuſione ſolis, virtus eneruaretur, tandemque exhauriretur.

Detegere, non eſt propriè efficere, detectioque illa nonniſi in figuris videtur habere locum, eſtque motus localis per quem poſſunt procurari figuræ nō autem color, odor, arbor, & ſimilia.

Non omnia fierent per ſolam compoſitionem partium more ędificiorum: vt non omnia interirent per ſolam diſſolutionem.

Sententia Anaxagoræ alibi poſita, & refutata. n. lib. 1 phyſ.

Obiectiuncula.

Riuulus labitur, & labetur in omne volubilis æuum: Ergo fonticulus non exhauritur continuata deriuatione. Cur ergo ſol exhauriatur transfuſione luminis.

R. quia { fonticulo ſemper noua & recens ſuppeditatur aqua.
ſoli nihil recentis luminis ſuppeditatur.

Sententia ſecunda.

τὸ cauſare illud quibuſdam eſt id quo effectus ab effectore pendet.
Refelluntur quia aliud eſt cauſari, aliud cauſare.

Diuiſio reliquarum ſententiarum, & omnino ſententiarum.

Vel in effectu ponitur cauſatio, ita vt ignis cauſare dicatur per aliquid in aqua incaleſcenti conſtitutum.

Vel partim in cauſa, partim in effectu.

Vel denique in ſola cauſa effectrice.

Vel eſt ipſum agens, vt ignis.

Vel actio, aut quaſi actio in agente ſita.

Vel modus aliquis alius in agente conſtitutus.

Quinta ſententia.

Actio, productione actioni proportione reſpondens in emanatione videtur cauſſatio efficientis cauſſę, ita ut ex g. ignis formaliter cauſſet per calefactionem.

Primò quia actio eſt idquo formaliter efficiens attingit effectum.

2. quia { quod agit aliquid / quod agit in aliquid } quatenus id præſtat, cenſetur efficiens cauſſa.

3. quia { agere proprium eſt vnius cauſſæ efficientis. / relatio cauſſæ efficientis ad effectum pendet ab actione vera, vel analogica.

Actio tamen quibuſdam videtur cauſſatio effectiua non quatenus actio: ſed quatenus eſt concurſus & influxus.j. actus quatenus ab ipſa pendet effectus.

Et quidem actio videtur eſſe mutatio quædam, cauſſatio in opifice videtur principiatio mutationis, &c.

Obiectiones aduerſus hanc Sententiam.

Cauſſatio natura antecedit effectum: actio per naturam ſimul eſt cum paſſione, quæ efficitur: ergo actio non eſt cauſſatio eius. 1.

Diſt. C. quatenus ad ſe inuicem referuntur C. ratione cauſſationis N.

Cauſſatio effectum antecedit: actio actionem non antecedit. 2.

Ergo actio { vel non eſt effectus, proindeque eſt nihil. / vel non eſt cauſſatio.

Diſt: P. { alium à cauſſalitate ipſa C. / eumdem cum cauſſalitate N.

Omnis effectus fit cauſſatione aliqua: actio eſt effectus quidam; ergo fit cauſſatione aliqua. 3.

Reſpondendum actionē & cauſſationem fieri per cauſſationem, ſed non aliam à ſe: ne tegrediamur in infinitum.

Cùm Deus facit, actio non recipitur neque in Deo, neque in re creata. 4.

R. controuerſiam eſſe vbi recipiatur: videri tamen recipi in re creata.

Cauſſatio prior eſt quam res creata per cauſſationem: ergo non eſt in re creata. Etenim proprietas nunquam eſt prius quam ſubiectum: creatio ſi inuenitur in creatura eſt proprietas eius & affectio cogitatione ab ipſa ſaltem ſeparabilis: quare vel non eſt in creatura, vel poſterior eſt. 5.

R. primo eadem machinâ oppugnari poſſe paſſiuam creationem, quæ tamen procul dubio in creatura eſt.

R. 2. creationem non eſſe proprie accidens creaturæ, ſed duntaxat modum antecedentem.

R. tertio creationem priorem eſſe creatura eo pacto quo fieri priuſquam eſſe. Res in fieri prior eſt ſe ipſa in eſſe.

Actio cauſſatur: ergo non eſt cauſſatio. N. Conſequutio; eſt cauſſatio alterius rei. Item cauſſatio ſui: licet alia ſit ratio cauſſationis: alia effectionis. 6.

Concluſio.

Quæ tandem celebriores ſententiæ?

Τὸ cauſare vel eſt res ipſa agens non abſolutè, ſed poſita re aliqua, quæ ab ipſa pendeat.

Vel actio abſolutè, productioue actioni reſpondens in emanatione.

Vel actio ſupponendo aliquid quod ab ipſa pendeat.

Vel modus recens, & intrinſecus rei agentis alius ab actione.

Influxus, & effectus?

Opifex agit aliquid. p. formam, compoſitum: agit in aliquid. p. in marmor. Agit creatura in aliquid, non in nihilum. Deus in nihilum & in aliquid: effectio non niſi cogitatione diſtinguitur ab effectu, videtur idem atque res ipſa quatenus à ſua cauſa pendet: res ipſa quatenus extra ipſam datur aliquid vnde ipſa pendeat.

Præcipuæ affectiones efficientis cauſæ.

1. Omnis effectus ab aliquo opifice pendet in fieri.
2. Omnis à Deo in τῷ conſeruari ſi conſeruatur.
3. Effectus ſimilis opifici vniuocè, vel analogicè.
4. Deus omnem alium opificem ſupplere poteſt. Sed cauſa deficiens non habetur pro efficienti propriè.
5. Effectus non ſuperat cauſam quatenus ab ipſa pendet.
6. Gradus gradum ſibi reſpondentem procreat.
   Vt animal animal, equus equum, &c.
   Artifex artificioſum opus, architectus domum.

Moniti. De entitatis procreatione tractatu tertio diſputabitur.

7. Non agit quiduis in quiduis, ſed tale in tale.
8. Quod patitur debet rei agenti reſpondere, & aliquo modo commenſurari.
9. Nulla creatura infinitæ eſt virtutis in producendo. Datur in natura ſphæra actiuitatis.

Quotuplex efficiens cauſa?

Prima diuiſio.

Eſt producens, vt ſol lumen aëris, conſeruans non producens vt aër hominem, producens non conſeruans: vt architectus domum, producens & conſeruans.

Secunda diuiſio.

Eſt æquiuoca, vt cum ſol generat murem, vel vniuoca.

Quæ vniuoca?

Propriè quæ eiuſdem ſpeciei cum effectus: vt quando mus murem generat.
Communiter quæ vni effectu deſtinata generi maximè ſi cognominis.
Hoc ſenſu cauſa eſt ſynonyma, ſutor calcei, œcodomus ædificii.

Tertia diuiſio.

Facit per veram actionem: vt ſol dum producit lumen aeris.

Vel citra operationem, vt cum ſol produxit ſuam lucem.

Et forſan cum aqua reſtaurat ſuum deperditum frigus: vt cum Deus creat mundum.

Quarta & quinta diuiſio.

Efficit { per ſe, vt ſtatuarius ſtatuam: vel per accidens, vt cũ Pyrgoteles ſtatuã.
per ſe naturaliter, vt flammã ignis: vel dianoetice tantum, vt agricola fruges.
per ſe omnino, vt architectus domum: vel ſecundum quid, vt cum artifex dicitur ędificare. }

Efficit per ſe, per partem, per aliud.

Sexta diuiſio.

Eſt vniuerſalis in prædicando, vt architectus: vel ſingularis, vt Deus.

Septima & octaua diuiſio.

Eſt totalis, vt tota materia hominis, equi qui ſufficiunt vehendę naui: vel partialis, vt vnus ex illis, poteſtate, vel actu.

Nona & decima diuiſio.

Eſt ſubſtantia vt homo: vel accidens, vt calor.

Agit ſine cognitione, vel cognitionis ductu.

Tumque { nouit finem tanquam finem: vt homo, Deus.
vel duntaxat tanquam congruentem, vt bellua. }

Vndecima & duodecima diuiſio.

Eſt libera vel neceſſaria. Determinata, vel indeterminata.

Decima tertia diuiſio.

Eſt proxima, vt patens: remota, vt auus.

Decima quarta diuiſio.

Eſt præcipua, princeps, cardinalis & ſua cauſans authoritate, vt architectus: vel inſtrumentaria tantum, vt calor, malleus.

Decima quinta & decima ſexta diuiſio.

Eſt mediata, vel immediata, ſufficiens vel inſufficiens.

Quæ proxima, quæ remota?

Proxima { 1. quæ iam iam actura eſt, & eſt quaſi in procinctu ad cauſandum.
2. quæ effectum attingit immediatè, maximè ſi ratione ſuppoſiti. }

Remota { 1. quę nondum ſatis eſt præparata ad efficiendum, vt ſecuris obtuſa ad ſcindendum.
2. quæ non efficit immediatè, maximè ratione ſuppoſiti. }

Decima ſeptima & decima octaua diuiſio.

Eſt Phyſica, vel non; moralis, vel non.

Quæ Phyſica?

Primò quę agit virtute propria, non dianoëticè tantum.

2. quę neceſſaria non libera.
3. quę non violenta.
4. quę non artificioſa.
5 quę non ſupernaturalis.
Primo ſignificatu phyſica verè immutat & efficaciter, idque per propriam virtutem, non per preces tantum, aut applicando actiua paſſiuis.

Quæ moralis cauſa?

1. ea vnde motes. 2. quæ dianoetica quę cauſat per ſe, ſed dianoeticè tantum. 3. quę dianoetica, ſed applicans liberam cauſam.

Decima nona diuiſio.

Producit aliquid rei: vt ignis calefaciens. Vel nihil, vt emptor, venditor.

Monitum.

Conſulendus communis ſermo de cauſa.

Vigeſima diuiſio.

Cauſa efficiens aberrat à fine, vel non.

Vigeſima prima diuiſio.

Eſt ens per ſe, vt calor lumen: vel ens per accidens: vt exercitus, ignis calidus.

Vigeſima ſecunda diuiſio.

Eſt publica & vniuerſalis in cauſando: vt ſol, Deus, imperator.
Vel priuata, & particularis: vt equus, arbor.

Vigeſima tertia, & vigeſima quarta diuiſio.

Subordinat, vel non ſubordinat.
Subordinatur, vel non ſubordinatur.

Sufficiens, inſufficiens.

*S*ufficiens cauſa alterius cauſæ opem ad cauſandum non requirit, quę inſufficiens requirit.
Requirit vel eiuſdem ordinis cauſam: vt equus equum: vel diuerſi generis, vt manus penicillum.
*S*ufficiens vel nihil adhibet, vt Deus in creando mundo. Vel aliquid adhibet, ſed quo carere poteſt: vt Deus quando illuſtrat aërem.

Cuius cauſare efficienter?

Queritur vtrum ſit ſolius Dei, an etiam creaturę cauſare efficienter, de qua re poſtea.

ART.

ARTICVLVS II.

De Cauſa particulari & inſtrumento, deque accidente.

De cauſa ſecunda, ſiue particulari.

Quid?

Cauſa ſecunda priuata particularis, eſt quæ proprio & determinato effectui deſtinata ad productionem eius, indiget cauſa quę ſit ſuperior prima, & publica: vt arbor concurſu ſolis, Dei, prouinciæ Pręſes auctoritate Regis.

Quotuplex?

Eſt *moralis*: vt miles, centurio.
Vel *naturalis*: vt equus, ignis, arbor.

Vere-ne efficit particularis cauſa, & omnino creatura?

Quæritur primò vtrum particularis cauſa, & omnino creatura, quæ Dei comparatione eſt ſecunda cauſa verè naturaliter, & efficaciter efficiat: an vero moraliter tantum, & quaſi moraliter. p. per preces, per Dei inſtitutionem.
2. vtrum agat & efficiat tanquam inſtrumentum Dei. de quo capite in tractatu vltimo.

De priori varię ſententię quę iam alibi inſinuatę cùm ageretur de origine formæ. Hîc quærimus vtrum verè influat, illabaturque in effectum.

Sententia prima.

Ignis non propriè comburit, ſed Deus ad pręſentiam ignis, &c.
Solus Deus vere, proprieque efficit, cætera non item, ſed tantum precariò, moraliter & ex inſtitutione.

Cenſura.

Per hanc ſententiam creatura eſt tantum morale Dei inſtrumentum.
Refellitur 1. quia euertit libertatem hominis.
Scelerum facit auctorem Deum.
Diuina humanaque omnia turbat.
Pugnat cum communi mortalium ſenſu.
Tollit actiuam reſiſtentiam [Deus ſibi non reſiſtit]
2. quia nihil fruſtra eſt. Inertes tamen, & otioſę ſunt futurę facultates. p. calor, frigus, &c. ſi nihil virtutis inde diffunditur.
3. quia inter naturalia & artificioſa nihil diſcriminis videtur interceſſurum, non enim natura futura eſt principium motus, &c.
4. quia ex varietate actionum recte colligitur varietas virtutum.
5. quia aliæ cauſant vere cauſant, vt materia, forma.
6. quia τὸ cauſare efficaciter non inſinuat vim infinitam, ideo non videtur ſupra captum creaturæ.

Obiectiones.

1 Deus omnia in omnibus operatur. D. { ſolus aut concurrendo. C. / ſolus N.

2. Tribuendum eſt Deo quod perfectius: cauſare ſolum pręſtabilius eſt quam cauſare vnâ cum cauſis alijs: ergo Deus ſolus cauſa eſt.

D. ſecundam propoſitionem, ſi { ab illo minimè pēdeant cauſę, quibus cum agere dicitur, aut ipſe ab ijs pendeat C. / ſecus vero N.

Etenim prouidentia Dei videtur mirabilior quando ex. g. per ſecundas cauſas tota nimalium milliadibus ſuppeditat alimoniam, quam ſi quotidie ex nihilo illis crearet alimentum.

3 Non poſſunt eſſe plures cauſę immediatè eiuſdem effectus. Neganda propoſitio. De qua infra.

4 Producere creare eſt: ergo &c. N antecedens.

5. Creatura non agit { neque ſine concurſu dei / neque cum concurſu eius } ergo non agit.

6. Reſp. agere cum concurſu Dei. De qua re tractatu vltimo.

Quod frigus poſſit frigefacere, id à mera Dei voluntate pendet.

Diſt. { quia frigus ipſum pendet à mera Dei voluntate, C. / poſito iam frigore, N.

Si eſt frigus neceſſario vim frigefaciendi obtinet. i. aliquid eſt quod addito Dei concurſu materiam idoneam frigefacere poſſit.

Sententia ſecunda.

Creatura ope aliqua Dei eget, vt ſit: ſed non alia eget vt operetur, vt producat.

Creatura non modo vere efficit, verum etiā ſine concurſu Dei ad cauſationem ſe accingit.

Cenſura.

Vt ignis & calor eius, ita & actio. p. calefactio eſt creatura. Cur ergo non egeat concurſu Dei?

Tertia ſententia.

Agunt non ſubſtantiæ, ſed ſola accidentia. p. non ignis, ſed calor, non aer iſte ſed frigus eius.

Cenſura.

Subſtantia naturaliter concupiſcit procreare ſimile. Cupiditas in naturalibus non diſtinguitur à facultate.

Natura eſt principium operandi.

Effectus ſimilis cauſę, nec ſolet efficientem cauſam dignitate ſuperare.

Calor facit aliud cum igni, aliud cum anima equi, aliud cum anima arboris, &c.

Sententia quarta.

Cauſæ ſecundę vnà cum Deo faciunt accidentia, materiam aptant, &c. ſolus Deus formas producit ſubſtantiales.

Cenſura.

Refutatur hęc ſententia eodem ferè modo quo prima.

Sententia quinta.

Priuatæ cauſæ materiam aptant vnâ cum Deo, producunt accidentia: mens quædã ſublunaris à Deo præfecta eſt productioni formarum ſubſtantialiũ.

Itaque in inferioribus cauſſis generatio quęlibet alia ſimilis generationi hominis, nihil ſignificat præter materiei præparationem ad ſuſceptionem formæ ſubſtantialis.

Cenſura.

Mens iſta creatura eſt. ideo finiti captus.

Non neceſſario figuræ artificioſę floris, arboris & ſimilium rerũ proxima cauſa dianoetica eſt. denique Deus non inuidet creaturę, & priuatis cauſſis, quod earum vires & conditionem non ſuperat.

Obiectiones aduerſus quintam ſententiam.

Dum quiſquilijs putrefactis muris inditur forma, ea non proficiſcitur à priuata cauſa: Ergo pari iure formæ illæ ſubſtantiales à priuatis cauſſis proficiſci nequeunt.

Neganda conſequutio, ſunt enim quędam formæ, vt forma elephantis, &c. quæ procreari nequeant niſi à rebus eiuſdem ſpeciei: verum ea de re alibi.

Analogia, proportio, ratio, ſymmetria non niſi à ratione quadã: Ergo & à mente proficiſcitur, aut ſaltem à ratione mens: Atqui in arboribus, &c. inuenitur analogia, ſymmetria, &c. Ergo.

Reſp. ad propoſitionem, proficiſci quidem à mente (cum omnia à Deo prodeant) ſed non à ſola.

Vt autem annulus à qua figura prodit commenſurata, quęque excitari caſu non potuerit, caret tamen mente, atque arte *actiua*, licet à mente atque arte prodijſſe rectè à nobis iudicetur. Ita anima arboris quam materiam eius tam ingenioſè elaborare videtur, & commenſurat, ipſa rationis expers: ſed à Deo & diuina ratione prodijt.

Quare { vt Deus artifici reſpondet.
ita arbor annulo eſt conſimilis, & ſigillo. }

Ideoque { vt annulus ad figuræ vnius procreationem eſt determinatus, ſculptor non item.
ita anima plantæ determinata eſt, non autem Deus. }

Vnde intelligis quo ſenſu dicantur { *naturales* cauſſę determinatę.
dianoeticæ indeterminatæ. }

Habet ſe { vt annulus ad ſculptorem.
ita anima arboris ad diuinam mentem. }

Ad vnam autem formam artificioſam procurandam determinatus eſt annulus, non eſt ſculptor: Ergo, &c.

Omnis ars paſſiua ab actiua prodit: ergo omnis paſſiua ratio & commenſuratio prodiit ab actiua ratione, atque mente.

D. An? vt ſuprà proximè aut remotè, &c. C. ſecus N.

Sanè opus *natura* non immeritò dicitur opus *intelligentis*.

Sexta ſententia.

Mouet agitque { non forma ſubſtantialis, aut priuata cauſſa. p. forma ignis. / ſed anima mũdi (ratio diuina per mundũ fuſa apud Stoicos.) }

Verum hæc anima { aut fictitia eſt, vt dicetur alibi. / aut eſt natura, ſeu poteſtas Dei ordinaria. }

Hæcque ſententia videtur ad primam reuocabilis. Sed vires actiuas habent pro particula Dei Stoici.

Sententia ſeptima.

Idea Platoni & exemplar & opifex videtur rerum naturalium, quæ recenter procreantur ab ipſo bono ideaue boni, cætera, de ea opinione paſſim.

Octaua & nona ſententia.

Sententiæ Anaxagorę & Democriti alibi explicantur, vt & ſententia Empedoclis.

Sententia veriſsimilior.

Secundæ cauſæ & creaturæ procreare poſſunt tum *accidentia*, tum *formas ſubſtantiales*, niſi ſint ſpiritales.

Etenim formę eſt non torpere ſed agere, non recipere ſed largiri.

Naturale eſt deſiderium procreandi.

Fruſtra tribuitur ſolis cauſis ſuperioribus, quod inferioribus poteſt conuenire.

Diuiſio huius opinionis.

Apud Scotum ſubſtantia cum accidente faciunt accidentia, ignis & calor faciunt calorem.

Subſtantia ſola facit ſubſtantias.

Apud alios aliud iudicium: de qua re paulo pluribus agendum.

De cauſatione accidentium.

Prima propoſitio.

Facultas non videtur operari ſine ſubſtantia, quia non exiſtit ſine ſubſtantia.

Secunda propoſitio.

Accidens non neceſſario operatur virtute ſui ſubiecti, vt dicetur mox.

Tertia propoſitio.

Subſtantia inermis experſque accidentium, & ſine ope accidentis nihil procreat per veram actionem.

Quarta propoſitio.

Per emanationem videtur aliquid procreari poſſe à ſubſtantia ſine accidentis ope: vt quando ignis ſe dilatat, aqua ſe frigefacit.

Quinta propoſitio.

Sæpè ſubſtantia & accidens cauſant communi ope.

Sed tum { cauſandi ratio primaria à ſubſtantia, & forma. / ſecundaria ab accidente. p. à calore:

.n. pro dignitatis, & virtutis modo.

Sexta propoſitio.

Sæpe reluctanti forma ſubiecti accidens molitur aliquid, vt calor aquæ.

Septima propoſitio.

Accidens attingere productionem ſubſtantiæ probabile eſt, dum conſtituitur in ſubiecto.

Octaua propoſitio.

Si diuinam per virtutem facultas aliqua, vt calor cohæreret in natura rerũ ſine ſubſtantiæ ſubſtratæ adminiculo, videtur poſſe operari vt operatura erat in ſubiecto. Quia vim ſubiecti Deus ſupplere poteſt.

Sed idem Deus facere poteſt vt accidens operetur virtute rei, quæ neque ſubiectum ipſius fuit, neque opifex.

Nona propoſitio.

Validius accidens tanquam ſubſtãtiæ inſtrumentum quam priuato nomine, calor tanquam inſtrumentum ignis quàm tanquam calor: Quia maiorem ſortitur concurſum primæ cauſæ.

Decima propoſitio.

Per naturam non deprehenditur ſubſtantia creata ſine accidente, nec contra. Et tamen natura nihil facit fruſtra, propterea mutua indigent ope &c.

Cuius ſubſtantiæ virtute accidens agit?

Diſt. quando repugnat ſubiecto, vt calor ferri ferro, videtur agere virtute formæ ſubſtantialis alterius à forma ſubiecti per quam alterum illic ſit excitatum, & cui congruat: vt calor ferri virtute ignis.

Non autem virtute formæ illius cui repugnet.

Etenim quod oppugnat tuum hoſtem, ipſi non fert ſuppetias.

Effectus caloris ferri reſpondet igni potius quam ferro.

Quando autem naturæ congruit, vt igni calor, grauitas ferro.

Tum

Aliquando dicitur agere virtute *formæ ſubſtantialis* cum qua coniungitur, vt calor arboris, calor hominis.

Aliquando virtute *generantis*, vt grauitas lapidis.

Aliquando virtute *vniuerſalis*, vt virtus ſeminis.

Ad ſeptimam propoſitionem.

Quæritur qua virtute & quomodo accidens procreet formam ſubſtantialem & omnino ſubſtantiam, & vtrum ſubſtantiam dicatur rectè procreare.

Sententia prior.

Vt magiſter cum tyrone efficit cætera quæ pertinent ad elegantiorem tabulã, ipſe ſolus molitur vultum imaginis: Ita ſubſtantia cum accidente procreat accidens, & materię diſpoſitionem: ſola ſubſtantia aſſurgit ad productionem accidentis.

Cenſura.

Huius ſententiæ poſterior pars minimè eſt probabilis.

Primò quia ſæpe cauſa ſecunda ſubſtantialis, quæ generare dicitur, non eſt in natura rerum niſi dicatur eſſe ſuperſtes per qualitatem qua vtatur tanquã inſtrumento.

2. quia futurum vt cauſæ publicæ. p. ſol & luna, agant ſine contactu.

Poſterior ſententia.

Subſtantia cum accidente concurrunt ad ſubſtantiæ productionem.

Quonam modo, et qua virtute accidens procreat ſubſtantiam vnâ cum ſubſtantia.

Sententia prior.

Facultas vt calor vnâ cum forma ſubſtantiali procreat accidens diſpoſitionem virtute *connata* ſine recentis ope.

Sed quando ventum eſt ad ſummum diſpoſitionis apicem, formaque ſubſtantialis iam iam educenda è materia eſt, vt energia ignis, energia arboris &c. & omnino ſubſtantia producenda. p. homo, arbor.

Tum ab agente ſubſtantiali. p. à forma ignis, forma arboris, forma auri &c. *alma quadam ſubſtantiaque effectrix virtus*, ſed *fluens* inſtar *impetus* minimeque durabilis diffunditur in facultatem. p. in calorem, eamque firmat & attollit vt poſſit vnâ cum ſubſtantia, cuius eſt inſtrumentum, & vnde hæc virtus emanauit, ſubſtantiam progenerare.

Vt accidens ſit inſtrumentum *non-merum*, quatenus concurrit ad productionem accidentis, & diſpoſitionum. Inſtrumentum *merum* (quod nõ moueat, niſi præmoueatur) quatenus concurrit ad productionem ſubſtantiæ.

Monitum.

Cum accidentis productio duplex cogitari debeat in geneſi:

.n. { vna quæ antecedit productionem ſubſtantiæ: vt cum excitantur diſpoſitiones neceſſarię ad futuram geneſim.
altera quæ proximè naturaliterque ſequitur tanquam appendix productionem ſubſtantiæ. n. productio facultatum eius.

Videtur qui *influxum recentem* poſtulant ad progenerationẽ ſubſtantiæ, eum ipſum debere poſtulare, aut ſaltem ſimilem ad procreandas facultates & appendices geneſeos ac ſubſtantiæ. p. raritatem ignis &c. n. ſi accidens concurrit ad facultatẽs procreandas.

Refutatio.

Recens iſta virtus non ſubſtantia, ſed accidens eſt, ſi accidens concurrere nequit actiuè ad ſubſtantiæ progenerationem, ne illa quidem virtus concurſura eſt.

Si poteſt fruſtra comminiſcimur recentem hanc virtutem.

Adde quod accidens plerumque non tam agit virtute formæ cum qua coniungitur, quam virtute formæ præteritæ, aut abſentis vnde emanauit: vt calor ſeminis, & proinde non habet fontem vnde virtus iſta recens deriuetur, maximè cùm plerumque qualitas videatur aduerſari formæ ſui ſubiecti: vt calor aquæ formæ ipſius aquæ.

Obiectiuncula.

Si ſua tantum virtute veteri & *connata* agens calor equi naturalis, non potius carnes animumque equi, quam leonis procrearet: Atqui res aliter habet: quare non ſufficit vetus illa virtus, ſed poſtulatur recens.

Negatur propoſitio quia calorem illum determinat forma ſubſtantialis cuius virtute operatur determinant diſpoſitiones & temperamenta.

Poſterior & probabilior.

Quâ virtute accidẽs materiam diſponit, alterat, aptat, producit aliud accidens: vt calor calorem &c. eadem iuuat ſubſtãtiæ procreationem, & procurat ſine acceſſione virtutis recentis.

Primò quia fruſtra hæc ipſa virtus eſt aliquod accidens.

Secundò quia ſæpè hanc virtutem accidens vetus habere non poteſt
Neque à forma ſui ſubiecti,
Neque ab opifice ſuo.

Dicitur tamen accidens agere, & procreare virtute ſubſtantiæ.

1. quia quicquid vnum, quodque accidens eſt, illud totum eſt ſubſtantiæ, & omnino ſubſtantiæ eſſentialiter in agendo ſubordinatur.

Secundò quia accidens ſubſtantiæ eſt inſtrumentum, eiuſque nomine & quaſi authoritate & auſpiciis militat, operatur.

Organum ſiue Inſtrumentum.

Organum eſt cauſa quæ virturem recipit aut recepit ab aliqua eiuſdem in cauſando ordinis, cumque eâ facit quaſi vnam totalem integramque cauſam. 1.

Dicitur { propriè in efficientibus cauſis; vt malleus, calor:
minus propriè in aliis: vt quando quantitas dicitur materiæ inſtrumentum. } 2.

Inſtrumentum quatenus inſtrumentum ſubordinatur eſſentialiter cauſæ præcipuæ, & quaſi cardinali, & omnino ſuperiori: vt malleus manui. 3.

Sed ſæpè in eodem inſtrumento vis notatur duplex. 4.

n. { vna propria quæque præcipuæ cauſæ non debeat, vt mallei grauitas, durities, quæ non debentur fabro.
altera emendicata à præcipua cauſa: vt impetus per quem malleus certo impellit modo. }

Inſtrumentum melius quô magis commenſuratum, non quô maius non quô minus. 5.

6\. Inſtrumentum idem variè variaque agit pro varietate principis & ſubordinantis cauſæ & pro natura ſua.

Calor ex. gr. { quatenus calor procreat calorem. / quatenus arboris inſtrumentum arborem. / quatenus equi equum &c. } Idque materia ex eadem.

Diuiſiones inſtrumenti.

1\. Organum internum, vel externum eſt; vt malleus.
2\. Eſt neceſſarium Vel vtile tantum.
3\. Eſt pars Vel non, vt calor.
4\. Eſt ſubſtantia, vt neruus. Vel accidens, vt calor nerui.
5\. Eſt princeps inſtrumentum, vt mens. Vel ſeruile, vt manus.
6\. Eſt ens per ſe, vt calor. ens per accidens, vt nauis.
7\. Eſt reale aliquid, vt prudentia Ciceronis, vel rationale tantum: vt conſularis dignitas & potentia.
8\. Eſt { ſubſtantia, vt oculi ſubſtantia. Vel accidens, vt calor ferri. / vel ſubſtantia cum accidente, vt oculus bene diſpoſitus. }
9\. Eſt { rei in qua eſt: vt calor arboris. / vel rei à qua eſt: vt calor ferri, ſemen decerptum. }
Eſt rei in qua eſt. Vel rei alterius.
10\. Idque { Siue ſit ab ipſa: vt calor ferri candentis qui inſtrumentum ignis. / Siue non, vt malleus. }
Eſt naturale, vel artificioſum.
11\. Similare. vel diſſimilare quid.
12\. Eſt merum inſtrumentum, vel non merum.
13\. *Merum* inſtrumentum non mouet niſi recenter moueatur, niſi recentem & parum durabilem vim. p. impetum recipiat à principe cauſa, vt à manu malleus.

Quod non eſt merum vt debeat vim ſuam alicui principi cauſæ, vt calor igni non tamē neceſſario vim recentem mutuatur cùm cauſandum eſt. Imò interdum nihil omnino recens debet principi cauſæ, vt mens animo.

Interdum debet tantum applicationem quandam & admotionem localem, ſed non vim actiuam vllam: vt ſemen ſi dicatur agricolæ inſtrumentum.

Monita.

1\. Malleus & conſimilia inter mera inſtrumenta.
2\. Accidens ſubſtantiæ generantis merum inſtrumentum ſi donatur alma virtute. de qua ſupra.
3\. An creatura ſit merum Dei inſtrumentum quæritur tractatu vltimo.

Cuius ſubiecti accidens inſtrumentum?

Nunc ſui, vt lumen ſolis.
Nunc alieni, vt calor ferri, qui ignis inſtrumentum.
Nunc vtriuſque, vt virtus ſeminis, quæ inſtrumentum ſeminis & generantis.

ART. III.

ARTICVLVS III.

De cauſis primis, publicis, vniuerſalibus.

Nomen.

Cauſa hæc dicitur vniuerſalis, generalis, prima, publica, ſuperior.
Vniuerſale hîc accipiendum in cauſando.

Quid prima cauſa?

Aliquando cauſa ante quam non datur prior, ſaltem in ſuo genere: vt materia prima.
Aliquando quæ immediata, & proxima effectui: vt ſtatuæ ſtatuarius.
Aliquando quæ publica & vniuerſalis vt hîc.

Quid hîc vniuerſalis cauſa?

Impropriè generalius quæcumque pertinet ad effectus plures, etiam cum eſt vna eademque numero, vt annulus.
Propriè quæ ad effectus plures numero & ſpecie diſcrepantes, & ad plures alias cauſas diſſentaneas, ſubordinatas, anguſtiores & magis particulares etiam eiuſdem generis.

Conditio.

Prima cur appelletur cauſa vniuerſalis non eſt obſcurum.
Prima non quod immediatior, vicinior & magis propria: Sed quod generalior.
Generalior quod prædicetur de pluribus, non in recto, ſed in obliquo caſu.
Reliquæ cauſæ ſunt Dei, non Deus.
Milites vniuerſi ſunt Imperatoris, non Imperator.
Deus cum agit ſolus eſt cauſa prima, negatiue tantum antequam nulla. Quando operatur vnâ cum creaturis prima eſt non modo negatiuè verum etiam poſitiuè.
Generalis & publica hæc cauſa.

Idque { non eo modo quo ciuitas, exercitus. / ſed eo quo rex, & imperator. }

Superior dicitur quia ſub ſe habet ſecundas cauſas cum effectis.

Diſcrimen primæ cauſæ & ſecundæ.

Prima cauſa eſt indifferens ad plurimos effectus ſpecie diſcrepantes. Secunda quatenus ſecunda eſt determinata ad vnam ſpeciem, aut ad paucas.
Secunda ſubijcitur primæ tanquam ſuperiori.
Eam determinat, aut quaſi determinat.
Arbor determinat ſolem ad tale aliquid procreandum.
Deum non determinat propriè, ſed quaſi determinat.

Exiſtentia, varietas.

Datur vniuerſalis cauſa quia in omni genere cauſarum ad primam deueniendum. Monarchia optimus gubernationis modus.

In materia videntur eſſe aliquo modo locus vniuerſali cauſæ.

Quia vna eademque numero materia ad multas materias ſecundas pertinet.

In fine quia ſalus e.g. Regis eſt publicus finis. Deus omnium rerum communiſſimus finis, & complexus cæteros.

In *exemplari* quia mẽs artificis videtur exemplar annulorum plurium. Reliqua exemplaria ad diuinum referuntur.

Quinetiam in *forma* locus vniuerſali cauſæ. Si admittuntur communes & publicæ formæ vt anima mundi, intellectus Auerrois commentitius, forma totalis cum partialibus : vt anima equi cum forma oſſis, nerui, &c.

Sed potiſſimum in *efficientibus* cauſis locum habet hæc differentia.

Cauſa prima & ſecunda debent concurrere ſimul ad effectus alicuius productionem.

Quotuplex cauſa vniuerſalis & prima?

1. Vel eſt plane prima, vt Deus. Vel ſecundum quid tantum, vt ſol, Imperator.

2. Eſt alia cauſa ab opifice, & efficienti: vt publicus finis, publicum exemplar. &c. Vel efficiens cauſa vniuerſalis.

Vniuerſalis opifex.

Efficiens cauſa vniuerſalis illa, quæ ſub ſe habet multas cauſas efficiẽtes ſpecie à ſeinuicem diſcrepantes & neutiquam ſibi ſubordinatas, cum quibus concurrit, per quas determinatur ad effectus productionem, aut quaſi determinatur.

Eſt {
- in ſuperiori mundo: vt Deus. Angeli & aſtra.
- vel in ſolo inferiori mundo.

Idque {
- ſiue ſit ſubiecto in eodem cum ſecundis cauſis: vt iuſtitia collata cum aliis virtutibus.
- ſiue ſubiecto differat: vt rex, dux, Imperator.

Eſt {
- moralis tantum: vt Rex & Imperator.
- vel naturalis, vt ſol, luna.

Pertinet ad mundi totius, aut præcipuarum illius partium conſeruationem continuationem in ſuperiori mundi parte collocata: vt ſol & Deus. Vel aliter habet, vt Imperator, Epiſcopus, mens cuiuſque noſtrum &c.

Quid hîc cauſa vniuerſalis & quotuplex?

Eſt cauſa efficiens ea quę ad maioris mundi conſeruationem, continuationemque pertinent, etiam eadem numero eſt indifferens ad effectus ſpecie diſcrepãtes, cauſas alias habet ſe anguſtiores, ſubditas & ſubordinatas eſſentialiter, cum quibus concurrit ad effectus productionem, quæque vim ſuam diffundit in maiores mundi partes. n. cœlum & elementa quatuor.

Habet {
- tum effectus varios ab ipſa prodeuntes.
- tum cauſſas multas diſcrepantes nec ſubordinatas ſibi inuicem, quæ ſub ipſius quaſi vexillo militent.

In exercitu & Repub. licet intueri ſpeciem quandam & imaginem cauſſarum mundi generalium, & particularium.

Digitized by Google

Generales illic { quidam non imperant toti exercitui, aut Reip. vt tribuni, præfecti prouinciarum.
alij contra qui { præcipua authoritate & independenter: vt imperator, rex.
non præcipue nec independenter: vt legatus imperatoris, cancellarius, &c.

Prima in mundo cauſa dum concurrit cum ſecunda ad effectum producendum concurrit immediatione virtutis. De qua re alibi.

Cauſa ſecunda eſſentialiter quidem ſubordinatur primæ, quia ab illa pendet in cauſando: non tamen propriè dicitur eius inſtrumentum propter diuerſitatem ordinis.

Interdum eadem cauſa eſt vniuerſalis { & in cauſando / & in prædicando } vt cœlum, ſol.

Prima cauſa omnia cauſat, à nullo cauſatur { vel abſolutè. / vel in ſuo genere.

Quiduis aliud à Deo ſecunda eſt cauſa ſi cum Deo conferatur.

Cauſa prima duplex hîc { *finita*, quæ cœleſtis. / *infinita* n. Deus.

Vt autem ſi ſummo agatur iure ſolus imperator in exercitu, & rex in regno cauſa eſt generalis, ita & in mundo Deus.

Generalis { ſolus Deus abſolutè, & planè independenter. / alia cauſa ſecundum quid tantum.

Extenditur non ad omnes effectus, vt fortaſſe pleræque ſtellæ.
Vel extenditur ad omnes ſaltem corporeos.

Idque { præcipua auctoritate, vt Deus. / vel dependenti, vt ſol.

Eſt { vel ſpiritalis, vt Deus, Angeli qui præſunt orbibus, &c. / vel corporea, vt ſol.

Eſt-ne eadem primæ cauſæ, et ſecundæ actio?

Ratione differunt, quia diſcrepant definitione.
An reipſa diſtinguantur iudicandum maximè ex ſede tranſeuntis actionis & cauſationis.

Ordo cauſarum efficientium in mundo.

Vnus ordo vbi primæ cauſæ conſtituuntur.
Alter inferior vbi ſecundæ.

ARTICVLVS QVARTVS.

De totali Cauſa efficiente.

Quid?

De cauſa & fortuna in Phyſicis.
De arte,& cauſa dianoetica in Logicis & in Phyſicis.
De prouidentia in tractatu 4. vbi de prouidentia Dei.

Quid totalis cauſa, & quotuplex?

Cauſa *totalis* vnde pendet effectus totus: vt totum lumen aeris à ſole: *Partialis* vnde pars effectus, non autem totus.

Quæ autem cauſæ efficientes partiales ſimul concurrunt ad effectus vnius totalis productionem, in duplici ſunt differentia.

Nam quædam ſi ſeiungantur manent inertes, vt equus qui rhedam ſolus vehere nequit.

Quędam ſeiunctæ partem effectus eam ipſam ferè cauſant, quam efficiebant antea quàm coniunctæ eſſent.

Cum .e.g. pluribus à lucernis aut facibus illuſtratur aer, ſi extinguātur cæteræ, vna procurabit ferè illud lumen quod procurabat antea.

Ferè dixi, quia ſphæra actiuitatis futura minor, quia è duplici ſterili gradu luminis fit fœcundus vnus.

Si conſiderātur fœcundi gradus, lucerna eſt exemplum partialis cauſę, ſecundi generis: ſi ſteriles, eſt exemplum primæ.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De Creatione, & Cratore.

Monitum.

Creator & creatio ad efficientem cauſſam pertinent, idcirco non erit à propoſito alienum hoc loco breuem de creatione diſputationem inſtituere.

Nomen, definitio.

Creatio { ſæpe vſurpatur pro quauis cognitione rei, maximè verò pro generatione.
hìc & propriè ſignificat conſtitutionem rei ex nihilo. }

Finitur { productio rei ex non ente, ex nihilo, ex nulla materia præiacenti.
productio rei ex mera potentia, & poſſibilitate obiectiua.
productio entis vt ens eſt. i. entis ſecundum ſuas omnes partes. }

Quotuplex?

Creatio poteſt fingi duplex, duplicituè modi.

Nempe { vna cum eſſendi nouitate, & origine per quam res ita creatur vt antea non extiterit e.g. creatio huius mundi.
altera ſine eſſendi nouitate per quam aliquid ab æternitate omni à Deo procreatum fingitur, cuiuſmodi foret creatio mundi, ſi æternus foret, etenim oriretur & penderet à Deo longè magis quā à Sole lumen aeris. }

Creatio { vna *ſubſtantia*, quæ ſimpliciter creatio eſt.
altera *accidentis*, quæ ſecundum quid creatio eſt & productio mentis: }

Nō actio *immanēs*, aut ſaltē cōſtitutā intra creatorē. quāquā nōnulli aliter ſen-
Primò quia immanens nihil videtur extra fundere. [tiunt.
2. quia ſi creatio actio eſt, paſſio illi reſpondebit in creatura: paſſiones autem ſubiecto priori indigent.

Sed eſt
- vel cauſſatio quædam conſtituta in creante, & conſeruante.
- vel aliquid tranſeuntis actionis ſimile conſtitutum in creatura. Tumque non diſtinguitur à creatura, niſi vt modus & inceptio à re.

Accidens ſubiecto ſuo per naturæ ordinem poſterior: creatio contra creatura prior, vt lumine illuminatio.

Modus
- aliquis prior re illa cuius eſt modus: vt inceptio, creatio.
- aliquis poſterior: vt contrarietas, intenſio, remiſſio.

Cæterum ſi voluntas Dei ſufficere dicitur ad creationem,

dicitur
- non quia non deſideretur exequutio.
- ſed quia poſito motu diuinæ voluntatis executio cōfeſtim ponitur.

Agnoſcit-ne Ariſtoteles creationem?

Creationem ſine eſſendi nouitate admittere videtur: vt coniicere licet ex 12. Metaph. text. 38. & 43. 2. Metaph. text. 4. De qua re in Phyſicis.

Creationem cum eſſendi nouitate videtur repudiaſſe: vt conſtat ex 12. Metaph. cap. 10. r. & 8. Phyſic. cæteriſque locis vbi negatur quidquam ex nihilo procreari, vel aſtruitur æternitas mundi ac neceſſitas diuinæ actionis.

De origine animæ rationalis quid Ariſtoteles ſenſerit ſuo loco dicetur.

Poſſibilem eſſe creationem.

Deus natura eſt potentior. Itaque cum natura ex materia, quæ eſt aliquid minimum actu, extra nihili vaſtitatem conſtitutum poſſit moliri efficereque aliquid. Deus ex nihilo aliquid extundere poteſt.

Deus eſt poteſtatis infinitæ: ergo poteſt agere in ipſum nihilum, & creare.

Res ſe habet vt ad ſuum eſſe, ita & ad ſuum operari.

Deus autem vt ſit non pendet à re vlla: Ergo neque vt operetur.

Si Deus in nihilum redigere poteſt, etiam creare poteſt: in nihilum autem redigere poteſt. Etenim cùm liberrima cauſſa, poteſt non concurrere.

Sublato concurſu Dei, res in nihilum recidit.

Sentiēdum eſt de Deo quàm honorificentiſſimè, tribuendum illi quicquid virtutis argumentum eſt, quidquid nulla implicatur contradictione.

Quod à nihilo pendet tanquam à materia, ex nihilo: Atqui materia prima eſt eiuſmodi ne in infinitum regrediamur: Ergo ex nihilo.

Tam eſt impoſſibile materiam primam eſſe à Deo independentem, & per ſe citra Dei beneficium æternam, atque duos eſſe Deos. Hūc referenda ſunt argumenta à quibus æternitas creaturæ oppugnatur.

Obiectiones.

Creatio eſt actio immanens & tranſiens per aliquid illi, huic-ue ſimile. *Prima.*

Si immanens, immanenti-ue actioni ſimilis nihil foras profert, & procreat, in Deo eſt ab æternitate omni.

Si autem tranſiens actio, tranſeunti-ue actioni ſimilis habet ſubiectum præ-

Digitized by Google

exiſtens in quod feratur, atque tranſeat.

Reſpondent nonnulli creationem eſſe actionem immanentem, ſeu intra Deũ potius, cuius tamen effectus ſit conſtitutus extra, quæque poſſit appellari tranſiens propter effectum poſitum foris. Quæ ſententia ex iis æſtimanda venit, quæ diſputata ſunt de cauſſatione efficiẽtis cauſſę, quia creatio à cauſſatione creatoris non videtur diſtinguenda.

Reſpondent alij quidem eſſe actionem tranſeuntem ſubiectiuè conſtitutam in creatura, quę actio ſi prior, poſteriorque ſubiecto,

nempe { prior quatenus ſubiectum per illam procreatur. / poſterior quatenus cohæret ſubiecti ope.

Reſpondere facilius ſupra non eſſe propriè actionem tranſeuntem, quia creatio antecedit creaturam, actio ſequitur ſubiectum. Conſulenda quę dicuntur alibi de actione tranſeunti. 1. ad lib. de generatione.

2. Creatio neque eſt ſubſtantia, neque accidens: Ergo eſt nihil. Reſp. eſſe eſſentię inceptionem.

3. Procreatio eget ſubiecto antecedenti. D. { ſi ſit vera actio, aut paſſio C. / ſi modus aliquis reſpõdens actioni N.

4. Omnis mutatio duobus concluditur extremis. Reſp. hîc duo extrema eſſe nihilum & ens.

5. Omnis priuatio cernitur & verſatur in contrariis.

Diſt. { ſi lariſſimè contrariorum nomen vſurpetur C. / ſin autem propriè N. vide ſermonem Logicum de oppoſitis.

6. Effectus debet eſſe ſimilis cauſſę efficienti. Reſp. creaturas Deo ſimiles eſſe, nõ ęquales.

7. Cauſſa infinita: Ergo effectus eius debet eſſe infinitus.

D.C. { ſecundum eſſentiam N. / ſecundum modum per quem cauſſa ipſum procreat independens, independenter C.

Creatura eſt attributiuè quid diuininum, vt Ciceronis opꝰ quid Ciceronianũ.

Poteſt-ne creatura creare?

Moraliter poteſt, quia ad preces præſentiamue creaturę Deus creare poteſt, ſed hoc non eſt propriè creare: vt non propriè ędificat ille cuius rogatu alius ędificat, aut tuba cuius ſono ad ędificandum conuocantur operarii.

Naturaliter { ſine Dei ope non poteſt. Nam ſine illa ne formam quidem è materia educere poteſt. / cum Dei ope { vt nunc ſunt conſtitutę res manifeſto videtur nõ poſſe. / quęritur vtrum abſolutè poſſit.

Quęritur vtrum creaturę cuipiam virtus inſeri poſſit aliqua creata, quę ita ſe habeat ad creationem.

vt habet

Vt habet { calidus ignis ad calefaciendum.
faber & malleus &c. ad fabricandum. }

Siue vtrum creatura tanquam ſecunda cauſſa, tanquam inſtrumentum naturale merum, vel non merum è nihilo aliquid producere poſſit.

Si poſſet credibile eſſet animam rationalem creari à creatura; Sed veriſſimile eſt non poſſe dari creaturam tantæ virtutis, vt *phyſicè* creare poſſit.

Primò quia debet inueniri in Deo aliqua effectio creaturæ incõmunicabilis.

2. quia inter aliquid & nihil interuallum videtur infinitum interpoſitum.

3. quia vt ſe habet potentia ad potentiam: ita materia ad materiam.

porro inter finitam vnam facultatem. p. calorem, & alteram finitam quamlibet datur proportio, eaque determinata in ordine, & nota à Deo.

Inter poſſibilitatem ſubiectiuam & obiectiuam nulla proportio datur, nulla ratio, quia illa eſt aliquid rei, hæc nihil.

Ergo nulli finitæ, & creatæ facultati proponitur pro materia poſſibilitas obiectiua.

4. quia quô tenuior materia, & minoris entitatis id ex quo, eô minor requiritur virtus vt inde procreetur aliquid.: Ergo ſi materia ſit nihil infiniteque tenuis entitatis infinita deſideratur virtus ad effectum eliciendum.

5. quia cauſſa etiam quæ inſtrumentaria debet vera cauſſatione, aut mutatione attingere effectum.

6. ſi creatura creare poſſet aliquid ſeipſũ poſſet, quia creabile quatenus creabile proponitur creatori. Quæ tamen coniectura videtur parum proba. Deus creare poteſt non tamen ſe ipſum.

Id fit inquis quia non eſt creabilis res.

Creatura autem res eſt creabilis.

Diſt. { quandiu eſt nihil & ante creationem C.
poſt creationem N quia tum creata non creabilis, non creabilis iterum niſi prius annihiletur. }

Ergo { *moraliter* poſitiuè ex diuina inſtitutione creatura creare poteſt.
phyſicè & efficaciter non poteſt. }

Vtrum creari poſſit creatura infinita quæritur ad lib. de Cælo, & ſermonem de infinito in tractatu Metaphyſicæ vltimo inſtituendum.

CAPVT IV.

De Materia, & forma.

ARTICVLVS PRIOR.

De Materia.

Quid cauſa?

Id quod alteri eſt non ſibi tantum.

Quæ fere occurrunt in quoque genere cauſæ?

Primò principium princeps & præcipuum, vt materia.

2. inſtrumentaria [illegible] ignis, diſpoſitio materiæ.
3. conditiones ad cauſandum neceſſariæ: vt materiæ præſentia, abſentia, finis.
4. ipſa cauſatio: vt productio caloris, productio compoſiti.

Materia locum habet in rebus metaphyſicis, ſeu id in quo, & ex quo.

Primò quia ſubiectum accidentium materia eſt.

2. quia partes reuocantur ad materialem cauſſam, phyſicam tamen materiam non habent res quæ propriæ Metaphyſicè: quanquam non defuerunt qui Angelos componerent ex materia, & forma.

Nomen, notio.

Nomenclatura & notio communis repetatur è rudimentis & ex Phyſicis.

Genera materiæ.

Primum. Primum materiæ genus eſt obiectum, materia circa quam: vt numerus, viſibile.

Circa quam. Ex qua totũ. Secundum partes totum componentes, ſiue materia ex qua coaleſcit totum: vt homo ex corpore & animo.

In qua. 3. materia in qua recipitur aliquid tanquam in ſubiecto, domicilio, & hoſpitio: vt cera vbi figura, animus vbi mens & voluntas.

Quę { materia vel eſt etiam materia *ex qua*: vt ſubiectum caloris.
vel tantum in qua, non ex qua: vt ſubiectum animæ rationalis. }

2 Materia circa quam, ex qua, in qua.

3 Materia ex qua totum componitur, ex qua forma fit.

4. Materia *ex qua* vel non permanet: vt cum ex ligno dicitur fieri ignis: quo nomine non eſt propriè & per ſe cauſa. Vel permanet vt in cathedra lignum.

5. Eſtque { vna ex qua & totum & forma: vt corpus equi.
altera ex qua totum non autem forma: vt corpus hominis quia animus noſter fit in corpore, non ex corpore. }

Forma { quædam educitur è materiæ potentia: vt candor ex lacte, intellectio ex anima.
quædam non educitur è materia in qua eſt: vt animus hominis. }

6. Sed { quæ materia recipit & informatur, eadem etiam componit aliquod totum.
quæ eſt materia *in qua* eadem eſt materia *ex qua* comparatione totius. }

7. Partes componentes videntur rationem poteſtatis & ſubiecti obtinere, cui tanquam actus & forma reſpondeat ipſa *compoſitio*, ipſa totalitas: vt conſtat ex 2. Phyſ. cap. 3.

De partium varietate alibi.

8. Quando non diſtinguntur realiter, cauſatio illic minus exquiſita.

Materies *in qua* forma appellatur propriè ſubiectum.

hũc refertur { primo materia prima. De qua in Phyſicis.
2. ſubiectũ quoduis accidẽtiũ: vt animus ſi cõferatur cũ intellectione.
3. genus ſi cõferatur cũ differẽtiis: vt animalitas cũ rationalitate.
4. natura ſi conferatur cum ſingularitate, & omnino res modificabilis ſi cum modo conferatur. }

Cauſatio obiecti.

Obiectum videtur cauſare, vt *finis*, quia appetitur, intenditur. Vt efficiens cauſa.p. quando lumen ſolis oculum mouet, & herus phantaſiam canis. Vt materia quatenus facultas, aut habitus circa ipſam occupatur, vt mens circa intelligibile, arithmetica circa numerum.

Sæpe eadem numero materia eſt *in qua, ex qua*, & *circa quam*: vt marmor.

Eſt { materia *circa quam* dum refertur ad ſtatuarium.
materia *in qua*, vt ſi confertur cum figura.
materia *ex qua* ſi conferatur cum ſtatua & cum figura. }

Materiæ ex qua totum.

Materia hæc cauſat per præſentiam ſeipſam communicando.
Formam quandam recipiendo.p. compoſitionem.
Partes dum conferuntur cum *compoſitione* videntur materia in qua.

Monitum.

Compoſitio eſt τὸ componere, τὸ componi eſt effectus vtriuſque.

Materiæ in qua.

Cauſatio materiæ in qua in eo ſita eſt quod ſubſit formæ, formã retineat, & ab ipſa apprehendatur. Interdum producit formam, ſed hoc nomine eſt materia ex qua.

Officium vnum aduerſus formam informantem. Alterum aduerſus totum.

Effectus materiæ primæ ſunt vnio cum forma, compoſitio, compoſitum, & interdum forma.

Quid educi formam è materiæ poteſtate?

Eſt ipſam fieri cum materiæ ope & dependenter à materia.

Quæ conditiones formæ quæ educitur è materia?

Prima eſt vt forma pendeat à materia in eſſe & in fieri.
Secunda vt materia præcedat formam naturæ ordine.
Tertia vt materia & forma non producantur eodem momento temporis.
Quando materia cui forma ineſt creatur ſimul cum ipſa: vt animus cum mente; productio hæc vocari conſueuit *Creatio*.
Quamquam videtur vſquequaque neceſſaria tertia conditio.

ARTICVLVS POSTERIOR.

De forma,

Nomenclatura, notio, diſtinctio.

Alibi poſita nomina formæ cum notione.
Forma Phyſiologis actus phyſicus qui materiæ aduenit, ſiue ſit ſubſtantialis, ſiue accidentarius.
Generatim ſi eſt externa eſt *exemplar*, aut quid denominans extrinſece. Si interna eſt id quo res eſt actu.

Tumque { vel propriè *informans*: vt animus & candor. | vel dumtaxat quaſi *informans*: vt differentia, compoſitio, terminatio &c. }

Quæ forma aſſiſtens, ea non propriè interna.

Præcipua genera formæ.

Forma quæ dicitur aſſiſtens non eſt propriè formalis cauſa. Si cauſat, cauſat efficaciter.

Forma externa ſi extrinſecè cauſat, eſt exemplar. Si denominat tantum extrinſece non propriè, eſt formalis cauſa.

Forma { propriè apud metaphyſicos eſt *id quo res eſt actu.* | communius quiuis actus: vt Deus, Angelus. | magis propriè actus alterius rei. }

Quid ſit forma phyſica declaratum.

Interna forma { latè quæcumque intra rem: vt Angelus aſſiſtens cœlo. | propriè quę ita intra rē vt informet ipſam, vel quaſi informet. | propriiſſime quæ rē informat, & eſt de natura eius. }

Quę propriè interna vel eſt propriè informans: vt animus in corpore. Vel dumtaxat quaſi informans: vt hypoſtaſis ſi conferatur cum natura.

Compoſitio eſt quaſi figura, & forma rei compoſitæ.

Singularitas & perſonalitas referuntur ad formales cauſas. Itemque totum aut totalitas. Differentia cui genus reſpondet tanquam materia.

Pars definitionis quælibet quæ dat eſſe actu.

Modi & termini quiuis. Terminare non eſt propriè informare: vt cum hypoſtaſis diuina terminat humanitatem Chriſti.

Monitum.

Variæ diuiſiones formæ repetantur è rudimentis & ex phyſiologia.

Cauſatio formæ naturalis?

Cauſatio materiæ & formæ ex effectis intelligitur.

Effectus { materiæ eſt forma, vel ſaltem admiſſio & retentio eius. | formę eſt informatio materię, fortèque aliquando conſeruatio, & diſtinctio pręcipua. }

Materiæ & formæ compoſitio, vnio, compoſitum, exiſtentia, vnitas.

Forma quatenus componit, æmulatur materialem cauſam.

Vt materia formalem quatenus τὸ eſſe ſuum largitur toti.

Forma externa eſt cauſa ſi refertur ad materiam.

Vt interna ſi ad compoſitum.

Accipe internam propriiſſimè.

Operatio.

Forma operandi principium eſt, vt materia patiendi; quamquam energia & efficacitas videtur conuenire formæ potius, quatenus eſt effectrix cauſa, quam quatenus eſt formaliter cauſſa.

Formam, formarumque varietatem aperiunt quę inde oriuntur actiones.

Ab vna tamen forma variæ poſſunt manare actiones ſpecie diſcrepantes: vt intelligere velle. Sed tum more exercitus ordinatiſſimi deprehenduntur conſpirantes ad vnum finem.

Variæ autem proferũtur cauſſæ cur actiones diuerſæ ſpeciei prodeant ab eadem forma ſubſtantiali.

Primo variæ actiones, quia vnius eiuſdemq; variæ rei ſunt facultates. p. calor, ſiccitas, mens, voluntas.

Secundo cauſa ſuperior. p. ſol ab inferiori determinatur, quæ multiplex idcirco illa extenditur ad multa.

Tertio facultas vna variè agit quia offendit diſſimilẽ materiam. p. ceram, lutũ.

Sæpe ex vna facultate. p. frigore oritur per ſe & proxime vna actio. p. frigefactio. altera per accidens: vt condenſatio, dealbatio. 4.

Officium { aliud rei ſecundum ſe ſpectatæ. / aliud rei tanquam partis mundi. / aliud rei tanquam inſtrumenti. } 5

Idem inſtrumentum vſurpatur à cauſis varijs: ideoque variè agit vt calor: producit calor in homine carnem hominis. in equo carnes equi, &c. 6

Monitum.

De forma Phyſica fuſè in phyſiologia.

Ex forma Phyſica iudicium facimus de formis Metaphyſicis.

Forma locum habet apud Metaphyſicos. 1. quia accidentia ſunt ſubiecti formæ. 2. quia quicquid dat eſſe rei, eamque finit, nomine formæ ab Ariſtotele ſignificatur.

CAPVT V.
De Cauſa exemplari.
ARTICVLVS PRIMVS.
De paradigmate, & exemplari generatim.
Nomen, notio, exiſtentia & diſtinctio.

Exemplar idem aliquando atque *exemplum* ſpecimenue rei: vt quando datur vini guſtus, tritici ſpecimen, &c.

Hic eſt typus ad cuius ſimilitudinem aliquid de induſtria elaboratur: vt domus architecti cogitatione deſcripta.

Exempli nomen interdum vſurpatur pro paradigmate & exemplari: vt & nomina typi, atque ideæ, quamquam quibuſdam exemplaris nomen eſt cõmune. Idea elegantius ſumitur pro interiori exemplari & formali.

Efficiens cauſa quatenus efficiens indeterminata eſt: vt animal quatenus animal indeterminatum ad rationale & irrationale.

Nam ſi efficiens quatenus efficiens foret determinata cauſa: quiuis opifex foret ex ſe determinatus. Res autem aliter habet.

Nam opifices duplicis generis offenduntur,

n. { opifex *naturalis* cui aliunde oportuit impoſitam & adiunctam determinationem. Quia ipſe determinare ſe nequit: vt arbor, equus. / opifex *dianoeticus*, qui per mentem operatur, & ſe determinare poteſt. }

Omnino datur exemplar. 1. quia datur cauſa dianoetica. *Exiſtentia*

2. quia quicquid procreatur, id alicui rei ſimile procreatur, nec temerè proindeque videtur obtinere exemplar.

Digitized by Google

Exemplar { generaliſſimè videtur quæuis cauſa, quatenus effectus ſimilis ipſi elaboratur, id ad quod aliud elaboratur, cuius ſimilitudo non temerè exprimitur in alio. | generatim exemplar illud, quod efficientem cauſam determinatam reddit ad efficiendum hoc vel illud circa vnam eamdemque materiam & poſſibilitatem. | ſpeciatim quod dicitur exemplar propriè *dianœticum*. }

Altera diſtinctio.

Generaliſſime exemplar id ad quod.
Generatim aliquid externum ad quod aliquid elaboratur.
Speciatim exemplar tantum dianoeticum: vt vultus regis, quem pictor imitatur.

Eſt-ne externum quoduis exemplar?

Non quoduis externum ſi cum opifice conferatur.
Sed externum quoduis, ſi cum opere conferatur, niſi aliquid dicitur eſſe exemplar ſui: ſed res abſens dicitur diſcrepare à ſe ipſa præſenti.
Domus non exiſtens, non propriè quid internum exiſtenti domui.

Diuiſiones exemplaris.

Prima diuiſio.

Aliud *naturale* exemplar quod cauſa naturaliter agens imitatur atque exprimit: vt calor ignis.
Aliud *dianoeticum*: quod in cauſando opifex dianoeticus imitatur: vt Alexādri vultus, quem Appelles imitatur.

Secunda diuiſio.

Eſt { naturalis operis, vt arboris. | vel non naturalis, vt domus, nauis. }

Cuius rei dicitur exemplar?

Dicitur { tum *opificis*. p. pictoris. | tum *operis*. p. tabulæ. }

Sed fere frequentius in philoſophando operis quàm effectoris.
Cauſa vna & cum effectu ſuo comparatur & cum alia cauſa: vt materia cum domo, & cum architecto.

Quid exemplar naturale?

Vel effectus naturalis exemplar: vt idea Platonis, exemplar arboris.
Vel opificis naturalis: vt exemplar ignis producentis.
Mixtio omitti conſueuit.

Tertia diuiſio.

Vel eſt ſynonymè effectui ſimile exemplar: vt quādo pictor imitatur tabulam.
Vel analogicè tantum: vt quando vultum Regis in tabula exprimit pictor, lumine procreatur calor.

Monitum.

Omnia quodam modo fieri ex ſynonimis dicuntur cap. 9. 7. metaphyſicæ.
Sed tum ſynonymorum nomine videntur comprehēdi etiam analoga.
Adde quod cauſæ determinatæ dicuntur ſynonymæ maximè ſi cognomines effectui nomine affines: vt domui omnes domus.

Quarta diuiſio.

Internum eſt exemplar ſeu intra opificem: vt typus domus in architecto.
Vel externum, vt domus quam imitatur architectus.

Monitum.

Non ſi exemplar externum operi, ideo externum effectori.

Quinta diuiſio.

Eſt *efficax* exemplar: vt annulus, typus typographicus.
vel *inefficax*: vt vultus regis.

Sexta diuiſio.

Æternum eſt exemplar, vt in Deo: vel non æternum: vt in architecto.

Septima diuiſio.

Eſt Dei ipſius, vel alterius cauſę.

Octaua diuiſio.

Eſt *poteſtate* exemplar: vel *actu*, & energia.

Nona diuiſio.

Eſt *proximum*, vt tabula quam imitaris: vel *remotum*: vt vultus Iulij Cæſaris in ea tabula expreſſus.

Decima diuiſio.

Eſt *materiale*, vt vultus regis: vel *immateriale*, vt conceptio regij vultus.

Vndecima diuiſio.

Eſt *corruptibile*, vt typus ęreus: vel *incorruptibile*, vt idea diuina.

Duodecima diuiſio.

Eſt *ſimplex*, vt anima: vel *mixtum*, vt equus.

Decima tertia diuiſio.

Eſt *totale*: vt paternus vultus cum materno.
Vel *partiale* tantum: vt maternus vultus ſi cum filio conferatur.

Decima quarta diuiſio.

Eſt, fuit, erit.

Decima quinta diuiſio.

Eſt *ſubordinatum*, vel *non ſubordinatum*.

Decima ſexta diuiſio.

Eſt *ſubordinans*, vel non *ſubordinans*.

Digitized by Google

Decima ſeptima diuiſio.

Eſt principium & principale, vel inſtrumentarium tantum.

Decima octaua diuiſio.

Platonis exemplar naturale, vel mathematicum, vel artificioſum: de qua te in Logicis.

Decima nona diuiſio.

Eſt efficiens cauſa aliquidue eius, vel non.
Omnis cauſa eſt quodammodo exemplar.

Vigeſima diuiſio.

Vel idem eſt exemplar ſui .n. abſens præſentis.
Vel vnum eſt exemplar alterius.

Vigeſima prima diuiſio.

Exiſtit in natura rerum: vt vultus Ludouici Regis.
Vel tantum in cogitatione: vt vultus Cæſaris.

Monitum.

Sit ne aliquid exemplar ſui quæretur poſtea.
Item ſit ne exemplar cauſa, & quô reuocari debeat.

Quomodo colligenda definitio communis?

Videndum quid ſit commune *naturali* exemplari cum *dianoetico*, *interno* cum *externo*, *efficaci* & *inefficaci*, &c.

Id autem videtur commune quod exemplar determinat tum efficientem cauſam, tum effectum, cauſet imitatione ſui, non ſua.

Sed { cauſa efficiens *naturalis* videtur ex ſe determinata: vt calor ad calorem procreandum.
dianoetica videtur indeterminata. p. ad hanc, vel ad illam figuram: ita vt exemplaris acceſſione determinetur. }

Itaque in cauſa naturali quod determinationem facit, ſimile eſt per proportionem exemplari dianoetico, vt duo in annulo. p. aurum quod per ſe indeterminatum, & figura certa quæ determinat aurum ad certum vſum.

Ita in mente determinata duo, mens ipſa quæ per ſe indifferens & indeterminata: & exemplar quod determinat mentē ad certum vſum. p. ad pingendū. A. Non ad pingendum B.

Exemplar generatim videtur eſſe quod cauſam efficientem reddit determinatam in ſe ex indifferenti: vt *dianoeticum* exemplar quod determinat mentem: *naturale* quod determinauit cauſam naturalem p. magnetem.

Poſſunt ne plura eiuſdem rei eſſe exemplaria?

Eiuſdem effectus poſſunt eſſe plura exemplaria.
Primò quia apud pictores datur exemplar exemplaris.
2. quia externum exemplar interno indiget: vt vultus regis notione pictoris.
3. quia facultas ipſa & ars eſt aliquo modo exemplar.

Digitized by Google

Quartò quia imago eiuſdem rei in mente duplex,

.n. { *habitualis*, quæ ſpecies intelligibilis.
& *actualis*, quæ verbum mentis. }

Quintò quia creatum cum increato concurrit ad effectus productionem.

Subordinatio.

Exemplar exemplari ſubordinari deprehenditur.

Idque { vel *accidentario*: vt poſterior tabula priori.
vel *eſſentialiter*: vt vultus regis eiuſdem notioni in pictoris mente, vel contra. }

Monita.

Quæ ſeiunguntur, aliquando facilius cogitatione diſcernuntur. Ideò exemplar quod in artifice non difficulter ſeparatur ab artifice, vt nec difficulter ab auro figura, imaginatio ab anima.

At in calore, frigore & ſexcentis cauſis naturalibus quod pro exemplari determinante, videtur perenniter cum facultate copulatum, feréque in rebus huius generis confunditur exemplar cum opifice.

ARTICVLVS II.

De exemplari naturali.

Quid hîc exemplar naturale?

Non quiuis typus effectus naturalis .p. imago equi in diuina mente, non idea Platonica ad Ariſtotelis mentem explicata, non quidquid opificem naturalem determinat, naturam materia ipſam determinare poteſt.

Verum aliquid in eo quod agit naturaliter non dianoëtice, ipſumue naturale agens, cui non temere ſimilis effectus ab ipſo procuretur: vt calor, forma annuli, facultas, ars ipſa, &c.

Omninò id quod cuiuſue ſimilitudinem cauſa naturalis exprimit non temerè in effectu ſuo.

An ſit.

Hoc exemplar videtur admittendum quanquam haud paucis reſpuentibus.

Primò quia exemplar nihil videtur eſſe aliud quàm id cui ſimile aliquid aliud fingitur non fortuito, quodque determinat cauſſam efficientem & effectum non tamen per modum *finis*, materiæ aut formæ.

Secundò quia annulus dicitur typus & exemplar.

Tertiò quoniam ars appellatur ſpecies & exemplar operis libr. 10. Metaphyſicæ.

Quartò quia mutilus equus equum generare ſolet minimè mutilum, idque non alia de cauſſa quam quia forma eſt integra, & integrum principium generandi, cui ſimilis prodire effectus debet.

Quintò quia quæ alicubi ſeiunguntur à natura debent cogitatione ſeiungi vbi à natura ſeiunguntur.

Mens facillime ſecernitur à cogitatione per quam determinatur, quia hæc non durat, &c.

Aurum difficilius à figura, quia hæc diutius illud comitatur.

Calor dum producit calorem difficilius à re per quam efficacia illius determinatur.

Sextò quia ſi principium generandi oblædatur & mutiletur, effectus non prodibit qualis prodire ſolet.

Septimò quia mirabilis phantaſiæ vis in fœtu conformando.

Octauò quia quo iure ars dicitur exemplar artificioſi operis, eodem calor caloris producendi.

Obiectiunculæ.

Prima. Quod determinatum eſt in agendo, non eget exemplari.

Cauſſa naturalis, vt annulus, calor, determinata eſt: Ergo, &c.

Diſt. P. tanquam re abſenti C. tanquam re præſenti, N.

2. Deſinitio exemplaris non conuenit calori, annulo, phantaſiæ, &c.

Diſt. { ſi proferatur generalior N.
{ ſi quæ circumfertur & applicatur exemplari dianoëtico C.

Quanquam & ipſa per analogiam conuenir calori.

Quotuplex exemplar naturale?

1 Apud Peripateticos vel nullum conſtituitur exemplar operis naturalis quatenus naturale eſt, p. equi, arboris, vel idipſum quod agit formaue eius, aut pars alia aliqua.

2 Eſt { id quod agit, vt cum ignis procreat ignem.
{ vel ſaltem aliquid in agente; vt forma eius, virtus ſeminis.

Sed agens duplex *præcipuum*, inſtrumentarium.

3. Eſt { *ſynonymum* exemplar naturale: vt calor dum calorem procreat.
{ vel *homonymum* & analogum: vt lumen dum calorem procreat.

4. Eſt ſimplex, vel compoſitum: vt vterque parens.

5. Eſt ſubſtantia, vel accidens.

6 Eſt obnoxium degenerationi, vel non.

Quod valdè degenerauit ſterile eſt apud Peripateticos.

Monita.

In negotio diſtinctionum & vnitatum conducibile eſt per illuſtria exempla progredi gradatim ab apparenti multitudine atque diſtinctione ad apparentem coniunctionem, vnitatemque, & contra.

Cum diſtinguendum eſt quod imperat, ab eo quod obſequitur pro ſpecimine, hi proponantur gradus.

Imperat pater abſenti filio, & præſenti.

Imperat eques equo cui inſideat.

Mens manui, & motrici facultati.

Mens voluntati, & appetitui.

Digitized by Google

Denique mens menti.

Vt intelligatur opificis coniunctio tum exemplari & eiuſdem ab eodem ſeiunctio, proponantur ſpecimina duo, quæ ſint veluti duo extremi gradus.

Sp. { *calor* qui calorem creat imitatione, tum ſua, tum ſui: vt ſumma ſit coniunctio opificis cum exemplari.
pictor qui regis abſentis vultum imitatur, itavt imaginem cauſet pictor imitatione ſua, vultus imitatione ſui & ſit facillimum ſecernere opificem ab exemplari. }

Inter hos veluti extremos gradus medij multi intercepti deprehendentur, ſi intueamur hæc ſpecimina.

Lumen calorem creat, & ars artificioſum opus imitatione ſua & ſui, ſed analogica tantum non ſynonyma; vt calor.

Ignis calidus calorem procreat atque ignem, itavt vterque ſit pro opifice.

Solus calor pro calore exemplari ſaltem ſynonymo: vt ſolus ignis pro exemplari ignis.

Vis formatrix ſeminis & phantaſia configurant fœtum, &c.

Aurum cum figura efficiunt ſignum ſimile figuræ non auro.

Pictor cum imagine intelligibili tabulam facit.

Pictor tabulam efformat vnâ cum vultus conceptione quæ fluit, non autem durat more imaginis intelligibilis.

Ex ſuperioribus exẽplis liceat varios exemplaris naturalis colligere modos.

Liceat aſtruere exemplar naturale.

Liceat diſtinguere in calore & ſimilibus imitationem actiuam à paſſiua: vt mens imperans diſtinguitur ab obſequenti.

Diſcrimina exemplaris naturalis et dianoëtici.

Naturalia exemplaria multis nominibus differunt à dianoëticis vt facile eſt deprehendere.

Primò quia { quæ naturaliter agunt ſe ipſa habent pro exemplari, aut ſuas formas, atque inſtrumenta.
dianoëticæ cauſſæ, ſi excipiatur Deus, ferè aliud à ſe exemplar propoſitum habent, præter interna exemplaria: vt pictor vultum regis. }

2. quia { in re naturali vnicum exemplar, aut non valdè multiplex: vt in annulo.
in cauſſa dianoëtica eſt valdè multiplex: vt in pictoris mente. }

3. quia { *dianoëticum* cognitione eget, nec neceſſario ſe ipſum exprimit.
naturale, contrà, agens ſe ipſum imitatur, ſed non cognoſcit niſi metaphoricè. }

4. quia { quod vtitur dianoëticè exemplari, liberè agit.
quod vtitur naturali, neceſſariò agit. }

5. quia { *dianoëticum* exemplar propriè exemplar creditur.
naturale vero non niſi per proportionem & ſimilitudinem. }

Habet ſe { vt exemplar pictoris ad pictorem & tabulam.
ita figura annuli ad annulum ipſum exprimentem, & expreſſa ſi-[gna.]

ARTICVLVS III.

De Exemplari dianoëtico.

Nomen.

Hoc exemplar per excellentiam appellatur idea & exemplar.

Quid?

Definitur forma quam aliquid imitatur ex agentis finem ſibi præſtituentis intenſione.

Aliquid cuius ſimilitudo de induſtria operi imponitur per cogitationem.

Id ad quod reſpiciens opifex dianoëticus operatur & cauſſat, quodque imitando exprimit.

Quotuplex?

Tria occurrunt quæ videantur exemplaris dianoëtici nomen promereri,

.n. { primò res illa ipſa quam imitatur, intueturque opifex ſeu conceptus *obiectiuus:* vt vultus regis qui concipitur.

Obiectiuus conceptus. ſecundo notitia illius ſeu conceptus *formalis* in opificis mente: vt cognitio per quam vultus ille comprehenditur.

Formalis conceptus. tertio eiuſdem rei durabile ſimulacrum in mente, ſpecieſue *intelligibilis:* vt imago vultus quæ aſſeruatur in memoria.

Species intelligibilis.

Quid-nam ex his tribus præcipuè exemplar.

Vnum ex his tribus conſtituendum eſt tanquam præcipuum exemplar, vt reliqua duo ſint eius adiumenta.

Nemo ferè ſpeciem intelligibilē pro principe exemplari habet.

Quæritur penes quod caput è duobus reliquis ſit præcipua cauſandi authori-[tas.]

Sententia prima quæ ferè vulgi.

Obiectiua notio ſeu res quæ concipitur primarium eſt exemplar, non notitia, non ſpecies intelligibilis.

Primò quia nemo hominum non aliquid imitatur, intueturque tanquam exemplar.

Multi non admittunt ſpecies intelligibiles.

Non intuemur niſi per reflexionem notiones mentis.

Imitari videmur potius notione quam notionem.

Secundò quia opus debet reſpondere rei cōceptæ potius quam imaginibus, imagines illæ commenſurandæ ſunt rei conceptæ, non contra.

Tertiò quia pictor ſi ex hypotheſi poſſet imitari & exprimere vultum regis quantumuis imaginem & notionem mentalem non exprimeret, nihilominus muneri ſuo ſatisfeciſſe crederetur.

Quartò quia quod exemplar ſit ſynonymum hoc pendet à re concepta.

Sed *externum* iſtud realeue exemplar ſine duobus alijs internis & intentionalibus inutile eſt: quia nemo de induſtria imitatur quod ignorat.

Digitized by Google

Qua propter aliquo iure & per analogiam duo iſta ſibi retinent nomen, notionem, & rationem exemplarem.

Secunda ſententia.

Sunt qui exemplar *notionale*, & *formale* cauſandi authoritate obiectiuo præferunt.

Tertia ſententia.

Sunt qui ſaltem in diuinis *notionale obiectiuo* præferunt, ſeu imaginem, & notionem rei obiectæ, forſan fruſtra.

Primò quia { notio diuina ſemper infinita eſt. / Deo tamen proponi poteſt creatura exprimenda tanquam typus & exemplar, p. vultus regius.

2. quia { Deus ipſe non eſt exemplar obiectiuum rei certæ. p. equi niſi quatenus ab ipſa imitabilis, / hoc vero modo atque nomine ſaltem ſecundum ſpeciem & infirmitatem noſtræ intelligentiæ videtur eſſe quaſi aliquid minus quam illa ipſa infinita notio per quam ſe cognoſcit imitabilem: eodem. n. modo quo Deus ipſe quatenus à leone videtur imitabilis, videtur aliquid minus quam ille ipſe Deus, quatenus humanæ ſpeciei exemplar.

Notio tamen Dei { ſi conferatur cum creatura obiecta, & exprimenda, eſt præſtabilius aliquid. / ſi vero cum eſſentia ipſa Dei quatenus obiicitur Deo exprimenda in effectu aliquo, non ita propriè dicitur maius quiddam.

At vero inquis licet in hunc modum ratiocinari.

Habet ſe { vt ad hominem equus. / ita Deus quatenus ab equo imitabilis ad eundem Deum quatenus homo illum imitatur.

Ergo Deus eſt quid præſtantius quatenus exemplar hominis, quàm quatenus exemplar equi.

D. A. { ſecundum aliquam ſimilitudinem C. / ſecundum dignitatem D. { extrinſece ſemper effectus C. / intrinſece N.

Nam in diuinis infinita attributa omnia, infinitæ omnes perfectiones, licet ſine infinitate videtur aliquo modo poſſe cogitari.

Præterea reſpondendum eſt exemplaria homonyma non ponderari ex dignitate effectorum.

Rerum inæqualium notiones poſſunt eſſe æque præſtantes. Sed hæc diſcutiant Theologi.

Obiectiones.

Domus mente exarata conceptione externæ domus eſt aliquid præſtantius quam externa domus quæ proponitur exprimenda, imitanda. *Prima.*

De cauſſatione exemplaris.

Exemplar videri cauſſam.

Multa ſunt quorum cauſa ab exemplari alia nulla affertur : vt gibbus in ſtatua, ſimitas in tabula.

Ideò quidque dicitur perfectum & verum opus, quia reſpondet exemplari.

Non minor neceſſitas *exemplaris quam finis.*

Non minus neceſſaria caloris imitatio paſſiua, quam actiua.

Monitum.

Qui exemplar non habet in cauſſis de nomine potius quam de re certat: quia neceſſe eſt variet & immutet definitionem cauſæ ſecundum ſe: ſi quidem communis definitio ex omnibus exprimenda ſpeciebus.

Sed difficillimum eſt perfecte conſtituere in quo ſit poſita communis ratio cauſæ: ideò fit vt dubitetur vtrum exemplar ſit inter cauſas numerandum, vt & vtrum finis.

Monitum alterum.

Qui non admittit exemplar naturale, non debet eodem modo exemplar ſecundum ſe definire, quô qui admittunt.

In quo poſita cauſſatio exemplaris?

In eo videtur poſita quod ipſum imitetur opifex & effectus.

Quod concurrat quaſi paſſiuè ad ſui imitationem.

Determinet opificem, materiam & opus propria quadam & peculiari ratione.

Omninò cauſat imitatione ſui, non ſua.

Requiritur vt res fiat, non vt perſiſtat.

Exemplar {
formæ ſimile eſt quia ipſum eſt forma quædam licet externa.
materiæ quia *quaſi* paſſiuè cauſat, exprimitur, non exprimit.
opifici quia ſaltem per imaginem ſui in opifice eſt.
fini quia cauſſat etiam abſens.
}

Item quia vt plerumque idem eſt finis & effectus: ita forma abſens ſui præſentis & exiſtentis poteſt exemplar eſſe.

Non eſt tamen finis quia non agimus tantum exemplaris gratiâ.

Non materia quia non componit opus, non ſuſtentat formam.

Non efficiens cauſa, quia nihil agit, nihil molitur per ſe.

Non forma informans, quia non eſt de natura operis, &c.

Quodnam genus cauſſæ exemplar, aut ad quod reuocabile?

Quæritur ſit-ne exemplar quinta cauſa, quintum cauſæ genus: an vero tantum ad aliquam è quatuor reduci debeat, & ad quam, & quomodo.

Ad *materiam* certe non reuocatur quia hæc cauſa eſt interna, ſuſcipit, fouet ſuum largitur eſſe, requiritur vt res ſit.

Non etiam eſt *finis*, licet menti obiiciatur vt & finis : niſi quando idem eſt & finis & exemplar: vt quando in gratiam regis rex ipſe pingitur.

Artifex non agit propriè *propter* exemplar, ſed *per* exemplar, ad exemplar.

Vt ſit opificis adiumentum, non videtur ſpecies opificis.

Sententia prima.

Sunt qui exemplar reuocant ad formalem cauſam internam & propriè dictam.

Refelluntur primò quia forma interna eſt, componit, actuat, &c.

2. quia
- quicquid ad formam reuocatur, vel eſt forma, formaliſue cauſa, vel ſaltem ſubſernit illi proximè & immediatè.
- exemplar autem
  - non eſt ipſa formalis cauſa, particulaue eius.
  - neque vſui eſt formæ niſi per efficientem cauſam.

3. quia forma perpetuo effectum comitatur, exemplar non item, ſed neceſſarium eſt duntaxat ad progenerationem rei.

Res indiget exemplari
- vt producatur.
- non vt ſubſiſtat cauſa producta.

Secunda ſententia quæ non improbabilis.

Naturale exemplar eſt ipſa effectrix cauſa, aliquidue ipſius.

Idea item exemplarue dianoëtici operis ad effectricem cauſam videtur reuocandum, tanquam adiumentum neceſſarium ad determinandum.

Omninò cauſatio exemplaris videtur in efficiendo poſita: ſed vt ſit adiumentum efficientis cauſæ: potius, quàm formaliter ipſa efficiens cauſa: licet ſæpe opifex & exemplar ſint realiter idem.

Coniecturæ cum ſolutione.

Prima.

Habet ſe
- vt exemplar materiale ad efficientem cauſam naturalem.
- ita dianoëticum ad artificem, effectoremque dianoëticum.

Porro opifex & exemplar in re naturali idem: Ergo.

Negatur propoſitio quia illud videtur eſſe realiter idem cum efficiente cauſa naturali, aut ſaltem cum particula eius.

D. præterea. S. idem realiter. T. idem ſecundum rationem N.

2. Effector quiuis procreat quiddam ſimile ſibi: architectus vero quatenus architectus ſibi ſimile nihil procreat, niſi exemplar ad efficientem cauſam pertinet.

Negatur hæc propoſitio quia ars ipſa & facultas operi proportione ſaltem eſt ſimilis, formæue operis, omniſque cauſa aliquomodo ſimilis effectui.

3. Pertinet exemplar ad opificem. D.
- quia huic neceſſarium eſt C.
- quia ipſum ſit effectiuum N.

Idem

Digitized by Google

Idem & opifex & exemplar eſſe poteſt. D. { diuerſa ratione C. / eadem N. 4.

Eorum quæ fiunt arte cauſa quodammodo ſynonyma eſt ex. 7. Metaphyſ. cap. 7. & 9. domus ex. gr. efficitur ab vniuoco effectore: Ergo in architecto quatenus eſt architectus forma domus inuenitur & exemplar. 5.

Reſpōde cauſſam ſynonymam appellari quod ſit aliquomodo eiuſdem cum effectu nominis ſimilis, vt patet in ſtatuaria & ſtatua œconomo, &c. omnino Reſponde in artificioſis cauſſam & effectum eſſe actionis ſimilis non planè eiuſdem, interdumque apud Ariſtotelem, vt illic ex. 2. Metaph. cap. 1 homonymorum nomine analoga etiam contineri.

Tertia ſententia quæ forſan probabilior.

Exemplar rei naturalis. p. caloris animali naturaliter figurantis, videtur eſſe ipſa effectrix cauſa quatenus aliquid procuratur, ſimiliter igni forma ignis illi pro exemplari alterius ignis procreandi, &c.

Nihil tamen impedit quo minus illic ratione & definitione duæ iſtæ cauſſæ diſtinguantur, cum phantaſmata fœminæ concipientis, gerentiſue vterum cauſſant in fœtu aliquid. p. colorem, prodigioſam formam.

Videntur eſſe { non exemplar tantum coloris, formæ. / ſed etiam altera ex parte effectrix cauſſa.

Niſi fiunt confitendum eſt exemplar naturale aliquando diſtingui realiter ab efficiente cauſſa.

De exemplari dianoetico.

Prima propoſitio.

Exemplar dianoëticum non videtur vllo modo princeps, & præcipua effectrix cauſa.

Primò quia { *internum* & intentionale nunquam deprehenditur eſſe princeps efficiens cauſſa artificioſi operis. / *externum* vero nullomodo efficit opus, ſed duntaxat obiectiuè opificem mouet, cum plerumque non ſit in natura rerum, &c.

2. quia nihil ſui eſt opifex. Aliquid ſui exemplar videtur poſſe aliquo modo eſſe: facultates & habitus (vt mens, ars ſtatuaria) quatenus cohærent naturaliter, verſanturque in officio ſunt quidem aliquomodo exemplaria, vt conſtat ex. 7. Metaphyſ. verum ſunt naturalia, neque propriè appellantur ideæ.

Secunda propoſitio.

Exemplar quatenus exemplar vim efficiendi non habet vllam ne inſtrumentariam quidem & adiutricem.

Primò quia { quod non attingit nec per ſe, nec per diffuſam à ſe virtutem, id nullo modo efficit. / externum verò, præcipuumque exemplar, vt exemplariter

cauſſet non neceſſe eſt exiſtere neque per ſe, neque per virtutem illinc diffuſam, &c.

2. quia ſi exemplar mouet effectiuè mouet { vel materiam. / vel opificem. / vel vtrumque.

Porrò neutiquam artificem mouet quia hic liberè agit, ſeſeque potius, determinat ad exemplar, quàm ab exemplari determinatur, non etiam materiam, quia eam non attingit neque ſui præſentia, neque continuata diuiſione virturis quam efficaciter procreauerit.

3. quia exemplari non videtur ineſſe qualitas per quam dicatur effectiuè agere.

4. quia artificem non mouet niſi obiectiuè quatenus videlicet obuerſatur illius menti aut voluntati.

Tertia propoſitio.

Exemplar iſtud non eſt forma operis quæ ſtatuitur vnum ex principiis naturalibus: etenim forma intrinſeca eſt operi, exemplar quatenus exemplar non eſt intrinſecum.

Quarta propoſitio.

Exemplar non inſeruit formæ ſuo officio defungenti, eo modo quo materiei quantitas opifici, inſtrumento.

Etenim effectus nunquam eſt ſine forma, officioque eius. Exemplar vero non exigitur vt res permaneat, ſed duntaxat vt efficiatur.

Præterea exemplar communi mortalium iudicio videtur potius cauſſa faciendæ formæ, quàm adiumentum eius in officio.

Obiectiunculæ.

Prima. Deus eſt quid internum rebus omnibus: Ergo exemplar dianoëticum poteſt eſſe internum operi.

D. internum { generatim quicquid quoquo modo intra rem. / propriè id quod eſt de eſſentia rei, vel illi adhæreſcit per informationem, vt candor lacti, aut quaſi informationem, vt punctus lineę.

Internum quid { exemplar negatur eſſe poſteriori ſenſu. / Deus eſt priori ſenſu, non poſteriori.

2. Omne accidens determinat ſubiectum: atqui notio & imago ſunt artificis accidentia. Ergo quandiu artifici inſunt, artificem determinant etiam dormientem, &c.

D.P. tanquam forma C. tanquam exemplar N.

3. Notio ipſa efficax. D. { tanquam efficiens cauſſa C. / tanquam exemplar N.

Quinta propoſitio.

Quid tandem exemplar. Formæ nomen ſi latiſſimè vſurpetur finiaturque in hunc modum, id quod ſpeciem, rationem & determinationem materiæ tribuit; non *finaliter* tamen aut *effectiuè* poteſt in exemplar cadere.

Sed tūm conſtituenda venit forma duplex, operis & materiæ.

Forma { vna in opere ipſo, quæ propriè appelletur forma & actualis. / altera extra opus quæ vocetur exemplar, & ſit quaſi paſſiua forma.

Ideò videtur cauſſa alia à vera forma, vt & ab effectrice & materia.

Omninoque conſtituit quintum cauſſarum præcipuarum genus, ſi vera internaque forma ſola accipiatur nomine formæ inter cauſſas.

Obiectiones.

Secundum genus formæ vocatur ab Ariſtotele εἶδος & παράδειγμα: Ergo paradigma, ſeu exemplar reuocandum eſt adſecundum cauſsæ genus. *Prima.*

D.A. { ſi formæ nomen late ſumatur, vt internam externamque complectatur C. / ſi verò ſtrictè vt vulgo ſolet pro interna tantum N.

Reſpondeo præterea nomine paradigmatis intelligi poſſe ideam Platonicam, quæ ſi admittitur forma eſt quæ det continuetque eſſe rei.

Non probat inquis ideam Platonis Ariſtoteles: Ergo inter cauſſas neutiquam illam recenſet. 2.

Negatur conſecutio quia non eſt huius loci eam refutare. Ariſtoteles conſueuit alludere ad vſitatas quanquam ineptas opiniones, quando eas non refutauit. (profert.)

Non meminit Ariſtoteles niſi 4. cauſſarum (exemplaris nullum exemplum 3.

Reſpondent quidam Ariſtotelem hîc duntaxat agere de cauſſis naturalibus, vbi exemplaria facile confunduntur cum efficiente cauſa.

Reſponde diſtinguendo vt ſuprà, quia idem numerus aſſignatur in Metaphyſicis.

At inquis hoc ſenſu duæ ſunt futuræ formales cauſſæ eiuſdem rei.

D. { numero & ſpecie C. / genere generaliſſimo, & analogico N. 4.

Id ex quo fit aliquid eſt materia, vel priuatio.

Atqui exemplar eſt id ex quo (fit domus ex domo exemplari cap. 9. & 7. lib. 7. Metaphyſ.) Ergo exemplar eſt materia, vel priuatio. 5.

D.P. { ex quo tanquam ex ſubiecto & termino C. / ex quo tanquam exemplari & forma paſſiua N.

Ars medendi eſt forma ſanitatis ſine materia ex citatis locis: Ergo exemplar forma eſt. 6.

Reſpondeo primo ex eodem loco ſanitatem fieri aliquo modo (non omninò) ex ſanitate, & proinde artem eſſe tantum ſanitatem ſecundum quid & attributiuè.

Reſpondeo præterea artem ipſam eſſe exemplar ſed naturale, & propterea mentem & artem vocari ideas.

Omnis cauſſa videtur exemplar. D. per proportionem quandam & ſimilitudinem N. propriè T. 7.

Concluſio.

Cauſſa valdè anceps. Sic ſtatuendum venit n. vel exemplar debet conſtitue-

Digitized by Google

re quintum genus cauſæ, vel formæ nomen vſurpandum generatim pro interna & externa, vel exemplar non eſt propriè & principaliter cauſſa, ſed tantum cauſſæ adiumentum.

Tumque reuocari debet potius ad effectorem quam ad formam.

Reuocatur illuc autem { non quod ipſum faciat aliquid. / ſed quod per ipſum opifex ad faciendum determinatur tanquam adiumentum aliquod.

TRACTATVS III.

DE ENTE, PROPRIETATIBVS EIVS ac diuiſionibus.

CAPVT I.

De Ente ſecundum ſe, ſeu ente generatim.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Nomenclatura.

Diſtinctio vocabulorum.

Svnt { primæ impoſitionis vocabula: vt animal, chimæra, homo. / vel ſecundæ inſtitutionis: vt genus, differentia, caſus, declinatio, (&c.

Hanc diuiſionem & alias cum ſubdiuiſionibus repete ex Logicis.

Tranſcendentes termini poſſunt variè apud eos dici,

n. { generatim qui pertinent ad plures categorias, & ſunt primæ impoſitionis: vt accidens, contrarium, magis, minus. / propriè ſunt primæ impoſitionis & ad omnes referuntur: vt eſſentia, actus, exiſtentia, ens, verum, &c. / propriſſimè & præcipue ſex præcipui qui rebus omnibus tribuuntur in recto caſu. n. *ens, res, aliquid*, *vnum, verum, bonum*, & ſi qui alij ſunt ſimiles, vt *perfectum, pragma, negotium*.

Aliquid.

Aliquid ſi cogitatur dici tanquam *habens quid*, ſeu quidditatem, tunc notio eadem eius atque entis.

Sin autem dicitur tanquam *aliud quid*, videtur vnitatem diuerſitatemque ab alio in τὸ τὶ & τὸ *aliquid* apud Stoicos vt monuimus in Logicis cogitatur tanquam ſuperius communiuſque ente, & poſſibili, vt ſit ſupertranſcendens terminus.

Quia { dicitur aliquid *eſſe*, aliquid *non eſſe*. / aliquid eſſe poſſibile, aliquid non eſſe poſſibile. / aliquid ens, aliquid non ens.

Digitized by Google

Verum quando dicitur communius ente, entis nomine id videtur accipi vnum quod exiſtit actu.

Quando poſſibili communius tunc ambigue vſurpatur.

τὸ τὶ Peripateticis generatim quidquid extra nihil: ſtrictè ſola ſubſtantia.

τὶ & ἁπλῶς (quoddam & ſimpliciter) quomodo opponantur docuimus in Logicis.

Aliud animal ἁπλῶς, & ſecundum ſe.

Aliud animal quoddam.

Quid ſignificet τὸ δὲ τὶ hoc aliquid declaratum in Logicis.

Res, & ratio.

Res & ratio à *rendo* dicuntur habere appellationem.

Nec immeritò quoniam entitatis eſt comes *intelligibilitas*, & huius *entitas*.

Rei nomen generale eſt, ſed variè contrahitur, vt declarauimus in Logicis.

Ratio *ratiocinans*, & ratio *ratiocinata* videtur dici, vt ars *actiuè*, ars *paſſiuè*.

Videtur { ratio *ratiocinans*, ratio actiua, ſiue formalis notio mentis.
ratio *ratiocinata*, ratio paſſiua, ſeu ratio rei intellectæ, ratio *obiecti*[*ua*.

Forma artificioſa ſolet appellari ars & techne, quia & ab arte manat, & obijcitur arti, arte intelligitur.

Eſſentia creaturæ, & à ratione manat. n. à diuina, & à ratione menteque comprehenditur tum diuina, tum creata. Eſſentia diuina *ratione* & *mente* comprehenditur.

Reale { nunc opponitur enti rationis.
nunc aduerſatur intentionali.
nunc ſignificat quidquid ad rem quoquomodo eſt affectum.

Pragma.

Nomen hoc ſi vſus ſpectetur omnibus rebus applicatur.

Si etymon conuenit non Deo, quia non eſt factum & effectus: ſed rebus cæteris quæ ſunt opus effectuſque Dei.

Videtur ſignificare rem cum quadam affectione ad cauſam potiſſimumque ad efficientem.

Monitum.

De *vno, vero, bono, perfecto, appetibili, intelligibili*, poſtea.

Entis *nomen ac notio.*

Quæritur quænam ſit ratio & conceptio entis quatenus eſt ens.

Sunt qui nomine entis ſolam velint ſignificari exiſtentiam.

Apud alios & rectius τὸ *ens* tanquam *participium* ſignificat actum *eſſendi* exercitum.

Actualem exiſtentiam, exiſtens.

Tanquam nomen ſignificat eſſentiam, & entitatem, tribuiturque rebus ſiue exiſtant, ſiue non.

Eſſentia autem entitaſque rei id quod eſt primum principium & quaſi radix operationum, proprietatum.

Sed vt anima vegetans animarum eſt prima, antecedit ſentientem, rationa-

lem, vt triangulus figuras planas rectilineas.

Nihilominus excitatur ſaltem per analogiam communior gradus .n. anima generatim ſumpta.

Ita nonnullis videtur eſſe & debere cogitari *entitas* imperfectiſſima, quæ ſit communis rebus omnibus, & in re quaque prima producatur, antecedatque perfectiones cæteras.

Nihilominus per analogiam excitatur communior terminus qui complectatur

Tum illam primam & ſimpliciſſimam perfectionem.

Tũ vero cæteras oẽs, quæ ſuccreſcunt & adijciuntur illi imperfectiſſimæ.

Vt nullus ſit gradus extra nihil qui nõ coerceatur communi *entis* ſignificatu.

Diſcrimen inter ens & inter animal conſtitutum in Logicis.

Animalitas ſignificat communem quãdam perfectionem: non autem differentias & perfectiones, quæ communi illi adijciuntur.

Ens vero vt & ſubſtantia dicitur ſignificare nunc cõmunem perfectionem, nunc tum illam, tum cæteras quæ ſuperinducuntur.

Videndum eſt cuinam rei opponatur *vſia* & eſſentia vt diſtinguatur.

Opponi ſolet *entitati, exiſtentiæ, accidenti*, vt & *ſingularitati* non ſine variatione ſignificationis.

Eſſentia dum opponitur *entitati* eſt quaſi numerus ſpecierũ perfectionis, &c.

Entitas vel gradus quiuis non accidentarius: vel quaſi numerus graduum qui inſunt rei nec ei accidunt.

Realitas generatim quamuis entitatem ſignificare poteſt, propriè non eſt niſi *entitas rata*, firma, fixa, miniméque fictitia.

Ens { nunc quiduis, ſiue ſit perfectum, ſiue imperfectum.
nunc duntaxat ens principiatum & perfectius. De qua re in prolegomenis. }

Verbum ſum es eſt.

Hoc verbum in propoſitionibus de ſecundo adiacenti ſignificat exiſtere: vt cum dicitur homo eſt, fuit Henricus.

In propoſitionibus de tertio adiacente dicitur ſignificare *connexionem* prædicati cum ſubiecto eſſentialem, vel accidentariam, in h. m.

Chimæra eſt figmentum. Homo eſt animal. Nix eſt candida.

Sed interdum & ſpeciatim ſignificat ſolam connexionem eſſentialem, denotat prędicatum pertinere ad eſſentiam ſubiecti.

Vt prædicari interdum eſt prędicari eſſentialiter.

Loquimur de ſenſu formali propoſitionis non de concomitatiuo, cauſali, & effectiuo. De quibus in Logicis.

ARTICVLVS II.

De conceptu entis.

Monitum & diuiſio cum ſubdiuiſione.

Quid ſit conceptus *formalis*, quid *obiectiuus* declaratum in Logicis ad Antepredicamenta.

Obiectiuus conceptus nuncupari ſolet intentio obiectiua, ratio obiectiua, &c.

Conceptus
- *formalis* eſt res vera, atque poſitiua, & in creatura quidem accidens, idque ſingulare, vt cognitio mea.
- *obiectiuus*
  - nunc ſingularis
  - nunc vniuerſalis
    - nunc poſitiuum aliquid.
    - nunc nihil poſitiuum.

Quiſquis actu cognoſcit ſingularis eſt, & per veram cognoſcit actionem.

Cognoſcuntur autem
- quæ ſunt
- quæ non ſunt
  - ſingularia vt Petrus.
  - communia vt homo.

Obiectiones.

Prima Scientia tua & notitia qua cognoſcis ex. gr. hominem, eſt & appellatur vniuerſalis: Ergo non omnis conceptus formalis actualis eſt ſingularis.

Diſt. A.
- denominatione repetita ab obiecto, C.
- denominatione repetita à ſubiecto N.

2. Actiones ſunt ſingularium ex Ariſtotele 1. Metaph.

Diſt.
- vniuerſales N. quia
  - vt hic ſtatuarius hanc facit ſtatuam.
  - ita ſtatuarius ſtatuariam facit.
- ſingulares Diſt.
  - ſi denominatio repetitur à ſubiecto C.
  - ſi à materia circa quam & obiecto D. iterum.

Nam
- cæteræ actiones ſubiectiue ſingulares aliæ ab intellectione, recordatione, & voluntatis actionibus ſemper verſantur circa materiam ſingularem. Statuarius vnus non tractat & elaborat niſi aliquam certam & ſingularem materiam, non videmus niſi ſingularem colorem.
- mentis vero, memoriæ, & voluntatis actiones etiam ſubiectiuè ſingulares occupari poſſunt circa generale aliquid, vt & circa ſingulare.

Statuarius aliquis
- nouit
  - tum marmor.
  - tum hoc certum marmor.
- ſculpit vero
  - non marmor per ſe.
  - ſed certum aliquod & ſingulare marmor.

Mentis
- circa ſingulare, quia hanc domum noui.
- circa vniuerſale, quia domum noui.

Voluntatis
- circa ſingulare, quia concupiſco hunc cibum.
- circa vniuerſale, quia concupiſco cibum.

Digitized by Google

Alterius *facultatis* { circa ſingulare, quia hanc literam pingo; non circa vniuerſale, quia generatim non poſſum pingere generalem literam. }

De formali conceptu.

Eſt-ne vnus formalis conceptus aliquis?

Opinio prima.

Sunt qui negant vno formali conceptu concipi poſſe id quod eſt, ſiue ens, quia ens non eſt quid ſynonymum, complectitur innumerabilia minimè ſynonyma.

Opinio ſecunda.

Sunt qui fatentur vno poſſe comprehendi, ſi ſpectetur nominis interpretatio. Negant poſſe, ſi ſpectetur ratio ipſa, quidditaſque entis.

Opinio tertia.

Diſtinctio non poteſt comprehendi à creatura, medio confuſoque conceptu poteſt.

Opinio quarta.

Sic videtur ſentiendum primò vna, eaque ſingulari conceptione concipi communem rationem, quæ ſignificatur nomine entis.

Tum quia vnuſquiſque videtur ſibi ad eum modum concipere ens.

Voces inſtitutæ ſunt ad exprimenda animi ſenſa.

Nomen entis complectitur omnia non minus quam vocabulum *quidnis*.

Tum quia ſi non licet exprimere vnâ conceptione, quot nam ſufficere poſſint declarare non poſſumus.

Tum quia res vna propter affinitatem repræſentat alteram, ſi minus vt ouum ouum: ſaltem vt gallinam ouum.

Tum quia ſi innumerabilitas impedire dicitur, impediet etiam conceptionem animalis quandoquidem animal complectitur innumerabilia.

Secundò huic conceptioni formali reſpondere videri ſpeciem, imaginemue intelligibilem, quæ ſit aliquomodo vna.

Tertiò poſſe hunc conceptum multiplicem eſſe: quia multi percipiunt ens & idem ſæpius.

Quarto conceptum entis videri ſimpliciſſimum propter tenuitatem rei quæ comprehenditur, ſi comprehendit tantum exiſtentiam aut entitatem tenuiſſimam; non autem ſi confuſe tum illam, tum quidquid illi ſuperaddi poteſt.

Quinto ex vario ambitu ſignificatuum entis varios oriri conceptus formales, ideoque & obiectiuos.

Monita.

11. Gradus vniuerſales, vt animal, continentur confuſione quadam graduum perſimilium: vt cum dicitur omne animal.

Potiori

Potiori iure ſtatuenda eſt confuſio in conceptione entis & terminorum analogorum. 2.

Facile fieri poteſt vt notitia ſit vna, & tamen obiecta ſint plura numero & conitâ. 3.

De obiectiuo conceptu.

Sit-ne vnus conceptus entis obiectiuus?

Si loquimur de ente quatenus complectitur omnes poſſibiles gradus, vt cum dicitur omne ens, deque his in recto caſu prædicatur: vt ſubſtantia, interdum de omnibus quę pertinent ad primam categoriam, ſiue ſint totum, ſiue pars.

Qui *formalis* conceptionis vnitatem adimit enti, multo potiori iure *obiectiuæ* repudiat vnitatem.

Ex formalem retinentibus vnitatem, ſeu vnitatem formalis conceptionis.
Nonnulli repudiant obiectiuam conceptionem quæ ſit vna.
Alij eandem aſtruendam ſentiunt.

Sane conceptus entis eo modo vſurpati *obiectiuus* videtur eſſe aliquo modo vnus, & ſeparatus à conceptione rei inferioris. p. ſubſtãtia, ſaltem vt diſtinguitur exercitus à milite.

Primò quia interdum dubitatur ſit-ne aliquid ſubſtantia, an accidens, cum tamen illud eſſe ens perſuaſum habeatur.

2. quia dum intelligitur ens confusè, non eſt potior ratio cur certæ & paucæ vnitates dicantur comprehendi, quam reliquæ, atque adeo quàm omnes.

3. quia ſimilia ſunt aliquo modo vnum, ſunt vnibilia per cogitationem.

Non eſt tamen perfectè vnus ſeu ita perfectè atque eſt aliquis terminus ſynonimus. p. animal.

Primò quia 1. Phyſic. t. 25. ens non ſignificat quid vnum, videlicet ſynonimè, aut eo modo quo Parmenides arbitrabatur.
4. metaph. non eſt genus, non eſt ſynonimum, Porphyrio prædicatur homonyme.

10. Metaph. t. 8. dicitur ſignificare decem prædicamenta. non tamen omnia proximè 7. Metaph. cap. 4. &c.

2. quia non poteſt perfectè vnà conceptione comprehendere tum plantam, tum omnes plantæ differentias, qui non inſpexit niſi paucas.

Quod ſi ens non ſumitur fuſiſſimè, facilius poteſt coire in conceptum vnum.

Diſtinctio entis concepti.

Videtur ens concipi duobus maximè modis, vt & alij communes termini.

Primò generatim & vniuerſaliter eo modo quo animal concipitur antequam de homine & bellua loquamur diſerte & ſpeciatim, vel oculus antequam de oculo corporis, oculo animi, oculo vitis, &c.

2. in re aliqua inferiori. p. in ſubſtãtia, in Socrate eo modo quo animal cõcipitur dum definimus hominem.

Quæritur vtrum ens conceptũ diſtinguatur ab inferioribus, & priori quidem modo comprehenſum videtur diſtinguendum aliqua ratione, quia alioquin per errorem & fruſtra communiter concipitur.

Per conceptum illum res omnes conſentiunt inter ſe, non diſſentiunt.

Vt per ſynonymiam res eiuſdem gradus coeunt in vnum quid quod ab ipſis ſingulis diſtinguatur: ita per analogiam res ſimilis gradus.

Sed quæritur quo pacto diſtinguendum videatur ens ab inferioribus.

Sane quando non ſumitur fuſiſſimè videtur diſtingui poſſe, vt animal ab homine: At ſi ſumitur fuſiſſimè, deque quouis perfectionis gradu in recto caſu affirmatur, affirmariue poteſt.

Tum non diſtinguitur vt animal ab homine, ita ens à ſubſtãtia e.g. quia in homine eſt aliquid quod non eſt formaliter animal: in ſubſtãtiis & ſimilibus nihil eſt quod non ſit formaliter ens: ſed duntaxat vt oculus ab oculis, exercitus à milite, res militaris à milite.

In poſteriori etiã cõceptionis genere videtur aliquo modo ens diſtingui poſſe.

Entitas quomodo diſtinguitur ab eſſentia?

Entitas & eſſentia eiuſdem rei reipſa idem. Quanam ratione ſecernantur controuerſia eſt, de qua quid ſentiam paucis abſoluam.

Eſt {
- vt intenſio numerus graduum in eodem quaſi puncto, vel intra ſe.
- ita extenſio graduum partiumue extra ſe ſeu inter ſe inuicem collocatio.

Intenſio {
- vna fit graduum *homogeneorum* coacervatione: vt cum candori additur candor.
- altera additione *heterogeneorum*: vt cùm generi additur differentia.

Heterogenea {
- vel conueniunt & concurrunt ad eſſentiam vnam, componendam: vt genus & differentia.
- vel non: vt ſi candori additur odor.

Extenſio {
- propriè collocatio partium corporis extra partem.
- communiter collatio quęuis graduum extra gradum, candoris extra candorem.

Eſſentia non videtur ſpectare niſi intenſionem illam heterogeneam per quam conueniunt in vnum varij & diuerſi gradus, qui ſunt de natura rei, numerum ſpecierum perfectionis.

Ideo quando ſpecies rerum dicuntur eſſe inſtar numeri cui nihil addi, detrahiue poteſt, quin mutetur genus, aut ſpecies, id accipiẽdum eſt de eſſentia.

Entitas contra complectitur metiturque rem & naturam eius habita ratione vtriuſque intenſionis & extenſionis.

Ideo mutatur {
- non eſſentia } { dum additur calori calor.
- ſed entitas } { ceræ cera, &c.

Speciei vltimæ augeri {
- eſſentia nequit.
- entitas poteſt.

Ergo {
- *eſſentia* rei eſt quaſi numerus ſpecierum perfectionis, quæ de illa poſſunt prædicari in quid, aut non accidentariò.
- *entitas* {
  - vel gradus quiuis (non accidentarius)
  - vel quaſi numerus graduum, qui in re inſunt.

De Prædicatione entis.

Prædicatur-ne ens de rebus omnibus?

Prædicari inductio docet. Idem de ſeipſo veriſſime prædicatur. De qua re in Logicis.

Prædicatur-ne in quid de re?

Quatenus exiſtentiam ſignificat dicitur non prædicari eſſentialiter & in quid niſi de Deo.

Quatenus *entitatem* & *eſſentiam*, prædicatur tum de Deo, tum de creatura &c.

Quia quidquid prędicatur dicitur in quid, aut in quale *eſſentialiter*, aut *accidentario*.

Obiectiuncula.

Quod prædicatur in quid ponitur in definitione rei: Atqui τὸ ens non ponitur: Ergo &c.

D. P. implicitè, vel explicitè per proprium nomen. C. explicitè D. ſi ſignificet aliquid ſynonymè, & diſtincte C. ſi confuſè tantum & analogicè N.

Cur prædicatur eſſentialiter de rebus omnibus?

Ens prædicatur intimè & eſſentialiter non tantum de generibus, ſpeciebus & indiuiduis completis [vt ſubſtātia categorica] verumetiā de quibuſuis partibus, differentiis, principiis, & proprietatibus poſitiuis:

Primò quia niſi hæc includunt in ſua conceptione entitatem, nihil ſunt.

2: quia hoc maximè argumento docemus ens non eſſe genus. Quod genus habet differentias in quarum ratione, & definitione non includatur: nihil vero à conceptione & definitione ſui excludere entitatem poteſt.

Eſt-ne ens prædicatum ſynonymum an analogum?

Hæc controuerſia celeberrima, ſed ex Logicis decretis æſtimanda, ideoque tractari ſolet ad categorias.

Vt autem quando progredimur ab analogo analoganti verſus inferiora neceſſe eſt deſinamus tandem in ſynonymias, aut rationes expertes analogiæ ne regrediamur in infinitum.

Ita quando progredimur ad ſuperiora neceſſe eſt tandem deueniamus ad analogicum aliquid vnum.

Alioquin vel 10. generibus nihil cōmune foret; vel progrederemur in infinitū.

Difficile quidem eſt demonſtrare quot ſint primi & communiſſimi gradus rerum citra analogiam, quot ſint ſumma rerum genera. Sed impoſſibile eſt ens fuſiſſimè ſumptum generis rationem obtinere, aut non eſſe quiddam analogicum.

Creaturæ ſimiles aliquomodo tum Deo, tum ſibi inuicem: Effectus ſimilis cauſæ, cauſa effectui.

Similitudo *ſynonyma* eſt, vel *analogica*. *Synonyma* eſt vt quando homo dicitur homini ſimilis; *analogica*, vt quando ouum dicitur gallinę ſimile.

Quare datur aliquid quod ſit commune Deo & cuiuſlibet creaturę ſynonymè, vel analogicè. Non autem res quæuis cuiuis ſimilis tanquam homo homini ſiue ſynonymè; & reliquum intelligitur vt ſit ſimilis ſaltem tanquam gallinę ouum & per analogiam.

Enti ſuſiſſimè ſumpto nihil addi poteſt, quod non ſit eſſentialiter ens: quare non poteſt obtinere rationem generis.

ARTICVLVS III.

De Contractione entis, modis, & definitionibus &c.

Quomodo contrahitur ens?

Animal, homo & ſimiles termini ſynonymi contrahuntur & fiunt anguſtioris [ambitus.
.n. { partim per *detractionem*. p. alicuius *animalitatis*.
partim per *additionem*. p. *rationis*. De qua re in Logicis.
Ens ſuſiſſimè ſumptum ſignificat quiduis, ita vt ipſi nihil rei adiici poſſit.
Contrahitur tamen illius ambitus dum applicatur ſubiectis anguſtioribus. p. quando dicimus ens ſucceſſiuum, ens momentaneum.
Sed videtur contrahi per *detractionem*, non per additionem, quod complectatur omnia.
Aut ſanè { partim per detractionem contrahitur.
partim per adiectionem non *rei* & entitatis. Sed rei *ſignificantius expreſſa*. De qua re in Logicis.
Ens tamen ſi ſumatur pro imperfectiſſimo gradu, videtur contrahi poſſe per *additionem*.

De modo entis.

Diſcrimina clarius expreſſa per quę contrahitur ens, vocantur modi.
Sed nonnullis vnus modus qui infinitatem nō prohibeat ſitque Dei proprius. Alter qui tollat, ſitque creaturę tantum.
Apud alios *modus* entis eſt rei limitatio, quaſi diſceſſus ac diſtātia à primo ente.
Diſceſſio à nihilo, acceſſio ad Deum qui ens primum, eaque varia pro varietate rerum.
Itaque hi modos in Deum non admittunt, ſed in rebus aliis. Sed ce[illegible]men eſt de nomine quia variatur definitio modi.

Fitne compoſitio ex ente & modo per quem contrahitur?

Exprimitur apertius ens adiectione modi, non tamen propriè fit compoſitio ne in infinitum progrediamur.
Nam vt in ſubſtantia duo includerentur. n. *ens* & *perſeitas*.
Ita in *perſeitate* cogitaretur pręter ens aliquid diſcriminis, quia perſeitas eſt ens, non quoduis ſed tale.

Quarum rerum rationes & definitiones Metaphyſicus explicare debet?

Quęſtio hęc propoſita eſt in pręludiis.

Monitum.

Quomodo ſumma genera reſpondeant virtutibus cardinalibus declaratum in Logicis.

Illic ſignificantur modi quidam communiſſimi perquos clarius explicatos & expreſſos contrahitur ens.

Efficitur-ne entitas?

Quæ Dei, effici nequit neque ab ipſo, neque ab alio.

Quæ rerum cæterarum, ea efficitur.

Æternitas eſſentiæ ſupra oppugnata eſt.

A quo efficitur?

Entitas in calore, in Angelo, & conſimilibus duplex cogitatur;

n. { Vna communis imperfectiſſima & prima per quam conſentiant cũ rebus cæteris, quam in eſſentia & definitione entitas nulla antecedat.
Altera quæ ſubſequatur & ſit quaſi inferior. }

Atque hæc citra controuerſiam in quibuſdam rebus efficitur à Deo & ſecundis cauſis. p. in calore: in aliis non niſi à Deo. p. in anima noſtra.

Illa autem à quibuſdam creditur non effici niſi à Deo ſolo. Forte minus probabiliter ſi loquamur de entitate formæ quæ producitur naturaliter. Nam prima & tenuiſſima caloris entitas è materia non è nihilo excitatur, cur non igitur à creatura produci poſſit?

Quando tamen res tota, vt totus Angelus non eſt producibilis niſi per creationem, tũc prima illius entitas à ſecundis cauſſis procreari nequit niſi creatura dicitur creare poſſe.

Obiectiunculæ.

Inter entitatem creaturæ & inter nihil datur infinitum ſpatium, ideo à creatura percurri non poteſt.

N. quia creatura non niſi per ſeipſam & per ſuam entitatem diſtat à nihilo: ipſa vero non eſt infinita.

Generaliſſima cauſa communiſſimum gradum debet procreare.

R. Deum eſſe quid communiſſimum in cauſando, non in prædicando.

ARTICVLVS IIII.

De non-ente, & mutatione.

Monitum.

Mutatio eſt quaſi via, aut progreſſio à non-ente ad ens, aut à tali non-ente ad ens tale. p. à non eſſe hominem ad eſſe hominẽ, à nõ calido ad calidum.

Aut contra progreſſio ab eſſe ad non eſſe.

De mutatione, deque geneſi variis illius modis in rudimentis & alibi paſſim in Phyſicis.

Illic paucula de *non-ente*.

Alibi plura de *negatione*, deque priuatione, quaſi priuatione, & de habitu.

Illinc depromenda multa quæ huc pertinent per ditionũ methodicarũ leges.

Datur vt negatio ſupponens affirmationem ſeu poſitiuum aliquid. p. cæcitas talpæ, cæcitas Democriti &c. annihilatio, vacuitas, poſſibilitas obiectiua.

Ita & affirmatio ſiue ens ſupponens aliquam negationem.

Digitized by Google

Vt malum permixtum bono, ita & contra. Sed à maiore parte fieri ſolent denominationes: de qua re in Logicis.

CAPVT II.

De proprietatibus entis.

ARTICVLVS PRIMVS.

De toto genere.

Diſtinctio entis.

Ens propriè quid poſitiuum : vt Deus, homo.

Impropriè quid *negatiuum* : vt cæcus, non videns.

Entis nomen ſimilius *ſubſtantiæ*, quam animali.

Animal ſumitur pro gradu qui communis cuiuis animali: Sed non ſumitur pro gradibus qui adijciuntur illi communi, vt componantur ſpecies. Ratio non eſt animal, non animalitas.

At ſubſtantia ſumitur primo pro apice primæ categoriæ, graduque communiſſimo generis primi rationem obtinente.

Secundo ſumitur tum pro illo, tùm pro cæteris qui adijciuntur .p. pro differẽtiis ſubſtantialibus.

Diſtinctio proprietatis.

Proprietas vna vt veritas ferri: altera, vt calor ferri, de qua re in Logicis: vbi aliæ plures proprietatum diuiſiones.

Habetne ens proprietates?

Ens tale vt homo, equus citra controuerſiam habere poteſt proprietates, etiam exquiſitas & accuratas, non quoduis tamen, nec quaſuis.

Tò ens ἁπλῶς accuratas non habet, ne in infinitum &c. An habeat ſaltem minus accuratas quæritur.

Dum ſumitur fuſiſſime non videtur requirere proprietatem ne regrediamur &c. niſi quatenus proprietates videntur ſeſe inuicem afficere: vt cum dicitur vnitas vera, veritas vna &c. Imo proprietas per cogitationem quaſi reflectitur ſupra ſeipſam.

Dicitur vna vnitas, vera veritas, bona bonitas, &c.

Dum ſumitur pro perfectiori ente occurrunt proprietates.

Primò quia ex quarto Metaph cap. 1. prima philoſophia *ens* ſpeculatur quatenus ens, & ea quæ per ſe illi inſunt.

Secundo quia ſcientia proprietates poſtulat in principe obiecto.

Tertio quia habet ſe, vt diuiſibilitas ad quantitatem: ita ad entitatem veritas, vnitas &c.

Quæ proprietates entis & cuiuſmodi?

Proprietas rei poſitiua eſt, vel negatiua, abſoluta, vel reſpectiua. Rei in ſe conſideratæ, rei in ordine ad aliud.

Per diſtinctionem effertur: vt ſi dicas proprium eſſe entis, quod ſit finitum vel infinitum, corruptibile vel incorruptibile: vel ſine diſiunctione, & hîc conſideratur,

Tum { vel eſt primaria vt *vnum, verum, bonum.*
vel ſecundaria, & dependẽs à primaria: vt *intelligibile*, quod refertur ad veritatem. }

Amabile quod pertinet ad bonitatem: *Perfectum* quod ad vnitatem & veritatem.

Omnino tres principes proprietates entis ſtatuuntur quæ cum ente reciprocentur citra diſiunctionem, n. *vnitas, veritas, bonitas*, non plures, non pauciores, non aliæ.

Et quidẽ non ſunt niſi ſex tranſcendentia primaria vocabula, ex quibus τὸ *ens* manifeſto eſt ſubiectum potius quam proprietas.

Res ſi à rendo dicitur arguit intelligibilitatem, veritatem: ſi ex eo quod ſit ratum, firmumque quiddam, tùm idem eſt atque ens verum.

τὸ *aliquid* cum ſit idem atque aliud quid, videtur arguere vnitatem, &c.

Cuiuſmodi hæ proprietates?

Sunt homonymæ ſi homonymum ens, analogicæ ſi analogicum, ſynonymæ ſi ſynonymum.

Quomodo diſtinguntur à ſubiecto?

*S*i concretè ſumuntur non videntur realiter diſtingui ſaltem ratione præcipuæ partis, materialis ſignificatus.

*S*i abſtractè vt cum dicitur *vnitas, bonitas* &c. quæritur quô pacto ab ente diſtinguantur.

Reſponſio colligenda ex iudicio de formali ſignificatu earum, deque eo quod entitati videntur addere.

Addunt ne aliquid enti?

Niſi adderent, ab illo nullo pacto diſtinguerentur: non videntur autem addere nouam perfectionem, quia fruſtra, &c. ne in infinitum, &c.

Quare non addunt niſi modum quendam,

cumque { poſitiuum, vel negatiuum.
abſolutum, vel reſpectiuum. }

*S*ed quid quæque agat ſigillatim indagandum.

Quid ſignificant formaliter?

Quæritur quid ſignificet formaliter proprietas entis dum effertur abſtractè, vt bonitas.

Significat vel duntaxat *additamentum*, vel potius *entitatem* in abſtracto, cum eo additamento, potiſſimum ſi hoc negatiuum eſt.

Cur non addunt perfectionem?

Quando oppoſitorum epithetorum vnũ perimit ſubiectum, vt mortuus hominem, alterum nihil entitatis & perfectionis ſubiecti addit [vt viuus.]

Sed *falſitas* perimit &c. falſum aurum non eſt aurum, malum aurum non eſt aurum &c. quod nōdum eſt vnum horologium, nondum eſt horologium: proinde *veritas* nihil perfectionis videtur addere.

Quis ordo?

Vnitas veritatem & bonitatem videtur antecedere per naturam.

Veritas bonitatem antecedit, quia habet ſe vt intellectus ad voluntatē: ita veritas ad bonitatem.

Poſſunt-ne de ente demonſtrari proprietates eius?

Per deductionem ad incommodum poſſunt.

Oſtenſiuè à poſteriori poſſunt per poſteriores proprietates, vt per inductionē.

A priori poſſunt, primò ſi vſurpetur entis definitio, ſecundò ſi proprietas prior aſtruat poſteriorem.

Obiectiuncula.

Innititur vnitati veritas *primi principij*: ergo vnitas planè indemonſtrabilis.

N.A. quia innititur potius *oppoſitioni* & incompatibilitati partium contradictionis.

De primo principio ſupra.

ARTICVLVS II.

De Vnitate & multitudine.

Monitum.

Vere multitudo comprehendenda ex vnitate.

Nomen, ac notio vnius.

Perfectum vnum. Vnum primò ſignificat integrum, perfectum, vnitum, æquabile.

Idem. 2. ſignificat negationem alteratis, ſeu idem atque idem.

Solum. 3. ſolitarium & ſolum: tumque vnitas excludit & multitudinem, & alias vnitates.

In ſe indiuiſum. 4. ſignificat quod in ſe indiuiſum &c.

Primus ſignificatus occurrit in Phyſicis, vbi agitur de vnitate motus, & quando vnum opponitur inchoato dimidiato & p. cum quæritur.

Habeſne vnum iugerum, vnum aureum, &c.

Secundus & tertius ſignificatus relatiui ſunt.

De quarto agimus, cuius notio in rudimentis.

Eſt-ne vnitas *proprietas entis?*

Quod priorem ente notionem habet, & nihilominus reciprocatur cum ente, id proprietas eius: Atqui &c. vt & verum, bonum.

Poſterius eſt quia enti adiungit aliquid.

Reciprocatur quia quicquid eſt vnus homo, id homo eſt, quicquid non eſt vnus homo, non eſt homo, & ſic de cęteris.

Monitū. Non tamen ſi quid vnum, id quouis modo vnum: vt nec quicquid verum, id quouis modo verum. Sed qua parte res non eſt vera, &c. non eſt.

Obie-

Digitized by Google

Obiectiones.

Ens diuiditur in vnum & multa: ergo non omne ens eſt vnum.

D. ſi ſpectetur ſolitarium. N. ſi cum alijs confertur. C.

Multa non ſunt nihil: ergo entitatem multitudo non perimit.

Reſp. multa quatenus includunt vnitates eſſe aliquid rei. Quatenus excludunt vnam aliquam vnitatem eſſe non ens.

Vt res ſit, partes debent vniri, coniungi: ergo vnio eſt cauſa cur res ſit: proindeque videtur aliquid entitate prius ſaltem ſecundum naturę ordinem.

D. A. abſolutè N. quia non quiduis habet partes. Dum habentur partes, vt in homine D. Vnio enim aut ſumitur pro motu quo partes coniunguntur: aut pro ipſa vnitate quæ reſultat illinc, & tum videtur poſterior ente. Quia niſi eſt, non eſt vnum.

Iam priori modo videtur bifariam cogitari poſſe.

Nempe { pro inſtantanea procreatione vnitatis, & hoc nomine videtur poſterior.
pro motu ſucceſſiuo quô quis vtatur ad coniungendas partes, & hoc modo antecedere poteſt. }

Sanè vnum non antecedit entitatem quam complectitur in notione ſua.

Quod tamen additur enti vt fiat ens vnum, id antecedit non ens, ſed ens vnum: vt candor antecedit non niuem, ſed niuem candidam.

Propter quid vnitas?

Cauſæ vnius videntur eædem, quę ipſius entis, excepta forma & ratione.

Niſi quod nouę vnitatis non videtur cauſa quod produxit partes niſi coniungat.

Verumtamen quicquid ſoliditatis & veritatis vnitas habet, producitur cum entitate, alioquin foret nihil.

Quid?

Vnum generatim quicquid in ſe indiuiſum: vt homo, digitus, &c.

Accuratius quod in ſe indiuiſum & diuiſum à quouis alio: vt digitus amputatus.

Vnitas definitur priuatio diuiſibilitatis in ſe & communicabilitatis in alio, vel potius diuiſionis in ſe, & communicationis in alio, indiuiſio in ſe & diuiſio à quouis alio.

Aliud vnum, a ſud vnibile.

Sunt { quædam in ſe indiuiſa, ſed non diuiſa à quouis alio.
quædam diuiſa ab alio, ſed non in ſe indiuiſa, vt exercitus.
quędam in ſe indiuiſa & diuiſa à quouis alio. }

Vnitas *adiungit-ne aliquid poſitiuum, an vero tantum negationem?*

Sunt qui volunt addi negationem, ſunt qui poſitiuum aliquid.

Conjecturæ pro poſitiuo cum ſolutione.

Negatio negationis, priuatio priuationis, vt orbatio cęcitatis videtur eſſe poſitiuum aliquid.

At diuiſio eſt negatio & priuatio [& tamen tollitur in diuiſione:] Ergo indiuiſio quam vnitas adiungit enti videtur eſſe poſitiuum aliquid.

D.S. { quatenus arguit vnum non eſſe aliud C.
quatenus arguit multitudinem rerum quarum quæque ſua entitate concluditur ac vnitate N.

2. Fundamentum relationis eſt quid poſitiuum. Atqui vnitas eſt fundamentum ſimilitudinis 5. Metaphyſicæ &c. Ergo.

D.P. ſi ſit realis C. ſecus N.

D.S. cum entitate C. ſecluſa entitate N.

D. C. quatenus includit entitatem C. ratione ſolius additamenti N.

3. Vnio rerũ compoſitarum ſeu τὸ coniungere eſt quid poſitiuum: Ergo & vnitas in quam motus ille deſinit ac terminatur.

Diſt. { ſi perpendatur quidquid cogitatur dum concipitur C.
ſi tantum quod illa addit entitati N.

4. Modi entis ſunt poſitiui: Ergo & proprietates. D. vt ſupra.

Aduerſariæ coniecturæ cum ſolutione.

Prima. Vnitas explicatur per indiuiſionem. R. quæ ſunt tenuis entitatis & naturæ ſolere explicari per priuationem, etiam ſi ſint priuationes, aut priuationes meræ. Conſule primam coniecturam è ſuperioribus.

2. Si vnitas enti adderet poſitiuum aliquid, illud diſertè poneretur in definitione rerum.

N. quia ne entis quidem nomen illic exprimi ſolet.

3. Si additamentum eius poſitiuum eſt, in eius definitione includetur ens tanquã pars.

Iam in hocce vnitatis ente erit vnitas quædam: Ergo in infinitum &c.

Reſp. eſſe qui negent quidquid poſitiuum eſt, illud eſſe ens. Et Diſt. primam P. ens latiſſimè ſumptum C. ens late ſumptum N.

Licet etiam reſpondere vt mox reſpondebimus.

4. Subiectum non includitur in notione proprietatis.

Diſt. ſi ſit exquiſita vt calidum C. ſi aliter habet vt verum N.

5. Vnitas rei, rei vnius & ipſa debet eſſe vna per aliam vnitatem: Ergo in infinitum &c.

N. A. quia per ſeipſam vna eſt.

6. Candor niuis non eſt candidus: Ergo id quo non eſt id quod.

Diſt. ſi minimè eſt ſimpliciſſimum quid C. ſi ſimpliciſſimum N. eſt vera veritas, longa longitudo.

7. Ens latiſſimè ſumptum eſt vnum, vel non vnum.

Diſt. ſecundum rem C. ſecundum conceptum ſaltem diſtinctum N.

Omne animal eſt homo, vel bellua, cõcipitur tamen ſine homine & bellua.

8. Quando ex duabus aquis per coniunctionem efficitur vna & mox ex vna duę, nihil poſitiuum admittitur, amittitur.

Diſt. ſi ſpectetur realitas & perfectio C. ſi modus N.

9. Vt ſit priuatio aut quaſi priuatio erit tamen quid reale.

Diſt. ſi reale ſumatur fuſiſſimè C. ſi propriè N.

Concluſio.

Anceps controuerſia, veriſſimilius tamen entitati vnitatem ſuſiſſime ſumptam nihil addere præter negationem, quia fruſtra, &c.

Obiectiuncula.

Non entis nullæ ſunt differentiæ: vnitatis multæ ſunt differentiæ: Ergo non eſt non ens. & negatio.

D.P. per ſe C. per τὸ ens conſignificatum N. ſurditas diſtinguitur à cæcitate.

D.S. quatenus includit entitatē, C. ſi ſumatur pro ſolo additamento negatiuo, nego.

Significatne vnum formaliter ſolam negationem?

Inter eos qui vnitatem nihil entitati addere præter negationem ſentiunt quæritur vtrum formalis ratio eius conſiſtat in *negatione ſola*: an verò in *entitate* cum illa negatione, *ſiue indiuiſione*: veriſſimilius eſt non eſſe formaliter meram negationem: quia non quò res magis vna, eò plus complectitur negationis & imperfectionis; vnitas non ſolet numerari inter poſitiuos terminos.

Cuiuſmodi ea negatio?

Videtur eſſe de genere negationum & quaſi priuationum, quæ præter abſentiam formæ conſignificant & ſupponunt ſubiectum præſens, quia res non eſt in ſe indiuiſa quin ſit.

Formaliterne ſolum additamentum poſitiuum?

Apud illos qui additamentum putant poſitiuum quæritur conſimiliter vtrum vnitas formaliter ſit duntaxat iſte modus, qui ſit velut additus oppoſitus diuiſioni: an verò entitas cum iſto modo.

Veriſſimilius includi entitatem cum iſto additamento: quia ſi quæ proprietates ſunt ſimiles diuiſibilitati, primę potiſſimum ſunt.

Obiectiuncula.

Niſi vnitas ſignificaret perfectionem, multitudo imperfectionem, conueniret Deo multitudo, non vnitas.

Reſp. in Deo eſſe vnitatem *eſſentiæ*, multitudinem *perſonarum*.

Monitum.

In candido & ſimilibus forma non includit ſubiectum, candor non eſt receptaculum cum certo additamento.

Sunt autē nobis magis familiaria candidū, calidum & conſimilia, quam diuiſibile vbi forma includit ſubiectum.

Imo propter frequentiam & familiaritatem putamus omnia paronyma eodem habere modo, quo habet candidum, nigrum, &c.

Varij modi vnius ex 5. *Metaphyſicæ.*

Vnum aliquid per accidens, ſecundum accidens: aliquid per ſe, ſecundum ſe.

Per accidens
- primo ſubiectum, & accidens dicuntur vnum: vt Ariſtoteles philoſophus, Ludouicus Rex.
- 2 quando quę inſunt eidem ſubiecto dicuntur vnum: vt Rex Galliæ, & Rex Nauarrę.
- 3. cum ſubiectum, & ſubiectum vnâ cum affectione: vt Socrates, & Socrates philoſophus.
- 4. cum accidens & ſubiectum cum accidente dicuntur vnum: vt Rex Gallię, & Ludouicus Rex Gallię.

Per ſe vnum
- primò quęcumque continua ſunt, & cohærent: potiuſque ſi cohęrent natura, vt partes arborum, quam ſi arte, vt quæ coniunguntur glutine. Et ex cohærentibus per naturam potius quæ ſunt recta: vt femur, quam quæ admittunt inflexionem, vt totum crus.
- 2. ea quorum ſubiectum eſt vnum ſpecie.
- 3. ea quorum vnum eſt genus proximum, vel remotum.
- 4. quę vnam eſſentiam, & definitionem habent.
- 5. id cuius notio eſt vna & ſimplex.
- 6. quæ proportione conſentiunt.
- 7. quę ſunt eiuſdem ſpeciei.
- 8. quæ ſunt vnum numero [plane idem.]
- omnino & generatim dicuntur vnum quæcunque eſſentiam habent non diuiſam.

Congeries variarum differentiarum vnitatis.

Vnitas formalis, vel numerica: ſimpliciter, vel ſecundum quid.

Vnitas { vniuerſalis, vel ſingularis / naturalis, vel artificioſa } { tranſcendens, vel non tranſcendens. / naturalis, vel poſitiua. }

Secundum ſe, vel ſecundum accidens, per accidens &c.

Omnino inter philoſophandum variæ occurrunt differentiæ & appellationes vnius & vnitatis. Reliquæ differentię celebriores petendę è Logicis, è Rudimentis, & ſermone de diſtinctionibus rerum.

Vnum *per ſe*, vnum *per accidens.*

Vnum per ſe & ſecundum ſe variis dicitur modis vt ſignificatum.

Sed vnum per ſe propriè quod vel omnino ſimplex, vt Deus: vel ita compoſitum vt ex partium realiter diſtinctarum coniunctione reſiliat *entitas* noua, aut nouus modus poſitiuus, vt in homine & in aqua, non duntaxat nouus vſus, vt in naui & domo.

Vnum per ſe quid ſimplex, vt Deus, vel compoſitum.
 Siue impropriè ex non diſtinctis realiter.
 Siue ex realiter diſtinctis.

Tumque ex homogeneis, vt aqua: vel ex heterogeneis, vt homo.

Vnum ſimpliciter videtur appellandum quod per ſe vnum: ſecundum quid

quod alio modo vnum.

Vnum *per accidens* propriè quidquid conſtat ex realiter diſtinctis ſine exquiſita & naturali vnione:vt exercitus,candidum,dulce.

Monitum.

Aliquæ vnitatum ſignificant poſitiuum aliquid, adiungunt entitati partium reale aliquid.p.realem continuitatem.

Vnum *numero*.

Quam varia ſignificet vnum *numero*,cur ſic appelletur & quam variè nominetur declarauimus in Logicis.

De *tranſcendenti* vnitate.

Tranſcendens vnitas primo vnitas latiſſimè vſurpata.

Vnitas entis ſimpliciter ſumpti,vt excludat gradus inferiores.

De *formali* vnitate.

Formalem vnitatem vocare licet eam quæ graduum eſt ſuperiorum. Quemadmodum *numerica*,& ſingularis indiuiduorum.

Datur autem primò quia ferè nemo philoſophorum eam non aſtruit,niſi verba potius expendatur,quam ſenſus.

2.quia multitudo ab vnitate prodit,quamuis eſſentiam & entitatem neceſſario comitatur aliqua vnitas.

3.quia quæ ſimiliora,ea magis vnum.

Quomodo diſtinguatur à natura quę dicitur vna conſtat ex ſuperiori ſermone.

Quomodo à numericis vnitatibus intelligendum

partim ex ſermone de ſingularitate.

partim ex ſermone de diſtinctionibus.

partim ex diſtinctione vniuerſalis à ſingulari.De qua in Logicis.

Porro vnitas in priori & ſuperiori eſſentiæ gradu poteſt cogitari duplex,

.n. { vna qua gradus quiſque alteri ſimilis ſeorſim dicatur,&ſit vnus:vt vnitas humanitatis meæ,vnitas tuæ &c.

altera per quam omnes ſimiles gradus non modo exiſtentes,verumetiā poſſibiles dicantur vnum:Vt vnitas animalis in genere,vnitas hominis in ſpecie. }

Atque hæc propriè videtur vniuerſalis,& communis vnitas vt ſignificatum eſt in Logicis:illa non item quia multiplicatur in indiuiduis.

Nam ex.gr.animalitas mea eſt vna.etenim eſt in ſe *indiuiſa*, quamuis non diuulſa à re quauis alia.p.à rationalitate mea.Non tamen propriè dicitur *numerica*,etiam ſi ſoleamus dicere hanc animalitatem,hanc humanitatem,hāc naturam mixti &c.

Numerica enim propriè dicitur vnitas ſingularis,quę poſtrema aduenit & terminat naturam & eſſentiam cuiuſque rei.Quanquam propter coniunctionem & affinitatem ſe ſe inuoluere dicitur atque implicare. Nam ſingulare videtur quidquid non poteſt per diuiſionem ſui pluribus more vniuerſaliū communicari. *Numerica*.

Multitudo.

Vni generatim ſumpto opponitur *non-vnum*, non indiuiſum in ſe.

Vt in natura rerum datur *falſum* ſecundum quid (nihil quod ſit omnino falſū:) ita nihil quod ſit planè *non-vnum*, expers cuiuſuis vnitatis. Datur tamen aliquid expers certæ vnitatis.

τὸ *non-vnum* vel tollit vnitatem, ita vt nihil ponat, nullam ponat vnitatem, opponiturque vni negatiuè: vt cum Hippocentaurus, dicitur non eſſe vnum quid.

Vel ponit aliquid neque omnem tollit vnitatem atque indiuiſionem ſed certā duntaxat. Et tunc opponitur priuatiuè, ſignificaturq; nomine multitudinis.

Multitudo ergo eſt priuatio vnitatis, dicitur diuiſionis terminus, vnitatum collectio.

Multitudo vnitati opponitur 4. Metaphyſicæ cap. 2.

Sed confertur primo cum vnitatibus ex quibus componitur. Tumque opponitur relatiuè tantum, vt totum partibus.

2. cum vnitate per quam dicitur vnica multitudo. Tumque ſi opponitur relatorum more opponitur vt ſubiectum proprietati.

3. cum vnitate quam tollit, quæque haberetur ſi diuiſio tolleretur, & opponitur priuatiuè, & quaſi priuatiuè.

Si quidem negatio hæc non eſt quidem negatio mera: quoniam ponit ſubiectum aut ſubiecta.

Sed neque item ſemper eſt priuatio exquiſita propter defectum aptitudinis.

Si quando multitudo & vnitas dicuntur contrariè opponi, dicuntur non vſquequaque propriè.

Niſi forſan numerus formaliter eſt aliquid rei. De qua re alibi. & confertur cū etiā illa vnitate.

Affectiones.

Prima. Multitudo prior vnitate per quam dicitur vna multitudo.

Poſterior { vnitate cui opponitur. / vnitatibus ex quibus componitur.

2 Abſolutè vnitas antecedit multitudinem.

3 Vnitas origo *ſimilitudinis* in qualitate, æqualitatis in quantitate, *identitatis* in vſia, multitudo *diſſimilitudinis*.

4. Aliquid magis vnum quam aliud.

5. Videtur magis vnum quod ſimplicius.

6. Vnitas metitur multitudinem. De menſura alibi.

Vnitas ſimplicior puncto, eo modo qui explicatus alibi.

Monitum.

De eodem, de diuerſo, & de diſtinctionibus rerum infra, & alibi.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De veritate, & falſitate.

§. I.

De veritate generatim.

Doctrina.

De veritate rerum agere generatim proprium Metaphyſici, niſi quod quatenus confertur cum mente noſtra pertinet aliquomodo ad phyſiologiam *theoreticè*, & ad Logicam *practicè*.

Signorum veritas practice tractanda demandatur Logico.

Alioquin Metaphyſici eſt de figuris generatim agere, vt Phyſiologi eſt de ſignis noſtris & naturalibus omnes: diſciplinæ ſpeculantur res veras.

Sed nulla præter Metaphyſicam exponit theoreticè quid ſit veritas, & quas cauſas habeat, & quam ſit multiplex.

Nomen ac notio.

Veritas in ethicis idem quod veracitas (vt verus, verax.)

Veritas hîc conformitas ſigni cum re ſignata, vel rei cum exemplari aut mente,

Variæ quæ circumferuntur deſcriptiones.

Diuo Auguſtino libro de vera religione veritas (n. ſigni) dicitur quâ oſtenditur id quod eſt.

Eidem ſumma ſimilitudo principij, quæ ſine vlla diſſimilitudine.

Diuo Hilario verum id quod eſt manifeſtat, eſt declaratiuum & manifeſtatiuum τȣ̃ eſſe.

Veritas rectitudo ſola mente perceptibilis.

Veritas vniuſcuiuſque rei eſt proprietas ſui eſſe, quod illi ſtabilitum eſt.

Eſt adæquatio rei, & intellectus.

Vt percipiatur hæc aliæque generis eius deſcriptiones adhibendum eſt diſtinctionis lumen.

Signum quid ſit, & quotuplex quæſiuimus in Logicis.

Veritas ſolet ſtatui triplex *rerum, notionum, ſignorum*, potiſſimumque verborum.

Sed notiones inter ſigna recenſeri poſſunt.

Diſtinctio, & deſcriptio veritatis.

Veritas alia *rei*: vt cum aurum dicitur verum.

Alia *ſigni*, quæ *notionis*.

Tùm { vel verborum, ſiue ſermonis.
vel ſignorum aliorum. p. ſcriptorum, geſtuum. }

Veritas *rei* dicitur conformitas rei cum exemplari & mente, aut cum mente ſaltem.

Veritas *ſigni* conformitas eius cum re ſignificata.
Veritas *notionis* conformitas eius cum eo quod cognoſcitur.
Verborum duplex alibi conſtituta & explicata veritas.
Geſtuum quibus vtaris ad ſignificandum conſimiliter duplex veritas. Quia notio duplex, *formalis*, *obiectiua*.
Scriptura vel rebus & notionibus reſpondere debet: vel ſermoni, notioni, & rebus, vt noſtra.
Significat cauſa effectum, effectus cauſam &c.
Notio autem duplex, vna *actualis*, altera *habitualis*.

Quidam gradus veritatis.

Prima veritas *rerū* 2. *perceptionis*, 3. *relationis*, 4. *ſcientiæ*, 5. *ſermonis*, 6. *ſcriptorum*.

Qualis diſtinctio veritatum?

Analogica eſt quia in omnibus inuenitur categoriis.
Attributiua quia veritas vna ab alia pendet.
Diuina autem veritas tenet principatum analogiæ.
Si ſenſus vocabuli conſideretur veritas *rerum* antecedit.
Si nomen ipſum videtur prius tributum eſſe *ſignis* & notionibus quam rebus ipſis.

§.2.

De veritate rei.

Nomen, notio, exiſtentia.

Veritas hæc dicitur veritas rei, veritas tranſcendens.
Notio illius poſita ſupra.
Datur 1. quia ſic omnes ſentiunt, nuncupamus aurum verum &c.
2. quia in notione *negatiua* veritas pendet ex affirmatiua. Affirmatiua pendet ex veritate rerum: ideo oratio vera eſt, aut falſa, quia res ita habet.
3. quia res ſunt intelligibiles, ideoque veræ.

Obiectio ex 6. metaphyſicæ capite vltimo.

Verum & falſum non ſunt in *rebus*, ſed in mente: Bonum & malum contra.
Diſt. ſi ſint complexa & compoſita C. ſimpliciter N.
Complexum vero hîc idem atque enuntiatiuum.

Conuenit-ne cuique rei veritas?

Conuenit 1. quia vnum quodque ita eſt vt verum eſt 2. metaphyſicæ cap. 1.
2. quia falſum aurum non eſt aurum, falſa gemma non eſt gemma &c.
Ideo falſum ens non eſt ens. quidquid falſum eſt, id non eſt .n. qua parte falſum eſt.

Obiectiunculæ.

Falſa non ſunt vera: Multæ ex rebus ſunt falſæ & adulterinæ: Ergo.

Digitized by Google

D. P. quatenus falſa C. abſolute & alio nomine N.

D. S. aliquo nomine C. quouis N.

Quod e.g. falſum eſt aurum, id verum aurichalcum.

Ens diuiditur in verum & falſum.

R. tunc entis nomen ambiguum eſſe & ſignificare quidquid concipitur, ſiue ſit aliquid, ſiue nihil.

Conuenitne ſolis rebus veritas?

Conuenit quia quod per ſe verum, id per ſe intelligibile, quod nihil eſt, id per ſe nequaquam intelligibile.

Obiectiones.

Dicitur chimæra verè figmentum, & cæcitas priuatio vera: ergo veritas eſt non tantum rerum, verum etiam nihili.

D. A. propriè N. abuſiuè C. Impropriè tribuitur chimeræ vt nomen *entis*, ita & veritatis.

Perimit vt falſum epithetum verum ſubiectum. p. cum dicitur homo mortuus: ita falſum ſubiectum verum epithetũ vt cum dicitur veriſſima *chimæra.*

Illa ſimpliciter & propriè non ſunt vera: quatenus concipiuntur, ideoque videntur aliquomodo ſibi vendicare rationem entis, intelligibilitatis, videntur & veritatis.

Quidquid concipitur illud ens rationis.

Eſtne veritas proprietas entis?

Eſt eodem quô vnitas, bonitaſque iure.

Eſtne vna veritas omnium rerum?

Primaria vna eſt .n. diuina, quæ reliquarum typus.

Abſolutè eſt multiplex.

Eſtne in re ipſa veritas?

Denominatio apud Logicos, *intrinſeca, extrinſeca, mixta*. Quæritur quomodo veritas rem denominet.

In Deo veritas non videtur eſſe poſſe niſi interna denominatio. Quid enim afferas ab ipſo aliud vnde ſit verus ab æternitate omni?

Creaturam extrinſecè tantum veram appellari quidam credunt. Idque vel à diuina mente: Vel à veritate intellectus.

Refelluntur quia res eſt intrinſecè intelligibilis.

Res tantum eſt vera quantum eſt, tantum falſa eſt quãtum recedit ab entitate.

Obiectio.

Dicitur { vt ſanum de animali & cæteris. p. vrina, tempore &c.
ita *verum* de Deo, & de creaturis. }

Atqui *ſanum* in vrina, in cibo, in pharmaco &c. non eſt niſi externa denominatio, quæ petitur à ſanitate animalis: ergo.

N. S. quia e.g. in pharmaco ſanum ſignificat *ſanatiuitatem*.

Digitized by Google

Includitne in ſua formali notione ens?

Idem iudicium de veritate faciendum eſt, quod de vnitate.

Quid adiungit enti veritas?

1. Solam *negationem fictionis* ſi quibuſdam creditur. Sed fictio videtur negatio, ideo negatio illa eſt negationis: vt nonnihil.

2. Perfectionem, eamque abſolutam, quæ tamen ratione tantum ab ente diſtinguatur vt quibuſdam placet. Sed res per ſeipſam eſt intelligibilis, proindeque & vera.

3. *Relationem* ſi quibuſdam creditur. Quia veritas explicatur per conformitatem.

Fatendum eſt in veri notione inuolui aliquam relationem. Sed hæc non eſt categorica ne progrediamur. Non realis, quia eſſentia Dei eſt vera citra veram & realem relationem.

4. Dixerit aliquis adiungere *modum* quendam poſitiuum. Sed videndum eſt ne ſic veritas euadat potius *ſpecies* quam proprietas entis.

5. Veritas rei generatim quatenus conuenit creatæ & increatæ nihil *enti* videtur addere: niſi quod ſic deſignat *entitatem*, vt eõ ſignificet ſupponatque *intellectum* ad quem referri poſſit. Quæ connotatio explicatur per *conformitatem*. Idque ita vt veritas *in diuinis* referatur ad intellectum tanquam ad cognoſcitiuum & cognoſcentem (Deus exemplari caret) in *creatura* & tanquam ad cognoſcitiuum & cognoſcentem, & tanquam ad cauſam exemplarem & menſuram.

Quæ artificioſa forma dicitur ars, ea & ab arte prodijt, & arte eſt comprehenſibilis, etiam alia ſingulari ab ea vnde prodijt.

Veritas creaturæ & à diuina mente prodijt, & mente tum diuina, tum creata eſt comprehenſibilis.

Monitum.

Ariſtoteli cœlum neque factum eſt, neque fieri potuit [per eſſendi nouitatem.] Si tamen fieret, fieret vt eſt.

Forſan ad imitationem eius ſic de Deo loquatur aliquis. Deus reuera non habet exemplar, neque vllum habere poteſt, ſi tamen haberet, ei reſponderet.

Quid rei veritas?

Summa ſimilitudo principij quæ ſine vlla diſſimilitudine.

Forma rei veræ, id per quod res formaliter vera eſt.

Veritas conformitas inter rem & intellectum, adæquatio rei & intellectus.

Quotuplex veritas rei?

Eſt creata, vel increata. Creata autem eſt conformitas rei cum intellectu, & exemplari.

Eſt ſimplex vt veritas animi: vel compoſita, vt veritas hominis.

Monitum.

De difficultate cognoſcendę veritatis Ariſtoteles 2. Metaph. cap 1. & lib. 1. cap. 1. & nos in Logicis.

Vtrum Phyſicus de quouis agere *intelligibili* debeat quod agat de *intellectu* quęſitum alibi, n. ad lib. de animo.

§. III.

De veritate ſignorum potiſſimumque intellectus.

Quid, & quotuplex?

Signum verum eſt quando rem ſignat, & ſignificat eo modo quo eſt: falſum contra.

Culpa falſitatis penes ſignum eſt, auctoremue eius: vel penes ſigni inſpectorem, perceptorem.

Veritas ſigni eſt conformitas eius cum re ſignificata.

Falſum ſignum non niſi per abuſionem dicitur ſignum. n. ſi conſideretur quo nomine, & quatenus falſum.

Inter ſigna eminent *notiones* & *imagines* rei, quę mente conſtituentur.

Ideo conſueuerunt ſeparari à ſignis alijs.

Et quidem pictura nulla eſt, quę cum *oratione* & *notione* ſit conferenda.

Quotuplex veritas cognitionis?

Vnius eiuſdemque notionis veritas duplex,

n. { vna eſt notionis tanquam *rei*, per quam notio numeratur inter vera entia: quęque non mutatur mutatione rei cognitæ. Notio res eſt quædam vera, non fictitia.
altera eſt notionis tanquam *ſigni*, quæ conformitas quædam notionis cum re cognita.

Notio enim conſideratur quatenus res, & quatenus ſignum.

Notitia { vel eſt *ſenſus* & dijudicanda eſt ex apprehenſione intellectus.
vel *mentis* ſiue intellectus.

Vbi veritas intelligentiæ, & quid?

Sunt qui *obiectiuo* in conceptu veritatem hanc ponunt, non in *formali*. Ita vt veritas hęc ſit conformitas rei obiectæ intellectui cum illa ipſa, quatenus eſt in natura rerum. 1.

Alij rectius in formali conceptione quę ſignum rei cognitæ. Quia veritas intellectionis ad rem intellectiuam ſe habet: vt veritas ſigni alterius ad rem ſignificatam. 2.

Exiſtimauerit tamen aliquis veritatem huius generis, ſiue intellectiuam reperiri & offendi non tantum in notione ipſa & operatione mentis, formaliue conceptione: ſed etiam in *habitibus*, quorum alij veri, alij erronei, & in imaginibus, ſpeciebuſue intelligibilibus: ideoque etiam in con- 3.

ceptu illo obiectiuo.

Vt veritas intellectiua generatim ſit conformitas *conceptionis*, aut ſpeciei intelligibilis cum re quæ mente concipi poteſt.

Siquidem vniuerſa hæc ſibi reſpondent inuicem, & errorem in vno comitatur error in altero.

Nihilominus veritas intellectiua fere dicitur eſſe conformitas intellectionis per quam cognoſcimus, cum re cognita. Habitus enim & imagines natura inſtituit propter operationem. Notio obiectiua videtur idem cum re perceptibili.

Porro facile eſt reliquorum veritatem æſtimare ex veritate notionis & operationis.

Veritas formalis notionis eſt conformitas eius cum re cognita quod n. res ita habeat vt notitia repręſentatur.

Connotat autem vt rei veritas mentem: ita hęc veritas obiectum ita habens.

Sed conformitas hæc non eſt relatio exquiſita, non realis, ſignificatque potius comparabilitatem quam comparationem.

Quotupex ergo intellectiua veritas?

Eſt {
partim *formalis* conceptionis.
partim *imaginis* & ſpeciei intelligibilis.
partim *habitus*, vt ſcientiæ, opinionis.
partim *obiectiua* notionis, conceptionis.

Vbi veritas formalis conceptionis?

Minus propriè in apprehenſione & epoche, ſi iudicium ſecludatur.

Magis propriè in iudicio, & aſſenſu.

Nam qui rem male apprehendit, niſi aſſentitur non videtur propriè mentiri & falli, vt ex. g. qui eminus rem apprehendit tanquam paruam, ſed ita vt magnam eſſe iudicet.

Contra qui bene apprehendit, ſi fallacem & falſam credit apprehenſionem errat.

Rei nomine accipe quicquid concipitur.

Quicquid concipitur id intelligibile, proindeque verum eſt.

Quicquid per ſe concipitur, id per ſe verum.

Ideo quæuis apprehenſio eſt vera, ſi bene applicetur.

Diſcrepantia tamen apprehenſionis non poteſt eſſe falſitatis aliquid: vt conſtat ex definitione.

Sed iudicium locum habet propriè in complexa intellectione: ſecundum quid in notitia ſenſus, ſimplicique cognitione mentis.

Inde fit vt potiori iure veritas habeat locum in compoſitione, diuiſione, propoſitionibus & ſyllogiſmis quam alibi.

Nihilominus prima mentis operatio & apprehensio eſt ſignum.

Ideoque rem repræſentat { vel bene / vel male } { vel ſicut eſt. / vel ſicut non eſt.

Quare non modo in iudicio verumetiã in apprehensione aliquid ineſt veritatis aut falſitatis.

Digitized by Google

Veritas eſt { vel *ſenſuum* tum interiorum, tum exteriorum.
vel *mentis* { apprehendentis / diiudicantis } { ſimplicis / complexæ } { theoreticæ / vel practicæ }

item { agentis.
patientis.

Nam in notitia quauis veritatem reperiri ex eo conſtat, quod vel eſt confor- mis rei cognitæ, vel non.

Porro rei cognitæ nomine accipe quicquid cognoſcitur ſiue ſit in natura re- rum, ſiue non, ſiue ſit ens reale, ſiue ens logicum.

Quid veritas propoſitionis?

Eſt conformitas enuntiationis cum rebus cognitis.

Eſtne ſolius propoſitionis veritas?

Non eſt quoniã eſt terũ, ſenſuũ, ſyllogiſmorum, & primæ mentis operationis.

Obiectiunculæ.

Abſtrahentium non eſt mendacium.

D. quod abſtrahant C. quod male apprehendant N.

In indiuiſibili [ſimplici] mentis conceptione non eſt falſitas tertio de animo cap. 6.

(Sed verum & falſum conſiſtit in diuiſione & compoſitione. i. negatione & affirmatione.)

D. rerum N. notionum D. apprehenſionis N. iudicij & dijudicationis D. exquiſita C. ſimpliciter N.

Quotuplex veritas propoſitionis?

Eſt { vna *affirmatiua* per quam cognoſcitur conuenientia, coniunctioque terũ ac terminorum eo modo quo eſt.
altera *negatiua* per quam diſiunctio terminorum, &c. de toto propoſitio- num genere accuratius in logicis.

Obiectiuncula.

Vera propoſitione cognoſcitur aliqua veritas: negatione autem non cognoſ- citur veritas ſed abſentia veritatis: vt quando Deus dicitur non eſſe ſaxum: Ergo negatio non vera propoſitio eſt.

D. S. { implicite N. quia ex negatione ferè colligitur affirmatio, ſi Deus non eſt corpus, Deus incorporeus eſt.
explicite D. { poſitiua C.
priuatiua N.

Non modo poſitiuas, verumetiam negatiuas affectiones rerum oportet noſ- ſe, quid ſit ſentiendum de his rebus docuimus in Logicis.

Veritas orationis.

Veritas hîc { vna per quam oratio conformis menti n. cum loquimur quod ſentimus.
altera per quam conformis rei: de qua loquimur.

Digitized by Google

Veritas ſcripturæ.

Scriptura congruat voci, menti & rebus.

Monitum.

De veritate & hallucinatione ſenſuum ad libros de animo.

De veritate orationis, & ſcripturę in Logicis fusè diſputatum.

Illic de veritate & falſitate ſyllogiſmorum: falſus ſyllogiſmus qui fit pluris quam debet, qui venditatur pro phyſico cum non ſit phyſicus, aut Theologico cum non ſit Theologicus, &c.

In ſimplicium notionum genere eminet definitionum veritas, huius examinandæ ratio traditur in Logicis.

Porro in ſimplici notione præterquam quod ſpectatur apprehenſio, & aliquo modo illius applicatio quæ videtur iudicio conſtare: occurrit etiam perpendenda aliqua ratio *compoſitionis & diuiſionis*.

Compoſitionis, vt quando per croceum vitrum intueris aliquid.

Diuiſionis, vt quando ſenſus colorem deprehendit, figuram deprehendere non poteſt.

§. 4.

De falſitate.

Nomenclatura, notio diſtinctio.

Mendacium, vanitas, fucus, adulteratio, falſitas, falſum, hallucinatio, aberratio & conſimilia vocabula ſignificant id quod opponitur veritati.

Falſitas eſt diſcrepantia rei ab exemplari, aut ſigni à re ſignificata.

Falſitas vna rerum, altera ſignorum.

Vna negatiua quę impropriè falſitas. p. quando ſignum non repræſentat nec debet repræſentare.

Altera priuatiua.

Falſitas rerum.

Falſitas rei vna eſt negatiua, & nihil ponit: vt cum chimera dicitur quid falſũ.

Altera priuatiua: tumque non tollit omnem veritatem ſed certam dumtaxar.

Eſtque vna cum res non eſt id quod eſſe debet: vt cum nominamus fucatam pietatem.

Altera cum res videtur eſſe aliquid quod non eſt tamen nec eſſe debet: vt quãdo aurichalcum dicitur eſſe falſum aurum.

Falſitas { vna arguit exquiſitam priuationem: vt cum Democriti oculus dicitur falſus.
{ altera non exquiſitam: vt cum falſus ſtatuæ oculus.

Signi *falſitas.*

Signum falſum eſt quando repræſentat rem aliter atque eſt.

Vocalis orationis falſitas duplex. Aliud mentiri, aliud dicere mendacium.

Digitized by Google

Notio falſa quando rem apprehendit,ac diiudicat aliter atque eſt.

Falſitas notionis ad ſenſum,vel ad mentem pertinet.

Falſitas dianoëtica primo in notione formali.

2.in ſpecie intelligibili.

3.in conceptu obiectiuo.

4.in habitu,& intelligendi aſſuetudine.n.cum repręſentant rem non tamen eo modo quo repręſentare potuerunt,vel debuerunt:aut repręſentant quod repręſentare non debent.

Apprehenſio videtur ſemper repręſentare id quod per ſe repręſentare poteſt: aut ſaltem aliquid quod per ſe repręſentare poteſt.

Sed vitio noſtro ſæpe applicatur rei cui non debet:vt ſi connectatur imparitas cum ſubſtantia,amaritudo ſaliuæ cum iuſculo.

Sæpe diuellitur à re à qua diuelli non debet.

Præterea ſæpe ſignum videtur debere repręſentare id quod repręſẽtare nequit.

Error à nobis,à præceptore,à rebus ipſis.

Deus præceptorum optimus.

Notiſſima ingenij humani cæcitas.

Rerum ſpecies,imagines fallaces,vt & ſenſus.

De falſitate propoſitionum, & argumentationum in Logicis.

ARTICVLVS IIII.

De Bono, malo, & appetitu.

Nomen, notio.

Notio & nomenclatura petatur è rudimentis.

Conditiones boni.

Bonum eſt perfectum,pulchrum,gratum & optabile,ſui communicandi auidum,finis vel ad finem.

Bonum cum ente reciprocatur. Quidquid malum eſt qua parte eſt malum non eſt.Malus amicus non eſt amicus,malum pharmacum non eſt pharmacum &c.

Bonum per naturam ſuam poſterius eſt ente:licet quatenus eſt finis ſit ſecundum naturam[intendentem]priuſquã ens illud cuius eſt finis propriè, & cui bono.

Bonum continetur *modo,ſpecie,ordine numero.menſura*.De qua te in Ethicis.

Bonum ex perfectione oritur.De qua in Phyſicis & in rudimentis.Refertur vt ad mentem verum per intelligentiam:ita bonum ad volũtatem & appetitũ.

Quiduis bonum ſed non quouis modo cuiuis & ad quiduis. Hinc rerum genera tria *bona,male,indifferentes.*

De quibus differentiis in negotio morali tum Stoicè,tum Peripateticè tractauimus.

Variæ diſtinctiones boni.

Bonum tranſcendens, naturale, materiale.
Honeſtum, iucundum, vtile. Quę diuiſio poteſt eſſe generalis etiam ſi humano bono applicetur.
Eſt naturę, gratiæ, gloriæ. Generis, ſpeciei, indiuidui.
Propter ſe, propter aliud, propter ſe & propter aliud ſimul.
Facientis & alteri facienti non alteri, alteri non facienti.
Eſt laudabile, vel honeſtum. De qua re primo Ethicorum.
Eſt { finis, vt ſanitas. / vel ad finem, vt bonum medium, vt pharmacum.
Eſt mutabile, vel immutabile.
Eſt commune, vel proprium.
Eſt publicum, p. totius Reipublicæ, vel priuatum.
Eſt per ſe bonum, vel per accidens tantum.
Eſt eſſentia bonum, vel ad finem bonum.
Eſt abſolutum bonum, vel reſpectiuum.
Eſt ſufficiens & ſeipſo contentum, vel non.
Eſt ſummum, vel non ſummum. De qua diuiſione in Rudimentis Ethicis.
Eſt diuinum, vel non.
Acquiritur per motum, vel habetur ſine motu.
Eſt amplificabile, vel non amplificabile.
Eſt verum, vel apparens tantum.
Bonum { impropriè vt ſola carentia mali. / propriè quod perfectum eſt, &c. De quibus differentiis & conſimilibus paſſim inter philoſophandum.

Includitne bonitas entitatem?

Includit, ne ſit formaliter nihil.
Occupatio Priuationes vt mors iuſti &c. non ſunt bonæ per ſe, ſed per accidens tantum & per adiuncta. p. per τὸ eſſe cum Chriſto.

Eſt-ne formaliter mera relatio rationalis?

Non eſt primò quia bonum eſt in rebus, verum in animo.
2. quia entitatem habet, conſiſtit in modo, ſpecie, ordine, numero, pondere, veritate.
Malum eſt de genere epithetorum pertinentium.

Eſt-ne formaliter mera relatio?

Non eſt quia nihil ita abſolutum, vt non ſit bonum.

Eſt-ne qualitas?

Si generatim ſumatur nomen qualitatis pro omni eo quod quoquo modo enti accidit, eſt.
Si propriè, non eſt quia bonum vagatur per omnes categorias.
Occupatio Sicubi Ariſtoteles ait bonum eſſe in qualitatum ordine, boni nomine ſignificat virtutem, aut facultates tum naturales, tum acquiſitas.

Eſtne

Digitized by Google

Eſtne ipſa perfectio?

Bonitas videtur realiter formaliterque vt entitas (veritas) ita & perfectio. Sed preterea videtur aliquid aliud ſignificare.

Etenim perfectum quatenus perfectum arguit potius veritatem cum vnitate quam bonitatem.

Bonum quatenus bonum neceſſitudinem cum appetitu habet, perfectum quatenus perfectum cum exemplari potius.

Quid enti addit.

Videtur addere conuenientiam & optabilitatem vt inductione patet.

Sed optabilitas ſiue appetibilitas videtur quaſi appendix conuenientię.

Quia hæc videtur ipſa *fruibilitas*, appetitio propter fruitionem. Ideo bonum definiendum per conuenientiam, & congruitatem ſi accuratior quæritur definitio: vt per amabilitatem ſi popularis.

Inductione deprehendimus quidquid conuenit, congruit & reſpondet alicui rei quaſi per commenſurationem id illi eſſe bonum. p iuſtum calceum &c. Quidquid non conuenit, nec congruit, nec eſt conſentaneum non eſſe bonum. De qua re in Ethicis.

Quid iſta conuenientia?

Aut eſt relatio quædam rationalis.

Aut res ipſa quę dicitur bona quatenus eſt, eſſeue poteſt fundamentum eius relationis.

Aut potius (non enim quærimus formalem eius rationem ſed additamentum) aliquid connotatum tanquam particeps, id cui congruit.

Quid bonitas?

Videtur eſſe ipſa perfectio rei connotando aliquid cui ſit congruens.

Cauſæ.

Cauſæ vt mali malæ: ita boni bonę.

Omnino eędem bonitatis, quę entitatis cauſæ.

Quot in re quaque inueniuntur gradus entitatis totidem & bonitatis. Sed conſideranda tum entitas quæ congruit, tum entitas cui congruit.

Modi quaſi cardinales bonorum.

Vt in virtutum genere quędam per antonomaſiam tribuuntur ſpeciebus. p. ratio, moderatio &c. itemque in negotio categoriarum, cauſarū, & motuum: ita etiam in bonorum genere res habere videtur. Prima.

Nam in quouis bono *concinnitas* quędam inuenitur quæ eſt veluti honeſtas & 2.
pulchritudo. Et tamen pulchra ſpeciatim & honeſta nuncupantur ea bona, 3.
in quibus eminet illa concinnitas. 4.

Conſimiliter iudicandum de vtilitate, & iucunditate.

Digitized by Google

Pulchritudo, & honeſtas.

Honeſtas propriè pertinet ad vim rationalem: ita vt cum ipſa, tum qui ipſi congruūt habitus cum actionibus & obiectis rebus honeſta nuncupentur.

Generatim tamen pertinet tum ad res dianoëticas, tum ad naturales vt ad arbores &c. quæ vt non ſint propriè dianoëticæ, ſunt tamen quaſi dianoëticæ. Non vtitur mente arbor in procreando folia, flores &c. ſed perinde facit atque ſi vteretur.

Conſulendus ſermo de decoro, & pulchritudine.

Apud Platonicos habet ſe vt ad ſolem lux: ita ad bonum pulchritudo, vt ſit ſplendor quidam fulgorque boni.

Apud Peripateticos eſt quaſi concentus qui reſilit ex variorum bonorum cōmenſurata compoſitione, per quam bonum maximè allubeſcit appetitui.

Tamen pulchrum generatim quidquid commenſuratum eſt. Siue ſit ſimplex, ſiue varium. Magis propriè quidquid ita perfectum & commenſuratum vt varietas illic inueniatur, quæ rem apprehenſiuam blande afficere poſſit.

Vtilitas.

Per ſe bonum & propter ſe bonum differunt.

Vtilia expetuntur propter aliud. Quanquam per ſe habent aliquid bonitatis, ſunt per ſe bonum non per accidens, licet propter aliud non propter ſe.

Pharmacum ex. gr. in ſe habet vim efficiendi ſanitatem, quæ vis per ſe illi eſt conueniens & proinde bona.

Quidquid vtile eſt, id debet eſſe *fini* & alteri rei commenſuratum. Quia hîc aliud bonum, aliud id cui bonum.

Pedi commenſurandus calceus, non pes calceo: de qua re alibi.

Itaque in hoc genere boni ſæpe dum res augetur & proinde euertitur commenſuratio perit vtilitas & bonitas vt docuimus ex Ariſtotele, & perſpicuū eſt in pharmacis, cibis, inſtrumentis.

Media meliora non quô maiora, non quô minora, ſed quo magis commenſurata.

Iucunditas.

Prima. Iucundum propriè quod res ſenſu aut mente prædita blande afficere poteſt.

Iucundum per proportionem quod rebus aliis quaſi allubeſcit: vt cum fruges dicuntur delectari imbribus, imbres læti frugibus.

2. De iucundis rebus in Ethicis ad ſeptimum Ethicorum.

3. Non eadem iucunda omnibus vt manifeſtum.

4. Quod res delectet, id pendet ex quadam commenſuratione.

Sed quod vni eſt commenſuratum non ideo commenſuratum alteri.

Conſulendus ſermo de diſſoluendis pyrrhoniis nodis in Logicis.

5. Iucunditas per ambiguitatem nunc delectatio, nunc virtus quædam delectandi.

Lætitia nunc hæc, nunc illa. Sed illa potius quam hæc, iucunditas contra.

Reciprocaturne bonum cum fine?

Sane poſito fine ponitur bonum: Sublato fine tollitur bonum. Quia bonum eſt finis vel ad finem: Finale, vel medium. Finis optabilis itemque medium.

Præterea finis interdum includit media, quæ ab Ariſtotele videntur reuocari ad finalem cauſam.

Adde quod medium videtur aliquo intendi modo.

Sed *media* nõ tam propter ſuam vim quã propter aliud appetitionem mouent.

Nec tam per illam quam per aliud: vt præcipua authoritas mouendi penes finem maneat. Nihilominus medium etiam quatenus medium inter bona.

Ideo bonum cum fine reciprocatur quidem, ſed partim per rectum, partim per obliquum caſum.

Quia eſt finis, vel ad finem. Omne bonum eſt finis, vel medium.

Quidquid finis, id bonum, itemque quidquid medium.

Videtur dari quædam reciprocatio in pleriſque rebus. Vt calceus bonus pedi: ita pes calceo.

Quid eligibilius, quid optabilius?

Aliud eligibile, aliud amabile: de qua re in Ethicis.

Ratio comparandi bona & mala repetatur ex 3. Top.

Monitum.

De malo, de priuationibus, de indifferenti, deque appetitu in rudimentis & alibi.

De malo.

Malum negatio eſt boni & impropriè malum, vel priuatio.

Negatio vel cuiuſuis boni: vt *nihilum*, *non ens* & ſoli chimærarum regioni eſt infeſta. Vel certi boni: vt non homo, non lapis, & nihil ab illa eſt immune præter Deum.

Malum priuatiuum vel eſt propriè priuatiuum: vt cæcitas. Vel quaſi priuatiuum: vt loculorum inanitas.

Malum priuatiuum ex variis priuationum modis æſtimandum, qui alibi poſiti & expoſiti.

Mali cauſæ eędem quæ boni, ſed contrario ſenſu, vel oppoſitæ, de qua re in rudimentis & alibi.

In malo propriè dicto tria .p. in cæcitate,

n. { Primò ſubiectum, vt oculus.
Secundò aptitudo quædam ad bonum præſens, vel præterita .p. ad viſum.
Tertio abſentia huius boni. }

Sed malum videtur propriè & formaliter ſignificare hanc abſentiam: ideo malum quatenus malum eſt formaliter nihil.

Ideo { non eget ſcopo perficienti ſed conficienti.
non efficienti cauſa, ſed deficienti.
non materia ſuſcipienti, ſed reſpuenti, aut ſaltem non recipienti.
non pulchritudine & forma, ſed turpitudine & deformitate: de qua re alibi. }

Deus poteſt deficere negatiue .j. non cauſare, non agere. Item non agere cum poteſt. Sed non agere cum debet per legem ab ipſo præſtitutam.

Monitum.

Conſulendus ſermo de fine & de medio.

Bonum videtur latius patere quam pulchrum, & *pulchrum* quam honeſtum vt conſtat ex definitionibus.

Quæ appetere dicuntur per analogiam, eadem & frui delectari, vt grauitas &c.

CAPVT III.

De communiſſimis rerum diſtinctionibus, & differentijs.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quotuplex ens?

Monitum.

In Philoſophia diuiſiones ita inſtituuntur, vt ad præcipua membra & capita cætera reuocentur, partim tanquam ſpecies, partim tanquam appendices, de qua re ſæpius.

De contrahendis communibus terminis per additionem & detractionem ſupra & in Logicis.

Principes diuiſiones entis.

Celeberrimæ diuiſiones entis breuiter proponendæ. Interpretatio verborum quibus abſoluuntur repetenda eſt partim hinc, partim ex alijs Philoſophiæ locis.

Diuiſionum { quædam mera ambiguitate inuoluuntur.
quædam analogiam porportionemque retinent. }

Ens { verum / falſum } { poſſibile / impoſſibile } { bonum / malum } { negatiuum. / priuatiuum. / poſitiuum. }

Ens { extra animum { ab animo, vt forma domus. / non ab anima, vt color, nix. }
in animo { ſubiectiue, & poſitiue, vt mens. virtus. / obiectiue, vt id quod dignoſcitur. } }

ens { reale { totum verum, & extra animum: vt arbor.
rationale { totum fictitium: vt chimæra, hippocentaurus, partim ab

animo cognoſcente, partim à re vt cœtus, forte numerus.

Ab animo hîc voco quod ens rationale.

Ens	totale	relatiuum	neceſſarium	completum	cauſa
	partiale	abſolutū	contingens	incompletum	cauſatū.
Item	potentia	finitum	creatum	ſempiternum	
	actu	infinitum	increatū	non ſempiternum	
Item	corruptibile	ſimpliciter	vnicum	per ſe	
	incorruptibile	ſecundum quid	multiplex	per accidens	
Item	continuū	momentaneum	ſpiritale	perfectum	
	diſcretum	non momentaneum	corporeū	imperfectū	
Item	ſubſtantiale	&c.			
	accidentatium				

Ens { vel res completa: vt homo, animal.
vel princium rei: vt exiſtentia materia.
vel modus rei: vt intenſio, extenſio.
vel proprietas rei: vt vnitas, veritas. [.·.]

Ens { vel per ſe ſubſiſtit.
vel eſt principium }
vel eſt priuatio } rei per ſe ſubſiſtentis.
vel eſt diſpoſitio }

Ens { idem ſubiecto realiter, numero, ratione, genere, ſpecie, proportione.
diuerſum { vel toto genere: vt ſubſtantia, quantitas.
vel differens, idque genere, ſpecie, vel numero.

Notiſſima diuiſio entis in decem categorias.

ARTICVLVS II.

Quid idem, quid diuerſum, quid differens?

Idem.

Identitas vel diuerſitas conuenit cuiuis enti.

Omne ens idem vel diuerſum 10. Metaphyſicę cap. 5. n. dum confertur cum ente altero, aut quaſi altero. 1

Idem late quæ in aliquo conueniunt. 2

Sed Ariſtoteli ſæpe idem atque idem ſecundum ens. 4. Phyſic. cap. vlt. quæ in aliquo ita conueniunt, vt per huius differentias proximas non diſtinguantur d.q.t. illic.

Decem canes & decem oues ſunt idem numerus, non ſunt idem denarius.
Identitas generatim ita vnitatem arguit, vt multitudinem connotet.
Etenim 5. Metaphyſicæ t. 14. eſt vnitas quædã ipſius eſſe, ſed vnitas plurium, cum quis vno tanquam pluribus vtitur.

Ideo { vel in rebus fere proprièque multis conſideratur: vt cum leo & equus dicuntur idem genere.
vel in re vna quæ vna propriè: vt quando aliquid dicitur idem ſecum, actio idem atque paſſio, diuina iuſtitia idem atque miſericordia. }

Vnde apparet identitatis nomine preter vnitatem indicari rationem quandam quę tamen non eſt exquiſita & realis, aut fundamentum eius.
4. Identitas vna poſitiua: vt quando actio dicitur idem atque paſſio.
Altera non item: vt cum cæcitas dicitur idem cum orbatione viſus.
5. Ex diuiſione vnius & diuiſione diſtincti intelligenda diuiſio identitatis.
Quid ſit vnitas, quid multitudo explicatum.

Diſtinctum, diuerſum, differens, &c.

1. Diuerſum, differens, diſtinctum & conſimilia vocabula promiſcuè hîc à nobis vſurpantur ad ſignificandum illud non idem.
2. Peculiares ſignificatus diuerſi & differentes alibi declarati.
3. *Diuerſitas* generatim arguit priuationem quandam vnitatis & identitatis, & præterea multitudinem.
4. Inuoluit etiam relationem non tamen neceſſario realem. Etenim Deus à nobis eſt diuerſus. Sumus diuerſi à chimæra.
Nulla tamen conſtituitur relatio realis, per quam Deus ad nos referatur.

ARTICVLVS III.

Tres ſententiæ de diſtinctione rerum.

Monitum.

Ponendę ſunt ſententiæ celebriores de diſtinctionibus.
Idem ex diſtincto comprehendendum per oppoſitorum leges.
Conſulenda quę docuimus in Logicis de diſtinguendis categorijs.

Sententia prima.

Diſtinctio poſitiua eſt, vel negatiua.
Negatiua inter ens & non ens: vt inter Bucephalum & Hippocentaurum, vel inter duo non entia: vt inter cęcitatem & ſurditatem.

Poſitiua { inter duo entia realia. p. hominem & belluam.
vel inter duo entia rationis. p. ducatum & comitatum.
vel inter ens reale & ens rationis: vt inter Ciceronem, & illius Conſulatem poteſtatem. }

Secunda ex Soare in Metaphyſicis.

Diſtinctio triplex *realis, rationalis & modalis*.

Nam vel non niſi per mentis & cogitationis operam duo diſtinguntur. & diſtinctio vocatur rationalis: vt quando miſericordia Dei ſeparatur à iuſtitia, mens practica à theoretica.

Vel citra hanc, tum diſtinctio ſi maior dicitur realis: ſi minor dicitur modalis, aut formalis.

Realis intercedit inter duas entitates, & perfectiones p. inter frigus & candorem, &c.

Modalis quaſi media inter realem & rationalem.

Intercedit inter rem & modum eius. p. inter calorem & calefactionem, aut inter duos modos eiuſdem rei. p. inter quantitatis diuiſibilitatem, & menſurabilitatem.

Rationalis vel caret fundamento, vel eſt cum fundamento.

Sine fundamento eſt quando conceptus obiectiuus comparatur ſecum & diſtinguitur: vt cum Petrus diſtinguitur à ſeipſo quia nunc eſt prædicatum nunc ſubiectum, nam Petrus eſt Petrus, bonum eſt bonum.

Cum fundamento quando occurrit aliqua ratio probabilis cur res diſtinguantur. n. cum duo conceptus inadæquati eiuſdem rei inter ſe diſtinguntur: vt quando iuſtitia Dei diſtinguitur à miſericordia.

Itaque diſtinctio hæc pendet ex eo quod intellectus res apprehendat concipiatque imperfectè, abſtractè, confusè, inadęquatè.

Tertia quæ ex Fonſeca.

Diſtinctio triplex. n. *realis*, ex *natura* rei, & *rationalis*.

Realis.

Hic alietas *producentis* & producti non cauſati tamen: vt in diuinis vbi productio, non cauſatio.

Vel alietas cauſæ & effectus: vt cum frigus diſtinguitur à niue.

Vel alietas *ſuppoſiti*: vt quando diſtinguitur Petrus à Paulo, candor eboris, à candore niuis.

In reali diſtinctione gradus oſtenditur triplex.

Primus in ipſis ſuppoſitis. p. in Petro & Paulo.

Secundus in his quæ diſtinguntur ex natura rei, & exiſtunt exiſtereue poſſunt in ſuppoſitis diuerſis, cuiuſmodi ſunt candor & odor lactis.

Tertius in his quæ exiſtunt exiſtereue poſſunt in rebus iuxta ſecundum gradum diſtinctis.

Hoc pacto informatio animę diſtinguitur à receptione per quam materia recipit formam. Congitentur ergo exempla tria.

Pro primo ſint Petrus, & Paulus.

Pro 2 corpus & anima Petri.

Pro 3. animatio illius animę, & receptio illius corporis.

Diſtinctio ex natura rei.

Diſtinctio hæc definitur diſtinctio per quam aliquid ab aliquo diſtinguitur præciſa omni operatione mentis ſiue realiter, ſiue non, ſtatuiturq; triplex. n. *formalis*, *modalis*, *potentialis*.

Formalis eſſentialis ea qua diſtinguuntur diuerſę eſſentię entitateſue ſiue ſint ſimplices, ſiue compoſitæ, quæ ita ſunt affectæ vt aliquid eſſentiæ includatur in vna, quod non in altera.

Hoc modo diſtinguntur animal & homo.

Pura nec eſſẽtialis quâ diſtinguũtur ſuis formalibus & obiectiuis rationibus duo entia eſſentiæ non diuerſę: quo pacto diſtinguntur perſonæ in diuinis.

Modalis quâ entia per modos diſtinguntur.

Aut ipſi modi inter ſe.

Aut modi à rebus.

Potentialis per quam partes integrantes eiuſdem totius homogenei p. maris, dum in eo ſunt diſtinguntur inter ſe, aut à re tota.

Rationalis.

Rationalis diſtinctio quæ fit ſola mentis operatione, ſiue ſubſit fundamentum, ſiue non.

ARTICVLVS QVARTVS.

Aliæ ſententiæ.

Quarta ſententia.

Ex D. Thom. ſectatoribus.

Diſtinctio eſt *realis*, vel *rationalis*, ſiue rationis.

Realis primò inter diſtincta *loco*, & *ſubiecto* [vt Petrum & Paulum] non *natura*.

2. inter diſtincta *natura*, non *loco* & *ſubiecto*: vt inter candorẽ & ſaporem lactis.

3. inter diſtincta ſubiecti parte non *eſſentia*; non *ſubiecto*: vt inter calorem pedis, & calorem manus.

4. inter diſtincta & *eſſentia* & *ſubiecto*: vt inter Alexandrum, & Bucephalum.

Quę primo modo diſtinguntur non neceſſario definitione diſtinguntur.

Diſtinctio *rationis* vel eſt *ratiocinantis* tantum: vt cum Petrus à Petro ſeparatur: vel *ratiocinatæ*: vt cum homo ſeparatur ab animali.

Ratio & conceptio eſt formalis, vel obiectiua.

Quinta ſententia.

Ex Scoti ſectatoribus.

Diſtinctio eſt *realis*, vel *formalis*, ſeu ex *natura rei*, vel *rationis* tantum.

Realis alietate *cauſa* inter veram cauſam & effectum: vt inter animum & hominem alietate *ſuppoſiti*.

Idque

Idque dupliciter { primò & maximè inter duo ſuppoſita, inter ſeorſim exiſtentia: vt inter Petrum & Paulum, inter Petrum & candorem niuis.
ſecundo inter ea quæ quanquam ſimul exiſtunt poſſunt tamen ſaltem diuinam per virtutem exiſtere ſeparatim: vt inter frigus niuis & candorem eius.

Formalis inter ea quæ definitione diſtinguntur, ſiue realiter diſtinguantur ſiue non.

Quæ formalis tantum aut ex natura rei, ea intercedit inter ea quæ ſunt realiter idem, habent tamen diuerſas definitiones: vt inter calefactionem & calorem.

Rationalis inter ea quæ cogitatione diſtinguntur.

Quæ rationalis tantum ſine rationis diſtinctio ea duplex,

ſ.n. { vna dicitur rationis *virtualis* diſtinctio & fundamentum habet: vt quando iuſtitia Dei diſtinguitur à ſcientia illius.
altera dicitur rationis *pura* & collatiuæ non habet fundamentum: vt quando Petrus diſtinguitur à Petro.

Paulò accuratior explicatio.

Ratione tantum ſeu collatiua ratione (quam ratiocinantem alij appellant) quædam diſtinguntur: vt Petrus à ſeipſo.

Virtualis rationis diſtinctio inter ea quæ cum ſint vnum quid ſimplex, diuiduntur tamen propter probabilem cauſſam.

Vt { inter infinitatem Dei & miſericordiam eius.
inter animam noſtram, quatenus eſt principium videndi, & inter eandem quatenus eſt principium audiendi.
inter lumen quatenus eſt principium luminis alterius, & illud ipſum quatenus eſt principium caloris.

Ex *natura rei* differunt ea de quibus contradicentia poſſunt verè affirmari: vt homo & animal, eſſentia diuina & relatio diuina. Etenim hæc eſt multiplex, illa eſt non multiplex.

Formaliter differunt ea quorum vnum non ponitur in eſſentiali alterius definitione: vt actio & paſſio, mens & voluntas.

Realis diſtinctio intercedit inter ea quæ habent diuerſas *exiſtentias*, etiam ſi forte ſint *ſimul*.

Eſſentialis diſtinctio quibuſdam duntaxat inter eſſentiam & exiſtentiam, & tum non habet locum in diuinis. Alijs inter eſſentiam vnam & alteram: vel inter eſſentiam & perſonam, & hoc ſenſu inuenitur in diuinis.

Obiectiua inter duo obiecta intercedit, vel ea quæ non poſſunt eſſe obiectum idem: vt inter ens & non ens.

Se totis ſubiectiuè diſtinguntur quæ ſunt duo ſuppoſita: vt Petrus & Paulus, vel in duobus ſuppoſitis: vt calor Petri, & calor Pauli.

Modalis diſtinctio inter rem & modum eius conſtituitur: vel inter rem affectam vno *modo*, & eandem affectam altero.

De indaganda diſtinctione formali *ex* natura rei.

Excluſione vtendum cum vnum de altero negatur.

Digitized by Google

ceptu illo obiectiuo.

Vt veritas intellectiua generatim ſit conformitas *conceptionis*, aut ſpeciei intelligibilis cum re quæ mente concipi poteſt.

Siquidem vniuerſa hæc ſibi reſpondent inuicem, & errorem in vno comitatur error in altero.

Nihilominus veritas intellectiua fere dicitur eſſe conformitas intellectionis per quam cognoſcimus, cum re cognita. Habitus enim & imagines natura inſtituit propter operationem. Notio obiectiua videtur idem cum re perceptibili.

Porro facile eſt reliquorum veritatem æſtimare ex veritate notionis & operationis.

Veritas formalis notionis eſt conformitas eius cum re cognita quod n. res ita habeat vt notitia repræſentatur.

Connotat autem vt rei veritas mentem: ita hæc veritas obiectum ita habens.

Sed conformitas hæc non eſt relatio exquiſita, non realis, ſignificatque potius comparabilitatem quam comparationem.

Quotupex ergo intellectiua veritas?

Eſt
- partim *formalis* conceptionis.
- partim *imaginis* & ſpeciei intelligibilis.
- partim *habitus*, vt ſcientiæ, opinionis.
- partim *obiectiua* notionis, conceptionis.

Vbi veritas formalis conceptionis?

Minus propriè in apprehenſione & epoche, ſi iudicium ſecludatur.

Magis propriè in iudicio, & aſſenſu.

Nam qui rem male apprehendit, niſi aſſentitur non videtur propriè mentiri & falli, vt ex. g. qui eminus rem apprehendit tanquam paruam, ſed ita vt magnam eſſe iudicet.

Contra qui bene apprehendit, ſi fallacem & falſam credit apprehenſionem errat.

Rei nomine accipe quicquid concipitur.

Quicquid concipitur id intelligibile, proindeque verum eſt.

Quicquid per ſe concipitur, id per ſe verum.

Ideo quæuis apprehenſio eſt vera, ſi bene applicetur.

Diſcrepantia tamen apprehenſionis non poteſt eſſe falſitatis aliquid: vt conſtat ex definitione.

Sed iudicium locum habet propriè in complexa intellectione: ſecundum quid in notitia ſenſus, ſimplicique cognitione mentis.

Inde fit vt potiori iure veritas habeat locum in compoſitione, diuiſione, propoſitionibus & ſyllogiſmis quam alibi.

Nihilominus prima mentis operatio & apprehensio eſt ſignum.

Ideoque rem repræſentat { vel bene / vel male } { vel ſicut eſt. / vel ſicut non eſt. }

Quare non modo in iudicio verumetiã in apprehensione aliquid ineſt veritatis aut falſitatis.

Veritas eſt { vel *ſenſuum* tum interiorum, tum exteriorum.
vel *mentis* { apprehendentis / diiudicantis } { ſimplicis / complexæ } { theoreticæ / vel practicæ }

item { agentis.
patientis.

Nam in notitia quauis veritatem repetiri ex eo conſtat, quod vel eſt conformis rei cognitæ, vel non.

Porro rei cognitæ nomine accipe quicquid cognoſcitur ſiue ſit in natura rerum, ſiue non, ſiue ſit ens reale, ſiue ens logicum.

Quid veritas propoſitionis?

Eſt conformitas enuntiationis cum rebus cognitis.

Eſtne ſolius propoſitionis veritas?

Non eſt quoniã eſt rerũ, ſenſuũ, ſyllogiſmorum, & primæ mentis operationis.

Obiectiunculæ.

Abſtrahentium non eſt mendacium.

D. quod abſtrahant C. quod male apprehendant N.

In indiuiſibili [ſimplici] mentis conceptione non eſt falſitas tertio de animo cap. *6*.

(Sed verum & falſum conſiſtit in diuiſione & compoſitione. i. negatione & affirmatione.)

D. rerum N. notionum D. apprehenſionis N. iudicij & dijudicationis D. exquiſita C. ſimpliciter N.

Quotuplex veritas propoſitionis?

Eſt { vna *affirmatiua* per quam cognoſcitur conuenientia, coniunctioque rerũ ac terminorum eo modo quo eſt.
altera *negatiua* per quam diſiunctio terminorum, &c. de toto propoſitionum genere accuratius in logicis.

Obiectiuncula.

Vera propoſitione cognoſcitur aliqua veritas: negatione autem non cognoſcitur veritas ſed abſentia veritatis: vt quando Deus dicitur non eſſe ſaxum: Ergo negatio non vera propoſitio eſt.

D. S. { implicite N. quia ex negatione ferè colligitur affirmatio, ſi Deus non eſt corpus, Deus incorporeus eſt.
explicite D. { poſitiua C.
priuatiua N.

Non modo poſitiuas, verumetiam negatiuas affectiones rerum oportet noſſe, quid ſit ſentiendum de his rebus docuimus in Logicis.

Veritas orationis.

Veritas hîc { vna per quam oratio conformis menti n. cum loquimur quod ſentimus.
altera per quam conformis rei: de qua loquimur.

Digitized by Google

Veritas ſcripturæ.

Scriptura congruat voci, menti & rebus.

Monitum.

De veritate & hallucinatione ſenſuum ad libros de animo.

De veritate orationis, & ſcripturę in Logicis fusè diſputatum.

Illic de veritate & falſitate ſyllogiſmorum: falſus ſyllogiſmus qui fit pluris quam debet, qui venditatur pro phyſico cum non ſit phyſicus, aut Theologico cum non ſit Theologicus, &c.

In ſimplicium notionum genere eminet definitionum veritas, huius examinandæ ratio traditur in Logicis.

Porro in ſimplici notione præterquam quod ſpectatur apprehenſio, & aliquo modo illius applicatio quæ videtur iudicio conſtare: occurrit etiam perpendenda aliqua ratio *compoſitionis & diuiſionis.*

Compoſitionis, vt quando per croceum vitrum intueris aliquid.

Diuiſionis, vt quando ſenſus colorem deprehendit, figuram deprehendere non poteſt.

§. 4.

De falſitate.

Nomenclatura, notio diſtinctio.

Mendacium, vanitas, fucus, adulteratio, falſitas, falſum, hallucinatio, aberratio & conſimilia vocabula ſignificant id quod opponitur veritati.

Falſitas eſt diſcrepantia rei ab exemplari, aut ſigni à re ſignificata.

Falſitas vna rerum, altera ſignorum.

Vna negatiua quę impropriè falſitas, p. quando ſignum non repræſentat nec debet repræſentare.

Altera priuatiua.

Falſitas rerum.

Falſitas rei vna eſt negatiua, & nihil ponit: vt cum chimera dicitur quid falſi.

Altera priuatiua: tumque non tollit omnem veritatem ſed certam dumtaxat.

Eſtque vna cum res non eſt id quod eſſe debet: vt cum nominamus fucatam pietatem.

Altera cum res videtur eſſe aliquid quod non eſt tamen nec eſſe debet: vt quādo aurichalcum dicitur eſſe falſum aurum.

Falſitas { vna arguit exquiſitam priuationem: vt cum Democriti oculus dicitur falſus.
altera non exquiſitam: vt cum falſus ſtatuæ oculus. }

Signi *falſitas.*

Signum falſum eſt quando repræſentat rem aliter atque eſt.

Vocalis orationis falſitas duplex. Aliud mentiri, aliud dicere mendacium.

Notio falſa quando rem apprehendit,ac diiudicat aliter atque eſt.
Falſitas notionis ad ſenſum,vel ad mentem pertinet.
Falſitas dianoëtica primo in notione formali.
2.in ſpecie intelligibili.
3.in conceptu obiectiuo.
4.in habitu,& intelligendi aſſuetudine.n.cum repręſentant rem non tamen eo modo quo repręſentare potuerunt,vel debuerunt:aut repręſentant quod repręſentare non debent.
Apprehenſio videtur ſemper repręſentare id quod per ſe repręſentare poteſt: aut ſaltem aliquid quod per ſe repręſentare poteſt.
Sed vitio noſtro ſæpe applicatur rei cui non debet:vt ſi connectatur imparitas cum ſubſtantia,amaritudo ſaliuæ cum iuſculo.
Sæpe diuellitur à re à qua diuelli non debet.
Præterea ſæpe ſignum videtur debere repręſentare id quod repręſẽtare nequit.
Error à nobis, à præceptore,à rebus ipſis.
Deus præceptorum optimus.
Notiſſima ingenij humani cæcitas.
Rerum ſpecies,imagines fallaces,vt & ſenſus.
De falſitate propoſitionum, & argumentationum in Logicis.

ARTICVLVS IIII.

De Bono, malo, & appetitu.

Nomen, notio.

Notio & nomenclatura petatur è rudimentis.

Conditiones boni.

Bonum eſt perfectum,pulchrum,gratum & optabile, ſui communicandi auidum,finis vel ad finem.
Bonum cum ente reciprocatur. Quidquid malum eſt qua parte eſt malum non eſt.Malus amicus non eſt amicus,malum pharmacum non eſt pharmacum &c.
Bonum per naturam ſuam poſterius eſt ente:licet quatenus eſt finis ſit ſecundum naturam[intendentem]priuſquã ens illud cuius eſt finis propriè, & cui bono.
Bonum continetur *modo,ſpecie,ordine numero.menſura.* De qua re in Ethicis.
Bonum ex perfectione oritur. De qua in Phyſicis & in rudimentis. Refertur vt ad mentem verum per intelligentiam:ita bonum ad volũtatem & appetitũ.
Quiduis bonum ſed non quouis modo cuiuis & ad quiduis. Hinc rerum genera tria *bona,mala,indifferentes.*
De quibus differentiis in negotio morali tum Stoicè,tum Peripateticè tractauimus.

Digitized by Google

Variæ diſtinctiones boni.

Bonum tranſcendens, naturale, materiale.

Honeſtum, iucundum, vtile. Quę diuiſio poteſt eſſe generalis etiam ſi humano bono applicetur.

Eſt naturę, gratiæ, gloriæ. Generis, ſpeciei, indiuidui.

Propter ſe, propter aliud, propter ſe & propter aliud ſimul.

Facientis & alteri facienti non alteri, alteri non facienti.

Eſt laudabile, vel honeſtum. De qua re primo Ethicorum.

Eſt { finis, vt ſanitas. / vel ad finem, vt bonum medium, vt pharmacum.

Eſt mutabile, vel immutabile.

Eſt commune, vel proprium.

Eſt publicum. p. totius Reipublicæ, vel priuatum.

Eſt per ſe bonum, vel per accidens tantum.

Eſt eſſentia bonum, vel ad finem bonum.

Eſt abſolutum bonum, vel reſpectiuum.

Eſt ſufficiens & ſeipſo contentum, vel non.

Eſt ſummum, vel non ſummum. De qua diuiſione in Rudimentis Ethicis.

Eſt diuinum, vel non.

Acquiritur per motum, vel habetur ſine motu.

Eſt amplificabile, vel non amplificabile.

Eſt verum, vel apparens tantum.

Bonum { impropriè vt ſola carentia mali. / propriè quod perfectum eſt, &c. De quibus differentiis & conſimilibus paſſim inter philoſophandum.

Includitne bonitas entitatem?

Includit, ne ſit formaliter nihil.

Occupatio Priuationes vt mors iuſti &c. non ſunt bonæ per ſe, ſed per accidens tantum & per adiuncta. p. per τὸ eſſe cum Chriſto.

Eſt-ne formaliter mera relatio rationalis?

Non eſt primò quia bonum eſt in rebus, verum in animo.

2. quia entitatem habet, conſiſtit in modo, ſpecie, ordine, numero, pondere, veritate.

Malum eſt de genere epithetorum pertinentium.

Eſt-ne formaliter mera relatio?

Non eſt quia nihil ita abſolutum, vt non ſit bonum.

Eſt-ne qualitas?

Si generatim ſumatur nomen qualitatis pro omni eo quod quoquo modo enti accidit, eſt.

Si propriè, non eſt quia bonum vagatur per omnes categorias.

Occupatio Sicubi Ariſtoteles ait bonum eſſe in qualitatum ordine, boni nomine ſignificat virtutem, aut facultates tum naturales, tum acquiſitas.

Eſtne

Eſtne ipſa perfectio?

Bonitas videtur realiter formaliterque vt entitas (veritas) ita & perfectio. Sed preterea videtur aliquid aliud ſignificare.

Etenim perfectum quatenus perfectum arguit potius veritatem cum vnitate quam bonitatem.

Bonum quatenus bonum neceſſitudinem cum appetitu habet, perfectum quatenus perfectum cum exemplari potiùs.

Quid enti addit.

Videtur addere conuenientiam & optabilitatem vt inductione patet.

Sed optabilitas ſiue appetibilitas videtur quaſi appendix conuenientię.

Quia hæc videtur ipſa *fruibilitas*, appetitio propter fruitionem. Ideo bonum definiendum per cõuenientiam, & congruitatem ſi accuratior quæritur definitio: vt per amabilitatem ſi popularis.

Inductione deprehendimus quidquid conuenit, congruit & reſpondet alicui rei quaſi per commenſurationem id illi eſſe bonum. p. iuſtum calceum &c. Quidquid non conuenit, nec congruit, nec eſt conſentaneum non eſſe bonum. De qua re in Ethicis.

Quid iſta conuenientia?

Aut eſt relatio quædam rationalis.

Aut res ipſa quę dicitur bona quatenus eſt, eſſeue poteſt fundamentum eius relationis.

Aut potius (non enim quærimus formalem eius rationem ſed additamentum) aliquid connotatum tanquam particeps, id cui congruit.

Quid bonitas?

Videtur eſſe ipſa perfectio rei connotando aliquid cui ſit congruens.

Cauſæ.

Cauſæ vt mali malæ: ita boni bonę.

Omnino eędem bonitatis, quę entitatis cauſæ.

Quot in re quaque inueniuntur gradus entitatis totidem & bonitatis. Sed conſideranda tum entitas quæ congruit, tum entitas cui congruit.

Modi quaſi cardinales bonorum.

Vt in virtutum genere quędam per antonomaſiam tribuuntur ſpeciebus. p. ratio, moderatio &c. itemque in negotio categoriarum, cauſarũ, & motuum: ita etiam in bonorum genere res habere videtur.

Nam in quouis bono *concinnitas* quędam inuenitur quæ eſt veluti honeſtas, & pulchritudo. Et tamen pulchra ſpeciatim & honeſta nuncupantur ea bona, in quibus eminet illa concinnitas.

Conſimiliter iudicandum de vtilitate, & iucunditate.

Pulchritudo, & honeſtas.

Honeſtas propriè pertinet ad vim rationalem: ita vt cum ipſa, tum qui ipſi congruũt habitus cum actionibus & obiectis rebus honeſta nuncupentur.

Generatim tamen pertinet tum ad res dianoëticas, tum ad naturales vt ad arbores &c. quæ vt non ſint propriè dianoëticæ, ſunt tamen quaſi dianoëticæ. Non vtitur mente arbor in procreando folia, flores &c. ſed perinde facit atque ſi vteretur.

Conſulendus ſermo de decoro, & pulchritudine.

Apud Platonicos habet ſe vt ad ſolem lux: ita ad bonum pulchritudo, vt ſit ſplendor quidam fulgorque boni.

Apud peripateticos eſt quaſi concentus qui reſilit ex variorum bonorum cõmenſurata compoſitione, per quam bonum maximè allubeſcit appetitui.

Tamen pulchrum generatim quidquid commenſuratum eſt. Siue ſit ſimplex, ſiue varium. Magis propriè quidquid ita perfectum & commenſuratum vt varietas illic inueniatur, quæ rem apprehenſiuam blande afficere poſſit.

Vtilitas.

Per ſe bonum & propter ſe bonum differunt.

Vtilia expetuntur propter aliud. Quanquam per ſe habent aliquid bonitatis, ſunt per ſe bonum non per accidens, licet propter aliud non propter ſe.

Pharmacum ex. gr. in ſe habet vim efficiendi ſanitatem, quæ vis per ſe illi eſt conueniens & proinde bona.

Quidquid vtile eſt, id debet eſſe *fini* & alteri rei commenſuratum. Quia hîc aliud bonum, aliud id cui bonum.

Pedi commenſurandus calceus, non pes calceo: de qua re alibi.

Itaque in hoc genere boni ſæpe dum res augetur & proinde euertitur commenſuratio perit vtilitas & bonitas vt docuimus ex Ariſtotele, & perſpicuũ eſt in pharmacis, cibis, inſtrumentis.

Media meliora non quô maiora, non quô minora, ſed quo magis commenſurata.

Iucunditas.

Prima. Iucundum propriè quod res ſenſu aut mente præditas blande afficere poteſt.
Iucundum per proportionem quod rebus aliis quaſi allubeſcit: vt cum fruges dicuntur delectari imbribus, imbres læti frugibus.

2. De iucundis rebus in Ethicis ad ſeptimum Ethicorum.

3. Non eadem iucunda omnibus vt manifeſtum.

4. Quod res delectet, id pendet ex quadam commenſuratione.
Sed quod vni eſt commenſuratum non ideo commenſuratum alteri.
Conſulendus ſermo de diſſoluendis pyrrhoniis nodis in Logicis.

5. Iucunditas per ambiguitatem nunc delectatio, nunc virtus quædam delectandi.

Lætitia nunc hæc, nunc illa. Sed illa potius quam hæc, iucunditas contra.

Reciprocaturne bonum cum fine?

Sane poſito fine ponitur bonum: Sublato fine tollitur bonum. Quia bonum eſt finis vel ad finem: Finale, vel medium. Finis optabilis itemque medium.

Præterea finis interdum includit media, quæ ab Ariſtotele videntur reuocari ad finalem cauſam.

Adde quod medium videtur aliquo intendi modo.

Sed *media* nõ tam propter ſuam vim quã propter aliud appetitionem mouent.

Nec tam per illam quam per aliud: vt præcipua authoritas mouendi penes finem maneat. Nihilominus medium etiam quatenus medium inter bona.

Ideo bonum cum fine reciprocatur quidem, ſed partim per rectum, partim per obliquum caſum.

Quia eſt finis, vel ad finem. Omne bonum eſt finis, vel medium.

Quidquid finis, id bonum, itemque quidquid medium.

Videtur dari quædam reciprocatio in pleriſque rebus. Vt calceus bonus pedi: ita pes calceo.

Quid eligibilius, quid optabilius?

Aliud eligibile, aliud amabile: de qua re in Ethicis.

Ratio comparandi bona & mala repetatur ex 3. Top.

Monitum.

De malo, de priuationibus, de indifferenti, deque appetitu in rudimentis & alibi.

De malo.

Malum negatio eſt boni & impropriè malum, vel priuatio.

Negatio vel cuiuſuis boni: vt *nihilum*, *non ens* & ſoli chimærarum regioni eſt in feſta. Vel certi boni: vt non homo, non lapis, & nihil ab illa eſt immune præter Deum.

Malum priuatiuum vel eſt propriè priuatiuum: vt cæcitas. Vel quaſi priuatiuum: vt loculorum inanitas.

Malum priuatiuum ex variis priuationum modis æſtimandum, qui alibi poſiti & expoſiti.

Mali cauſæ eędem quæ boni, ſed contrario ſenſu, vel oppoſitæ, de qua re in rudimentis & alibi.

In malo propriè dicto tria .p. in cæcitate,

n. { Primò ſubiectum, vt oculus.
Secundò aptitudo quædam ad bonum præſens, vel præterita .p. ad viſum.
Tertio abſentia huius boni. }

Sed malum videtur propriè & formaliter ſignificare hanc abſentiam: ideo malum quatenus malum eſt formaliter nihil.

Ideo { non eget ſcopo perficienti ſed conficienti.
non efficienti cauſa, ſed deficienti.
non materia ſuſcipienti, ſed reſpuenti, aut ſaltem non recipienti.
non pulchritudine & forma, ſed turpitudine & deformitate: de qua re alibi. }

Deus poteſt deficere negatiue .j. non cauſare, non agere. Item non agere cum poteſt. Sed non agere cum debet per legem ab ipſo præſtitutam.

Monitum.

Conſulendus ſermo de fine & de medio.

Bonum videtur latius parere quam pulchrum, & *pulchrum* quam honeſtum vt conſtat ex definitionibus.

Quæ appetere dicuntur per analogiam, eadem & frui delectari, vt grauitas &c.

CAPVT III.

De communiſſimis rerum diſtinctionibus, & differentijs.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quotuplex ens?

Monitum.

In Philoſophia diuiſiones ita inſtituuntur, vt ad præcipua membra & capita cætera reuocentur, partim tanquam ſpecies, partim tanquam appendices, de qua re ſæpius.

De contrahendis communibus terminis per additionem & detractionem ſupta & in Logicis.

Principes diuiſiones entis.

Celeberrimæ diuiſiones entis breuiter proponendæ. Interpretatio verborum quibus abſoluuntur repetenda eſt partim hinc, partim ex alijs Philoſophiæ locis.

Diuiſionum { quædam mera ambiguitate inuoluuntur.
quædam analogiam porportionemque retinent. }

Ens { verum / falſum } { poſſibile / impoſſibile } { bonum / malum } { negatiuum. / priuatiuum. / poſitiuum. }

Ens { extra animum { ab animo, vt forma domus. / non ab anima, vt color, nix. }
in animo { ſubiectiue, & poſitiue, vt mens. virtus. / obiectiue, vt id quod dignoſcitur. } }

ens { reale { totum verum, & extra animum: vt arbor.
rationale { totum fictitium: vt chimæra, hippocentaurus, partim ab

animo cognoſcente, partim à re vt cœtus, forte numerus.
Ab animo hîc voco quod ens rationale.

Ens	totale / partiale	relatiuum / abſolutũ	neceſſarium / contingens	completum / incompletum	cauſa / cauſatũ.
Item	potentia / actu	finitum / infinitum	creatum / increatũ	ſempiternum / non ſempiternum	
Item	corruptibile / incorruptibile	ſimpliciter / ſecundum quid	vnicum / multiplex	per ſe / per accidens	
Item	continuũ / diſcretum	momentaneum / non momentaneum	ſpiritale / corporeũ	perfectum / imperfectũ	
Item	ſubſtantiale / accidentarium	&c.			

¶

Ens { vel res completa: vt homo, animal.
vel principium rei: vt exiſtentia materia. [.·.]
vel modus rei: vt intenſio, extenſio.
vel proprietas rei: vt vnitas, veritas.

Ens { vel per ſe ſubſiſtit. ¶
vel eſt principium
vel eſt priuatio } rei per ſe ſubſiſtentis.
vel eſt diſpoſitio

Ens { idem ſubiecto realiter, numero, ratione, genere, ſpecie, proportione.
diuerſum { vel toto genere: vt ſubſtantia, quantitas.
vel differens, idque genere, ſpecie, vel numero.

Notiſſima diuiſio entis in decem categorias.

ARTICVLVS II.

Quid idem, quid diuerſum, quid differens?

Idem.

Identitas vel diuerſitas conuenit cuiuis enti.

Omne ens idem vel diuerſum 10. Metaphyſicę cap. 5. n. dum confertur cum ente altero, aut quaſi altero. 1

Idem late quæ in aliquo conueniunt.

Sed Ariſtoteli ſæpe idem atque idem ſecundum ens. 4. Phyſic. cap. vlt. quæ in aliquo ita conueniunt, vt per huius differentias proximas non diſtinguantur d.q.r. illic. 2

Digitized by Google

Deçem canes & decem oues ſunt idem numerus, non ſunt idem denarius.

Identitas generatim ita vnitatem arguit, vt multitudinem connotet.

Etenim 5. Metaphyſicæ t. 16. eſt vnitas quædã ipſius eſſe, ſed vnitas plurium, cum quis vno tanquam pluribus vtitur.

Ideo
- vel in rebus fere propriéque multis conſideratur: vt cum leo & equus dicuntur idem genere.
- vel in re vna quæ vna proprié: vt quando aliquid dicitur idem ſecum, actio idem atque paſſio, diuina iuſtitia idem atque miſericordia.

Vnde apparet identitatis nomine pręter vnitatem indicari rationem quandam quę tamen non eſt exquiſita & realis, aut fundamentum eius.

4. Identitas vna poſitiua: vt quando actio dicitur idem atque paſſio.

Altera non item: vt cum cæcitas dicitur idem cum orbatione viſus.

5. Ex diuiſione vnius & diuiſione diſtincti intelligenda diuiſio identitatis.

Quid ſit vnitas, quid multitudo explicatum.

Diſtinctum, diuerſum, differens, &c.

1. Diuerſum, differens, diſtinctum & conſimilia vocabula promiſcuè hîc à nobis vſurpantur ad ſignificandum illud non idem.

2. Peculiares ſignificatus diuerſi & differentes alibi declarati.

3. *Diuerſitas* generatim arguit priuationem quandam vnitatis & identitatis, & præterea multitudinem.

4. Inuoluit etiam relationem non tamen neceſſario realem. Etenim Deus à nobis eſt diuerſus. Sumus diuerſi à chimæra.

Nulla tamen conſtituitur relatio realis, per quam Deus ad nos referatur.

ARTICVLVS III.

Tres ſententiæ de diſtinctione rerum.

Monitum.

Ponendę ſunt ſententiæ celebriores de diſtinctionibus.

Idem ex diſtincto comprehendendum per oppoſitorum leges.

Conſulenda quę docuimus in Logicis de diſtinguendis categorijs.

Sententia prima.

Diſtinctio poſitiua eſt, vel negatiua.

Negatiua inter ens & non ens: vt inter Bucephalum & Hippocentaurum, vel inter duo non entia: vt inter cęcitatem & ſurditatem.

Poſitiua
- inter duo entia realia. p. hominem & belluam.
- vel inter duo entia rationis. p. ducatum & comitatum.
- vel inter ens reale & ens rationis: vt inter Ciceronem, & illius Conſulatem poteſtatem.

Digitized by Google

Secunda ex Soare in Metaphyſicis.

Diſtinctio triplex *realis, rationalis & modalis*.

Nam vel non niſi per mentis & cogitationis operam duo diſtinguntur. & diſtinctio vocatur rationalis: vt quando miſericordia Dei ſeparatur à iuſtitia, mens practica à theoretica.

Vel citra hanc, tum diſtinctio ſi maior dicitur realis: ſi minor dicitur modalis, aut formalis.

Realis intercedit inter duas entitates, & perfectiones.p. inter frigus & candorem, &c.

Modalis quaſi media inter realem & rationalem.

Intercedit inter rem & modum eius.p. inter calorem & calefactionem, aut inter duos modos eiuſdem rei. p. inter quantitatis diuiſibilitatem, & menſurabilitatem.

Rationalis vel caret fundamento, vel eſt cum fundamento.

Sine fundamento eſt quando conceptus obiectiuus comparatur ſecum & diſtinguitur: vt cum Petrus diſtinguitur à ſeipſo quia nunc eſt prædicatum nunc ſubiectum, nam Petrus eſt Petrus, bonum eſt bonum.

Cum fundamento quando occurrit aliqua ratio probabilis cur res diſtinguantur.n. cum duo conceptus inadæquati eiuſdem rei inter ſe diſtinguntur: vt quando iuſtitia Dei diſtinguitur à miſericordia.

Itaque diſtinctio hæc pendet ex eo quod intellectus res apprehendat concipiatque imperfectè, abſtractè, confuſè, inadęquatè.

Tertia quæ ex Fonſeca.

Diſtinctio triplex .n. *realis*, ex *natura* rei, & *rationalis*.

Realis.

Hic alietas *producentis* & producti non cauſati tamen: vt in diuinis vbi productio, non cauſatio.

Vel alietas cauſæ & effectus: vt cum frigus diſtinguitur à niue.

Vel alietas *ſuppoſiti*: vt quando diſtinguitur Petrus à Paulo, candor eboris, à candore niuis.

In reali diſtinctione gradus offenditur triplex.

Primus in ipſis ſuppoſitis.p. in Petro & Paulo.

Secundus in his quæ diſtinguntur ex natura rei, & exiſtunt exiſtereue poſſunt in ſuppoſitis diuerſis, cuiuſmodi ſunt candor & odor lactis.

Tertius in his quæ exiſtunt exiſtereue poſſunt in rebus iuxta ſecundum gradum diſtinctis.

Hoc pacto informatio animę diſtinguitur à receptione per quam materia recipit formam. Congitentur ergo exempla tria.

Pro primo ſint Petrus, & Paulus.

Pro 2 corpus & anima Petri.

Pro 3. animatio illius animę, & receptio illius corporis.

Idque dupliciter { primò & maximè inter duo ſuppoſita, inter ſeorſim exiſtentia: vt inter Petrum & Paulum, inter Petrum & candorem niuis.
ſecundo inter ea quæ quanquam ſimul exiſtunt poſſunt tamen ſaltem diuinam per virtutem exiſtere ſeparatim: vt inter frigus niuis & candorem eius. }

Formalis inter ea quæ definitione diſtinguntur, ſiue realiter diſtinguantur ſiue non.

Quæ formalis tantum aut ex natura rei, ea intercedit inter ea quæ ſunt realiter idem, habent tamen diuerſas definitiones: vt inter calefactionem & calorem.

Rationalis inter ea quæ cogitatione diſtinguntur.

Quæ rationalis tantum ſiue rationis diſtinctio ea duplex,

.n. { vna dicitur rationis *virtualis* diſtinctio & fundamentum habet: vt quando iuſtitia Dei diſtinguitur à ſcientia illius.
altera dicitur rationis *pura* & collatiuæ non habet fundamentum: vt quando Petrus diſtinguitur à Petro. }

Paulò accuratior explicatio.

Ratione tantum ſeu collatiua ratione (quam ratiocinantem alij appellant) quædam diſtinguuntur: vt Petrus à ſeipſo.

Virtualis rationis diſtinctio inter ea quæ cum ſint vnum quid ſimplex, diuiduntur tamen propter probabilem cauſſam.

Vt { inter infinitatem Dei & miſericordiam eius.
inter animam noſtram, quatenus eſt principium videndi, & inter eandem quatenus eſt principium audiendi.
inter lumen quatenus eſt principium luminis alterius, & illud ipſum quatenus eſt principium caloris. }

Ex *natura rei* differunt ea de quibus contradicentia poſſunt verè affirmari: vt homo & animal, eſſentia diuina & relatio diuina. Etenim hæc eſt multiplex, illa eſt non multiplex.

Formaliter differunt ea quorum vnum non ponitur in eſſentiali alterius definitione: vt actio & paſſio, mens & voluntas.

Realis diſtinctio intercedit inter ea quæ habent diuerſas *exiſtentias*, etiam ſi forte ſint *ſimul*.

Eſſentialis diſtinctio quibuſdam duntaxat inter eſſentiam & exiſtentiam, & tum non habet locum in diuinis. Alijs inter eſſentiam vnam & alteram: vel inter eſſentiam & perſonam, & hoc ſenſu inuenitur in diuinis.

Obiectiua inter duo obiecta intercedit, vel ea quæ non poſſunt eſſe obiectum idem: vt inter ens & non ens.

Se totis ſubiectiuè diſtinguuntur quæ ſunt duo ſuppoſita: vt Petrus & Paulus, vel in duobus ſuppoſitis: vt calor Petri, & calor Pauli.

Modalis diſtinctio inter rem & modum eius conſtituitur: vel inter rem affectam vno *modo*, & eandem affectam altero.

De indaganda diſtinctione formali *ex* natura rei.

Excluſione vtendum cum vnum de altero negatur.

Digitized by Google

Demonſtratione vt doceas conuenire diuerſas affectiones.
Reduplicatione vt cum motus quatenus motus negatur eſſe actio.
Definitionum & deſcriptionum *inſpectione*.
Videndum ſit-ne vnum ſubſtantia, alterum accidens: vnum ſubiectum, alterum proprietas: vnum cauſſa, alterum effectus, &c.

De inuenienda reali.

Secernuntur facilè quæ occurrunt tanquam duo ſuppoſita, vel in duobus ſuppoſitis.
Difficilius quæ ſunt ſimul nec ſunt ſepoſita à natura, tum ad realis diſtinctionis indagationem viæ quatuor aperiuntur.
Prima eſt cum vnum abſque altero haberi poteſt.
Secunda cum vnum interit manente altero.
Tertia cum vnum, vt ſimilitudo variatur non variato altero, aut non ſimiliter variato .p. fundamento. non ſi augetur ſimilitudo caloris, ideò & calor.
Quarta cum vnum eſt effectus: vt intellectio, alterum cauſſa efficiens, & finalis, vt intellectus.
Sed tres priores viæ fallaces deprehenduntur.

ARTICVLVS V.

Varietas diſtinctionum & idemtitatum ex Ariſtotele.

Quotuplicia non eadem?

Quæ non eadem, ea ſunt diuerſa, vel differentia.
Diuerſa quæ nihil ſynonymè commune habent.
Differentia { generatim differunt *numero* vel *ſpecie*, vel *genere*. / propriè *ſpecie*, vel *genere*.
.n. intra ſcientiarum fines quæ numericam diſtinctionem non conſectantur.

Vnum ex 5. Metaphyſicæ.

Vnum dicitur per ſe, per accidens. De qua re ſupra.

Ex 1. & 7. Topicor.

Res ſunt vnum & idem numero, *ſpecie*, *genere*.
Genus autem eſt analogicum, vel ſynonymum.

Quæ ſpecie diuerſa?

Quæ non habent eandem formam: vt duo pocula argentea.
Quæ non conſtituunt eandem ſpeciem ex 5. Metaphyſicæ.

Quid numero idem?

Primo quod planè idem.
ſecundo quod ſubiecto idem, & ſecundum ens.
Tertio quod realiter idem.

Ex 7. Ethicor.

Numero idem { primo vt duo nomina eiuſdem ſignificatus. / ſecundo vt proprium, & ſubiectum. / tertio vt accidens, & ſubiectum .p. candidum & nix.

Ex varijs locis.

Subiecto eadem, vel diuerſa leges paſſim: vt 1. Phyſic. cap. 3. 3. Phyſic. cap. 3. 1. de ortu cap. 3. & 5. 1. de animo cap. vlt.

Materia eadem vel diuerſa 10. Metaph. & 1. de ortu.

Secundum ens eadem magnitudine & loco eadem quæ ſubiecto numeroque eadem: vt actus & potentia.

Quædam dicuntur differre .p. ignis & ignibile 1. Phyſicor. cap. 3. 3. Phyſicor. cap. 1.

Reciprocatione quædam eadem: vt ens & vnum 4. Metaph.

Nomine quæ eadem, ea ſynonyma, vel homonyma.

Proportione vnum & idem quid ſit notum eſt.

Numero, genere, ſpecie eadem, vel diuerſa leges.

Item ratione, logo & definitione. Ratio, τὸ eſſe, τὸ quod quid erat eſſe, ratio τοῦ quod quid erat eſſe, energia, ſpecies & conſimilia pro eodē vſurpantur.

Fine eadem referuntur ad eundem finem.

Leges vnum & idem continuatione, per ſe, per accidens, &c.

Quæ materia eadem?

Primò quæ materiam habent eiuſdem ſpeciei, vt homo & Petrus.

Secundo quæ ſunt in materia plane eadem: vt candor & frigus niuis.

Monitum.

Conſulendi ſunt ſuperiores ſermones cum rudimentis.

Dynami, differentia leges apud Ariſtotelem.

CAPVT IIII.

De toto & partibus, ſimplicitate, & compoſitione, déque diuiſionibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

De toto, omni, & parte.

Pars.

Pars id ex quo totum coaluit.

Pars & μέρος pluribus dicitur modis ex 5. Metaphyſicæ.

Primò { generatim id in quod quantum quouis modo diuidi poteſt, ſiue pars illud metiatur, ſiue non. Quo ſenſu duo ſunt ternarii pars. / ſpeciatim id tantum quod metitur ſeu pars aliquota, quæ aliquoties repetita æquat totum: duo hoc ſenſu ſunt pars quaternarij.

Digitized by Google

ſenarij: non ſunt pars ternarij, quinarij, ſed *partes*. De qua re alibi.

Secundo ea in quæ forma ſine quantitate diuidi poteſt. j. partes vniuerſalis quæ dicuntur *ſubiectiuæ*, potentiales, poteſtatiuæ: vt duæ ſpecies eiuſdem generis.

Tertio ea in quæ aliud diuiditur, aut ex quibus totum aliquid componitur .n. ipſa forma: aut quod formam habet [videlicet materia .j. partes eſſentiales phyſicæ.]

Quarto ea quæ ponuntur in definitione .j. partes eſſentiales Metaphyſicæ.

Monitum.

De parte in rudimentis Metaphyſicis & in re anatomica.

Diſcrimen omnis & totius *ex 5. Metaphyſicæ.*

Cum quantum habeat principium medium & vltimum.

Omne dicuntur ea quorum poſitio non facit differentiam, quæ non habent propriam figuram & conſtitutionem cui addicantur alienæ facile ſeſe accommodant: vt aceruus tritici, aqua liquida. Dicitur omnis aqua, omne triticum.

Totum ea vbi poſitio facit differentiam: vt tota nauis, tota domus.

Omne, & *totum* ea vbi poſitio partim differentiam facit, partim non: vt cera, plumbum.

Diſcrimen aliud.

Omne videtur indicare multitudinem & quaſi totum vniuerſale.

Totum indicat potius magnitudinem, & intenſionem.

Sed latinum nomen oĩs non videtur ſatis exprimere græcum πᾶς πᾶσα πᾶν.

Quid totum & quotuplex?

Conſulenda rudimenta & 5. liber Metaphyſicæ.

Hic totum quatenus opponitur mutilo & imperfecto dicitur id cuius illa pars abeſt earum ex quibus per naturam totum nominatur.

Totum quatenus opponitur parti & generatim dicitur quod ita continet ea quæ continet vt illa ſint vnum.

Tùm { vel vnumquodque eorum quæ continentur eſt vnum, & totum eſt vniuerſale quod totaliter dicitur de quaque parte, totum eſt in quauis parte. vt animal totum in homine, totum in equo.
vel ex his vnum conſtat, tumque eſt totum coniunctum [& late ſumptis nominibus] continuum integrum.

Continuorum quędam natura conſtant eaque magis obtinent rationem totius, vt Platanus, quia ſunt magis vna.

Quædam arte, vt quæ coagmentantur glutine, clauo, &c.

Perfectum.

Perfectum id cui nihil deeſt eorum quæ habere debet.

Perfectio arguit vnitatem cum veritate.

Imperfectum.

Id cui deeſt aliquid eorum quæ habere debet.

Quod imperfectum, id mutilum, vel non.

Mutili multiplex conditio ex 5. Metaphyſicæ cap. de mutilo.

Digitized by Google

Prima eſt quod ſit quid partibile.

2. vt ſit totum permaneatque ſubſtantia. i. vt ſit maius mutilamine, poſſitque retinere nomen & eſſentiam totius, ſeu nomen quod obtinebat antea. poculum ex. gr. vocetur ſi antea noncupabatur poculum.

3. vt poſitio differentiam faciat, ſiue vt partes eius habeant naturalem ordinem præſcriptum, ac determinatam poſitionem in toto: itaque in homogeneis & ſimilaribus non videtur locus mutilationi, neque etiam quiduis eorum, quæ conſtant diſſimilibus partibus mutilari poteſt.

4. vt ſit quid continuum, ideò conceptus non propriè mutilatur.

Ita vt { primò quod adimitur non ſit vna ex præcipuis partibus. p. caput.
2. non ſit vbiuis. p. in vaſis fundo, ſed in re permineat: vt anſa in poculo, manus in homine.
3. vt non poſſit naturaliter renaſci. }

Nam cerui quibus deciderunt cornua, non dicuntur mutilati.

Monitum.

Totum videtur variè ſumi,

P. { Primò pro perfecto ſiue habeat partes, ſiue non.
2. pro eo quod habet partes ſiue aliqua deſideretur, ſiue non.
3. pro eo quod habet partes, ita vt nulla deſideretur.
4. pro eo quod eſt integrum vt diſtinguatur ab omni & vniuerſali. }

Quomodo diſtinguitur totum à ſuis partibus?

Totum vniuerſale & potentiale, de cuius ſimplici comparatione in inferioribus, & ab iiſdem diſtinctione in Logicis locuti ſumus.

Vel actuale, ſeu generatim integrum quod duplex.

Quia { vel ſola ratione partes diſtinguntur à ſe inuicem: tumque totum ipſum non niſi ratione videtur diſtinguendum à ſuis partibus.
vel realiter, tumque eſt totum per accidens, vt exercitus: aut totum per ſe, vt homo, mare, &c. }

Quod totum per accidens nihil propriè ſignificat præter partes.

Quod autem per ſe eſt totum actuale & componitur ex partibus realiter diſtinctis variè conferri poteſt cum ſuis partibus.

Etenim confertur duntaxat cum vna, aut ſaltem non cum omnibus: vel cum omnibus ſuis partibus.

Tumque { aut non ſunt iunctæ, aptéque iunctæ.
aut ſunt apte coagmentatæ. }

Si conferatur cum vna parte, aut ſaltem non cum omnibus: differt realiter ab illa, vel ab illis: n. per reliquam partem, homo differt realiter à corpore per animum.

Quod dicitur de animo qui pars notabilis, dicitur de homine,

Animus realiter differt à corpore.

Ergo homo realiter differt à corpore.

Conſule ſermonem Ariſtotelicum de Loco, de Amphora vini.

Quod ſi comparatur totum cum ſuis omnibus partibus, ſed non benè cohærentibus differt ab illis realiter ſi exiſtant, eo modo quo non ens ab ente: quia nondum eſt totum.

Digitized by Google

Si autem cum ſuis vniuerſis partibus apte cohærentibus conferatur, videtur differre ratione & formaliter.

Quia eſt { alia ratio totius & definitio.
alia partium etiam benè iunctarum. }

Totum & partes referuntur ad ſeinuicem.

An vero realiter diſtinguantur controuerſia eſt. p. vtrum homo diſtinguatur realiter ab animo & corpore.

Ex Scoto 3. ſent. diſtinct. 2. quæſt. 2.

Sententia prior.

Eorum quæ realiter diſtinguntur genera ſunt duo.

Quia { quædam ita diſtinguntur, vt vnum quodque ſeorſim exiſtere queat. p. animus & corpus.
quædam ita vt non ſit neceſſe vnumquodque ſeorſim exiſtere. }

priori ſenſu omnium iudicio fieri nequit vt totum realiter diſtinguatur à ſuis partibus: nam vt partes poſſint exiſtere ſine toto, totum non poteſt ſine ſuis partibus.

Poſteriori totum diſtinguitur realiter à ſuis partibus, etiam cum ipſi inſunt, ſignificat entitatem realiter diuerſam à partibus ex quarum coaceruatione reſilit. humanitas ex. gr. realiter diſtinguitur ab animo & corpore.

Obiectiones ex Ariſtotele, & ſolutio.

Prima. Totum non eſt coaceruatio partium, ſed quid præter partes 8. Metaphyſicę D. coaceruatio quæuis C. coaceruatio idonea N.

Quid ratione aliud à ſuis partibus C. quid reipſa aliud N.

2. Sex non ſunt bis tria ex 5. Metaphyſicæ cap. 13.

D. { ſi ſumantur ſex vnitates ſimul & benè coniunctæ N.
ſi bis tria ſumantur diſtinctè, aut inepte coniungantur C. }

3. 7. Metaphyſicæ text. 6. BA. non eſt B & A.

D. apte poſita & collocata C. quouis poſita & collocata modo N.

Etenim A B. non eſt BA. & tamen videtur eſſe A. & B.

4. Ex primò Phyſ. forte totum non eſt idem quod partes.

D. idem ratione C. idem reipſa N.

Si pars vtraque idem foret quod totum, vna idem quod altera eſſet: conſequens abſurdum: ergo.

D. ſi vtraque ſigillatim ſumpta C. Si vtraque ſimul ſumpta N.

Ariſtoteles videtur illic contendere totum eſſe re ipſa aliud à ſuis partibus ſimul ſumptis N. quia text. 29. proferuntur exempla generis, & differentię, quæ partes formaliter tantum diſtinguntur.

Adde quod Ariſtoteli ſatis eſt aſtruere multitudinem, quocumque tandem illa ſtatuatur modo ad euertendam opinionem eorum, qui omnia faciebant vnum.

5. Ex 2. de animo cap. 1. compoſitum [ex materia, & forma] tertia eſt ſubſtantia.

D. { diuerſa à materia & form. C
diuerſa realiter N. }

Aliæ coniecturæ cum ſolutionibus.

Ea realiter differunt quorum vnum perit, altero ſuperſtite: Atqui perit totum .p. homo, ita vt vniuerſæ partes maneant incolumes. p. animus & corpus: Ergo totum realiter diſtinguitur à ſuis partibus. *Prima.*

Negatur propoſitio quia alioquin futurum eſt vt realiter diſtinguatur modus à re, motus à termino.

Ad ſumptioem præterea reſpondeo manere partes, ſed male iunctas aut diuulſas. 2.

Vnum & multitudo re ipſa differunt: Atqui partes ſunt multitudo: Ergo realiter differunt à toto quod eſt propriè vnum.

D.S. { quatenus ſeiunctæ C.
quatenus benè vnitæ N. }

Non idem eſt perfectum & imperfectum: Atqui partes ſunt imperfectum aliquid: Ergo realiter diſtinguntur à toto quod perfectum. D. vt ſuprà. 3.

Cauſa phyſica eſt realiter aliud ab effectu. 4.

Diſt. efficiens C. materialis & formalis dum iunguntur aptè N.

Quoties duo ſunt realiter idem { poſito vno ponitur alterum.
ſublato vno tollitur alterum. } 5.

Atqui poſitis partibus vniuerſis non ponitur totum, &c.

D.S. ſi ſumantur male iunctæ C. ſi verè iunctæ N. 6.

Alia notio partium, alia notio partium coniunctarum: Ergo coniunctio ſignificat aliud à partibus.

D. aliud C. aliud realiter diuerſum N. 7.

Relata re ipſa diſtinguntur. D. exquiſita & categorica C. quæuis N. 8.

Totum continet omnes ſuas partes, non duntaxat vnam, alteramue: Atqui partes iunctæ omnes non continent omnes partes iunctas: Ergo &c.

D.P. { eo modo quo ſe ipſum aliquid continet C.
ſecus N. } 9.

Niſi totum eſt entitas tertia, nihil generatur præter formam.

D. nihil abſolutè N. nihil realiter diuerſum à materia & forma C.

Generatio eſt procreatio formæ, & coniunctio eius cum materia. 10.

Niſi totum vt humanitas eſt entitas tertia realiter diſtincta, reſurrectio Lazaro nihil contulit.

Nego quia corpus, ſeu illius apparatum & affectiones inſtaurauit, & cum anima coniunxit illud.

Sententia poſterior.

Totum eſt idem realiter quod partes omnes ſimul ſumptæ, & benè iunctæ.

Ariſtotelis Teſtimonia.

Partes & totum idem problemate 7. Sect. 17. *Primū.*

Totum eſt nihil præter partes 4. Phyſ. cap. 3. 2.

3. Animal eſt corpus & anima.2.de Animo cap.1.
4. Partes iunctæ faciunt definitionem 6.Top.cap.3.
5. Definitum vero & definitio idem numero 1.Topic. cap. 6. & 7. Topicor. capit. 1.

Coniecturæ aliæ pro confirmatione.

Prima. Duarum rerum abſolutarum, quæ ſunt re ipſa aliud, atque aliud, vnaquæque ab alia ſaltem diuina virtute ſeparari poteſt ita vt cohæreat: Atqui entitas totius nequit ſine interitu ſuo ſeparari ab entitate partium : Ergo , &c. quæ coniectura infirma, quia ſententiæ ſuperioris aſſertores negant propoſitionem, vel diſtingunt in hunc modum.

D. P. { ſi diſtinguantur alietate *ſuppoſiti* C.
ſi tantum alietate *cauſſæ* N.

2. Abſolutum (cuius natura non conſiſtit in relatione) intelligi poteſt ſine rebus à quibus realiter differt.

Negatur propoſitio quia totum differt realiter ab vna parte, nec tamen ſine illa intelligitur. habere tres vnitates iunctas eſt habere ternarium, ſi foret ternarij entitas alia ab entitate partium, illa foret vnum quid aliud: & hoc modo cum vnitatibus trium ſuarum partium quaternarium crearet, progrederemurque in infinitum.

Quicquid in toto eſt, illud inuenitur in partibus bene iunctis, & contrà.

Definitio non complectitur niſi partes iunctas, continet tamen quicquid in re eſt.

Compoſitum diuiditur ſaltem mentis operâ in ea ex quibus conſtat, non diuiditur tamen in entitatem totius & entitatem partium.

Si naturali in compoſito tres entitates nimirum entitas materiæ, entitas formæ, entitas totius, videtur ex earum coniunctione poſſe reſilire aliquid quartum, ex quarto aliquid quintum.

Caro & anima vnus homo ex ſymbolo diui Athanaſij.

Monitum.

Non inficior has coniecturas eludi poſſe.
Poſterior tamen ſententia videtur veriſimilior.
Aduerte diſcrepantiam hanc opinionum naſci ex varia diſtinctionis realis interpretatione.

Quomodo demum diſtinguitur totum à partibus?

Diſtingo { aut partes non diſtinguntur realiter à ſeinuicem: vt genus & differentia, tumque totum non propriè diſtinguitur re ipſa à partibus.
aut pars diſtinguitur realiter à parte altera.

{ *cogitatione* totum diſtinguitur à partibus: vt homo à corpore & animo.

realiter

Tùm
- *realiter*
  - à *parte* vna diſtinguitur: vt homo ab animo, idque beneficio partis alterius.
  - ab. *omnibus*
    - *ſeiunctis* diſtinguitur: vt id quod non eſt ab eo quod eſt. p. diuus Petrus à ſuo animo & corpore.
    - *beneiunctis*
      - ſecundum Scotum diſtinguitur: ita vt homo ex.gr.ſignificet entitatem tertiam realiter diuerſam ab entitate animi & corporis.
      - ſecundum alios non item, quia ſi quæ pars tertia entitatis,& ipſa partis rationem obtineret.

ARTICVLVS. II.

De ſimplicitate, compoſitione, diuiſione.

Simplicitas, compoſitio.

Simplicitas arguit negationem, vel priuationem compoſitionis.
Compoſitio æſtimatur ex ſimplicitate,& contrà.
Simplicius generatim quod minus compoſitum quàm aliud: ſiue componat illud: ſiue non, quo ſenſu Angelus homine ſimplicior, & planta quam animal.
Propriè illud quod componit alterum, componereue poteſt, vt paries domum.
Compoſitionis ambiguitas æſtimanda ex communi lege verbalium.
Cōpoſitio eſt cum duo vel plura ſunt poſita ſimul, ita vt inde reſiliat aliquid aliquo modo vnum, in omni compoſitione, vnum ex multis.
Compoſitio eſt quaſi forma rerum compoſitarum 2. Phyſ.
Compoſitio ſi partes cum toto conferantur, eſt *EX HIS* compoſitio: ſi partes inter ſe conferuntur diſtinguendum.

Quia
- vna eſt compoſitio *ex his.* n.cum partes ſimul concurrunt.
- altera compoſitio *huius ad hoc.* n.cum vna pars alteri apponitur, vt in ædificatione.

Quomodo totum per partes definiri debeat docetur 6. Top.

Compoſitio
- *realis* ex partibus realiter diſtinctis quæ in Deo non habet locum.
- vel *rationalis* quæ in diuinis locum habet.

Hæc
- vel in *entibus rationis.* p. quando in cæcitate cogitatur genus & differentia.
- vel in *ipſis rebus*, entibuſue realibus. Sed tripliciter.

Primò cum extrema ſunt entia realia, realiter exiſtentia, ſed non realiter diſtincta: vt animalitas & rationalitas Socratis.
2. inter duas eſſentias reales ſecluſa exiſtentia non realiter diſtinctas. p.

inter animalitatem & rationalitatem.
3. Vbi extremum vnum eſt eſſentia, alterum exiſtentia.
Compoſitio alia per ſe, alia per accidens.
Compoſitio per accidens vel ex rebus diſſitis, vt in exercitu: vel ex coniunctis propriè, & magis compoſitis.

Idque { ſiue citra penetrationem, vt in pariete. / ſiue cum penetratione, vt quando frigus & candor in niue coniunguntur.

Compoſitio per ſe vel ex rebus diſſentaneæ naturæ. p. ex animo & corpore: vel ex rebus eiuſdem ſpeciei & naturæ. Siue vniantur per penetrationem: vt duo lumina quæ in aëre. Siue citra penetrationem: vt duæ partes eiuſdem cauſſæ.
Componuntur continua, vel diſcreta.
Componuntur permanentia, vel non permanentia.
Bona, mala, indifferentia, &c.
Entia realia, entia rationis, ens reale & ens rationis.

De diuiſionibus.

Monitum.

De partitione in Logicis, de diuiſione & de contrahendo termino communi partim ſuprà, partim in Logicis.

Diuiſio et ſeparatio.

Compoſitioni aduerſatur diuiſio, ſeparatio.
Inſeparabile & indiuiſibile dicitur negatiuè, priuatiuè.
Inſeparabile quod non poteſt ſeparari, aut non facile poteſt.
Quod non poteſt ſeparari niſi per interitum ſuum: vt anima equi à materia.
Quod non poteſt ſeparari ſine interitu alterius rei. p. ſubiecti.
Separantur partes à toto, formæ à materia, res à loco, &c.
Separantur partes duæ, ita vt vtraque pereat.

Idque { vel ita vt vtraque permaneat. / vel ita vt vna maneat pereunte altera.

Diuiſio eſt totius in partes vnde coaluit tributio.
Peragitur realiter: vt quando frangitur lignum, carpitur cibus. vel cogitatione tantum: vt quando ædificium regale in enchomio tribuitur in partes.

Diuiſio { ſecundum formam: vt cum tribuitur genus in ſpecies. / ſecundum materiam: vt cum partimur integrum, vel ſpeciem diuidimus in indiuidua.

Diuiſio aut propriè diuiſio, aut partitio. De qua re Logicis.
Diuiditur permanens in ſucceſſiuum, continuum, vel diſcretum, &c.
Separatio per quam nihil rei pereat aut neutrum, quod ſeparatur videtur fieri dupliciter.

Digitized by Google

Nempe { per receſſum quendam,motumque localem.
citra receſſum: vt ſi anima aliquandiu permaneat in corpore poſt ſolutam diſpoſitionem: ſi duo lumina, quæ in eodem aëre per virtutem diuinam deſinant ſibi inuicem adhærere. }

Separatio per receſſum localem fit dupliciter,

Nam { aut aliquid localiter recedit à ſeipſo primo: idque ſiue loca cõtinuentur, vt cum anima noſtra promouetur in incremento noſtro: ſiue non, vt cum corpus Chriſti ponitur in duobus locis.
aut vnum recedit ab altero. }

Porrò { vel cum eo non erat continuum: vt cùm dæmon recedit à poſſeſſo, & contiguum à contiguo.
vel intercedebat quædam cõtinuitas. tumque receſſus fit dupliciter. }

Quia { aut ſoluitur continuitas: vt cum frangitur panis.
aut non: vt quando aurum in fila ducitur, vel rareſcit aliquod corpus citra continuitatis ſolutionem. }

Fractionis duplex modus aduertendus. Quia aliquid per ſe frangitur, vel per ſuas partes, vt cum frangitur lapis: aliquid per aliud tantum non autem per ſe verè, aut per ſuas partes. p. per ſuum ſubiectum, aut ſuum locum ſuaue loca: vt ſi corpus noſtrum diuidatur, animaque diuinam per virtutem in vtroque ſegmento maneat: ſi Angelus aut quid aliud collocetur ſimul in duobus pluribuſue locis.

Tũc enim frãgi videatur Angelus quia imitatur fracti corporis collocationẽ.

Fractio dicatur *corporea* ea per quam pars extra partem. *ſpiritalis* per quam totum extra totum ſine continuitate loci. modo res intelligatur verba non moror, ſed hæc ſpiritalis, illa corporea eo ſenſu quo proportionum quædam arithmetica, &c.

De ſpecierum ſub eodem genere æqualitate, inæqualite.

De facienda generis diuiſione in Logicis.

Quæritur primò vtrum ſpecies conſtitutæ ſub eodem genere ſoleant eſſe inæqualis dignitatis & perfectionis.

Reſp. ſolere primò quoniam illud inductione patet.

2. quia mundi ornatus eam videtur poſtulare inæqualitatem. i. ſpecies ſunt ſimiles numeris 8 Metaph. text. 10.

Differentiarum vna habitus, altera priuatio.

In ſpeciebus aliquid prius, aliquid poſterius 3. Metaphyſicæ tex. 10.

Quæritur 2. vtrum ſub diuerſis generibus conſtitutæ duæ ſpecies æqualis eſſe queant perfectionis: vtrum ex. gr. ſapor aliquis aliquem odorem æquare poſſit.

Reſp. poſſe primò quia vilitas generis differentiæ præſtantioris acceſſione compenſari poteſt, differentiarum vilitas multitudine poteſt compenſari: non neceſſario vt genus habet ad genus, ita differentia ad differentiam.

2. quia id non videtur magis abſurdum quam degeneri elephanto generoſiſſimum equum antepoſuiſſe.

3. quia ferè homines ſunt inæqualis dignitatis, poſſunt tamẽ dari æqualis.

4. quia credibile eſt ſpecies eiuſdem generis aliquas æquari poſſe perfectione: quod tamen in controuerſia, ideò,

Digitized by Google

Decem canes & decem oues ſunt idem numerus, non ſunt idem denarius.

Identitas generatim ita vnitatem arguit, vt multitudinem connotet.

Etenim 5. Metaphyſicæ t. 14. eſt vnitas quædã ipſius eſſe, ſed vnitas plurium, cum quis vno tanquam pluribus vtitur.

Ideo { vel in rebus fere propriéque multis conſideratur: vt cum leo & equus dicuntur idem genere. / vel in re vna quæ vna propriè: vt quando aliquid dicitur idem ſecum, actio idem atque paſſio, diuina iuſtitia idem atque miſericordia. }

Vnde apparet identitatis nomine præter vnitatem indicari rationem quandam quę tamen non eſt exquiſita & realis, aut fundamentum eius.

4. Identitas vna poſitiua: vt quando actio dicitur idem atque paſſio.

Altera non item: vt cum cæcitas dicitur idem cum orbatione viſus.

5. Ex diuiſione vnius & diuiſione diſtincti intelligenda diuiſio identitatis.

Quid ſit vnitas, quid multitudo explicatum.

Diſtinctum, diuerſum, differens, &c.

1. Diuerſum, differens, diſtinctum & conſimilia vocabula promiſcuè hîc à nobis vſurpantur ad ſignificandum illud non idem.

2. Peculiares ſignificatus diuerſi & differentes alibi declarati.

3. *Diuerſitas* generatim arguit priuationem quandam vnitatis & identitatis, & prætera multitudinem.

4. Inuoluit etiam relationem non tamen neceſſario realem. Etenim Deus à nobis eſt diuerſus. Sumus diuerſi à chimæra.

Nulla tamen conſtituitur relatio realis, per quam Deus ad nos referatur.

ARTICVLVS III.

Tres ſententiæ de diſtinctione rerum.

Monitum.

Ponendę ſunt ſententiæ celebriores de diſtinctionibus.

Idem ex diſtincto comprehendendum per oppoſitorum leges.

Conſulenda quę docuimus in Logicis de diſtinguendis categorijs.

Sententia prima.

Diſtinctio poſitiua eſt, vel negatiua.

Negatiua inter ens & non ens: vt inter Bucephalum & Hippocentaurum, vel inter duo non entia: vt inter cęcitatem & ſurditatem.

Poſitiua { inter duo entia realia. p. hominem & belluam. / vel inter duo entia rationis. p. ducatum & comitatum. / vel inter ens reale & ens rationis: vt inter Ciceronem, & illius Conſulatem poteſtatem. }

Digitized by Google

Secunda ex Soare in Metaphyſicis.

Diſtinctio triplex *realis, rationalis & modalis*.

Nam vel non niſi per mentis & cogitationis operam duo diſtinguntur. & diſtinctio vocatur rationalis: vt quando miſericordia Dei ſeparatur à iuſtitia, mens practica à theoretica.

Vel citra hanc, tum diſtinctio ſi maior dicitur realis: ſi minor dicitur modalis, aut formalis.

Realis intercedit inter duas entitates, & perfectiones p. inter frigus & candorem, &c.

Modalis quaſi media inter realem & rationalem.

Intercedit inter rem & modum eius. p. inter calorem & calefactionem, aut inter duos modos eiuſdem rei. p. inter quantitatis diuiſibilitatem, & menſurabilitatem.

Rationalis vel caret fundamento, vel eſt cum fundamento.

Sine fundamento eſt quando conceptus obiectiuus comparatur ſecum & diſtinguitur: vt cum Petrus diſtinguitur à ſeipſo quia nunc eſt prædicatum nunc ſubiectum, nam Petrus eſt Petrus, bonum eſt bonum.

Cum fundamento quando occurrit aliqua ratio probabilis cur res diſtinguantur. n. cum duo conceptus inadæquati eiuſdem rei inter ſe diſtinguntur: vt quando iuſtitia Dei diſtinguitur à miſericordia.

Itaque diſtinctio hæc pendet ex eo quod intellectus res apprehendat concipiatque imperfectè, abſtractè, confusè, inadęquatè.

Tertia quæ ex Fonſeca.

Diſtinctio triplex. n. *realis*, ex *natura* rei, & *rationalis*.

Realis.

Hic alietas *producentis* & producti non cauſati tamen: vt in diuinis vbi productio, non cauſatio.

Vel alietas cauſæ & effectus: vt cum frigus diſtinguitur à niue.

Vel alietas *ſuppoſiti*: vt quando diſtinguitur Petrus à Paulo, candor eboris, à candore niuis.

In reali diſtinctione gradus offenditur triplex.

Primus in ipſis ſuppoſitis. p. in Petro & Paulo.

Secundus in his quæ diſtinguntur ex natura rei, & exiſtunt exiſtereue poſſunt in ſuppoſitis diuerſis, cuiuſmodi ſunt candor & odor lactis.

Tertius in his quæ exiſtunt exiſtereue poſſunt in rebus iuxta ſecundum gradum diſtinctis.

Hoc pacto informatio animę diſtinguitur à receptione per quam materia recipit formam. Congitentur ergo exempla tria.

Pro primo ſint Petrus, & Paulus.

Pro 2 corpus & anima Petri.

Pro 3. animatio illius animę, & receptio illius corporis.

Idque dupliciter { primò & maximè inter duo ſuppoſita, inter ſeorſim exiſtentia: vt inter Petrum & Paulum, inter Petrum & candorem niuis.
ſecundo inter ea quæ quanquam ſimul exiſtunt poſſunt tamen ſaltem diuinam per virtutem exiſtere ſeparatim: vt inter frigus niuis & candorem eius. }

Formalis inter ea quæ definitione diſtinguntur, ſiue realiter diſtinguantur ſiue non.

Quæ formalis tantum aut ex natura rei, ea intercedit inter ea quæ ſunt realiter idem, habent tamen diuerſas definitiones: vt inter calefactionem & calorem.

Rationalis inter ea quæ cogitatione diſtinguntur.

Quæ rationalis tantum ſiue rationis diſtinctio ea duplex,

.n. { vna dicitur rationis *virtualis* diſtinctio & fundamentum habet: vt quando iuſtitia Dei diſtinguitur à ſcientia illius.
altera dicitur rationis *puræ* & collatiuæ non habet fundamentum: vt quando Petrus diſtinguitur à Petro. }

Paulò accuratior explicatio.

Ratione tantum ſeu collatiua ratione (quam ratiocinantem alij appellant) quædam diſtinguntur: vt Petrus à ſeipſo.

Virtualis rationis diſtinctio inter ea quæ cum ſint vnum quid ſimplex, diuiduntur tamen propter probabilem cauſſam.

Vt { inter infinitatem Dei & miſericordiam eius.
inter animam noſtram, quatenus eſt principium videndi, & inter eandem quatenus eſt principium audiendi.
inter lumen quatenus eſt principium luminis alterius, & illud ipſum quatenus eſt principium caloris. }

Ex *natura rei* differunt ea de quibus contradicentia poſſunt verè affirmari: vt homo & animal, eſſentia diuina & relatio diuina. Etenim hæc eſt multiplex, illa eſt non multiplex.

Formaliter differunt ea quorum vnum non ponitur in eſſentiali alterius definitione: vt actio & paſſio, mens & voluntas.

Realis diſtinctio intercedit inter ea quæ habent diuerſas *exiſtentias*, etiam ſi forte ſint *ſimul*.

Eſſentialis diſtinctio quibuſdam duntaxat inter eſſentiam & exiſtentiam, & tum non habet locum in diuinis. Alijs inter eſſentiam vnam & alteram: vel inter eſſentiam & perſonam, & hoc ſenſu inuenitur in diuinis.

Obiectiua inter duo obiecta intercedit, vel ea quæ non poſſunt eſſe obiectum idem: vt inter ens & non ens.

Se totis ſubiectiuè diſtinguntur quæ ſunt duo ſuppoſita: vt Petrus & Paulus, vel in duobus ſuppoſitis: vt calor Petri, & calor Pauli.

Modalis diſtinctio inter rem & modum eius conſtituitur: vel inter rem affectam vno *modo*, & eandem affectam altero.

De indaganda diſtinctione formali *ex* natura rei.

Excluſione vtendum cum vnum de altero negatur.

Demonſtratione vt doceas conuenire diuerſas affectiones.
Reduplicatione vt eum motus quatenus motus negatur eſſe actio.
Definitionum & deſcriptionum *inſpectione*.
Videndum ſit-ne vnum ſubſtantia, alterum accidens: vnum ſubiectum, alterum proprietas: vnum cauſſa, alterum effectus, &c.

De inuenienda reali.

Secernuntur facilè quæ occurrunt tanquam duo ſuppoſita, vel in duobus ſuppoſitis.
Difficilius quæ ſunt ſimul nec ſunt ſepoſita à natura, tum ad realis diſtinctionis indagationem viæ quatuor aperiuntur.
Prima eſt cum vnum abſque altero haberi poteſt.
Secunda cum vnum interit manente altero.
Tertia cum vnum, vt ſimilitudo variatur non variato altero, aut non ſimiliter variato .p. fundamento. non ſi augetur ſimilitudo caloris, ideò & calor.
Quarta cum vnum eſt effectus: vt intellectio, alterum cauſſa efficiens, & finalis, vt intellectus.
Sed tres priores viæ fallaces deprehenduntur.

ARTICVLVS V.

Varietas diſtinctionum & idemtitatum ex Ariſtotele.

Quotuplicia non eadem?

Quæ non eadem, ea ſunt diuerſa, vel differentia.
Diuerſa quæ nihil ſynonymè commune habent.

Differentia { generatim differunt *numero* vel *ſpecie*, vel *genere*. / propriè *ſpecie*, vel *genere*.

.n. intra ſcientiarum fines quæ numericam diſtinctionem non conſectantur.

Vnum ex 5. *Metaphyſicæ*.

Vnum dicitur per ſe, per accidens. De qua re ſupra.

Ex 1. *&* 7. Topicor.

Res ſunt vnum & idem numero, *ſpecie*, *genere*.
Genus autem eſt analogicum, vel ſynonymum.

Quæ ſpecie diuerſa?

Quæ non habent eandem formam: vt duo pocula argentea.
Quæ non conſtituunt eandem ſpeciem ex 5. Metaphyſicæ.

Quid numero idem?

Primo quod planè idem.
ſecundo quod ſubiecto idem, & ſecundum ens.
Tertio quod realiter idem.

Ex 7. Ethicor.

Numero idem { primo vt duo nomina eiuſdem ſignificatus. / ſecundo vt proprium, & ſubiectum. / tertio vt accidens, & ſubiectum .p. candidum & nix.

Ex varijs locis.

Subiecto eadem, vel diuerſa leges paſſim: vt 1. Phyſic. cap. 3. 3. Phyſic. cap. 3. 1. de ortu cap. 3. & 5. 1. de animo cap. vlt.

Materia eadem vel diuerſa 10. Metaph. & 1. de ortu.

Secundum ens eadem magnitudine & loco eadem quæ ſubiecto numeroque eadem: vt actus & potentia.

Quædam dicuntur differre .p. ignis & ignibile 1. Phyſicor. cap. 3. 3. Phyſicor. cap. 1.

Reciprocatione quædam eadem: vt ens & vnum 4. Metaph.

Nomine quæ eadem, ea ſynonyma, vel homonyma.

Proportione vnum & idem quid ſit notum eſt.

Numero, genere, ſpecie eadem, vel diuerſa leges.

Item ratione, logo & definitione. Ratio, τὸ eſſe, τὸ quod quid erat eſſe, ratio τοῦ quod quid erat eſſe, energia, ſpecies & conſimilia pro eodẽ vſurpantur.

Fine eadem referuntur ad eundem finem.

Leges vnum & idem continuatione, per ſe per accidens, &c.

Quæ materia eadem?

Primò quæ materiam habent eiuſdem ſpeciei, vt homo & Petrus.

Secundo quæ ſunt in materia plane eadem: vt candor & frigus niuis.

Monitum.

Conſulendi ſunt ſuperiores ſermones cum rudimentis.

Dynami, differentia leges apud Ariſtotelem.

CAPVT IIII.

De toto & partibus, ſimplicitate, & compoſitione, déque diuiſionibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

De toto, omni, & parte.

Pars.

Pars id ex quo totum coaluit.

Pars & μέρος pluribus dicitur modis ex 5. Metaphyſicæ.

Primò { generatim id in quod quantum quouis modo diuidi poteſt, ſiue pars illud metiatur, ſiue non. Quo ſenſu duo ſunt ternarii pars. / ſpeciatim id tantum quod metitur ſeu pars aliquota, quæ aliquoties repetita æquat totum: duo hoc ſenſu ſunt pars quaternarij.

ſenarij : non ſunt pars ternarij, quinarij, ſed *partes*. De qua re alibi.

Secundo ea in quæ forma ſine quantitate diuidi poteſt. j. partes vniuerſalis quæ dicuntur *ſubiectiuæ*, potentiales, poteſtatiuæ : vt duæ ſpecies eiuſdem generis.

Tertio ea in quæ aliud diuiditur, aut ex quibus totum aliquid componitur .n. ipſa forma : aut quod formam habet [videlicet materia .j. partes eſſentiales phyſicæ.]

Quarto ea quæ ponuntur in definitione .j. partes eſſentiales Metaphyſicæ.

Monitum.

De parte in rudimentis Metaphyſicis & in re anatomica.

Diſcrimen omnis & totius *ex 5. Metaphyſicæ.*

Cum quantum habeat principium medium & vltimum.

Omne dicuntur ea quorum poſitio non facit differentiam, quæ non habent propriam figuram & conſtitutionem cui addicantur alienæ facile ſeſe accommodant : vt aceruus tritici, aqua liquida. Dicitur omnis aqua, omne triticum.

Totum ea vbi poſitio facit differentiam: vt tota nauis, tota domus.

Omne, & *totum* ea vbi poſitio partim differentiam facit, partim non : vt cera, plumbum.

Diſcrimen aliud.

Omne videtur indicare multitudinem & quaſi totum vniuerſale.

Totum indicat potius magnitudinem, & intenſionem.

Sed latinum nomen oĩs non videtur ſatis exprimere græcum πᾶς πᾶσα πᾶν.

Quid totum & quotuplex?

Conſulenda rudimenta & 5. liber Metaphyſicæ.

Hic totum quatenus opponitur mutilo & imperfecto dicitur id cuius illa pars abeſt earum ex quibus per naturam totum nominatur.

Totum quatenus opponitur parti & generatim dicitur quod ita continet ea quæ continet vt illa ſint vnum.

Tùm {
vel vnumquodque eorum quæ continentur eſt vnum, & totum eſt vniuerſale quod totaliter dicitur de quaque parte, totum eſt in quauis parte. vt animal totum in homine, totum in equo.
vel ex his vnum conſtat, tumque eſt totum coniunctum [& late ſumptis nominibus] continuum integrum.
}

Continuorum quędam natura conſtant eaque magis obtinent rationem totius, vt Platanus, quia ſunt magis vna.

Quædam arte, vt quæ coagmentantur glutine, clauo, &c.

Perfectum.

Perfectum id cui nihil deeſt eorum quæ habere debet.

Perfectio arguit vnitatem cum veritate.

Imperfectum.

Id cui deeſt aliquid eorum quæ habere debet.

Quod imperfectum, id mutilum, vel non.

Mutili multiplex conditio ex 5. Metaphyſicæ cap. de mutilo.

Digitized by Google

Prima eſt quod ſit quid partibile.

2. vt ſit totum permaneatque ſubſtantia. i. vt ſit maius mutilamine, poſſitque retinere nomen & eſſentiam totius, ſeu nomen quod obtinebat antea. poculum ex. gr. vocetur ſi antea noncupabatur poculum.

3. vt poſitio differentiam faciat, ſiue vt partes eius habeant naturalem ordinem præſcriptum, ac determinatam poſitionem in toto: itaque in homogeneis & ſimilaribus non videtur locus mutilationi, neque etiam quiduis eorum, quæ conſtant diſſimilibus partibus mutilari poteſt.

4. vt ſit quid continuum, ideò conceptus non propriè mutilatur.

Ita vt
- primò quod adimitur non ſit vna ex præcipuis partibus. p. caput.
- 2. non ſit vbiuis. p. in vaſis fundo, ſed in re permineat: vt anſa in poculo, manus in homine.
- 3. vt non poſſit naturaliter renaſci.

Nam cerui quibus deciderunt cornua, non dicuntur mutilati.

Monitum.

Totum videtur variè ſumi,

P.
- Primò pro perfecto ſiue habeat partes, ſiue non.
- 2. pro eo quod habet partes ſiue aliqua deſideretur, ſiue non.
- 3. pro eo quod habet partes, ita vt nulla deſideretur.
- 4. pro eo quod eſt integrum vt diſtinguatur ab omni & vniuerſali.

Quomodo diſtinguitur totum à ſuis partibus?

Totum vniuerſale & potentiale, de cuius ſimplici comparatione in inferioribus, & ab iiſdem diſtinctione in Logicis locuti ſumus.

Vel actuale, ſeu generatim integrum quod duplex.

Quia
- vel ſola ratione partes diſtinguntur à ſe inuicem: tumque totum ipſum non niſi ratione videtur diſtinguendum à ſuis partibus.
- vel realiter, tumque eſt totum per accidens, vt exercitus: aut totum per ſe, vt homo, mare, &c.

Quod totum per accidens nihil propriè ſignificat præter partes.

Quod autem per ſe eſt totum actuale & componitur ex partibus realiter diſtinctis variè conferri poteſt cum ſuis partibus.

Etenim confertur duntaxat cum vna, aut ſaltem non cum omnibus: vel cum omnibus ſuis partibus.

Tumque
- aut non ſunt iunctæ, aptéque iunctæ.
- aut ſunt apte coagmentatæ.

Si conferatur cum vna parte, aut ſaltem non cum omnibus: differt realiter ab illa, vel ab illis: n. per reliquam partem, homo differt realiter à corpore per animum.

Quod dicitur de animo qui pars notabilis, dicitur de homine,

Animus realiter differt à corpore.

Ergo homo realiter differt à corpore.

Conſule ſermonem Ariſtotelicum de Loco, de Amphora vini.

Quod ſi comparatur totum cum ſuis omnibus partibus, ſed non benè cohærentibus differt ab illis realiter ſi exiſtant, eo modo quo non ens ab ente: quia nondum eſt totum.

Si autem cum ſuis vniuerſis partibus apte cohærentibus conferatur, videtur differre ratione & formaliter.

Quia eſt { alia ratio totius & definitio. / alia partium etiam benè iunctarum.

Totum & partes referuntur ad ſeinuicem.

An vero realiter diſtinguantur controuerſia eſt. p. vtrum homo diſtinguatur realiter ab animo & corpore.

Ex Scoto 3. ſent. diſtinct. 2. quæſt. 2.

Sententia prior.

Eorum quæ realiter diſtinguntur genera ſunt duo.

Quia { quædam ita diſtinguntur, vt vnum quodque ſeorſim exiſtere queat. p. animus & corpus. / quædam ita vt non ſit neceſſe vnumquodque ſeorſim exiſtere.

Priori ſenſu omnium iudicio fieri nequit vt totum realiter diſtinguatur à ſuis partibus: nam vt partes poſſint exiſtere ſine toto, totum non poteſt ſine ſuis partibus.

Poſteriori totum diſtinguitur realiter à ſuis partibus, etiam cum ipſi inſunt. ſignificat entitatem realiter diuerſam à partibus ex quarum coacervatione reſilit. humanitas ex. gr. realiter diſtinguitur ab animo & corpore.

Obiectiones ex Ariſtotele, & ſolutio.

Prima. Totum non eſt coacervatio partium, ſed quid præter partes 8. Metaphyſicę

D. coacervatio quæuis C. coacervatio idonea N.

Quid ratione aliud à ſuis partibus C. quid reipſa aliud N.

2. Sex non ſunt bis tria ex 5. Metaphyſicæ cap. 13.

D. { ſi ſumantur ſex vnitates ſimul & benè coniunctæ N. / ſi bis tria ſumantur diſtinctè, aut inepte coniungantur C.

3. 7. Metaphyſicæ text. 6. BA. non eſt B & A.

D. apte poſita & collocata C. quouis poſita & collocata modo N.

Etenim A B. non eſt BA. & tamen videtur eſſe A. & B.

4. Ex primò Phyſ. forte totum non eſt idem quod partes.

D. idem ratione C. idem reipſa N.

Si pars vtraque idem foret quod totum, vna idem quod altera eſſet: conſequens abſurdum; ergo.

D. ſi vtraque ſigillatim ſumpta C. Si vtraque ſimul ſumpta N.

Ariſtoteles videtur illic contendere totum eſſe re ipſa aliud à ſuis partibus ſimul ſumptis N. quia text. 29. proferuntur exempla generis, & differentię, quæ partes formaliter tantum diſtinguntur.

Adde quod Ariſtoteli ſatis eſt aſtruere multitudinem, quocumque tandem illa ſtatuatur modo ad euertendam opinionem eorum, qui omnia faciebant vnum.

5. Ex 2. de animo cap. 1. compoſitum [ex materia, & forma] tertia eſt ſubſtantia.

D. { diuerſa à materia & forma C / diuerſa realiter N.

Aliæ coniecturæ cum ſolutionibus.

Ea realiter differunt quorum vnum perit, altero ſuperſtite: Atqui perit totum .p. homo, ita vt vniuerſæ partes maneant incolumes. p. animus & corpus: Ergo totum realiter diſtinguitur à ſuis partibus. *Prima.*

Negatur propoſitio quia alioquin futurum eſt vt realiter diſtinguatur modus à re, motus à termino.

Ad ſumptioem præterea reſpondeo manere partes, ſed male iunctas aut diuulſas.

Vnum & multitudo re ipſa differunt: Atqui partes ſunt multitudo: Ergo realiter differunt à toto quod eſt propriè vnum. 2.

D.S. { quatenus ſeiunctæ C. / quatenus benè vnitæ N.

Non idem eſt perfectum & imperfectum: Atqui partes ſunt imperfectum aliquid: Ergo realiter diſtinguntur à toto quod perfectum. D. vt ſuprà. 3.

Cauſa phyſica eſt realiter aliud ab effectu. 4.

Diſt. efficiens C. materialis & formalis dum iunguntur aptè N.

Quoties duo ſunt realiter idem { poſito vno ponitur alterum. / ſublato vno tollitur alterum. 5.

Atqui poſitis partibus vniuerſis non ponitur totum, &c.

D.S. ſi ſumantur male iunctæ C. ſi verè iunctæ N. 6.

Alia notio partium, alia notio partium coniunctarum: Ergo coniunctio ſignificat aliud à partibus.

D. aliud C. aliud realiter diuerſum N. 7.

Relata re ipſa diſtinguntur. D. exquiſita & categorica C. quæuis N. 8.

Totum continet omnes ſuas partes, non duntaxat vnam, alteramue: Atqui partes iunctæ omnes non continent omnes partes iunctas: Ergo &c.

D.P. { eo modo quo ſe ipſum aliquid continet C. / ſecus N. 9.

Niſi totum eſt entitas tertia, nihil generatur præter formam.

D. nihil abſolutè N. nihil realiter diuerſum à materia & forma C.

Generatio eſt procreatio formæ, & coniunctio eius cum materia. 10.

Niſi totum vt humanitas eſt entitas tertia realiter diſtincta, reſurrectio Lazaro nihil contulit.

Nego quia corpus, ſeu illius apparatum & affectiones inſtaurauit, & cum anima coniunxit illud.

Sententia poſterior.

Totum eſt idem realiter quod partes omnes ſimul ſumptæ, & benè iunctæ.

Ariſtotelis Teſtimonia.

Partes & totum idem problemate 7. Sect. 17. *Primũ.*

Totum eſt nihil præter partes 4. Phyſ. cap. 3. 2.

Tùm { à *parte* vna diſtinguitur: vt homo ab animo, idque beneficio partis alterius.
realiter { *ſeiunctis* diſtinguitur: vt id quod non eſt ab eo quod eſt. p. diuus Petrus à ſuo animo & corpore.
ab. *omnibus* { *beneiunctis* { ſecundum Scotum diſtinguitur: ita vt homo ex. gr. ſignificet entitatem tertiam realiter diuerſam ab entitate animi & corporis.
ſecundum alios non item, quia ſi quæ pars tertia entitatis, & ipſa partis rationem obtineret.

ARTICVLVS. II.

De ſimplicitate, compoſitione, diuiſione.

Simplicitas, compoſitio.

Simplicitas arguit negationem, vel priuationem compoſitionis.

Compoſitio æſtimatur ex ſimplicitate, & contrà.

Simplicius generatim quod minus compoſitum quàm aliud: ſiue componat illud: ſiue non, quo ſenſu Angelus homine ſimplicior, & planta quam animal.

Propriè illud quod componit alterum, componereue poteſt, vt paries domum.

Compoſitionis ambiguitas æſtimanda ex communi lege verbalium.

Cõpoſitio eſt cum duo vel plura ſunt poſita ſimul, ita vt inde reſiliat aliquid aliquo modo vnum, in omni compoſitione, vnum ex multis.

Compoſitio eſt quaſi forma rerum compoſitarum 2. Phyſ.

Compoſitio ſi partes cum toto conferantur, eſt *EX HIS* compoſitio: ſi partes inter ſe conferuntur diſtinguendum.

Quia { vna eſt compoſitio *ex his.* n. cum partes ſimul concurrunt.
altera compoſitio *huius ad hoc.* n. cum vna pars alteri apponitur, vt in ædificatione.

Quomodo totum per partes definiri debeat docetur 6. Top.

Compoſitio { *realis* ex partibus realiter diſtinctis quæ in Deo non habet locum.
vel *rationalis* quæ in diuinis locum habet.

Hæc { vel in *entibus rationis.* p. quando in cæcitate cogitatur genus & differentia.
vel in *ipſis rebus,* entibuſue realibus. Sed tripliciter.

Primò cum extrema ſunt entia realia, realiter exiſtentia, ſed non realiter diſtincta: vt animalitas & rationalitas Socratis.

2. inter duas eſſentias reales ſecluſa exiſtentia non realiter diſtinctas. p.

inter animalitatem & rationalitatem.
5. Vbi extremum vnum eſt eſſentia, alterum exiſtentia.
Compoſitio alia per ſe, alia per accidens.
Compoſitio per accidens vel ex rebus diſſitis, vt in exercitu: vel ex coniunctis propriè, & magis compoſitis.

Idque { ſiue citra penetrationem, vt in pariete.
ſiue cum penetratione, vt quando frigus & candor in niue coniunguntur. }

Compoſitio per ſe vel ex rebus diſſentaneæ naturæ. p. ex animo & corpore: vel ex rebus eiuſdem ſpeciei & naturæ. Siue vniantur per penetrationem: vt duo lumina quæ in aëre. Siue citra penetrationem: vt duæ partes eiuſdem cauſſæ.
Componuntur continua, vel diſcreta.
Componuntur permanentia, vel non permanentia.
Bona, mala, indifferentia, &c.
Entia realia, entia rationis, ens reale & ens rationis.

De diuiſionibus.

Monitum.

De partitione in Logicis, de diuiſione & de contrahendo termino communi partim ſuprà, partim in Logicis.

Diuiſio et ſeparatio.

Compoſitioni aduerſatur diuiſio, ſeparatio.
Inſeparabile & indiuiſibile dicitur negatiuè, priuatiuè.
Inſeparabile quod non poteſt ſeparari, aut non facile poteſt.
Quod non poteſt ſeparari niſi per interitum ſuum: vt anima equi à materia.
Quod non poteſt ſeparari ſine interitu alterius rei. p. ſubiecti.
Separantur partes à toto, formæ à materia, res à loco, &c.
Separantur partes duæ, ita vt vtraque pereat.

Idque { vel ita vt vtraque permaneat.
vel ita vt vna maneat pereunte altera. }

Diuiſio eſt totius in partes vnde coaluit tributio.
Peragitur realiter: vt quando frangitur lignum, carpitur cibus. vel cogitatione tantum; vt quando ædificium regale in enchomio tribuitur in partes.

Diuiſio { ſecundum formam: vt cum tribuitur genus in ſpecies.
ſecundum materiam: vt cum partimur integrum, vel ſpeciem diuidimus in indiuidua. }

Diuiſio aut propriè diuiſio, aut partitio. De qua re Logicis.
Diuiditur permanens in ſucceſſiuum, continuum, vel diſcretum, &c.
Separatio per quam nihil rei pereat aut neutrum, quod ſeparatur videtur fieri dupliciter.

Nempe { per receſſum quendam, motumque localem.
citra receſſum: vt ſi anima aliquandiu permaneat in corpore poſt ſolutam diſpoſitionem: ſi duo lumina, quæ in eodem aëre per virtutem diuinam deſinant ſibi inuicem adhærere. }

Separatio per receſſum localem fit dupliciter.

Nam { aut aliquid localiter recedit à ſeipſo primo: idque ſiue loca cõtinuentur, vt cum anima noſtra promouetur in incremento noſtro: ſiue non, vt cum corpus Chriſti ponitur in duobus locis.
aut vnum recedit ab altero. }

Porrò { vel cum eo non erat continuum: vt cùm dæmon recedit à poſſeſſo, & contiguum à contiguo.
vel intercedebat quædam cõtinuitas. tumque receſſus fit dupliciter. }

Quia { aut ſoluitur continuitas: vt cum frangitur panis.
aut non: vt quando aurum in fila ducitur, vel rareſcit aliquod corpus citra continuitatis ſolutionem. }

Fractionis duplex modus aduertendus. Quia aliquid per ſe frangitur, vel per ſuas partes, vt cum frangitur lapis: aliquid per aliud tantum non autem per ſe verè, aut per ſuas partes. p. per ſuum ſubiectum, aut ſuum locum ſuaue loca: vt ſi corpus noſtrum diuidatur, animaque diuinam per virtutem in vtroque ſegmento maneat: ſi Angelus aut quid aliud collocetur ſimul in duobus pluribuſue locis.

Tũc enim frãgi videatur Angelus quia imitatur fracti corporis collocationẽ.

Fractio dicatur *corporea* ea per quam pars extra partem. *ſpiritalis* per quam totum extra totum ſine continuitate loci. modo res intelligatur verba non moror, ſed hæc ſpiritalis, illa corporea eo ſenſu quo proportionum quædam arithmetica, &c.

De ſpecierum ſub eodem genere æqualitate, inæqualite.

De facienda generis diuiſione in Logicis.

Quæritur primò vtrum ſpecies conſtitutæ ſub eodem genere ſoleant eſſe inæqualis dignitatis & perfectionis.

Reſp. ſolere primò quoniam illud inductione patet.

2. quia mundi ornatus eam videtur poſtulare inæqualitatem. i. ſpecies ſunt ſimiles numeris 8 Metaph. text. 10.

Differentiarum vna habitus, altera priuatio.

In ſpeciebus aliquid prius, aliquid poſterius 5. Metaphyſicæ tex. 10.

Quæritur 2. vtrum ſub diuerſis generibus conſtitutæ duæ ſpecies æqualis eſſe queant perfectionis: vtrum ex. gr. ſapor aliquis aliquem odorem æquare poſſit.

Reſp. poſſe primò quia vilitas generis differentiæ præſtantioris acceſſione compenſari poteſt, differentiarum vilitas multitudine poteſt compenſari: non neceſſario vt genus habet ad genus, ita differentia ad differentiam.

2. quia id non videtur magis abſurdum quam degeneri elephanto generoſiſſimum equum antepoſuiſſe.

3. quia ferè homines ſunt inæqualis dignitatis, poſſunt tamẽ dari æqualis.

4. quia credibile eſt ſpecies eiuſdem generis aliquas æquari poſſe perfectione: quod tamen in controuerſia, ideò.

Quæritur 3. vtrum ſub eodem genere.p ſub colore,ſub animali, ſub planta Deus conſtituere poſſit duas ſpecies,quæ perfectione ſint æquales.

Multi negant poſſe, forſan non ſatis credibiliter.

Primò quia non temere poſſibilitatis fingendi limites: nō apparet periculum vllum contradictionis: quæ proferuntur in eam partem argumenta leuiuſcula ſunt.

2. quia admittenda eſt differentiarum multiplicitas, vilitas earum numero compenſari poteſt,& præſtantia paucitate deprimi.

3. quia ſub eodem genere videntur poſſibiles duæ differentiæ quæ ſint æqualis dignitatis: Deus oppoſita duo facere poteſt quæ ſint æqualis dignitatis,cum id contradictione nulla inuoluatur.

Obiectiones.

Prima. In indiuiduis non eſt vnum prius perfectione [eſſentiali] alterum poſterius: in ſpeciebus contra: vt videmur colligere ex 3. Metaphyſicæ cap. 3.

Diſt. { ferè C. ſemper N.
propter ornatum & varietatem mundi C.
quod res non poſſit habere aliter N.

2. Differentiarum [idem genus contrahentium] vna vt habitus, altera vt priuatio: Ergo impoſſibilis æqualitas ſpecierum ſub eodem genere, niſi genus inæqualiter participetur.

D. A. { ſi differentiæ neutiquam opponantur, vt non opponuntur bipes & oculatum N.
ſi ſumantur oppoſitæ differentiæ, vt par & impar ferè C. ſemper N.

ſaltem ſecundum poſſibilitatem.

Præterea N. concluſionem quia diuinus opifex qui miſcet differentias diuerſarum coniugationum poteſt præcellentiores copulare cum deterioribus.

3. Species ſunt numeri 8. Phyſ. tex. 10. Ergo quemadmodū non dantur duæ numerorum ſpecies totidem conſtantes vnitatibus: ita omnino non dantur duæ ſpecies quæ perfectione ſint æquales.

D.A. { aliqua ſimilitudine quæ declarata in Logicis C.
omnimoda ſimilitudine N.

Adde quod hoc argumento non magis impugnatur æqualitas duarum ſpecierum in eodem genere, quàm æqualitas duarum ſpecierum abſolutè.

Conſulendus ſermo Logicus de indiuiduo, deque ſpecie, & ſermo ſuperior de ſingularitate.

Monitum.

Quod vinum vno continebatur vaſe, id nunc in duplici eſt, ſed partim in vno, partim in altero.

Qui Angelus erat totus in aliqua cœli parte, nunc in cœlo eſt & apud nos: ſed totus in cœlo, totus apud nos, quamuis non exiſtat in intermedijs ſpatiis: prior ille modus fractio eſt: poſterior eſt quaſi fractio.

Quia nō ſolemus aliquid cernere eodem tempore in duobus locis, fit vt quæ nobis apparent in duobus conſtituta locis duplicia videantur, quæ in tribus triplicia: vt quando ſol videtur tergeminus, quod vnum id apparet multiplex propter ſpeculum: aut quia non eſt conſtitutum in horoptere, De qua re in catoptricis noſtris.

CAPVT V.

De infinito, & finito.

ARTICVLVS PRIMVS.

De infinito & finito ſecundum ſe.

Monitum.

Finitum ex infinito æſtimatur, & contra. 5

Doctrina de infinito.

De infinito Ariſtoteles agit 3. & 6. Phyſic. 1. de cœlo, &c.

Metaphyſici eſt generalem de infinito & finito ſermonem inſtituere, vt patet ex notione vtriuſque differentiæ.

Ex text. 39. lib. 3. Phyſicor.

Quærere detur-ne infinitum in rebus *Mathematicis* & in *intelligibilibus*, id vero eſt vniuerſalis quidem conſiderationis, ſed non Phyſicæ.

Quærendum primum Logicè, dein Phyſicè vtrum detur ſenſibile corpus infinitum ſecundum incrementum, & omninò infinitum extenſiue.

Obiectiones.

Cur Phyſicus agat de infinito?

Reſpond. agere primò quia aliqua infiniti ratio videtur conuenire *moli, tempori*. 1

Secundò quia per anticipationem multa promuntur in Phyſiologia & per digreſſionem quæ ſunt Metaphyſici iuris.

Infinitum quatenus infinitum eſt ignotum ex Ariſtotele: Ergo non cadit in diſceptationem. 2

Diſt. Ant. ſi perfectionem arguit per ſe, eſt notiſſimum quid: vt in Deo licet ſecundum nos obſcurum parum intelligibile. Si priuationem arguit per ſe eſt quid ignotum, ſed apprehenditur eo modo quo priuationes cæteræ .n. per naturam, poteſtatem, habitum.

Deus qui eſt infinitus facile infinitum cogitatione comprehendit, idque totum ſimul: ſed mens humana infinitum & infinitatem, quæ perfectionem arguat, non videtur poſſe capere. 3

Reſp. duplicem eſſe infiniti notionem confuſam, diſtinctam.

Confuſa per quam cognoſcitur totum non cognitis diſtinctè partibus in hominem videtur cadere.

Diſtincta vna quâ partes omnes ſimul cognoſcantur, & diſtinctè, & hæc in hominem non videtur cadere.

Altera per quam cognoſcuntur duntaxat ſucceſſiue [.j. vna poſt aliam] atque etiam in noſtram vitam, ſed futuram cadere poteſt. Quia qui victurus animus infinito tempore innumerabilia cognoſcere poteſt.

Digitized by Google

Infinitum { quod priuatiue infinitum per aliud apprehendi poteſt.]
quod poſitiue infinitum id duplicis cogitatur generis.

Nam omninò & ſimpliciter infinitum, vt Deus & ab homine apprehendi poteſt, ſed nequit comprehendi penitus, & exhauriri: vel ſecundum quid infinitum, vt linea infinita ſi daretur, & ab homine comprehendi poteſt confuſè, ſed non diſtinctè niſi infinito tempore.

4. Infinitum non eſt humanæ menti commenſuratum, ſymmetrum, proportionatum. [*lectiua.*

R. commenſuratũ eſſe quatenus ipſum eſt *intelligibile*, & mens noſtra *intel-*

Tangere poſſes columnam infinitam ſi daretur, vt tangitur turris.

5. Finiti ad infinitum nulla ratio, nulla proportio: Ergo nulla mentis ad Deum, & ad infinitum.

Diſt. { nulla determinata qualis eſt affectio duorum ad quatuor, calcei ad pedem, &c. C.
nulla abſolutè & nulla indeterminata N.

Si admittatur infinita linea conferaturque cum bipedali dicetur hæc minor, illa maior. Sed quanto vna maior, altera minor exprimere & determinare non poterimus.

Nomenclatura & notio.

Progredi in infinitum, & ſubſiſtere apud Ariſtotelem opponuntur.

Terminus & finis nunc principio opponitur, nunc ſignificat tum principium, tum principio oppoſitum finem.

πέρας, terminus finis nunc abſolutio, terminuſque perfectiuus. Nunc quiuis terminus, quiduis quod ſit primum, vel extremum.

Finis & terminus nunc perfectio & abſolutio, nunc carentia vlterioris extenſionis.

Innumerabilitas perfectionũ præſentium perfectio eſt, abſentiũ imperfectio.

Infinitum *poſitiuus* eſt terminus, ſi finis ſignificat perfectionem. *Negatiuus* ſi finis ſignificat perfectionem, abſolutionem.

Ἄπειρον, infinitum infinibile dicitur quod ſine, terminoque caret, & tranſitu qui abſolui poſſit.

Infiniti nomine tranſitus quidam & decurſus videtur tolli, vt conſtat ex text. 34. lib. 3. Phyſic.

Quod infinitum, id videtur carere principio & fine, vt conſtat ex tex. *66.*

Infinitum { *negatiuè* quod neque habet, neque habere debet terminos, vt punctus.
priuatiuè ſecundum quid quod difficulter finitus menſuratur, vt arena maris.

Infinitum { *abſolute* quidquid finiri debet & non poteſt.
poſitiuè infinitum quod habet partes innumerabiles.

Siue id *enim* ſemper aliquid ſecundum quantitatem generaliſſime ſumptam capere licet, quod ſit ipſius, vt linea conſtans pedibus innumerabilibus.

Infinitum tamen vel ſubſtantiue ſumitur pro ipſa infinitate, vel adiectiue: vt cum dicitur infinitus aër.

Digitized by Google

Negatiuè infinitum quod finem non habet, nec habere debet.
Priuatione infinitum ſecundum quid quod finitur difficulter.
Priuatione generica infinitum aliquid dicitur quando aliquid eiuſdem generis habet finem, ipſum tamen non habet: vt ſi detur infinita linea, infinita ſubſtantia.
Priuatione ſpeciali infinitum quod finem non habet cùm habere debeat, aut poſſit: vt circulus.

Priuatio hîc { vna eſt tranſitus, aut finis, quæ videtur cadere in quartam ſignificationem diſtinctionis proponendæ.
altera eſt non tranſitus & finis, ſed duntaxat tranſitus vltimi aut tranſitus qui abſoluatur tandem, & hæc pertinet ad ſecundum ſignificatum.

Præterea priuatio priuationis pro perfectione eſt.
Priuatio vna rei conuenienti generis non ſpeciei: altera, &c.
Ergo .i. infinitum *negatiuè* quod tranſitum non habet, neque habere debet aut poteſt.
Secundo & *proprie infinitum* quod admittit quidem tranſitum, ſed non admittit vltimum, quo nullus dari vlterior poſſit, non tranſitum qui abſolui poſſit.
Tertiò infinitum *imminutiuè* & ſecundum quid quod decurſu & tranſitu exhauriri quidem & abſoluitur, ſed difficulter: vt arena maris.
Quarto infinitum *priuatiue* quod cum per naturam tranſitum finemque habere poſſit, non habet tamen: vt circularis linea.

Quæ à nobis vſurpatur infiniti notio?

Qui propoſiti ſignificatus ſunt affines.
Infinitum tamen hîc deſcribitur quod fine caret, quod tranſitu caret qui abſolui poſſit.
Id vbi extra illud quod ſumitur ſemper aliud atque aliud ſumere licet.

Idque { ſiue maneat quod ſumitur, vt in Deo.
ſiue non, vt in tempore, in hominum generatione.

Conditiones infiniti.

Quæ ſint attributa infiniti maximè ex veterum mente colliges ex 3. Phyſ.

Datur-ne infinitum?

Quæſtio hæc in vtramque partem agitata ab Ariſtotele & concluſa.
Reſponſio petenda ex diſtinctionibus & differentijs.

Variæ diſtinctiones & differentiæ infiniti.

Diſtinctio prima.

Propriè infinitum, id vbi tempus aliud atque aliud ſumitur ſumiue poteſt, nec fit recurſus ad eaſdem partes: vt ſi bipedalis lineæ ſumatur tertia pars, deindè quarta, & ſic deinceps. Si ex linea quæ conſtet cubitis innumerabilibus ſigillatim ſumantur cubiti.
Abuſiuè infinitum & ſecundum quãdam ſimilitudinem, id vbi ſumitur quidem aliud poſt aliud ſemper, ſed non ſemper aliquid recens & nunquam

Digitized by Google

antea ſumptum: vt ſi in annulo capias partes neutiquam communicantes.

Diſtinctio ſecunda.

Infinitum poſitiuum: vt Deus linea immenſa.

Negatiuum: vt poſſibilitas obiectiua, vt nihil quod vel maius, vel minus.

Diſtantia meri nihili à Deo omninò infinita, hominis à Deo infinita, item quamuis videatur minor quam nihili, Angeli à Deo infinita quamuis minor quàm hominis.

Numerus creaturarum quæ nunc concluduntur mera poſſibilitate obiectiua, eſt immenſus.

Licet minor quam creaturarum ante mundi machinationem poſſibilium.

Diſtinctio tertia.

Infinitum eſt infinitum categorematicè, vel ſyncategorematice, ſed ambigue vt declaratum in rudimentis, duplicique ſenſu.

Priori.

Categorematice infinitum id quod ſubiectiue .j. infinitas.

Syncategorematice id quod adiectiue .n. infinitus, a, um, vt infinitus aër.

Poſteriori, ſed vſitatiori.

Categorematice infinitum quod propriè & actu infinitum: vt Deus, linea conſtans pedibus innumerabilibus.

Syncategorematice infinitum quod infinitum poteſtate, quod poteſt in infinitum creſcere, vel decreſcere itavt nunquam abſoluatur incrementum, nunquam decrementum.

Diſtinctio quarta.

Eſt infinitũ per ſe tanquam vſia non vt in ſubiecto non tanquam alteri accidens .j. non adiectiue, ſed ſubſtantiue infinitum .n. infinitas.

Infinitum ſecundum accidens, infinitum tanquam alteri accidens, infinitum vt cui ſubſit alia natura: infinitum in ſubiecto .j. infinitum adiectiue non ſubſtantiue.

Diſtinctio quinta.

Infinitum in rebus ſenſibilibus, vt infinita linea.

Infinitũ in rebus intelligibilibus, vt cũ dicitur infinitus aër, infinitus Deus.

Diſtinctio ſexta.

Infinitum diſcretum permanenter: vt animæ innumerabiles apud Auicennam, ſucceſſiue vt eclipſes innumerabiles apud Ariſtotelem.

Continuum permanenter: vt linea porrecta in infinitum & conſtans pedibus innumerabilibus, ſucceſſiue: vt tempus apud Ariſtotelem.

Quod neque diſcretum neque continuum propriè: vt Deus.

Diſtinctio ſeptima.

Infinitum vnum vbi quod ſumitur permanet: vt magnitudo infinita, numerus animarum ſi ſemper duraret mundus.

Alterũ vbi quod ſumitur non permanet: vt tẽpus, numerus dierũ & diuiſionum.

Diſtinctio octaua.

Infinitum additione, detractione, vtroque modo.

Vtroque

Vtroque modo vt motus tempus,& magnitudo apud nos.
Additione vt numerus qui creſcit in infinitum,non decreſcit.
Detractione vt apud Ariſtotelem magnitudo quæ decreſcere poteſt in infinitum,ſed non creſcere in infinitum.

Quotuplex incrementum & additio?

Res creſcit,item decreſcit tùm comparatè,tùm abſolutè,vt declaratum in Rudimentis Phyſic.
Aliquid fit maius tùm quia ipſum cepit aliquid: tùm quia alteri detractum eſt aliquid,tùm vtroque modo.

Quid infinitum additione & incremento?

Quod in infinitum augeri poteſt, vt bipedalis linea.
Quod in infinitum auctum eſt: vt linea conſtans pedibus innumerabilibus.

Quid infinitum detractione,et decremento?

Minus propriè quod infinitè paruum, quod iam decreuit in infinitum,vt momentum,punctus.
Magis propriè quod in infinitum diuidi poteſt, aut decreſcere comparatè,vel abſolutè.

Nona diſtinctio ex tertio Phyſic. cap. 8.

Infinitum prius,vt motus;vel poſterius, vt tempus.

Decima diſtinctio.

Infinitum ex vtroque latere: vt ſempiternitas Dei,tempus Ariſtotelicum,linea vtrimque porrecta in infinitum.
Vel tantum ex vno latere: vt æternitas Angelorum & animarum noſtrarum, vt linea hinc porrecta in infinitum.
Latus vnum pro principio, alterum pro fine.
Etiam in linea vtrimque infinita principium & finis ſed partium,non totius.

Vndecima diſtinctio.

Infinitum abſolutè omnino & ſimpliciter: vt Deus.
Vel ſecundum quid tantum: vt infinita linea.

Duodecima diſtinctio.

Infinitum potentia,vel actu,energia,entelechia.
Infinitu potētia quod poteſt in infinitū creſcere, vel decreſcere, aut infinitari.
Sed res duobus modis infinitari & duci ad infinitatem poteſt,

n. { priori ſi ſtatim aut ſaltem finito tempore aſſequatur infinitatem. p.ſi linea aſſequatur pedes innumerabiles aut diuidatur ſtatim infinitiès.
posteriori ſi infinitatem aſſequatur tantum infinito tempore. p.ſi ſemper creſcat,aut ſemper decreſcat. }

Controuerſia vtrum Deus poſſit aliquid priori modo infinitare.
Quod eo modo infinitatur non ſemper fit, ſed aliquando eſt abſolutum,& perfectum.
Quod poſteriori id ſemper fit, nunquam tamen abſoluitur: vt tempus, vt hominum generatio Ariſtoteli, vt linea perenniter creſcens.
Ergo infinitum potentia vel ad actum qui totus habeatur ſimul: vel ad actum

qui non niſi ſucceſſiuè.

Infinitum actu, impropriè infinitum actu ſi actus habetur tantum ſucceſſiuè: propriè infinitum actu, ſi actus habetur ſimul: tumque videtur appellari determinatum ἀφορισμένον t.73. lib.3.

Decima-tertia diſtinctio ad ſuperiorem reuocabilis.

Vnum infinitum vt potentia: alterum tanquam definitum, determinatum, t.73. lib.3.

Decima-quarta diſtinctio.

Infinitum ſecundum extenſionem: vt linea infinita, numerus infinitus.

Secundum intenſionem: vt parui corporis pondus infinitum, vt calor infinitus ſi daretur.

Infinitum ſecundum paruitatem, vt punctus.

Intenſio homogenea, vel heterogenea: vt declaratum in phyſ compendio.

Infinitum { quantitate, vt infinita linea. | perfectione & virtute, vt Deus, vt lumen intenſum in immenſum.

Decima-quinta diſtinctio.

Infinitum vnum cui nihil detractum eſt nihil adiungi poteſt quod fiat ipſius: vt Deus infinitus, vt innumerabilitas creaturarũ nõ exiſtentium ante conditum orbem.

Alterum cui aliquid detractu eſt aut adiungi poteſt,

n. { vt infinitum tempus Ariſtotelis. | vt quod relinquitur de infinita linea poſt vnius pedis detractionem. | vt innumerabilitas creaturarum non exiſtentium nunc.

Decima-ſexta diſtinctio.

Eſt quid infinibile quod infinitatur & tandem eſt actu infinitum: vt linea bipedalis ſi à Deo donetur pedibus innumerabilibus.

Eſt quid infinibile quod infinitatur, ſed nunquam erit actu infinitum, vt tempus ſi mundus perenniter duret, vt linea quæ perenniter producatur.

Eſt quid actu infinitum quod tamen nunquam infinitatur, nunquam fuit infinibile.

Infinitum omne { capit tria illa capita & momenta. | vel ſecundum, & tertium non primum. | vel tertium non primum, non ſecundum.

Significatne infinitas perfectionem an imperfectionem?

Ex D. Thom. 1. p.q.7.a. 1. Diuo Thomæ materia per formam determinatur, finitur, limitatur ita vt materia perficiatur.

Per formam ſed ita vt formę amplitudo per hanc finitionem ſiue determinationem cõtrahatur: proindeque forma euadat deterior, ſaltẽ ſecundũ quid:

Ideo in materia *finitas* perfectionem, *infinitas* imperfectionem arguere videtur. in forma contra. Et quidem forma melius in corpore habet quã extra corpus, ſed foret præſtabilior, ſi pluribus ſufficeret corporibus.

Quanquam argumentum videtur poſſe retorqueri & transferri ad materiam: Nam perfectior videtur futura ſi ſufficiat pluribus formis ſimul ſuſcipiendis: niſi fortè futurum dicis, vt formæ ſeſe impediant.

Particula priuatiua *in* aliquando præfigitur termino priuatiuo .p. cum dicitur immortale, incorruptibile, impeccabile. Aliquando idem terminus ſignificat nunc priuationem, nunc perfectionem.

Priuatio { boni malum: vt iniuſtitia, inhumanitas. / mali bonum: vt incorruptibilitas.

Si finis perfectionem arguit, infinitum imperfectum eſt. Si imperfectionem infinitum eſt perfectum. R. ad quæſt.

Infinitum ſi *actu* continetur arguit perfectionem. Quô maior linea eô perfectior: ideo ſi infinita foret perfectiſſima foret. Si *poteſtate* definitur cum perfectione aliqua inuoluit imperfectionem. Nam poteſtas eius priuatiua.

Ariſtoteli ſubiectum eſt continuum & ſenſibile quod creſcere & decreſcere poteſt in infinitum. Sed ratio infiniti [infinitas] eſt priuatio non termini, ſed vltimi termini, & finis.

Poteſtas recipiendi aliquid coniungitur cum imperfectione aliqua, ſed receptio boni eſt propriè receptio, receptio mali non eſt propriè receptio, ſed amiſſio potius.

Non poſſe recipere ſi accidat quoniam iam habeas bonum indicat perfectionem. Si quia nec habeas, nec habere poſſis indicat imperfectionem.

ARTICVLVS II.

De Infinitate Dei & non-entis.

Monitum Logicum.

Si de actuali infinitate creaturæ philoſophari velis .p. de calore infinito, de linea conſtante pedibus innumerabilibus. Cum experientia nos deficiat exiſtentiaque eius non liqueat, neque per iudices & teſtes, neque per rationes quæ vtramque in partem proferuntur. Vt diiudices confugiendum eſt ad modos infiniti certiores exploratos, & eos quos nemo inficiari poſſit, ſoleat.

Huius generis infinitas Dei. vbi infinita ſapientia, infinita virtus &c.
Infinitas nihili & non-entis imaginarii, qualem exponemus.
Infinitas punctorum qui cogitantur in parua linea, vt & eorum qui in grandiori.
Infinitas ſyncategorematica qualem exponemus.

Argumenta quæ proferuntur ad deſtruendam infinitatē actualem creaturæ.p. caloris immenſi, infiniti luminis, infinitæ lineæ &c. Si impetunt pariter & oppugnant Dei infinitatē, innumerabilitatem punctorum eiuſdem lineæ &c. pro inanibus habenda veniunt.

De infinitate Dei.

De infinitate Dei nonnihil ad 8. Phyſ. pluſcula in tractatu vltimo.

Monitum.

De punctorum, momentorum ſimiliumque terminorum innumerabilitate in

Digitized by Google

Numerus creaturarum quæ nondum extiterunt.

Linea infinita imaginaria, ſi inde milliare detrahatur.

Tempus infinitum imaginarium, ſi inde per cogitationem ſubducatur dies.

Infinitas nihili in quouis rerum genere, non-ens, infinitas non-entis. In certo rerum genere, vt cum dicitur nihil caloris procreabilis à Deo.

Ante conditum orbem erat immenſus numerus hominum qui non exiſtebant & à Deo produci poterant ſimul, vel ſucceſſiuè. Per productionem & exiſtentiam aliquorum hominum minuitur ille numerus, manet tamen adhuc infinitus & immenſus.

Deleretur ſi nunc Deus excitaret homines innumerabiles & quotquot poteſt.

Monitum.

Non-entis per ſe nullæ differentiæ, nullæ varietates. Sunt tamen quatenus refertur ad ens per quod concipitur, diſtinguitur cæcitas à ſurditate, inanitas vna maior, altera minor.

Monitum alterum.

Quæuis creatura redolet opificis ſui & creatoris infinitatem: de qua re in vlt. tractatu.

ARTICVLVS III.

De infinito poteſtate, infinito ſyncategorematicè.

Quotuplex actus?

Eſt vnus qui totus habetur ſimul: vt anima hominis, calor.

Alter qui non habetur totus ſimul: vt τὸ ambulare, currere.

Quot modis res cogitatur infinitari?

Quod infinitatur, id producitur ad infinitatem. p. ad partes innumerabiles.

Producitur autem vel finito tempore, vel infinito.

Quid infinitum poteſtate?

Infinitum poteſtate poſſis appellare infinibile, infinitabile. Eſt enim id quod poteſt infinitari.

Quotuplex infinitare?

Categorematicè infinitare eſt rem ita in infinitum extendere aut contrahere, vt tandem habeatur integer & immenſus actus, aut abſoluatur infinitatio: Vt ſi linea donetur hodie pedibus innumerabilibus.

Syncategorematicè infinitare eſt ita vt infinitatio duret in ſempiternas æternitates, numquam abſoluatur.

Quotuplex poteſtate infinitum?

Poteſtate infinitum impropriè quod finitum quidem eſt, ſed poteſt infinitari, categorematicè, & euadere actu categorematicè & propriè infinitum.

Poteſtate infinitum propriè & ſenſu Ariſtotelico quod poteſt infinitari ſyncategorematicè tantum, quod poteſt creſcere vel decreſcere in infinitum, ita vt nequeat abſolui incrementum, vel decrementum, & ita vt nequeat eſſe neque infinitè magnum.

Digitized by Google

Quid infinitum ſyncategorematicè in ſcholis?

Quod habet partes innumerabiles communicantes (vt bipedalis linea dimidiam tertiam & ſic deinceps) ideoque decreſcere poteſt in infinitum per infinitum tempus: aut quod perenniter augeri poteſt ita vt incrementum numquam abſoluatur, vt numerus.

Omnia quod propriè infinitum poteſtate.

Quid maximè includit infinitum poteſtate apud Ariſtotelem?

Primò quantitatẽ verè & actu terminatam ac finitatam.p.bipedalem lineam.

Secundò aptitudinem ad vlteriorem extenſionem aut limitationem quam capere poteſt, priuationem eiuſdem extenſionis aut limitationis, quæ obtineri poſſit.

Tertio ineptitudinem ad ſuſcipiendum terminum plane vltimum.

Exiſtentia.

Infinitum ad hunc ſenſum admittẽdum eſſe docet Ariſtoteles propter *tempus*, propter *numerum* propter *magnitudinem*.

Quotuplex infinitum poteſtate propriè dictum?

Ariſtoteli creſcit in infinitum vt numerus, decreſcit in infinitum, vt magnitudo: creſcit & decreſcit in infinitum, vt tempus, motus, & conſimilia.

Infinitum eſt quid ſucceſſiuum, vel non.

Incrementum pertinet ad intenſionem, vel extenſionem.

De infinito ſecundam extenſionem?

Infinitum hoc dicitur infinitũ ſecundũ *incrementum*, appoſitionẽ, additionem.

Quantitas indoterminata eſt: vt magnum, paruum, longum, breue: determinata, vt linea bipedalis.

Magnitudo an quæuis augeri poſſit ſyncategorematicè in infinitum quæritur.

Cõparatè quæuis poteſt quia data quauis magnitudine poteſt aſſignari minor.

Abſolute verè quæuis magnitudo augeri poteſt.n. à Deo. Ariſtoteli nulla augeri poteſt in infinitum magnitudo quia ipſi non eſt poſſibilis magnitudo quę ſit mundo maior. Aliqua magnitudo non augetur vllo modo.n. magnitudo mundi.

Dum augetur numerus in infinitum mutat ſpeciem, & ſemper manet numerus. Quod non manet non dicitur augeri apud Ariſtotelem: Ideo nullus ſingulorum numerorum.p. binarius dicitur augeri in infinitum.

Geometricum poſtulatum.

Datam quamuis magnitudinem liceat extendere in infinitum.

Ad quem inquis, ſenſum comparatenè an abſolutè?

R. abſolute potius quam comparatè.

De infinito ſecundum intenſionem.

Secundum intenſionem & virtutem infinibile ſeu infinitum poteſtate fingitur bifariam.

Primò & ſyncategormaticè quod non habet in eodem puncto vel ſpatio tot perfectiones & gradus quin plures ſubinde perẽniter acquirere ſimulq; retinere poſſit: vt ſi quis in omnem æternitatem euadat melior, doctior.

I. & impropriè quod intendi poteſt in infinitum, ita vt intenſio abſoluatur momento, vel finito tempore, habeaturque tandem infinitus actus, innumerabiles perfectiones.

Citra controuerſiam natura nihil intendere poteſt in infinitum ad hunc vel illum modum. Homo quidem doctior in dies fieri poteſt per naturam, ſed per eam nequit eſſe immortalis.

Poſſent-ne Angeli, & animæ noſtrę citra miraculum proficere in infinitum quæritur.

Ad abſolutam Dei virtutem quod attinet quæſtiones plures.

Quęritur primo vtrum Deus creaturam generatim ſumptam poſſit in infinitum intendere ſyncategorematice & priori genere intenſionis.

Videtur poſſe tum homogenee, quia dato calore quouis Deus validiorem procreare poteſt, cum non occurrat contradictio. Tum heterogeneè quia data quauis creatura videtur perfectiorem Deus poſſe creare. Tum quia datam quamuis creaturam nouis perfectionibus inſtruere poteſt, cum non occurrat periculum contradictionis.

2tamen quæritur vtrum vna eademque numero res poſſit ſyncategorematicè intendi in infinitum.

Spectatur autem perfectio *eſſentialis*, vel *accidentaria*.

Si *eſſentialis* aut entitatiua *heterogenee* nihil intenditur. Quia eſſentia rei eſt veluti numerus, vel vt punctus. Homogenee aliquid intenditur, vt calor; Ideoque videtur adeo poſſe intendi in infinitum, aliquid, non eſt naturaliter capax intenſionis: vt humanitas, natura equi. De quo quæri poſſit, vtrum per virtutem diuinam intendi poſſit in infinitum.

Sed prius quęrendum vtrum à Deo intendi poſſit, ita vt ponatur humanitas intra humanitatem, vt calor intra calorem. Credibile eſt poſſe tum intendi, tum intendi in infinitum.

Accidentariam ad perfectionem quod attinet quęruntur multa.

Puta

Quęritur vtrum perfectio vna aliqua accidentaria, quæ ſit particeps intenſionis, vt calor ignis poſſit à Deo intendi ſuo in ſubiecto in infinitum: forteque poteſt ſaltem ſi ſubiectum confirmetur nouo concurſu primę cauſę. Subiectum finitæ virtutis non videtur poſſe ſuſtentare neque quamuis neque quamtamuis affectionem.

Quęritur { vtrum data quauis ſpecie Deus perfectiorem creare poſſit. / vtrum perfectiorem quę ſit eiuſdem generis. / vtrum data quauis facultate quæ ſit finita creare potentius obiectum. } Credibile eſt poſſe quia non occurrit periculum contradictionis.

Quęritur vtrum ſubſtantia quæuis nouas diuerſique generis aut ſpeciei perfectiones accidentarias in infinitum capere, ſimulque retinere poſſit: atque hoc non videtur poſſe fieri, niſi ſubiectum confirmetur: quia pręfinita eſt creatę ſubſtantię virtus.

Poſſit-ne Deus excitare, & excitauerit aliquid quod poſſit intendi infinite finito tempore intelligendum eſt ex ſermone de infinito ſecundum energiam. *Monitũ.*

De infinito ſecundum detractionem & paruitatem.

Infinite paruum videtur definiri poſſe id cuius pars nulla, & quo impoſſibile

Digitized by Google

eſt dari quid minus: vt punctus, vnitas, Angelus, momentum temporis.
Sic definiendum. n. vt magnitudo actu infinita ea cuius partes ęquales innumerabiles.
Datur aliquid infinite paruum & ita paruum, vt nequeat decreſcere.
Vtrum aliquid corporis poſſit in punctum contrahi, ita vt exiſtat ſeorſim, & extra continuum controuerſia eſt.
Infinibile ſeu potentia infinitum ſecundum detractionem & paruitatem fingitur duplicis generis,

n. { propriè & ſyncategorematicè, quod poteſt ſęper diuidi aut minui, ita vt decrementum nunquam abſolui poſſit, ſed perenniter duret.
impropriè quod poteſt reddi finito tempore infinite paruum.

Minuitur abſolutè, vel comparate, vt declaratum.
Diuiduntur aliter permanentia, aliter ſucceſſiua.
Item aliter continua, aliter diſcreta.

ARTICVLVS IIII.

De infinito categorematicè.

Quid infinitari?

Quid ſit infinitari declaratum eſt ſupra.
Aliud ędificari, ædificare, aliud ędificatum eſſe, ędificaſſe.
Qui viuit adhuc, nondum propriiſſimè dicitur vixiſſe, vixiſſe cùm dicis mortuum ſignificas.
Qui ædificat nondum propriiſſimè dicitur ędificaſſe, &c.

Quid infinitum actu?

Late quod infinitatur, vel iam eſt infinitatum aut infinitum.
Impropriè quod infinitatur. p. quod creſcit, vel decreſcit in infinitum.
Propriè quod iam infinitatum, aut ſaltem eſt infinitum.

Quot modis dicitur?

Dicitur ſecundum *paruitatem*, quod infinite paruum, vt punctus. Et ſecundum *quantitatem* late ſumptam, vt intenſionem etiam & virtutem complectatur, ſeu quam vocant quantitatem *virtutis*.

Quid infinitum actu ſecundum quantitatem?

Abuſiuè quod habet actu partes innumerabiles communicantes, terminoſue indiuiduos innumerabiles, vt linea bipedalis, hæc habet innumerabiles punctos, habet dimidias, tertias, quartas, & ſic deinceps in infinitum.
Propriè & citra abuſionem quod habet gradus diuerſos innumerabiles ſimul. Siue ſint intra ſe per penetrationem; ſiue extra ſe per extenſionem. & hoc appellatur categorematicè infinitum.

Cur

Cur illud abuſiuè infinitum actu ?

Quia quę habere dicitur innumerabilia. p. innumerabiles punctos, innumerabilia momenta, innumerabiles partes communicantes habet ratione *entitatis*, non ratione *innumerabilitatis* & immenſi numeri.

Puncti innumerabiles ſunt in linea ſecundum entitatem ſuam, non ſunt ſecundum innumerabilitatem: quia ſunt illic per modum vnius rei, continuantur.

Quomodo vocatur quod infinitum categorematicè ?

Vocatur infinitum energia, infinitum ſecundum entelechiam, &c.

Quotuplex cogitatur infinitum actu & categorematicè ?

Duplex {
- vnum quod ita infinitum eſt, vt nunquam fuerit infinitatum, nunquam infinibile, cuiuſmodi eſt Deus.
- alterū quod primò infinibile eſt, deinde infinitatū, & tandem eſt infinitum: cuiuſmodi foret hæc tabula, ſi donaretur pedibus innumerabilibus.

Item {
- vel eſt omnino abſolutè, & quouis perfectionis genere, & modo infinitum, infiniteque infinitum: vt ſolus Deus.
- vel ſecundum quid tantum, & finitè infinitum, nec omnino, ſed in certo genere, aut certis generibus: vt ſi daretur linea infinita, quæ conſtet pedibus innumerabilibus.

Eſt infinitum eſſentialiter, vel accidentariò tantum.

Infinitum omnino.

Infinitum quod energia & omnino infinitum & infinite id eſſentialiter infinitum, quod in ſe perfectiones diuerſas, & definitione diſcrepantes innumerabiles complectitur, non modo habet innumerabiles perfectiones, verumetiam definitionum innumerabilium.

Infinitum actu ſecundum quid.

Si daretur infinitus calor, foret eiuſdem naturæ & definitionis cum ſubiecto, item ſi infinita linea, &c.

Nonne differunt definitione, infinitus calor, & finitus?

Si ſpectentur duo iſti modi. n. finitas, infinitas, definitione differunt. Si materia, quę duobus iſtis ſubijciatur modis, videtur eadem futura definitio: definitiones eſſentiam conſectantur non entitatem.

Exiſtentia.

Datur infinitè infinitum, infinitum omnino, n. Deus de qua re poſtea. Quæritur vtrum detur, aut ſaltem dari poſſit aliquid quod ſit infinitum actu, ſed ſecundum quid tantum, vt calor immenſus, linea conſtans pedibus innumerabilibus.

Poteſtne natura procreare aliquid infinitum actu ſecundum quid?

Non poteſt cum finitę ſit virtutis, vt nulla magnitudo reſoluitur in puncta: ita nihil infinitè magnum à natura produci poteſt.

Natura nunquam calorem prouehit ſupra octauum gradum.

Obiectiones.

1. Ex mente Ariſtotelis mundus ab æterno extitit: Ergo immenſus anteceſſit dierum numerus, quare datur infinitum actu.

D. permanenti N. ſucceſſiuo C. Sed hic impropriè eſt infinitus & impropriè actu, cùm ſemper ſit in τῷ fieri.

2. Ariſtoteli immenſus animarum eſt numerus, niſi animarum eſt carnifex, vel admittit metempſycoſin. R. reſponſum alibi, n. ad libros de anima.

3. Puncti innumerabiles ſunt actu & de facto in quaque linea.

D. ratione entitatis C. ratione immenſæ multitudinis vnitatum N.

Poteſt-ne ſaltem diuina virtus abſoluta?

Proferuntur in vtramque partem coniecturę, haud quaquam leues.

Deus poteſt infinitare ſyncategorematice, de qua re ſupra.

Quęritur an poſſit infinitare categorematicè, vtrum e. g. poſſit procreare lumen in quo ſint gradus innumerabiles per intenſionem, vel extenſionem.

Coniectura pro negatione.

1. Potentia Dei exhauriri nequit: ergo nec poſſibilitas obiectiua.

2. Infinita creatura fruſtra: ergo produci à Deo nec debet, nec poteſt.

3. Infinitum corpus, nec finitis partibus conſtare poteſt, nec infinitis.

4. Si datur infinita linea, auferatur cubitus vnus, tum quod reliquum erit, finitum erit, vel infinitum: non finitum, quia finitum ſi finito adijciatur, non excitat niſi finitum: non infinitum, quia pars non æquatur toti, infinitum videtur ęquari infinito.

5. Quicquid finito eſt proportionatum propriè & determinate, id finitum eſt. Atqui bipedali lineæ quæuis alia proportionata eſt, per geometriæ leges: Ergo, &c.

6. Omne corpus clauditur ſuperficie, moueri poteſt, & diuidi in duas ęquales portiones.

7. Omnis numerus par vel impar, primus aut non. Omnis numerus in ſeipſum ductus producit numerum quadratum qui ſit maior.

8. Si darentur homines innumerabiles, plures forent oculi, quam homines, digiti quam oculi, &c.

9. Si daretur vis infinite valida, minimeque libera, vt infinita grauitas, non mouebit inſi in inſtanti, ſed hoc fortè non eſt abſurdum.

10. Si Deus crearet infinitam magnitudinem, ſimul creare poſſet infinitum calorem, infinitum frigus, & ſic deinceps, idque intenſiuè & extenſiuè.

11. Quare faceret aliquid abſolutè infinitum actu [ſed inualidum hoc argumentum, quia Deus abſolutam independentiam tribuere non poteſt.]

12. Si Deus poſſet facere infinitum, poſſet facere infinita infinities.

Si Deus cogitetur facere quicquid poteſt, & quibuſcumque poteſt modis, nō tantum faciet homines innumerabiles: verumetiam quemque faciet innumerabilibus modis. Quia quęuis creatura innumerabilibus modis eſt poſſibilis, poteſt fieri in locis innumerabilibus, itemque in temporibus, &c.

Digitized by Google

Quædam coniecturæ pro affirmatione.

Qualis cauſa, talis effectus eſt procreabilis: Deus eſt cauſa infinita: Ergo, &c. 1.

D.P. ſynonymè vel analogice C. ſynonyme N.

Quando res agit quantum poteſt, facit & producit quidquid poteſt: Deus autem poteſt immenſa, innumerabilia; porro nihil impedit quo minus hodie agat tantum quantum poteſt: Ergo, &c. 2.

D.S. infinita ſyncategorematice C. infinita categorematice N.

Quod poteſtate eſt, in actum redigi poteſt.

D. eo modo quo eſt poteſtate C. alio modo N. 3.

Cauſæ ex effectis ponderantur, exiſtimantur: porro finita cauſa poteſt finitum effectũ procreare, qui ſit finitus actu, licet infinitus categorematice. 4.

Quare niſi Deus poteſt procreare effectum qui ſit infinitus categorematice, nihil videtur futurum diſcriminis inter Deum & finitam cauſam.

N. primò quia Deus omnia efficere poteſt.

2. quia cauſa finita non agit ſine Deo, Deus propria & independenti virtute cauſat.

Deus ſi naturæ neceſſitate ageret ad extra eo modo quo ignis, & citra libertatem, ageret tanta contentione quanta poteſt. 5.

Sed nihil obſtat quo minus dum libere agit tantâ contentione agat, quanta acturus erat ſi neceſſariò ageret.

Ideo poteſt agere tantâ contentione quanta poteſt.

Reſp. & moneo primò ſi daretur infinitus ignis non ideo procreaturum eſſe alterum ignem infinitum niſi materia daretur infinita.

Sed immenſam poſſibilitatem obiectiuam Deo eſſe pro materia, qui non eſt potens niſi poſſibilium.

2. Deũ ſi neceſſario ageret ad extra non futurum Deum, & infinitum, vt ſint ſimiles iſtæ duæ propoſitiones.

Homo eſt irrationalis, Deus neceſſariò creat.

3. non pati conditionem creaturæ vt ſit actu infinita, Dei vt ſit quid aliud ab ipſo infinitum actu, vt ipſe infiniti ſit cauſatiuus.

4. Deum non poſſe rem infinitare niſi eo modo quo eſt infinirabilis: ſi nequit infinitari niſi ſucceſſiuè, Deus non poteſt ipſam infinitare aliter.

Deus cognoſcit homines innumerabiles, diſtincteque ſingulos non minus quã me & te [imo quemque cognoſcit cum innumeralibus conditionibus, nouit quid ſim facturus ſi ſim Romæ, &c.] 6.

Tanquam res quæ poſſint ſimul eſſe .N. ſecus C.

Quæcumque à ſeipſo alia Deus diſtinctè nouit. p. nũc diſtinctè procreare. N. P. 7.

Cognoſcitur à Deo præſtantiſſima creatura poſſibilis.

Reſp. non cognoſci quia non eſt poſſibilis, foret enim creatura & non creatura.

Deus ea facere poteſt quorum ideam & imaginem habet: Ergo fieri poteſt numerus innumerabilis. D. A. eo modo quo ideam habet C. ſecus N. 8.

reſpondeat actiua potentia. 16.
Atqui tantum ex parte rerum creabilium datur poſſibilitatis,quantum in Deo virtutis ad creādum.(Non enim poteſt niſi poſſibilia.)Ideo vtraque infinita. Quare effectus poteſt eſſe infinitus actu
Reſpondent potentiam Dei eſſe infinitam ratione durationis, ideo & poſſibilitatem creaturarum.
Ideoque vt Deus facere non poteſt vt facultas creandi quæ in ipſo eſt duret tātum per hunc diem:ita facere non poteſt vt poſſibilitas creaturarum exhauriatur.
Sed reſponſio hæc videtur improbanda quia non perimitur potentia Dei per quam creauit mundum,creato mundo.
Actus propriè non tollit potentiam ſed priuationem tantum : Genito filio diuino non perimitur vis generandi ipſum.
Reſp.poſſibilitatem non eſſe niſi ſyncategorematicè infinitam,aut ita eſſe infinitam vt ad completum actum nequeat reduci ſyncategorematicè.
Poſſibilitas infinita,nequit expleti & exhauriri niſi in infinito actu:Atqui poſſibilitas creaturarum obiectiua eſt & tamen exhauriri poteſt:Ergo. 17.
R. non exhauriri niſi actu ſucceſſiuè infinito & infinitatione quæ peragatur infinito tempore.
Quod minuitur,id videtur tandem poſſe exhauriri ſi detrahantur æquales portiones. 18.
Atqui poſſibilitas rerum creabilium.p.hominum minuitur:Ergo &c.
Diſt.ſi finitum ſit C,ſi infinitum D.ſi detrahātur partes finitę N.ſi infinitę C.
Vno contrariorum poſito in natura,& alterum ponitur.
Reſp finitum & infinitum opponi priuatiuè non contrariè.
Finitum actu & infinitum actu ſunt differentiæ quantitatis.N.P.quia propriū eſt Dei eſſe infinitum actu. 19. 20.
Vbicunque eſt Deus illic creare poteſt non ſecus atque hîc.
Sed probabile eſt Deum eſſe in ſpatiis extra Cœlum immenſis & infinitis: Ergo &c.
Omnino Deus creare poteſt vbi eſt,& vbi eſſe poteſt.
D.P.vt fert rerum poſſibilitas C.ſecus N.Conſule concluſionem.

Quid videtur ſentiendum?

Concluſio.

Creatura dicitur infinita:vt lumen *fictitium*,homo *irrationalis*, homo mortuus &c.vel vt aurum *fuluum*,animal *rationale*. *Prima*
Senſu priori eſt quid impoſſibile,quia includitur contradictio.
Poſteriori quid poſſibile,quia non admittitur contradictio.
Prior eſt ſi vt homo rationem in ſua inuoluit notione:ita creatura finitatem.
Poſterior ſi vt animal eſt indifferens ad rationale, & irrationale:ita creatura in communi & ſimplici conceptione ſua non inuoluit neque finitatem, neque infinitatem.
Coniunctio infinitatis (actualis) cum creatura eſt poſſibilis , vel impoſſibilis. 2.

Si eſt impoſsibilis *finitas* & limitatio includitur in communi creaturæ definitione nam alioquin nulla naſceretur contradictio.

Si poſſibilis eſt vt gradus 2' luminis adiectus primo nō euertit illius entitatē ſed auget: ita infinitas adiecta lumini, aut innumerabilis gradus adiunctus non euertit lumen.

3 porro ſi ſecundus neutiquam euertit primum, nec ſecundum tertius & ſic deinceps, ſane innumerabiles non videntur euerſuri.

4 Non temere quidquam iudicandum impoſſibile Deo maxime in tam incerta & ancipiti controuerſia.

Potiſſimum quia ferè innumerabilia ſunt quę iudicaremus impoſſibilia niſi experimentis conuinceremur. Non ſumus aſſueti rebus infinitis.

5 Non eſt quod quis conturbetur argumentorum & obiectionum difficultate.

Primò quoniam quæ certiſſima & clariſſima ſunt ſi ſpectetur ſenſus, & commune mortalium iudicium, ea plerumque, vt deambulatio difficillimas habent dubitationes ſi ſpectetur ratio.

Contra plærumque certiſſimas habent demonſtrationes, quæ prima fronte videbātur incredibilia: vt incommenſurabilitas diametri ſiue lineæ diagonalis.

2. quia coniecturę quæ pro affirmatione poſitę videntur eludi potius quam ſolui.

Omnino controuerſia hæc videtur de genere earum in quibus facile eſt obiicere & argumentari in vtramque partem, & difficile reſpondere & ſoluere obiectiones.

6 Quanquam ergo ſententia negans plurimos habet aſſertores: nonnulli tamē non improbant affirmationem.

Maximè cum huius coniecturæ vix facilius eludantur quam probationes aduerſarię.

7 Hæ vanæ iudicandæ quoties videntur oppugnare aliquid certum & indubitabile non minus quam productionem creaturæ infinitæ.p.ſi adhiberi poſſunt conſimiliter ad euertendum infinitatem poſſibilitatis obiectiuæ, omniſcientiam Dei, notitiam diuinam hominum innumerabilium.p. in hunc modum.

Si Deus noſſet homines innumerabiles, noſſet plures oculos quam homines, plures digitos quam oculos, piloſque quam digitos.

Certum eſt Deum noſſe homines innumerabiles ſiue ſit eos facturus ſiue nō, tamen quibus argumentis impetitur ſimultanea procreatio innumerabiliū, iiſdem videtur impeti ſimultanea notitia innumerabilium.

8 In opinionem affirmantem ſi quis deſcendat ſic videtur illi eſſe ſentiendum.

Nempe

Primo infinitum quod ſit infinitum actu abſolute & eſſentialiter non poſſe à Deo procreari propter apertam contradictionem.

2. infinitam actu creaturam vnam eandemque numero poſſe à Deo procreari infinities & infinities redigi in nihilum.

Succeſſiuam non poſſe eſſe infinitum quandiu ſucceſſiuum.

Digitized by Google

Quarto eiuſdem eſſe virtutis diuinæ conſeruare, cuius creare.

Non minus creaturam pendere à Deo dum conſeruatur quam dum creatur.

Quinto infinitum non propriè augeri adiectione finitæ partis, & minui finitæ detractione: aut ſaltem non minui & augeri finitorum more.

Et tamen admittere acceſſionem, ſi mundus ab æterno extitiſſet infinitus animarum numerus amplificaretur. Poſſe & detractionem, vnitas à quouis poteſt amoueri & à quauis magnitudine minor magnitudo.

Sexto æquale & inæquale plura & pauciora ſimileſq; differentias. p. par & impar non propriè habere locū niſi in infinita quantitate cui vni ſumus aſſuefacti.

Itaq; non forent propriè aut ſaltē ad vulgarē ſenſum plures digiti quā oculi ſi darentur homines innumerabiles &c. niſi infinita compararentur cum finitis.

Certè tum infinitum comparatum cum finito dicitur maius non poteſt determinari ratio maioritatis.

Ita non poteſt tum infinitum cum maiori infinito.

Niſi forte inter infinita inſtituamus comparationē vt inſtitui ſolet inter finita. p. ſi humanorum oculorum infinitus numerus dicatur duplo maior quam hominum innumerabilium.

Et iudicandum eſt corpus infinitum carere ſuperficie.

Octauo non videri abſurdum ſi infinita virtus effectu infinito dicatur exhauriri, ſi hoc exhauriri propriè.

Diuinus pater alterum filium generare nequit, & tamē virtus eius, fœcunditaſque infinita.

Si De⁹ procrearet ſimul quidquid poteſt procreare luminis facultas procreans conuerteretur in conſeruantem.

Nono duplex infiniti genus videri conſtituendum, vt conſtituimus in diuiſione 15.

Decimo dandam operam eſſe vt iuxta Logicum præceptum aduerſario imponas neceſſitatem vtendi tuis ſolutionibus: ita futurum eſt vt videantur credibiliores ei à quo non comprehenduntur.

Cum ergo agitur de creatione creaturæ infinitæ, muta & conuerte creationem in aliud. p. in ſcientiam, & poteſtatem in hunc modum. Si Deus noſſet homines innumerabiles, noſſet plures oculos quam homines &c.

Vel conuerte infinitatē creaturæ in infinitatem Dei, in infinitatē poſſibilitatis obiectiuæ, in punctorum innumerabilitatem. p. in hunc modum.

Si ſunt creabiles ſucceſſiue homines innumerabiles plures ſunt creabiles oculi quam homines: Ergo datur infinito infinitus.

Nemo negat Deum per infinitum tēpus creare poſſe homines innumerabiles.

Nemo Deum noſſe quidquid facere poteſt ſiue ſimul faciat, ſiue ſucceſſiuè.

Controuerſia eſt vtrum poſſit ſimul procreare homines innumerabiles.

Oſtendendum iiſdem irretiri argumentis eos qui non fatentur Deum poſſe creare homines innumerabiles niſi ſucceſſiuè, quibus videntur irretiri qui profitentur poſſe creare ſimul.

Vndecimo antequam accedat ad diſſerendum habeat perſpectam conditionem argumentis & quæſtionis.

Significet in obſcuro argumento non eſſe exigendas claras ſolutiones.

Significet oppoſitā ſententiā non minoribus eſſe præpeditam difficultatibus.

Monita.

De *intenſione & remiſſione* in phyſico compendio maiori.
De continuo & diſcreto in Logicis phyſicis & in rudimentis.
De momentaneo, ſucceſſiuo & permanenti paſſim.
Sphæra actiuitatis rei ſpiritali conuenire poteſt, ſed explicatur in phyſicis, quia confugiendum eſt ad exempla phyſica &c.

TRACTATVS IIII.

DE SVBSTANTIA, ACCIDENTE, Angelis & Deo.

CAPVT I.

De ſubſtantia.

ARTICVLVS PRIOR.

De ipſa & affectionibus eius.

Quotuplex ens?

DEus eſt ſubſtantia quæ per ſe ſubſiſtit, ſolitaria ſine eſſentiæ multiplicitate. Reliqua Deus producit per congeriem vbi aliquid ſubſtat aliquid inhæret: de qua re in rudimentis.

Celeberrima diuiſio entis in ſubſtantiam & accidens. Licet alterum membrum n. acciden simplicetur analogia.

Quæ diſtinctio inter ſubſtantiam & accidens?

Natura numquam diuellit accidens à ſubſtantia, ita vt vtrumque ſeorſim ponat. Ideo diſtinctio realis indicatu difficillima, potiſſimum quãdo ſubſtantia & accidens reciprocantur; vt animus & mens.

Citra controuerſiam ſubſtantia & accidens diſtinguntur ratione.

Nomen, notio ſubſtantiæ.

Id quod per ſe cohæret vocatur ſubſtantia, vſia, dicitur etiam natura, ſubiectum, quid, quid eſt, hoc aliquid, eſſe quod res eſt & nonnumquã hypoſtaſis. De quibus alibi.

Subſtantia præter quam quod ſingulare deprehenditur. Primò diuitias, ſecundo eſſentiam quamuis, tertio quidquid per ſe cohæret, ſiue ſit creatum, ſiue increatum.

In prima Categoriâ tribus maximè vſurpatur modis, vt docuimus in Logicis. Sed quatuor modis conſiderari poteſt.

ſubſtantia

Subſtantia vero hîc generatim definitur, id quod non eſt in ſubiecto. Conſul. ſerm. Logicum vſiæ Mathematicę, ſunt ideæ Mathematicorum. De quibus alibi.

n. {
1. quatenus abſtrahitur à ſupremis ſpeciebus, p. corpore & ſpiritu, tumq; eſt genus, neque differentia, neque partes vllæ, vt caput, hoc ſenſu ſubſtantię ſunt.
2. quatenus affirmatur de toto & partibus: vt cum ſubſtantia dicitur non componi ex non ſubſtantia, ſed ex ſubſtantia, tumque vocabulum analogicum eſt.
3. cùm abſtrahitur à primis & ſecundis ſubſtantijs, ſeu indiuiduis, ſpeciebus & generibus, tumque eſt quid analogicum.
4. cùm ſumitur pro ſolis primis ſubſtantijs, quo ſenſu videtur Ariſtoteles 7. Phyſic. cap. 13. negare genera & ſpecies eſſe ſubſtantias, quamquam De Platonicis videtur loqui.
}

Exiſtentia.

Si quiduis inhæreret alteri, daretur circulus, vel regrederemur in infinitum. Itaque ſubſtantię exiſtentiam nemo abſolutè inficiatur.

Sed de quibuſdam rebus dubitatur, ſint ne ſubſtantia an accidens. p. de lumine, de anima equi.

Doctrina & cognitio.

De ſubſtantia Ariſtoteles in categorijs 5. 7. 8. 12. Metaphyſicæ & paſſim.

Subſtantia per ſe non ſentitur, ideo per aliud comprehendenda eſt.

Quidditas eius non innoteſcit niſi accidentium beneficio.

Rudis cognitio eius poſterior rudi cognitione accidentis.

Ducit tamen cognita ſubſtantia ad accuratiorem notitiam accidentis.

Subſtantia intelligitur per negationem inhæſionis.

Definitiones eius repetantur ex Logicis.

Qualis ſubſtantia, & quotuplex?

Attributa ſubſtantiæ repetantur ex Logicis.

Eſt corporea, vel incorporea: finita, vel infinita: creata, vel increata: prima, vel ſecunda: ſimplex, vel compoſita: completa, vel incompleta: ſenſibilis, vel inſenſibilis: Metaphyſica, vel Phyſica: categorica, vel non categorica: de quibus differentijs paſſim.

Corporea ſubſtantia & naturalis idem.

Siquid conſtat ex vna parte ſpiritali, & altera corporea vocatur potius corporeum, quam ſpiritale quid. Etenim denominationes fiunt potius à parte deteriori & apertiori.

Subſtantia [corporea] triplex, *totum, materia & forma*, 2. de animo, & 7. Metaphyſicæ.

Creatam ad ſubſtantiam quæ pertinent repetenda ex Logicis, & ex ſermone de creatione.

De ſpiritali & incorporea loquemur infra.

Subſtantia ſecunda eadem quę vniuerſalis, prima quę ſingularis.

De toto & partibus alibi loquimur.

Quid reponatur in categoria ſubſtantię, & quô quidque iure exprimitur in Logicis.

Quæ ſubſtantiarum ſint abſtractionis Metaphyſicæ conſtat ex præfatione.

Subſtãtia { *completa*, quę intelligitur per modum totius, vel integræ & perfectę ſubſtantię. *incompleta*, quę intelligitur per modum partis. }

Incompleta Logicè, vt animalitas, rationalitas.

Realiter { 1. ſubſtantia in fieri, vt ignoſcere. 2. pars phyſica, modus ſubſtantialis, terminus ſubſtantialis. 3. tota natura ſecluſa hypoſtaſi. }

De toto per ſe. Totum per ſe, vel per accidens.

Totum per ſe { aliquando cùm quæ ſunt eiuſdem ſpeciei continuantur per extenſionem, aut intenſionem: vt partes aquę, gradus, caloris. aliquando cùm res vna vnius ſpeciei funditur per alteram ſpeciei alterius. p. animus per corpus: ſed ita vt vtraque pertineat eandem ad categoriam, vtraque ſit imperfecta: vna habeat rationem poteſtatis, altera rationem energię. }

Fortè aliquando ita vt actus imperfectus cum altero eiuſdem categoriæ imperfecto & ſpecie differenti referatur ad perfectioris energiæ & ſubſtantiæ compoſitionem: vt forma oſſis, forma carnis, forma nerui, &c.

De ſubſtantia in Logicis, de corpore in Phyſicis.

ARTICVLVS POSTERIOR.

De ſuppoſito, ſubſiſtentia, & perſona.

Nomenclatura.

Natura hic eſt eſſentia ſubſtantię, potiſſimumque integra, vt humanitas.

Suppoſitum eſt natura cum ſubſiſtentia, vt Petrus. accidens, *appoſitum*, non ſuppoſitum eſt.

Perſona concretè ſuppoſitum rationale: vt Chriſtus, Michael, Petrus. Abſtractè perſonalitas, ſiue ſubſiſtentia rationalis.

Hypoſtaſis aliquando eſſentia, ſubſtantia, fulcrum.

Nunc { abſtractè ſubſiſtentia. concretè res ſubſiſtens, vt bucephalus. }

Subſiſtere apud philoſophos & Theologos idem atque per ſe eſſe & exiſtere, per ſe cohærere.

Vulgo { 1. vere eſſe, non ſpecie tenus. 2. durabiliter eſſe durare, non ſtatim euaneſcere. 3. ſubeſſe, quo ſenſu fundamentum ſubſiſtit. }

Per ſe eſt ſiue ſecundum ſe primo & generaliſſime, quicquid non eſt in ſubiecto inhæſionis, ſiue ſit totum, ſiue pars.

2. & generatim quod non eſt in aliquo tanquam forma, nec tanquam pars.

3. & propriè quod non eſt in aliquo, nec per modum partis, nec per modum formæ, nec per modum quaſi formæ. Quo ſenſu genera & ſpecies non ſunt per ſe.

Vt autem ratio ſumitur tripliciter ex Logicis.

Ita ſubſiſtere primo ſumitur pro ipſo ſubſiſtendi actu.

2. pro aptitudine ad ſubſiſtendum.

3. pro eſſentia, quatenus eſt principium vtriuſque.

Tumque differentia, aut modus per quem eſſentialiter ſubſtantia diſtinguitur ab accidente. de qua re in Logicis.

Subſtantia ſecunda, vt homo non eſt propriè ſuppoſitum, & hoc aliquid.

Prima { abſtractè vt Lentulitas, non videtur propriè ſuppoſitum
concretè vt Lentulus, eſt propriè ſuppoſitum.

Quid ſignificet hoc aliquid quæſitum eſt in Logicis. de ſubſiſtendo infra.

Quid natura, quid ſingularitas?

Natura hîc ſubſtantia, ſiue ſingularis, ſiue vniuerſalis.

Quid foret ſingularitas & indiuiduatio declaratum ſupra.

Singularitas reddit rem incommunicabilem ſpecierum more. i. impedit quo minus communicetur ſpecierum more.

Non tamen efficit quò minus pluribus hypoſtaſibus citra diuiſionem ſui cõmunicari poſſit.

Primò quia eſſentia diuina eſt ſingularis. ſubſiſtit tamen in perſonis tribus.

2. quia eadem numero natura creata tribus à perſonis diuinis aſſumi poteſt.

3. quia idem numero accidens per diuinam virtutem ſubſtantiis tribus hærere poteſt.

Quid exiſtentia?

Eſt modus qui cùm acceſſit ad eſſentiam rem ponitur extra ſuas cauſas, &c.

Conſulendi ſermones ſuperiores.

Exiſtentia annectitur modus quo euadat ſubſiſtentia, aut inhæſio.

Quid prima ſubſtantia?

Eſt natura cum ſingularitate & indiuiduatione.

Quid ſuppoſitum?

Eſt natura ſubſtantialis potiſſimum prima cum ſubſiſtentia.

Quid ſubſiſtere Theologis?

Eſt primo non inhærere dependenter: tumque & natura diuina, & perſonarum quæque ſubſiſtentia eſt.

2. non eſſe in aliquo per modum partis, aut formæ: tumque item quadruplex ſubſiſtentia in diuinis.

3. neque actu neque potentia eſſe in aliquo per modum partis aut formæ, aut quaſi formæ: tumque tres tantum in diuinis ſubſiſtentię.

Non eſt certandum de definitionibus, ſed de earum applicatione.

Quæ celebriores ſententiæ de ſubſiſtentia, & ſubſiſtenti?

Sententia prima.

Subſiſtentia, eſt mera negatio dependentię à ſubiecto & ſuppoſito, ſi quibuſdam credi[tur].

Refelluntur quia ſubſiſtere perfectio eſt, perſonæ diuinę non conſtant negationibus.

Secunda ſententia.

Quidam pro ſubſiſtentia habent ſingularitatem, aut conditiones indiuiduātes.
Refelluntur quoniā ſingularitas etiam accidentium eſt, & humanitatis Chriſti.

Tertia ſententia.

Quibuſdam ſuppoſitum eſt natura cum aptitudine ad exiſtentiam.
Refelluntur quia ſubſiſtentia videtur poſterior exiſtentia.

Quarta ſententia.

Qui exiſtentiam realiter diſtinguunt ab eſſentia, iis ferè ſubſiſtentia idem atque exiſtentia ſubſtantię.

Quinta ſententia.

Probabilius videntur ſentire, qui *ſubſiſtentiam* cogitant, tanquam poſitiuum aliquem modum, alium ab exiſtentia, eique ſuccreſcentem in ſubſtantijs.
Idque ſiue diſtinguatur realiter ab exiſtentia, cui eſt intima, ſiue potius ratione tantum.

n. quando res ſubſiſtit per propriam ſubſiſtentiam, vt nos: non autem per alienam, vt humanitas Chriſti: nam tum diſtinctio realis.

Diſtinctio. Sed ſubſiſtentia interdum ſignificat eum modum qui additur exiſtentię ad faciendum naturæ complementum, interdum & exiſtentiam, & firmitatem ſuperadditam.

Tumque per *ſiſtentiam* videtur indicari exiſtentia, & per *ſub* modus ille & firmitas abſolutionem faciens.

Quomodo definiri poteſt ſubſiſtentia dū ſumitur pro illo modo?

Subſiſtentia eſt id quod additum naturę ſubſtantiali ac ſingulari ſuppoſitum componit, naturamque illam terminat.
Eſt modus quidam poſitiuus, qui exiſtentiæ ſubſtantię vltimum vlteriuſque largitur complementum, eamque ita terminat, vt exiſtat independenter à ſubiecto & ſuppoſito altero.

Quid ſuppoſitum?

Late eſt ſubſtantia ſingularis, quę non eſt communicabilis per modum formæ, aut quaſi formę: vt Socrates, & caput eius.
Propriè ſubſtantia ſingularis & totalis quę non eſt communicabilis per modum formę, aut quaſi formæ: vt totus Socrates, non caput eius.

Quotuplex ſuppoſitum?

Duplex *irrationale*, vt bucephalus, & hic lapis.
Rationale, quod dicitur perſona.

Eſt-ne idem prima ſubſtantia quod ſuppoſitum?

Apud Ariſtotelem hoc aliquid & ſingularis ſubſtantia ſiue ſuppoſitum, & prima ſubſtantia videtur idem.

Non eſt tamen planè idem, quia in diuinis natura non eſt *ſuppoſitum*, eſt tamen ſingularis.

Eſt ne hypoſtaſis, ſiue ſubſiſtentia relatio an quid abſolutum?

Creata ſubſiſtentia eſt modus quidam abſolutus.

Diuina { vna *abſoluta*, quæ communis toti Trinitati. / altera *relatiua* quæ triplex pro perſonarum numero.

Poteſtne vna hypoſtaſis plures naturas terminare?

Diuina poteſt & de facto term nat, vt Theologi docent.
An humana, createaue poſſit quęritur.
Credendum poſſe niſi oſtendatur contradictio. Diuinę virtutis ingens abyſſus.

Poteſtne creatura alienâ hypoſtaſi terminari?

Si hypoſtaſis ſit *infinita* poteſt, vt conſtat ex myſterio Incarnationis.
Si *finita* locus controuerſiæ, quæ experientia nequit diiudicari.

Poteſtne creatura per diuinam virtutem ſine hypoſtaſi conſeruari?

Si ſit accidentaria poteſt, ſi ſit ſubſtantia controuerſiæ eſt locus.

Poteſtne Deus creaturæ ſuam adimere ſubſiſtentiam?

Si creaturam excitare poteſt non largiendo ipſi intimam propriam: que ſubſiſtantiam, cur non poſſit ſubtrahere conceſſam?

Poteſt-ne facere vt quæ mea hypoſtaſis, ea fiat tua?

Duobus id fieri modis cogitatur.
Priori ſi natura mea cum hypoſtaſi ſua vniatur cum natura tua.
Poſteriori ſi hypoſtaſis mea à me ad te transferatur.
Modus prior probabilior, quam poſterior: quia creditur ſubſiſtentia vix ſeparabilis, niſi per interitum ſuum.

Eſt-ne ſubſiſtentia ſimilis materiæ, an ſimilis formæ?

Eſt ſecundum quid ſimilis formę, quoniã eſt poſterior quàm natura.
Similior tamen materiei, quia naturam recipit, terminat, ſuſtentat.

Quomodo differt concretum ſubſtantiale ab abſtracto?

Quæritur quomodo differat animal ab animalitate, equus à ratione equi, homo ab humanitate.
Theologis *abſtractum* ſignificat naturam ſine hypoſtaſi. Chriſtus aſſumpſit propriè humanitatem, non hominem.
Concretum ſignificat naturam cum hypoſtaſi: vt homo, quanquam interdum homo ſumitur pro humanitate.
Phyſicis abſtractum ſignificat eſſentiam & naturam.
Cõcretum tùm eſſentiam tùm quod illam habet, quidquid illud ſit, ſiue prius, ſiue poſterius. a

Quid communicatio idiomatum?

Quando duę naturę vt diuinitas & humanitas Chriſti hypoſtaſi ſuſtentantur vnâ.

Quæ ſunt propria naturę vnius prædicantur de altera, virtute illius vnionis: dicitur .e.g. Deus eſurire, algere, ambulare, &c.

Contra homo omnipotens, &c.

Hoc verò vulgo appellatur communicatio idiomatum ſiue proprietatum.

De perſona et perſonalitate.

Perſona [concretè] idem atque ſuppoſitum rationale, rationalis naturæ indiuidua & planè incommunicabilis ſubſtantia.

Non dubium quin ſubſtantia creata minus aliunde pendeat quam accidens.

Itaque prę ter exiſtentiam habet *firmitatem*, quæ deſignatur per particulam *ſub*.

Sed creatura rationalis videtur etiam pendere minus quam alia ſubſtantia, quę non nouit finem.

Hinc fit vt à nonnullis in perſona præter eſſentiam, quæ natura, exiſtentiam, & ſubſiſtentiam cogitetur quidam alius modus, quo res efficiatur minus independens qui vocetur *perſonalitas*, quem ſolum humanitati Chriſti nonnulli deeſſe arbitrantur.

Vt ſi in accidente præter eſſentiam exiſtentia cum *pronitate* quadam infirmitatis comite. Verò in ſubſtantia irrationali *exiſtentia* cum *ſubſiſtentia*.

In ſubſtantia rationali *exiſtentia* cum *ſubſiſtentia* & *perſonalitate*.

Alij tamen repudiando tertium modum in perſona retinent tantum exiſtentiam cum ſubſiſtentia, ſed perfectiori, firmiori. hæc enim varia pro varia conditione rerum.

Perſona concrete eſt ſuppoſitum rationale: abſtractè ſumitur pro ipſa perſonalitate.

Tumque { vel exiſtentiam cum ſubſiſtentia firmiori complectitur.
vel exiſtentiam ſubſiſtentiam & tertium modum.
vel ſubſiſtentiam firmiorem.
vel denique tertium duntaxat ſignificat modum. }

In nobis ſi quibuſdam creditur quatuor prę ter accidentia.

n. { primò ſubſtantia, eſſentia, ſiue natura.
2. exiſtentia, quæ communis cum accidentibus.
3. ſubſiſtentia, quæ communis cum belluis.
4 perſonalitas terminuſue naturę tertius, qui ſit homini proprius habita ratione belluarum, hominique communis cum intelligentiis. }

Sed fortaſſe ſatius cogitare tantum tria *eſſentiam*, *exiſtentiam*, & *ſubſiſtentiam* quandam firmiorem.

Quid adimitur humanitati Chriſti *dum adimitur hypoſtaſis humana?*

Nonnulli *exiſtentiam* creatam detrahunt cum ſubſiſtentia.

Alij *ſubſiſtentiam* creatam non exiſtentiam creatam.

Alij *perſonalitatem* creatam non ſubſiſtentiam, non exiſtentiam.

Monitum.

Deus potuit facere vt naſcerer bellua, non homo.
Dum hoc dicitur non hoc ſignificatur, vnum: Deus potuit non facere me, ſed loco mei belluam.
Verum quid præterea.

CAPVT II.

De Accidente quod opponitur Subſtantiæ.

ARTICVLVS I.

Nomen, notio, diſtinctio, cauſa.

Nomen, & notio.

Affectionis & proprietatis nomina exponuntur in Logicis.
Accidentium quædam veniunt *cum* ſubſtantia ſi ſpectes tempus, quædam veniunt *poſt* ſubſtantiam.
Illinc nomen Græcum συμβεβηκός.
Hinc latinum, ſed ſignificatus facilè amplificantur.
Accidens { tùm concretus terminus: vt candidus, pater. / tùm abſtractus: vt candor, frigus, calor, &c. tumque nominatur etiã affectio, qualitas, diſpoſitio, proprietas: de quibus nominibus alibi. }
Accidens prædicamentale, ſeu oppoſitum ſubſtantiæ ſignificat materiam ſubſtantiæ inhærentem, aptamue ad inhærendum.
Accidens dicitur ab vno & ad vnum: vt ſalubre, Ciceronianum.

Exiſtentia.

Deus producit creaturas per congeriem vbi eſſentiæ vni multæ innituntur, & in eam quaſi recumbunt.
Apud veteres in re naturali nihil eſt ſubſtantiæ præter materiam.

Cognitio.

Accidentia definiuntur per additamentum 7. metaph.
Vanæ definitiones vnde colligi nequeunt affectiones.
Subſtantia facit ad notitiam accidentis & contra.
Accidentia corporea ſentiuntur aliqua ex parte, & contra.
Ex ſpiritalibus quædam quaſi ſentiuntur, vt intelligere.

Cauſæ natura, productio.

Accidens propter ſubſtantiam cui eſt conueniens, & ſæpè propter aliam.
Materia eius eſt ſubiectum cui inhæret, ex cuius poteſtate eruitur.
Fit à ſubiecto, vel à re alia.

Fit vera actione, vel emanatione, ſeu reſultu.

Emanat { à ſubſtantia immediate: vt intellectus ab anima. / vel ab accidente alio: vt voluntas ab intellectu, actio à facultate.

Subiectum denominationis ſequitur, præcedit, comitatur, fit poſt illud, ante illud, vnâ cum illo ratione temporis.

Accidens non tam fieri dicitur quàm conſieri, &c.

Definitur id quod eſt in ſubiecto inhæſionis.

ARTICVLVS II.

De inhæſione, & ſubiecto.

Monitum.

Ratio ſubiecti comprehenditur ex Logicis, & ex inheſione.

Diſtinctio inheſionis.

Res inhæret vel vt parieti clauus, corpori corpus, magneti ferrum, vel vt forma materiei.

Tumque { forma eſt ſubſtantialis: vt anima equi / vel non ſubſtantialis: vt calor ferri.

Adhæret pertinaciter, vel non.

Inhæſio autem aut adhæſio quę accidentis propria dicitur multipliciter.

Sumitur { primò pro actuali inhæſione, ipſoque actu inhærendi. / 2. pro propria origine illius actus, ſeu aptitudine ad inhærendum. / 3. pro eſſentia quatenus eſt principium vtriuſque.

Quę ſecundi ſignificatus inhæſio dicitur *aptitudinalis*.

Habet ſe { vt ſubſiſtentia ad exiſtentiam, & naturam ſubſtantiæ. / ita inheſio ad accidentis tùm eſſentiam, tùm exiſtentiam.

Eſt-ne inhærere de natura accidentis?

Ex tribus ſignificatibus ſi ſpectetur tertius, eſt.

n. { primò quia accidens quidquid eſt id eſt alterius, 3. Metaph. / 2. quia radix primaria proprietatis eſſentia eſt.

Ad duos priores ſignificatus quod attinet quidam volunt inhærentiam aptitudinalem eſſe de natura, & eſſentia accidentis: quidam vtramque, verùm hi refelluntur quia eſſentia nequit à re ſeparari, quin res pereat.

Inhærentia actualis ab accidente ſeparari poteſt per diuinam virtutem, vt ſeparatur animatio ab anima.

Siquidem Deus ſupplere poteſt concurſum cuiuſuis cauſæ ſi excipiatur compoſitio, & informatio. Aliud eſt informare & componere, aliud ſuſtentare.

Vtrique

Digitized by Google

Vtrique refelluntur quia exiſtentia extra eſſentiam eſt, ideoque & exiſtentiæ modus.
Aliud quærere quid res ſit, aliud quærere an res ſit. Conſule, quæ docuimus in Logicis.

De nominum ratione.

Vtraque prior inhærentia nunc actu eſt, nunc poteſtate tantum.
Sed poſterior etiam quando eſt actu tendit ad vlteriorem actum: vt anima ad animandum.
Ideò dicitur contineri poteſtate, & nuncupatur aptitudinalis.

Cur accidens creditur potius apprehendere ſubſtantiam quàm apprehendi à ſubſtantia?

Vt Plantarum { aliæ firmiores, vt quercus. / aliæ infirmiores, vt vitis, hedera, quæ nequeunt erigere ſe, niſi apprehendant aliquid adminiculi. }
Ità rerum { aliæ firmiores, quæ ſubſtantiæ: vt materia prima, equus. / aliæ infirmiores & caducæ, quæ accidentia, vt calor. }
Vt infirmiores plantæ apprehendunt potius quam apprehenduntur: ita res habere exiſtimanda in accidente.
Vt infirmioribus plantis dedit natura villos, quibus tanquam manibus apprehendant quod offendunt.
Ita accidenti ſua ineſt per naturam pronitas ad ſubſtantiam cum infirmitate, eôque pertinacior quô magis egent adminiculo quam plantarum vllæ.
Præterea { vt ſi hederæ detrahatur & deſijt adminiculum, non ideò firmior fit, aut naturam mutat. / ita ſi quæ virtus vt diuina è ſubſtantiæ ſinu diuellit accidens, non ideò accidens naturam mutat, aut firmius efficitur. }
Item { vt vlmus ſufficit tum viti ſuſtinendæ. / ita ſubſtantia creata & ſe erigit, & pulchrè ſuſtentat accidens. }

Diſtinctio inhæſionum inter ſe & ab exiſtentia?

In accidente primo eſſentia, ſecundo exiſtentia, ſed infirma, tertio pronitas ad ſubſtantiã, aut virtus per quam apprehendit adminiculum & ſubiectũ.
Quarto denique ipſum apprehendere, ipſum adhærere.
Quartum momentum ſeu inhæſio actualis diſtinguitur à tertio: vt ab anima animatio, modus à re.
De diſtinctione tertij à ſecundo ſecundique à primo iudicandum ex ſermonibus de ſubſiſtentia, de exiſtentia, & de diſtinctione rerum.

Quid inhæſio aptitudinalis?

Vt ſubſiſtentia eſt modus qui adiungitur exiſtentiæ in ſubſtantijs: ita inhæſio eſt modus qui adijcitur exiſtentiæ in accidente.
Sed ſubſiſtentia nunc includit exiſtentiam, nunc excludit, & ſumitur duntaxat pro acceſſione illa ad exiſtentiam.

Ita inhæſio nunc ſignificat quendam modum per quem exiſtentia accidentis internoſcitur ab exiſtentia ſubſtantiæ, nunc cōplectitur tum exiſtentiam, tum illam differentiam.

Ac tunc eſt exiſtentia quędam infirma, quęque propterea natura duce tendit ad apprehendendam ſubſtantiam cui inniti poſſit, neque ſi abigatur à ſubſtantia, propterea euadit ſubſtantia.

De ſeparatione.

Poſſit ne per naturam ſeparari ſine interitu ſuo accidens à ſubiecto. poſſit ne ſaltem diuinam per virtutem quęſitum eſt in Logicis.

Poteſt-ne verti ſubſiſtentia in inhæſionem, & contra?

Deus intenſionem vertere in extenſionem poteſt .p. ponendo extra lumen illud quod erat intra, idque ſine eſſentiæ & entitatis mutatione, & contra, cum non occurrat contradictio.

Quæritur vtrum pari ratione poſſit ſubſtantiam quandam redigere in conditionem accidentis per mutationem modi (*ſubſiſtentia*) non eſſentiæ & entitatis.

Vt id faciat non videntur requiri niſi duo,

.n. { primum vt ſpoliet illam firmitate quæ dicitur ſubſiſtentia, quod poſſibile eſt vt conſtat ex myſterio Incarnationis.
ſecundum vt in eius locum ſufficiat pronitatem quam vocamus inhæſionē, quod etiā poſſibile videtur cùm nulla inuoluatur contradictione.

Idem videtur iudicandum de mutatione accidentis in ſubſtantiam ad quam mutationem pariter duo requiruntur & ſufficiunt quæ videntur poſſibilia.

Si accidens poteſt fulcire aliud, cur non per ſe cohærere, à ſe ſuſtentari?

Porrò ſi hæc accidunt, eadem eſſentia propter varios modos in varijs erit categorijs, quanquam non neceſſario facienda categoriæ mutatio, ſi eſſentia ſola conſideretur ſecluſa exiſtentia: neque magnopere ea de re laborandum, cum categoriæ ſint opus induſtriæ humanæ potius quam naturæ, & res eadem in diuerſis categorijs ſoleat conſtitui: vt calefactio in actione & paſſione.

Poteſt-ne accidens inhærere accidenti?

Naturaliter accidens vnum eſt ſubiectum alterius: ſed ſubiectum *quo*, non ſubiectum *quod*.

ARTICVLVS III.

Variæ conditiones Accidentis.

Ortus, & interitus.

Accidentia oriuntur partim per actionem, vt lumen aëris: partim per emanationem: vt illuminatio, intellectio.

Item { quædam momento, quædam paulatim.
quædam cum ſubiecto, quædam poſt ſubiectum, &c.

Accidentium quædam non intereunt: vt mens, quantitas cœli: quædam contra, vt calor, frigus.

Pereunt euerſione *ſubiecti*: vt facultas hinniendi.
Euerſione termini: vt paternitas, filiatio.
Admiſſione *contrarij*: vt vitioſitate virtus, calore frigus.
Abſentia cauſſæ conſeruantis: vt lumen aëris.
Sunt quæ ſponte perire videantur & corrumpi: vt momentanea, & quæ ſucceſſiua, & è permanentibus ea quæ paulatim deteriora fiunt, & tandem intereunt niſi reſtaurentur.
Cuiuſmodi impetus .p. proiecti lapidis, & habitus mentis ſi quibuſdam ei editur.
Sunt tamen qui habitum perimi ſola ceſſatione negant, ſed hac de re ad libros de anima.
Migratne accidens à ſubiecto in ſubiectum quæſitum eſt in Logicis.
Sæpè creditur vetus quod eſt nouum, vt lumen aëris.
Sæpè abducitur accidens, ſed cũ vehiculo ſubſtantiali: vt odor cũ fumo.
In tertium accidẽtium & diſpoſitionum ſubſequi ſolet interitus formæ ſubſtantialis, quia illis peremptis energia ſubſtantialis redditur inanis & otioſa: Natura autem non patitur ſed deteſtatur τὸ fruſtrà.

Diſtinctio à forma ſubſtantiali.

Corpori inhæret anima equi, inhæret & calor.
Inhæſio illius & omninò formæ ſubſtantialis difficulter ſecernitur ab inhæſione accidentis, quoniam vix comprehenduntur niſi per quid commune, niſi per idem .p. per funem, clauum, gluten, &c.
Conſulendus ſermo Phyſicus de forma ſubſtantiali.

Menſura.

Accidentis generatim ſumpti nulla menſura niſi ſubſtantia.
At accidentis *cuiuſdam* & certi .p. caloris duplex eſſe menſura poteſt,
.n. { ſubſtantia cui debet commenſurari accidens: vt calceus pedi.
& quod in eo genere eſt primum: vt ſummus calor. de menſura alibi.

Neceſſitas ad actionem.

Deus citra controuerſiam non eget accidente ad operandum.
An creatura ſubſtantialis aliquid efficere poſſit ſine vllo qualitatum inſtrumento controuerſia eſt: ſed videtur poſſe maximè citra actionem.
Quæritur vtrum creatura poſſit operari ſine qualitate & accidente ſaltem diuinam per virtutem: veriſſimile eſt poſſe, quandoquidem non occurrit contradictio.
Quibus accidentibus vis operandi inſit quæritur.
Aliud eſt eſſe principium agendi, aliud ita agendi.
Aliud realiter agere, aliud intenſionaliter.
Vtrum accidens agat, vtrum attingat ſubſtantiæ productionẽ ſupra eſt quæſitum.

Nobilitas.

Nobilior ſubſtantia accidente ſi conferantur ſumma cum ſummis, media cum medijs, infima cum infimis.
Nobilior ſubſtantia accidente quod inhæret ipſi.

Si accidens cum accidente conferatur, nobilitas à cauſſis repetenda, & conditionibus.

Credibile eſt aliquod accidens dari quod ſit aliqua ſubſtantia nobilius.

Intenſio, remiſſio.

Nec nullum nec quoduis accidens ſuſcipit τὸ magis & τὸ minus, licet recipiat ſolum.

De intenſione & remiſſione alibi.

Diſtinctio, ſingularitas.

Formalis vnitas & diſtinctio accidentium pendet à Deo & à ſecundis cauſſis, ſi quæ occurrunt.

Per quid indiuiduetur accidens quæſitum alibi. Conſulendus ſermo de vltima rerum determinatione.

Quærunt poſſint-ne duo accidentia numero tantum ſeparata & diſtincta in re eadem inueniri eodem tempore.

Certè { in diuerſis partibus ſubiecti facile poſſunt. / in eadem ſubiecti parte & intra ſe inuicé an poſſint poni quæritur.

Per virtutem Dei abſolutam poſſunt etiam ſi accipias accidens è genere eorum quæ intenduntur, & remittuntur.

Quia in intenſione eſt quaſi continuitas quam Deus facile impedire poteſt, Deus Angelum vnum intra alterum collocare poteſt, ita vt non euadant vnum.

An naturaliter poſſint quæritur, auctor eſt Ariſtoteles lib. 5. Metaphyſicorum, quæ ſubiecto in eodem differentiam habent, ea differre ſpecie.

Sed hanc ſententiam aliqui ſine tergiuerſatione amplexantur, alij varias exceptiones comminiſcuntur.

Quidam relatiua excipiunt, vt ſimilitudines.

Quidam quæ ſine motu procreantur; vt lumen, & ſpecies intelligibiles.

Quidam communia.

ARTICVLVS IV. ET VLT.

Quotuplex accidens?

Diuiſio prima.

Eſt { *ſpiritale*: vt intelligere, frui, animo angi. / vel *corporeum* & materiale: vt calor.

Diuiſio ſecunda.

Eſt { *abſolutum*: vt calor, frigus. / vel *relatiuum* & reſpectiuum: vt ſimilitudo, paternitas.

Diuiſio tertia.

Eſt concretum, vt candidus; vel abſtractum, vt candor.

Digitized by Google

Quarta & quinta diuiſio.

Eſt continuum, vel non. Diſcretum, vel non.

Sexta & ſeptima diuiſio.

Eſt completum, vel incompletum & imperfectum, eſt extenſum, vel non.

Octaua diuiſio.

Eſt ſeparabile, vel inſeparabile, ſed vario ſenſu vſurpatur ſeparabile. De qua re alibi.

Nona & decima diuiſio.

Eſt proprium, vel commune. reale, vel intenſionale.

Vndecima diuiſio.

Eſt intenſionis capax, vel illius neutiquam compos.

Duodecima & decima tertia diuiſio.

Eſt vniuerſale, vel ſingulare: denominat abſolutè, vel ſecundum quid.

Decima quarta diuiſio.

Eſt { *rationale*, vt ſeruitus agri, dominium agri. / vel *reale*: vt calor, vt character Chriſtiani. }

Decima quinta diuiſio.

Eſt actiuum, vel non actiuum.

Decima ſexta & ſeptima diuiſio.

Eſt internum, vel externum, nec propriè accidens.
Conuenit neceſſariò, vel contingenter tantum.

Decima octaua diuiſio.

Eſt ſucceſſiuum vel momentaneum, vel permanens.

Decima nona & vigeſima.

Eſt ſenſibile, vel inſenſibile. [·]
Eſt apertum, vel occultum.

Vigeſima prima diuiſio.

Eſt Metaphyſicum, vel Phyſicum. Tumque vel totius, vèl materiæ, vel formæ.

Vigeſima ſecunda diuiſio.

Eſt ens per ſe, vt calor, frigus. vel ens per accidens: vt pulchritudo, ſanitas, &c.

Digitized by Google

hæſionem ſpiritalem vt & corpoream, vt cunque comprehendimus per agglutinationem, fixionem, & conſimiles coniunctiones.

Anima noſtra quæ communia cum Angelis.

Sunt multa noſtris animabus communia cum intelligentiis.

p. quod careant materia *ex qua*, & affectionibus corporeis, creentur ex nihilo, non generent ſimile ſibi, non ſint in loco circumſcriptiuè.

Non habeant figuram niſi per analogiam, occupent deſerantque locum momento temporis, & paulatim: ſint incorruptibiles, conſtent intellectu, voluntate, vi motrice.

Sunt itidem quædam communia Deo ſaltem per analogiam. *Cum Deo.*

Suntquædam communia cum corporibus. p. cum marmore, lapide, &c. *Cum corporibus.*

Idque { partim *ſynonymè*: vt ſubſtantia. / partim *analogicè*: vt figura, extenſio.

Exiſtentia.

Effectum ſimilem cauſſæ reddere quatenus ea eſt imitabilis non eſt abſurdum: Deus autem imitabilis quatenus materia caret, quatenus totus in quauis parte occupati ſpatij.

ARTICVLVS II.

De Intelligentiarum nomine, notione, exiſtentia, & cauſſis.

Nomen.

Subſtantiæ de quibus agimus à nobiliſſima parte, facultate dicuntur mentes, intelligentiæ.

Dicuntur etiam ſubſtantiæ incorporeæ, ſpiritus, ſubſtantiæ & mentes ſeparatæ n. à materiæ concretione, ſubſtantiæ intelligibiles, &c.

Mitto nomina Angelorum, dæmonis, genij, Dei, &c.

Exiſtentia.

Dæmoniorum mentionem facit Ariſtoteles. p. 5. Metaphyſicæ & 7. ad Eudemum: videtur etiam inſinuare dæmonas 2. de Animo, text. 28, lib. de reſpiratione. Sed ignea quædam animalia tum videntur ſignificari.

De regionum geniis dicitur ſcripſiſſe librum.

De Dei exiſtentia infra. De anima noſtra alibi.

Intelligentiarum crebra mentio apud Ariſtotelem.

Angelos eſſe demonſtrari nequit, quia pendent à libertate Dei.

Eſſe colligimus primò ex ſacris literis.

2. ex conſenſu gentium.

3. ex oraculis, ſagis, energumenis.

4. ex cœlorum motu. 5. ex perfectione mundi.

Apud Ariſtotelem primo de cœlo text. 100. ſupra cœlos ſtatuűtur entia quædam ſempiterna, &c.

Poſſibiles Angelos eſſe colligimus ex eo quod Deus imitabilis quatenus, &c. non occurrit contradictio.

Credibilius eſt fuiſſe procreatos vnâ cum cœlo.

Quęritur conſtent-ne Angeli Phyſica materia. *Cõſtantne materia?*

Stoici fecerunt rem corporatam, vt & alij.

Ex Chriſtianis quidam Angelis tenuia corpora affinxerunt: vt Lactant. lib. 1. Inſtit. Origenes 1. περὶ ἀρχῶν cap. 2. D. Baſilius lib. de Spiritu Sancto.

Peripatetici cum reliquis Chriſtianis. p. cum diuo Dionyſio, D. Damaſceno lib. 2. de fide Orthodoxa cap. 2. faciunt intelligentias & Angelos expertes materiæ & magnitudinis.

Primò quia neque ſunt ſimplicia corpora neque mixta.

2. quia legio dæmonum vno in corpuſculo contineri poteſt, nec tamen datur penetratio.

3. quia Spiritus carnem & oſſa non habet Lucæ 24.

Adde Concilium Lateranenſe cap. firmiter de ſumma Trinitate.

Quidam tamen quaſdam incorporeas faciunt, quaſdam corporatas: vt Eugubinus lib 8. perennis philoſophiæ.

Corporibus dæmonum fauere videtur D. Auguſt. lib. 11. de Geneſi ad litteram cap. 13. Ariſtoteles 3. Metaph. cap. 8.

Sed ſententia hæc refellitur 1. quia dęmonum multi naturę ſunt præſtantioris, quam plerique Angeli. 2. quia dęmonum penetrat corpus alterius. Corpus vnum non penetrat aliud.

Ariſtoteles per infinitatem probat immaterialitatem, & carentiam magnitudinis: ſed Angeli reuera virtutis ſunt finitæ: verum Deus eſt infinitus.

Deus imitabilis quatenus mole & materia vacat, totuſque eſt in duobus locis.

Monitum prius.

Deus materiæ alicui penetrabilitatem, penetratiuitatem tribuere poteſt.

Hoc facit, vt ſit difficilius naturali coniectura aſtruere Angeli immaterialitatem, maximè cum pleraque corpora ſint æterna.

Si conſtant materia & forma, ſaltem ipſorum forma non componetur ex materia, nec materialis erit, niſi vt forma cœli.

Standum decretis Conciliorum.

Credibile eſt triplex dari formæ genus & energiæ ſubſtantialis.

Vt { quædam ſit *in materia*, & *ex materia*.
quædam *in materia*, non *ex materia*.
quædam nec *in materia*, nec *ex materia*.

Aliquid creaturæ eſt materia, aliquid in materia. cur non aliquid nec materia, nec in materia?

Energiæ alicui pronitatem ad materiam, cur non poſſit detrahere Deus?

Monitum poſterius.

Notiones & imaginationes noſtras comparamus, ſeparamus, coniungimus, ſeiungimus.

Concipiuntur Angeli à nobis, ſed maximè per coniunctionem & ſeiunctionem noſtrarum notionum.

Errant autem qui Angelorum faciunt infinitum numerum,cum omnia facta ſint in numero, pondere, &c.multitudo infinita non ſit numerabilis,prodeque non videtur propriè numerus.

Quibuſdam numerus Angelorum tantus, vt ab homine numerari nequeat, vt Lactant.lib 1. Inſtitut.

Nonnullis apud Chryſoſtomum homilia de Aſcenſione tot Angeli, vt illorum omnia plena.

Daniel cap. 7. nominat millia millium,& decies centena millia,ſed miniſtrantium Deo,fortaſſe figurate.

Quibuſdam tot Angeli quot corpora indiuidua. Sed horum variatur numerus,non autem Angelorum.

Nonnullis inter D.Thomæ ſectatores tantò maior Angelorum, quàm rerum incorporearum numerus: quantò cœlorum moles ſuperat molem rerum inferiorum.

Fuerunt qui Angelorum & hominum numerum æqualem ſuſpicarentur& colligerent ex Deuteronomio cap.32. Sed hominum numerus amplificatur.

Quibuſdam { numerus Angelorum inſtar 99. / numerus hominum inſtar vnitatis.

Propter parabolam poſitam Math.cap.18.ſed coniectura leuis.

A quibuſdam dicitur 10.partibus maior Angelorum non hominum numerus.

Magiſter ſententiarum lib.2. diſtinct. 11.tanto minor Angelorum numerus quam hominum,quantò ſunt,aut futuri ſunt,fueruntque homines pauciores qui ſaluentur quam qui pereant.

Caballiſtis apud Archangelum in eorum dogmatibus Angelorum trecenta millia millium mille ſexcenti quinquaginta vnus.

Aliis tot videntur Angeli,quot ſunt aſtra.

Rabi Moyſi tot videntur,quot ſunt cœli.

Apocalypſeos 12. tertia pars ſtellarum cecidiſſe dicitur. Stellas autem interpretantur Angelos.

Quod ſi non plures ſunt ſaluandi homines, quàm perierunt Angeli: ſanè longè maior hominum quam Angelorum numerus.

Quare videtur prudentiſſimè ſentire, qui non eſſe exploratum vlli mortalium Angelorum numerum aſſeuerant.

Quomodo diſtinguntur Angeli à noſtris animabus?

Origeni anima noſtra eiuſdem ſpeciei cum Angelis: quibuſdam eiuſdem cum dæmonibus.

Differt Angelus à noſtris animabus primò dignitate,virtute.

2. quod non ſit forma quæ poſſit informare & neceſſitate naturæ adhæreſcere corpori diſpoſito.

3. quod non conuertatur neceſſario ad phantaſma alienum, numquam adſuum,non ratiocinetur more noſtro.

4. quia pertinaciter bono aut malo adhæret.

Quomodo diſtinguntur Angeli à ſeinuicem?

Dignitate à ſe inuicem diſtinguntur Angeli: variorum eſſe ordinum decuit ad ornatum & pulchritudinem mundi.

Moribus differunt quoniam alij boni, alii mali, quam varietatem agnouit Triſmegiſtus in Pimandro, & alij ex Eugubino.

Officio quod alij hominibus ſeruiant, alij orbes cœleſtes moueant, alij atque alij alia, atque alia mittantur ad miniſteria.

Specificam & numericam ad differentiam & diſtinctionem quod attinet variæ ſententiæ Theologorum.

Prima ſententia.

Vnius eiuſdemque ſpeciei Angeli omnes, tum boni, tum mali.

Secunda ſententia.

Species vna bonorum, altera malorum. D. Damaſceno cap. 7. Dialecticæ.

Tertia ſententia.

Specie differunt Angeli, qui meritis differunt: vt auctor Commentariorum in Epiſtola. D. Pauli tradit.

Quarta ſententia.

Tot ſunt ſpecies, quot ordines, ideoq; nouem: vt auctor eſt D. Ambroſ. Halienſis. D. Bonauentura & Cartuſianus.

Quinta ſententia.

Angelus in vna ſpecie non eſt niſi vnus, nec eſſe multiplex poteſt. D. Thomę 2. ſententiarum diſtinct. 3, quæſt. 2. 1. parte quæſt. 30. artic. 4. & Alberto: numericam autem diſtinctionem à materia repetunt ſola.

Sexta ſententia.

Vnus in quaque ſpecie, ſed eſſe multiplex poteſt: Scoto 2. ſentent. diſtinct. 3. quæſt. 7. quæ ſententia probabilior, & alibi explicata.

ARTICVLVS IIII.

Affectiones aliæ variæ, ſed aliæ à facultatibus & Actionibus.

Quantitas.

Quantitas quæ *virtutis* dicitur inuenitur in Angelis, illic intenſioni locus.

Quæ dicitur quantitas *molis* & extenſionis non inuenitur illic propriè, inuenitur tamen per quandam ſimilitudinem & per analogiam.

Idque { ſiue *permanens* conſideretur, ſiue ſucceſſiua. / ſiue *continua*, ſiue diſcreta. }

Numerantur Angeli. Sed de numero ſuprà. Numerus Angelorum non frangitur in infinitum.

Succeſſiuum aliquid in illis occurrit .p. duratio actionum & motus.

In illis non moles, ſed molis ſimilitudo.

Certe vt corpus illud maius quod plus occupat ſpatij, quod plus ſpatij ſimul occupare poteſt.

Ita videtur maior anima noſtra cum ab ea maius informatur corpus: ita maior Angelus qui maiorem occupat locum, aut maiorem occupare poteſt.

Itaque in intelligentijs quando non ſunt contractæ in punctum loci quantitas quædam & magitudo ſpiritalis videtur cogitanda.

Vtque in materia ſpectatur primò quantum occupet loci, ſecundo quantum poſſit occupare per naturæ vires dum maximè rareſcit.

Ita in Angelo quæritur primo quantum occupet loci, ſecundo quàm magnum & quam paruum occupare poſſit.

Vt moles materiæ alicuius tribus modis æſtimatur.

Primo ex loco maximo quem nunc occupat.

Secundo ex maximo quem occupabit ſi rareſcat tantum quantum poteſt.

Tertio ex minimo quem occupabit ſi denſetur tantum quantum poteſt.

Ita Angelica illa & ſpiritalis magnitudo triplex conſideratur.

Nam
- aut quantum loci & inanis ſpatij vel corporis occupetur ab Angelo conſideramus.
- aut quantum poſſit occupare ſi ſe extendat ad maximum locum quem occupare poteſt.
- aut in quem exiguum locum ſe contrahere poſſit.

Certè credibile eſt dari illic magnitudinis terminos .j. locum tantum deſignari poſſe finitum tamen vt maiorem virtute ſua naturali ſimul occupare non poſſit Angelus, alioquin poſſet naturaliter infinitum occupare ſpatium, tam exiguum poſſit deſignari, vt in minorem per naturam ſe ſe nequeat contrahere.

Conſimiliter tantum corpus cogitari poteſt, vt maius anima noſtra informare nequeat: & tam paruū, vt nequeat per naturam minori contineri.

Credibile eſt illam ſphæram magnitudinis variam eſſe pro varia virtute Angelorum.

Sed quæritur vtrum Angelus ſeſe in punctum loci contrahere poſſit.

Ratio autem illa ſpiritalis magnitudinis à corporea differt, quia quantitas Angeli non eſt niſi eſſentiæ modus in Angelo non inuenitur multitudo partium: Sed eſt quaſi punctus qui nunc maiorem nunc minorem occupet locum, ſit totus in toto & totus in quauis loci parte.

Augetur minuiturque Angelus citra rarefactionem, condenſationem,

Idque
- pro arbitrio intra ſphæram ſuæ actiuitatis.
- non animę noſtræ, non corporum more.

Conſulatur ſermo Compendiarius de extenſione.

Figura, & ſitus.

Vt immenſæ illius inanitatis quæ dicitur ſupremum orbem obſidere ſuperficies ea quæ contigua cœlo poteſt appellari concaua & locus cœli.

Vtque color & corpus habent fines certamque finium & terminorum diſ-

Digitized by Google

poſitionem quæ *figura* dicitur.

Ita & in intelligentijs noſtriſque in animabus figura quædam videtur cogitanda & diſpoſitio, per quam reſpondeat loco circumfuſo.

Sed figura ſpiritalis & à diſpoſitione totius prodiens non à diſpoſitione partium, vt corporum figura, quæ tamen pro arbitrio Angeli variari poſſit: Sed ita vt ſint ſemper præfiniti magnitudinis termini in Angelo, cum enim Angelus finitæ ſit virtutis in infinitum ſe extendere non poteſt.

Si ergo ex. gr. cubo alicui inſinuetur Angelus, ita vt occupet locum minimeque egrediatur, erit tunc tempus quaſi cubicæ figuræ.

Monitum.

Quas affectiones donauimus nomine magnitudinis & figuræ, illæ citra controuerſiam dantur.

Si quis repudiat vtrumque nomen commodius eloquatur, nomenclaturam non moramur.

Locus.

Quo pacto res ſint in loco quæſitum alibi.

Angelus videtur in loco per eſſentiam & præſentiam, non per ſolam operationem.

Sed loco nihil videtur tribuere abſolutæ affectionis niſi per operationem.

Sed forſan τὸ *vbi* acquiri poteſt ſine actione.

An Angelus ſe contrahere poſſit in punctum loci controuerſia eſt.

Dæmones à loco patiuntur.

Penetratio.

Angelus penetrat corpus. Quæritur poſſitne Angelus Angelum naturaliter penetrare; certè ſupernaturaliter poteſt.

Quæritur vtrum Angelus inhibere poſſit ſui penetrationē alio modo quam mouendo, repellendo, obſiſtendo per vim motricem.

Duratio, ordo.

Nouem Angelorum ordines recenſuimus alibi.

Alibi item durationis formas expoſuimus.

Angeli immortales nihil habent præter Deum à quo corrumpi poſſint.

Genios quoſdam viuaciſſimos, nec tamen immortales credidit antiquitas.

ARTICVLVS V.

De facultatibus Angelorum, & de accidentibus.

Sententia prior.

Sunt qui faciunt Angelos expertes verorum accidentium, vt eſt expers Deus.

Idque { non quia negent operari Angelos.
{ ſed quia in ijs actionem immanentem, facultatem operandi, ſpeciem intelligibilem, & habitum diſtingui nolint ab eſſentia, Ita vt An-

Digitized by Google

geli intellectio, intellectus, ſpecies, & habitus ſint ipſe Angelus.

Sententia poſterior.

Videntur ſentire rectius qui qualitates Angelis & alia tribuunt accidentia.

Non deſunt qui negant vlla virtute fieri poſſe, vt creatura ſine accidente operetur.

In Angelis quæ cogitatur quantitas, figura, vbiquitas, & ſitus non videtur niſi ratione diſtingui ab eſſentia, vt modus à re & apud Nominales extenſio à re extenſa.

Angelis præterea inſunt facultates, quibus inſtruantur ad operandum, forteque & ad patiendum cum imaginibus & habitibus: ſed de diſtinctione facultatum à ſubiecto philoſophi diſſentiunt.

Inſunt quæ facultates conſequuntur, comitantur .p. motus localis, actio, ſpecies intelligibilis & habitus.

Mens primaria facultatum eam ſequitur voluntas, & vis motrix.

Sua illis facultas ſuo more loquendi & mouendi.

Sed loquendi facultas à tribus alijs potentijs forte non eſt diſtinguenda, & ſane vix diſtinguitur in homine, quanquam forte in Angelo partim ſecernenda, partim non.

Homo per motum localem producit ſonum & figuram quibus tanquam ſignis vtitur inter loquendum & inter ſcribendum.

Signa hæc ſui imaginem creant in exteriori ſenſu alterius hominis Quæ deindè in imaginationem propagatur & memoriam, vbi offendunt ſimilem imaginem excitat eam & vna imaginem rei ſignificatæ olim cum ipsâ comprehenſæ.

De quo negotio alibi. Tale quiddam poteſt præſtare Angelus, ſed non ſolet.

At Angelo præterea videtur concedenda facultas procreandi imagines, excitandiue in mente Angeli alterius & in mente hominis ſine ope rerum cognoſcendarum, quæ facultas non videtur poſſe reuocari ad propoſitas facultates niſi dicitur pertinere ad agentem intellectum Angeli.

Sed tunc agens ille intellectus erit alterius à noſtræ ſortis & conditionis, ſaltem quandiu noſter in corpore eſt, non enim immediatè menti alienæ imagines poſſumus affingere, commouere.

Niſi locuturus Angelus imagines in mente aliena pingit: Certè mentem ſuam ſpiritali quodam modo detegere & aperire debet, vt quæ illic imagines lucent mentem alienam moueant, & ad cognoſcendum excitent.

Idque { ſiue hæ imagines nullas faciant nouas.
ſiue æmulentur eas quæ in mente loquentis Angeli.

Sed quando noſtra in phantaſia imagines conformantur opera Angelorum, non videntur in hunc modum conformari.

Digitized by Google

Obiectiuncula.

In intelligentijs idem quod intelligit, quod intelligitur, & quo intelligit.
11. Metaph. cap. 9. Diſt. dum intelligunt aliud à ſe N. dum ſe Diſt. ſecundum ens C. ſecundum eſſe N.

ARTICVLVS SEXTVS.

DE INTELLECTV AGENTE, & ſpeciebus.

Diuiſio ſententiarum.

Agentis intellectûs quod ſit officium declaratum alibi .n. ad libros de animo.

Hic conceditur Angelis à Scoto & alijs.

Adimitur { à quibuſdam quia repudiant imagines intenſionales.
à Diuo Thoma quia Angelo non tribuit imagines recentes vllas.
à Scaligero qui tribuit quidem recentes, ſed quarum Deus vnus ſit auctor, vt & veterum.

Præcipua capita ſententiæ D. Thomæ.

Angelis à primo ortu inſunt ſpecies intelligibiles, ita claræ, luminoſæ & præſtantes, vt vnius opera plura & perſpicue & diſtinctè cognoſcant .p. multos homines. Idque ſine compoſitione & diuiſione.

Ita vt Angelis ſuperioribus præcellentioribus inſint pauciores: ſed vniuerſaliores, luminoſiores.

Cognitio nihilominus Angelica triplex.

Prima *veſpertina* dicitur per quam res creatas cognoſcunt infuſarum imaginum ope. Idque cum reuelatione, aut ſine reuelatione.

Secunda *matutina* qua res alias Deumque nouerunt per imaginem Dei eorum mentibus impreſſam.

Tertia dicitur *cognitio gloriæ* qua Deum per eſſentiam Dei ſine ſpecie & imagine cognoſcunt & in Deo cætera.

Videri agere Angelos agenti intellectu.

Vt quidem Angelus bonus *Deum intueri*, & in Deo quæ lubeat Deo ſine ſpecie. Deus enim vim imaginis ſupplere poteſt.

Veriſſimilius eſt tamen in mente Angeli ſpeciem & imaginem Dei collocatam eſſe, quia videre Deum per eſſentiam eſt intueri: Dæmones Deum nouerunt, ſed non intuentur.

Non vero ſi Deus infinitus eſt, ideò eius nulla eſt imago, cum non debeat imago eius in creatura Dei perfectiones perfectiſſime, & infinite repræſentari.

Nam

Digitized by Google

Nam { vt imago rei finitæ in Deo eſt infinita, & corporeæ in mente noſtra eſt ſpiritalis.
ita imago rei infinitæ in creatura eſt finita?

Nihil impedit quo minus Angelus imaginem ſui nanciſcatur, quemadmodum & alterius rei, nam quo iure in hominibus, eodem ferè in Angelis aſtruuntur imagines dianoeticæ.

Sed in Angelis quædam ſunt imagines à primo ortu vt inerant etiam parenti primo. p. imago leonis: quædam videntur acquiſitæ vt imago nouæ figuræ. quamquam autem Angelus in Angelum agere poteſt, corpus tamen naturaliter non videtur poſſe ſui imaginem in Angelo imprimere.

Itaque agente intellectu in Angelo videtur opus.

Verum phantaſmatis non eget Angelus hominum more, vt ſpecies corporum intelligibiles in ipſo eliciantur.

Videturque eas elicere poſſe tùm ex ſenſibilibus imaginibus. p. ex ijs quæ per aerem fuſę.

Tùm etiam ex eſſentia rei corporeæ quando eſt præſens.

Varia capita ſententiæ Scoti.

1.

Angelus vt ſeipſum intueatur non eget imagine ſui, non tamen ſe cognoſcit abſtractiuè, niſi per imaginem. 2.

Angelus naturaliter per infuſam imaginem, notitiam Dei eamque diſtinctam habere potuit. 3.

Hęc notitia ſi fuit regulata, fuit Angeli naturalis beatitudo. 4.

Angelus virtute propria non aſſequitur intuitiuam Dei cognitionem, quæ habetur per eſſentiam Dei ſine imagine & ęnigmate. 5.

Creaturas à ſe alias intuetur per eſſentiam earum, abſtractiuè nouit per imaginem. p. cum recordatur. 6.

Angelus proficere poteſt in cognitione. 7.

Cognitionem rerum ſingularium à rebus capit. 8.

Niſi vniuerſalium imagines haberet concreatas, poſſet eas accipere à rebus ipſis, vt nos accipimus. 9.

Monitum.

Magnitudinem Angelus mutare poteſt retinendo figuram, & contra.

ARTICVLVS VII.

De patienti intellectu & cognitione Agelorum.

Obiectum.

Angelus ſe intelligit, ſed non ſolum. 1.

Cognoſcit ſuperiora & inferiora. 2.

Nouit vniuerſalia. p. hominem, colorem. 3.

Cognoſcit ſingularia.p. Gabrielem,Michaelem,&c.etiam materiata;vt Bucephalum, Alexandrum, idque per imagines, nec propterea euadit materialis,corporeus.

Quo ſenſu mens euadat illud quod intelligitur, mens fiat cœlum,lapis,&c. expoſuimus ad tertium de animo.

5. Angelus non nouit, non videt cogitationem noſtram, nec Angelorũ aliorum, niſi quantum ſignis quibuſdam aperitur, vel à Deo reuelatur.

Decuit occultari cogitationes noſtras.

6. Sed videtur Deus creaturam facere poſſe quæ propria & naturali facultate cernat cogitationes noſtras. Quia nulla occurrit contradictio.

7. Cognoſcere certò quæ contingenter futura ſunt, ſolius eſt Dei.

Patiens intellectus.

1. Intellectus in Angelo & in anima noſtra (poſt ſeparationem à corpore) eſt virtute ſenſus.

Id eſt illius operâ Angelus præſentia videt, audit, imaginatur,&c. quanquam per proportionem non eo modo, quo nos & belluæ.

Sed innumerabilia ferè cernere & quaſi ſentire creduntur Angeli, quę à nobis non ſentiuntur.p. vim magnetis,energias ſubſtantiales,& c.p. animam equi, materiam ipſam,&c.

2. Aliud autem *ratio*, aliud *intellectus* cum ſumitur propriè & opponitur rationi & logo.

Nam { *intellectus* quaſi oculorum more apprehendit, ſed tùm præſẽtia tùm abſentia; ſine vlla illatione, aut ſaltem ſine vlla quæ paulatim fiat. *logos* & ratio notione ab vna paulatim ſeſe promouet ad aliam p. à principiis ad concluſionem.

Angelo intellectus ille citra controuerſiam ineſt, vt & memoria quæ nomine intellectus plerumque comprehenditur.

Ratio propriè dicta & ratiocinium an inſit controuerſia eſt.

Sententia prior.

A pleriſque dicitur non ineſſe: quando fumum oculo conſpicimus, mente illinc ratiocinando venimus in cognitionem latentis ignis.

Quod ſi ſpecies fumi tam clare & perſpicuè ignem oculis non occurſantem repræſentaret menti, atque repræſentat fumum, non opus foret ratiocinatione, vt non eſt opus dum vocabulum rem ſignificatam exhibet perito vocabulorum.

Eodemque modo iudicandum eſt de rebus aliis.

In Angelis autem rem ita habere aiunt. Itaque negant Angelum propriè ratiocinari, & ſyllogiſmo vti.

Cumque diſcurſus cogitari in mente quatuor poſſint.

n. { primus quando vnum per alterum cognoſcimus: vt cauſam per effectum. 2. quando vnum *poſt* aliud, vt in ſcientiis. 3. quando vnum *per* aliud, ſed non poſt aliud. 4. quando vnum *poſt* aliud & per aliud qui proprius germanuſque diſcurſus mentis.

(Licet cognoſcere cognoſcentem hæc prius, hęc ſimul: de qua re in apodicticis.)

Tres priores modi conceduntur Angelis.
Quartus adimitur qui propriè ſyllogiſmus & argumentatio.
Syllogiſmus licet componatur ex particula σὺν (cum) ſupponit tamen aliquid prius.

Poſterior.

Sed fortaſſe non caret probabilitate ſententia Scoti, & aliorum qui ſuſpicantur nonnunquam ratiocinari Angelum, & propriè mente diſcurrere.

Idque { non modo animi gratiâ. / verumetiam ob imbecillitatem & neceſſitatem. }

Itaque diſcriminis inter nos & Angelos illud ſtatuitur.
Nōn quod ſimus rationales, Angeli non ſint.

Sed quod { nos ferè ratiocinamur. / raro vnum ex alio deprehendimus ſine ſyllogiſmo. }

Angeli contra raro ratiocinantur.
Simillimi ſunt ſapientiſſimis artificibus, intellectui adepto.
Monuimus alibi ratiocinandum eſſe ne ratiocinemur, artē non deliberare, &c. *Obiectio.*
Quærunt ſit-ne Angelus ſua intellectio, ſuum intelligere.
Reſp. non eſſe, quoniam alioquin foret ſua beatitudo, foret eſſentialiter beatus, nec poſſet eſſe infœlix.
Conſule obiectionem poſitam ſuprà.
Fortaſſe Ariſtoteles ſenſit de aliis intelligentiis, vt nos ſentimus de Deo qui eſt ſua intellectio.

ARTICVLVS VIII. ET VLT.

De voluntate, irradiatione, &c.

Irradiatio & illuminatio Angeli.

Bonus tùm mentis tùm voluntatis habitus cenſetur *lumen*, aut quaſi lumen.
Angelus vt & Deus mentem aliquam illuminare poteſt, idque variè.
Primò quando infundit lumen ſiue habitum bonum. Deus autem infundit naturale & ſupernaturale, quod *gratiæ*, vel *gloriæ*.
2. quando offert luminoſum aliquid, & quaſi præfert facem: vt cum Angelus Angelum alloquitur.
3. quando tollit impedimenta, quę faciebant quô minus lumen admitteretur: p ſi nos Angelus auocet à praua cogitatione.
4. quādo facit aliquid quô efficiatur lumen in eo quod lumen recipere poteſt.
Conſulendi ſermones de habitu bono & malo.

Voluntas.

Conſulendus ſermo de voluntate humana, deque libertate.

Digitized by Google

Libertas vel circa bonum & malum.

Vel circa bonum tantum, vel circa malum tantum.

Quę in nobis libertas primi generis quamdiu viuimus ineſt, morteque terminatur,ea Angelo non ineſt niſi primo momento ſuæ creationis.

Quæ ſe Angeli voluntas conuertit ad vere bonū,ea in illo manet ob firmata, nec libertatem retinet niſi circa bona.

Quæ ſe ad malum vertit, ea conſimiliter libertatem non retinet niſi circa verè mala,licet non appetantur niſi ſub ſpecie boni.

Locutio.

Angelus ſi nos alloquitur virtute ſua conformat ſonos :aut ſaltem imaginem ſoni in nobis excitat.

Cum alloquitur alterum Angelum ſpiritali more aperit ei ſententiam ſuam: quæritur quo id præſtet modo.

Ille quem eſt allocuturus vel nondum habet,vel iam habet imaginem rei aperiendæ.

Si iam habet non videtur neceſſarium excitare nouam ſpeciem intelligibilem: ſed tantum nouam conceptionem.

Si nondum eſt aſſecutus,videtur excitanda imago,vel imago & conceptio.

Angeli in phantaſia noſtra imagines excitare poſſunt: maximè per coniunctionem & ſeiunctionem earum quæ iam ſunt impreſſę.

Vis motrix.

Et mouere ſe loco Angeli poſſunt, & mouere alia.p.nubes,montes,homines, &c.præſtareque innumerabilia, quę à mente efficiuntur per vim motricem. p.pingere,applicare ſibi corpora viua,vel mortua, efformare ſonos,interficere,tranſportare,&c.

Sed aliud æſtimare virtutem Angeli ſecundum ſe:aliud cum diuina permiſſione & inhibitione.

Non enim tantum dæmoni permittit Deus, quantum ferunt illius vires: vt homini etiam peruerſiſſimo permittere ſolet.

Alioquin omnia in mundo ſus decus perturbarentur,niſi dicas fortè dæmonum conatus impediti à bonis Angelis.

An vis motrix ſecernenda ſit in nobis ab intellectu & voluntate quęſitum eſt in negotio de animo.Illinc iudicabis de Angelis.

Vtrum mutatio loci procurari poſſit quęritur, certè procuratur dum creſcimus & decreſcimus.

Quęrunt poſſit-ne Angelus à loco vno ad alterum pertranſire,ita vt medium ſpatium non pertranſeat?

Reſ. paucis per diuinam virtutē poſſe quia nō occurrit contradictio. naturaliter id poſſe non eſſe credibile: vt nec poſſe naturaliter ſe collocare in duobus locis.

Quęrunt ſint ne Angeli virtutis infinitę: videntur eſſe Ariſtoteli 8. Phyſ. ſed 12. Metaphyſicę cap. 8. in intelligentiis admittit inęqualitatem: reuera quęuis creatura finitę eſt virtutis.

Vtrum cœlum moueatur ab Angelis controuerſia eſt.

Dæmonomania.

Dæmonomania pendet ex *vi motrice* dæmonum, *penetrabilitate, prouidentia, odio* in humanum genus, *facultate* excitandi phantaſmata in nobis, &c.

De Angelis plura apud Theologos, ſed fere ex reuelatione.

CAPUT IV. & ULT.
De Deo.

ARTICULUS PRIMUS.

Notitia, nomenclatura, exiſtentia.

De humana cognitione Dei.

Creaturæ irrationales, vt cœli, terra, piſces, pecudes, &c. deum non nouerunt, non laudant, non benedicunt Deo, &c.

Sed quaſi norunt, quaſi laudant, &c.

Deus quia incorporeus ſenſu non vſurpatur vllo. Itaque Deum *noſſe*, & *colere* hominum tantum, & Angelorum eſt. 1

Cognitio Dei quę ab hominibus haberi poteſt, eſt huius vitę, aut alterius. 2

Idque { ſiue ſpectentur beati, ſiue alij.
ſiue anima ſeparata, ſiue reſtituta corpori.

Intuitus autem Dei, quo beati fruuntur eſt notitia dei plena, illuſtris, ſufficiẽs, sine ſpecie intelligibili, & ænigmate, sine diſciplina, sine principijs: de qua re Scal. exerc. 365. numero 1. 3

Deus tamen à ſe vno perfectè cognoſcitur, & comprehendi poteſt. 4

In hac vita quæ habetur à nobis notitia Dei,

ea eſt { à diuina reuelatione, vel naturalis.
vel à fide diuinitus infuſa, vel non.

Cur autem rebus à Deo reuelatis aſſentiamur, id propriè in cauſa eſt,

n. quòd { neque vult fallere, quia eſt *optimus*, & amantiſſimus noſtri.
neque poteſt falli, quia eſt *ſapientiſsimus*.

Sed argumentis opus quibus diuina reuelatio ſecernatur à non diuina, verbum diuinum à non diuino: de qua re Theologi.

Quæ à mortalibus habetur notitia Dei naturaliter & citra opem diuinæ reuelationis & narrationis multis comparatur modis. p. 5

Reſolutione generis in ſua inferiora: vt quando ens diuiditur in ſubſtantiam & accidens, &c.

Similitudine aliarum rerum & comparatione: vt cum Deus dicitur eſſe totus in toto mundo, & totus in quauis illius parte. Perinde atque anima rationalis in toto corpore, &c.

Attributione & comparatione categorematum conuenientium creaturæ cum diuinis attributis: vt cum iuſtitia Ariſtidis confertur cum iuſtitia Dei.

Aphæreſi & negatione, vt exempli gratia, cum dicitur, non eſſe accidens, non eſſe partem, non eſſe corpus.

Omnino *Abſtractione*, & ſeiunctione, cum remouemus à conceptu aliquo, quicquid in Deum cadere nequit, vt retineatur quicquid in Deum cadit, p. in hunc modum: Deus eſt aliquid ſimile lumini, quatenus lumen penetrat &c. ſed non hæret, non generatur, non ſentitur, &c.

Complexione & coniunctione, compoſitione, quicquid vſquam inuenitur perfectionis id ſecluſis imperfectionibus accipiendum vt cogitetur Deus.

Fere pro arbitrio mens noſtra componit, abſtrahit. de qua re in Logicis.

His duabus viis quicquid offendit ſenſus, reducimus ad Deum cogitandum.

8 Quomodo cognitio naturalis iuuari reuelatione poſſit, expoſuimus alibi.

9 Quod Deus ſit eſſentia *vnus*, perſonis *trinus*, quod perſona ſit realiter idem cū eſſentia, realiter differat à perſona alia, hæc & ſimilia non innoteſcunt naturaliter.

10 Innoteſcunt naturaliter aliqua eorum quæ pertinent ad eſſentiam & vnitatem Dei, mundi & hominis procreationem, gubernationem, &c.

11 Quod Deus ſit factus homo &c. quod hæc & illa Sacramēta inſtituerit &c. hæc & conſimilia demonſtrari nequeunt, quia potuerunt aliter habere: ſed poſſibilitas rerum huius generis non indemonſtrabilis.

Chriſtum paſſum, mortuum, non docet Theologus, niſi reuelatione.

Quod Chriſtus potuerit pati, mori, id naturalibus coniecturis confirmatur, quas indagare Metaphyſici eſt.

Itaque in Theologia, dum agitur de rebus huius generis, ſecernenda quæſtio de facto, à quæſtione de poſſibilitate.

Metaphyſici eſt ſoluere obiectiones, quę proferuntur aduerſus poſſibilitatem, vel Dialectici.

Conſulendus vltimus articulus.

Nomenclatura, et elocutio.

7. Nomina quibus vtimur in explicando Deum varia ſunt.

Sunt { *communia* cum creaturis: vt Pater, Filius, ſubſtantia.
vel *propria* Dei: vt omnipotens, omniſciens, infinitus &c.

Significāt { *negationem*: vt ineffabilis, incorporeus.
vel *relationem*: vt Creator, Pater, Dominus.
vel *quid abſolutum*: vt bonus, ſapiens.

Sed idem nunc reſpectiuum, nunc abſolutum: vt ſapientia, verbum, amor, &c.

Affirmātur { *denominatiuè*: vt cùm Deus dicitur Sapiens.
abſtractiuè: vt cùm Deus dicitur Sapientia.

Sunt { auguſtiora, myſteriique aliquid complexa, vt nomen tetragrammaton.
vel minus auguſta: vt nomen Dei.

Vt autem ſermo eſt duplex interior, exterior: ita & nomen Dei. 2.

Internum eſt quoddam verbum mentis, vt & externum. Eſtque imago Dei nunc illuſtrior, nunc minus illuſtris.

Quam cum colimus ac laudamus [iubemur enim Dei laudare nomen] cultus in imaginem non terminatur: ſed in Deum deſinit ac terminatur. Non ſecus atque cultus defertur diuorum & principum imaginibus in eos ipſos deſinere ſolet ac debet. Conſule Scal. exerc. vlt. 3.

Deus vt incomprehenſibilis, ita etiam ineffabilis eſt. i. nullo ſermone poteſt planè perfectèque exprimi. 4.

Vox non ſignificat niſi rem, cuius notitia iam mente comprehenſa.

Cogimur ex rebus noſtris, & ex ſenſu comprehenſis æſtimare cætera, potiſſimum abſtrahendo, complectendo. 5.

Nomina primum imponuntur creaturis, indeque transferuntur ad Deum. Itaque non mirum, ſi parum fœliciter diuina verbis exprimuntur.

Quę vocabula vſurpantur in ſermone de creatura, ſi perfectionem arguunt fere inuoluunt aliquid imperfectionis: vt cum ſic loquimur: Anchiſes generat Æneam, Anchiſes Æneam generauit.

Sed cum ad Deum transferuntur, amouenda per cogitationem ſignificatio imperfectionis. de qua re in Logicis.

Seu dicas Deum poſſe non peccare, ſeu non poſſe peccare, vtraque locutio videtur imperfecta.

Item ſeu diuinum patrem generaſſe filium, ſeu generare, vterque modus locutionis imperfectus eſt, niſi per propoſitam regulam remoueatur, quid quid inſinuatur imperfectionis.

De exiſtentia Dei.

Non ſiquid per ſe eſt notum, clarum. p. Deus, mundus. Ideo non admittit confirmationem. 1.

Non ſi quid tenetur fide, id confeſtim probationem reſpuit, vt vnitas Dei. de qua re in Logicis. 2.

Non quicumque Deum inficiatur, ex animo inficiatur, & quouis tempore & modo. Inſipiens cùm in corde ſuo non eſſe Deum dicit, non tam Deum negat, quàm Deum iudicem. 3.

Si ſe ſubduxit à ſenſu Deus, ſubduxit & innumerabilia, ne quia non ſentitur, ideo negetur. de qua re in rudimentis. 4.

Varias varijs facultates, & ſenſus varios largitus eſt Deus, & denegauit alijs ſeu ſpeciem, ſeu indiuiduum ſpectes, vt ad ipſum proueheremur. 5.

An quia arbor nihil deprehendit, ideo nec ipſa eſt, nec quicquam. 6

An quia oſtrea non audiunt, non vident, ideo nihil eſt ſoni & odoris.

An quia talpæ cæcutiunt, propterea nihil eſt color.

Nonne cęcus ſit amens, ſi quoniam aſpectu caret, lumen & colorem è medio ſublatum putet? 7

Nonne ſimiliter ſurdus? &c.

Certè multa multi aſſequuntur, quę alij comprehendere non poſſunt. 8.

Nonne vt deprehendimus belluas à nobis ſuperari: ita exiſtimare decet in 9.

Digitized by Google

mundo eſſe aliquid creaturę, quod ſit nobis perſpicacius.

10. Sanè Deus fecit vt deprehenderemus cœli pulchritudinem, & ſummam ſtellarum à terra diſtantiam, vt coniiceremus ſupra nos exiſtere multa pręcellentiora.

Si tamen nihil apud nos foret niſi ſenſui patens, atheo videretur prodita occaſio dubitandi de Deo.

At nemo ita peruicax & ſenſui addictus, qui non admittat plurima, quæ nullo ſenſu comprehendit.

Imò, omnia pręter pauca & leuiſſima ſensibus videtur ſubduxiſſe, ne quia ipſe eſt inſensibilis, ideo eſſe non putaretur.

11. Id quod multi multa ſe ſentire dicunt & putant, propter loquendi conſuetudinem, vt ex. g. leuitatem, grauitatem &c. Quæ tamen non magis ſenſu explorantur, quam vis magnetis, quam anima noſtra, quam Deus.

12. Porrò, ſi Deus videtur deprehenſu difficilior ex ſenſu, quam anima noſtra, at alia ex parte animæ noſtræ argumenta pauca. Nihil occurrit quod nó-
13 ducat in notitiam Dei, ſeu ſpectentur ſingula, ſeu vniuerſa.

Fidem exiſtentis Dei ſexcenta faciunt.p.

Primò conſenſus ipſe omnium gentium. De quo Cicero, & Eugubinus.

2. orbis huius machinatio, pulchritudo, nexus rerum, & conſpiratio ad vnum finem.

3. gubernatio mundi, & prouidentia.

4. virtutum finis, mentis noſtrę propenſio ad Deum, appetitus inexplebilis.

5. variæ Dei deſcriptiones, variæ entis diuiſiones.

6. impoſſibilitas progreſſionis in infinitum in cauſis.

Neceſſitas rei, quæ ſit planè immutabilis, neceſſaria, & independens.

Nam in cauſis efficientibus finalibus deueniendum eſt ad aliquid primum.

Argumentum à cœleſti motu repetit Ariſtoteles 8. phy. & 12. Metaphyſicę.

7. infinibilitas creaturæ, per quam prodit opificem ſuum.

Creatura quęuis ita finita, vt redoleat ac prodat vim infinitam ſui authoris, quia deprehenditur poſſibilis innumerabilibus modis.

ARTICVLVS II.

Eſſentia, & attributa varia.

De Eſſentia Dei.

Definitio complectitur diſtinctam omnium graduum & perfectionum, quibus res conſtat, cognitionem.

Quare Deus definiendo à creatura explicari non poteſt, cùm innumerabiles complectatur perfectiones.

Cùm verò deſcriptio ſit oratio reciproca, & Deus ſexcentis modis deſcribi poteſt.

Digitized by Google

Vt { cum dicitur ſubſtantia infinita, increata, &c.
id quod eſt primus auctor, atque opifex, primuſque finis cuiuſque rei quę occurrat.

Quô plura principia, attributa res habet, eô pluribus modis deſcribi poteſt.
Exiſtentia non eſt eſſentiæ & definitionis pars in creatura, in Deo contra. 3
Notionum quæ de Deo habentur genera duo. 4

Quia { quædam ſunt proprię.
quædam ſunt communes illi cum creaturis, ſed analogicè tantum: vt ens, ſubſtantia. 5

Siquidem Deus vere *eſt qui eſt*. Cætera ſunt inſtar vmbræ, ſi cum Deo conferantur.

Ideo, ſi habemus rationem noſtræ imbecillitatis, in concipiendis attributis, Deus non tam eſt ſubſtantia quo modo concipitur ſubſtantia à nobis, *quam ſuperſubſtantia*, immo non tam eſt *ſuperſubſtantia*, ſi ſpectetur ſuperſubſtātia vt concipitur à nobis, quam *ſuperſubſtantia*: & ſic deinceps in infinitum.

Deus non tam hoc quod concipis, quam aliquid tale, ſed longè præcellentius.

Vt mens non tam oculus, quam velut oculus.

Rex non tam paſtor, quam velut paſtor, &c.

In Deo quicquid eſt, id eſſentia eſt, aut realiter idem cum eſſentia. 6

Bonitas creaturarum partim *eſſentialis*, partim *accidentaria*.

In Deo non eſt *accidenti* locus, eſt *perſonis*, homo non tantum *ipſe* eſt *ipſe*. i. homo non tantum eſt homo: ſed etiam eſt aliud ab homine, eſt iuſtus, cādidus, ambulans, diſputans, &c.

At Deus non eſt niſi Deus: ideo eſt ipſe ipſe, ἄυτα υτος. 7

Reponaturne Deus in categoria, quæritur in Logicis.

Ipſe ſe definit perfectiſſimè, quia ſuas omnes perfectiones perfectiſſimè comprehendit. 8

Varias deſcriptiones facilè eſt contexere variis ex attributis.

Compoſitio, ſimplicitas, attributa.

Secundum *rem* Deus eſt ſimpliciſſimus, compoſitum eſt reſolubile, ſecundum naturam nihil Deo prius. 1.

Ens etiam fuſiſſimè ſumptum reciprocatur cum Deo, ſupponit Deum.

Idque { quia ens vel eſt deus, vel eſt dei. 2.
vt bonum eſt finis, vel ad finem.

Secundum rationem deus maximè compoſitus, quia continet perfectiones innumerabiles, attributa innumerabilia. 3.

Quæ tribuuntur deo, inſunt ipſi formaliter, vt ſapientia, amor: aut virtute tantum, & eminenter, vt oculus, manus, digitus, &c. 4.

Digitized by Google

5. Perfectiones { aut ſunt ſimpliciter ſimplices, & nullam inuoluunt imperfectionem: vt entitas, ſubſtantialitas.
aut non: vt vitis, lumen, lapis, &c. }

6. Tribuuntur deo illæ formaliter, hæ virtute, eminenter, & per analogiam.
Ita nihilominus omnia tribuenda deo, vt ſemper cogitemus maius eſſe cogitandum, quod à nobis tribuitur deo, quam à nobis cogitetur.
Propterea quod infinitè diſtamus à perfecta dei, & alicuius diuini attributi perfectione.
Sic de deo videtur ſentiendum & loquendum.
Deus non eſt architectus, non eſt gubernator. &c.

7. Sed velut architectus &c. & quid longè præſtantius.
Non ſi perfectio eſt ſimpliciter ſimplex, ideo eſt magna.
Cum autē iuſtitia dei ſit ipſe deus, itēque miſericordia &c. nihilque realiter illic diſtinguatur præter perſonas, quæ cum ſint tres realiter à ſe inuicem diſtinctę, vnicam tamen eſſentiam & naturam habent, cui realiter identificantur.
Nihilominus captui noſtro congruenter de deo loquimur, & concretè proferimus eius attributa: dicimus enim non modo deus eſt ſapientia, iuſtitia: verumetiam deus eſt ſapiens, &c.

8 Sed in deo ſapientia, & quod habet ſapientiam idem, in creatura non item.
Incorporeum, incorruptibile, infinitum & ſimilia ſi tribuuntur deo, perfectionem arguunt.

ARTICVLVS III.

Incorporeitas, vnitas, omnipotentia, &c.

Incorporeitas.

Inſana Stoicorum natio, quę deum cogitabat tanquam corpus: & quidem mundus illis pro deo erat, ſubſtantiam nullam admittebant incorporatam.
Quod corporeum eſt, infinitum eſt, patitur, moueri poteſt, concluditur figura, compoſitum eſt. Conſule lib. 8 Phy.

Vnitas.

Vnitas ſingularitasque dei probatur primo quoniā primus motus vnus 8. Phy. quę coniectura leuis.
2. quia monarchia eſt optimū gubernationis genus, 3. & 5. Polit. & 12. Metaph. ideo non eſt bonum multos [deos] imperare.
3. quia id colligitur ex vniuerſi ordine, conſenſu partium eius, & propenſione ad *communem finem*.
4. quia non poſſunt eſſe duo infinita, quæ ſint abſolutè infinita.

Digitized by Google

Nam ſi vnum tantum poſſet quantum duo, alterum foret ſuperuacaneum. Si vero minus, non foret omnino infinitum.

p. quia ſi darentur duo dij principes conſentirent, vel pugnarent. Si pugnarent, vel cum victoria, vel ſine victoria: Si pugnarent, id imbecillitatis foret argumentum: Si continerentur & conſentirent aliquid contineret ipſos idque potentius foret.

proinde vnum principium, vnus Deus princeps etiam Ariſtoteli.

Gens veſana Manicheorum duplicem faciebat Deum, vt & Simon Magus.

Nempe { vnum, qui foret bonorum opifex. / alterum, qui malorum architectus, & aduerſarius.

Sed mali eſſentia nulla, ideoque non eget efficienti cauſa, ſed deficienti.

De vnitate Dei plura apud Eugubinum, & Theologos.

Infinitas, omnipotentia. &c.

Immutabilis Deus, quia neque à ſe, neque ab alio mutari poteſt, deueniendum ad aliquid quod mutet, nec vllo muteiur modo.

Si quando ſacræ literæ videmus tribuere Deo mutationem, mutabilitatem, anthropopathia eſt: vt cum dicitur Deum pœnitere.

Infinitus Deus, ſed infinitas eius & immenſitas ab Ariſtotele 8. Phy. aſtruitur per leue argumentum.

Quæuis creatura poſſibilis Deo, innumerabilibus modis, potuit me facere per parentes innumerabiles.

Conditionata notio, per quam quidque nouit infinita eſt.

Potentia Dei duplex conſtituta, *abſoluta; ordinaria.*

Omnipotentia eius oritur ex infinitate &c.

Quidquid intelligibile eſt niſi eſt producibile eſt ac poſſibile, intelligibilia autem ſunt innumerabilia; ideoque & poſſibilia.

Propter eaque datur aliquid quod innumerabilia producere poſſit.

Poteſt Deus quidquid non inuoluit contradictionē quidquid habet rationem.

Sed multi contradictionem cogitant, vbi nulla eſt.

Multa ſiquidem fieri poſſunt, quorum ratio ingenio humano non comprehenditur.

Si Deus poſſet hominem creare expertē animæ, mentiri, errare, impotens, non potens foret.

Qui enim cum velit animam creare non creet tamen, ſanè ille impotens.

Qui autem hominem efficere vult, is vult efficere animam, quia homo eſt anima cum corpore.

Itaque ſi Deus hominem facere volens, ſine anima faceret, impotens foret.

Quare non videmur loqui ſine abuſione, quando in hunc modum loquimur. Deus non poteſt mentiri, hominem creare ſine anima &c.

Nam contra quia hęc potentiā ſignificant nō impotentiā videtur ſic dicendū.

i. Deus maximè, & potentiſſimè poteſt non mentiri, non creare hominem ſine anima.

Vel potius, quia hæc poſterior loquendi ratio non ſatis quod in re exprimit. p.

impoſſibilitatem mentiendi, peccandi.

Decet vtramque rationem
- vſurpare, qua vſui eſt.
- repudiare, qua parte deficit.

Ergo Deus
- dicatur
  - poſſe non peccare, quia nunquam peccare in Deo proficiſcitur à virtute & poteſtate ſumma.
  - non poſſe peccare, quia prior illa loquendi ratio non ſatis exprimit quod ſentimus, n. illam peccandi poſſibilitatem.
- non dicatur
  - poſſe non peccare, quia hoc non ſatis rē exprimit, cùm dæmones potuerint non peccare, peccauerint tamen.
  - non poſſe peccare, quia illud non poſſe, potentia eſt in Deo infinita.

Sapientiſſimus Deus omniſcius: hinc illud principium: Deus & natura nihil facit fruſtra, ideo & optime & optima facere ſolet. de qua re alibi.

Non tenetur facere optima ratione *operis*, licet faciat ratione *operationis*.

Cum quid facere poteſt duobus modis, fruſtra ad alterum aſtruendum petitur coniectura ab hoc axiomate. *Deus optime facit*.

putà
- ſi poteſt ſacerdotalem poteſtatem coniungere cum politica, & ſeiungere ab eadem.
- ſi cœlum ariſtrocraticum conuertere in monarchicum & contra.

Optime ita, ergo impoſſibile aliter apud Ariſtotelem.

Tam certum eſt optimè facere Deum, quàm nos latet qui ſit optimus effectionis modus, &c.

Iuſtus Deus, miſericors, creaturæ amans, &c.

Natura ſuorum operum conſeruationem amat apud peripateticos. Deus bonorum amicus Ariſtoteli in Moralibus.

Aliter affectus Deus ad bona opera remuneranda; aliter ad indifferentia. Etiam ſublata pollicitatione. de qua re Theologi.

Sempiternus Deus, quia neque ſeipſum facere poteſt, neque fieri ab alio.

Poteſt-ne Deus præteritum reuocare?

Permanentia, vt Bucephalum, Socratem citra controuerſiam Deus reuocare poteſt, faciet vt reuiuiſcamus.

Vltima nãque rei determinatio vel ab ipſo vno vel ſaltem eſſe poteſt. Quodque ſemel facit iterum facere poteſt, cùm id nulla implicetur contradictione.

Credibile eſt poſſe & *ſucceſſiua*, ideoque & *momentanea* propter eamdem cauſam.

Obiectio.

In præteritum Deus non obtinet poteſtatem.

Diſt.
- vt faciat ipſum non præteritum, ſiue faciat vt non præteritum fuerit, C.
- vt rurſus ipſum efficiat præſens, N.

Digitized by Google

Potentia ordinaria.

Ordinariæ Dei poteſtati non omnia poſſibilia. p. homo centimanus.

Sed
- ordinaria vna per quam efficit & conſeruat naturalia, quę vocatur *natura naturans*, cuius vis duplex indicata alibi.
- altera, quâ regitur homo & omnino creatura dianoetica, procuratur ſalus humani generis, myſteria peragũtur, animi noſtri perfunduntur gratia, ſpe & fide, & omnino adminiſtratur patuus mundus, & Eccleſia.

Hæc
- potentia *extraordinaria* videri poteſt. n. ſi conferatur cum natura.
- *ordinaria* tamen eſt ſi conferatur cum abſoluta.

Siquidem quod baptiſmo eluantur animi ſordes, &c. id iam ordinarium, ad illud faciendum ſi Deus vteretur lacte, &c. id foret extraordinarium, & proficiſceretur à poteſtate abſoluta, quę reſtringitur per Dei voluntatem.

Quidquid vult Deus, id poteſt non autem contra.

Hæc ſecunda ordinaria videtur aſtruenda, agnoſcenda.

Etenim quod aqua cum certa formula certo applicata modo animum purget, id non erat olim, at iam eſt ordinarium.

Vt res indifferens poſteaquam acceſſit principis edictum efficitur ius & lex: ita quod non eſt ordinarium poteſt à Deo fieri ordinarium.

Vtque homo tenetur Deum rogare & ſolet aliquid ſuprà naturę curſum, ita Deus ſolet illi largiri aliquid ſuprà naturę curſum, naturalem neceſſitatem maximè quod pertineat ad animum, alioquin fruſtrà rogaretur.

Et quidem in hocce ordine quędam ſemper eueniunt: vt effectus baptiſmi, conſecratio. &c.

Quędam frequenter; vt quod Deus precibus exoretur.

Quędam raro: vt curatio miraculoſa, quæ per fidem fiat.

ARTICVLVS IIII.

Actio, cauſatio.

Actiones Dei.

Sunt aliæ actiones Dei, quę dicuntur *ad intrà*: vt generatio filij, amor, intellectio: quæ ſunt maximè voluntariæ, ſed minimè liberę.

Aliæ *ad extra*: vt creatio, gubernatio mundi: quæ ita liberæ, vt non euertant Dei immutabilitatem.

Quæritur vtrum Deus ſit liber Ariſtoteli.

Agit vel cum ſecundis cauſis. p. cum equo, &c. & tunc putatur liberè agere: vel ſolus, vt quando creat mundum, mouet orbem primũ; tum verè eſt liberrimus; ſed ex mente Ariſtotelis videtur agere neceſſitate naturæ: ideo Ariſtoteli mundum ab æternitate fudit.

Sed verè creatura res eſt contingens, neque cogitur Deus ad illius productionem.

Quomodo cauſat Deus?

Deus eſt typus, finis, factor, & conſeruator aliarum omnium rerum.

Efficit ſolus: vt quando creat mundum, Angelum: cum ſecundis cauſis. p. cum equo, cum igni.

Tum { vel agit ſecunda cauſa concurrente efficaciter & phyſicè, non moraliter tantum: vt quando Deus & ignis generant ignem. vel agit ad præſentiam, aut preces ſecundæ cauſæ non tamen concurrentis per naturalē efficaciam: vt cum in fœtu animam rationalem creat, ſanat per preces.

Deus ſupplere poteſt alias cauſas finales, exemplares, effectrices.

Item materiam non quatenus componit, & informatur: ſed quatenus fulcit, firmatque formas.

Et formam non quatenus forma componit & informat: ſed quatenus materiam fulcit, facultates fundit, continet, terminat.

Perſonate humanitatem in Chriſto non eſt informare propriè: ſed terminare & quaſi informare.

Supplet autem Deus cum facit ſolus quod cum illa faciebat.

Quid conſeruat Deus?

Vt Deus producit quiduis: ita nihil ſine ope Dei conſeruatur.

Conſulendus ſermo de prouidentia.

Magis quiduis à Deo pendet quam à ſole aeris lumen.

Concurrit-ne cum ſecunda cauſa ad agendum?

Conſulendus ſermo de cauſatione cauſæ particularis.

Deus influit in cauſam, in cauſationem, in effectum.

Concurrit virtute quod vim agendi eſt largitum, potiſſimum ſi conſeruet actu. concurrit quod vnà agit & cauſat.

Deus concurrit vtroque modo.

Determinatur-ne Deus à ſecundis cauſis?

Sol & aliæ conſimiles cauſæ ex ſe ſunt indifferentes, determinantur ad talem ſpecie effectum à ſecundis cauſis. p. ſol ab equo ad equum generandum.

Deus non determinatur ab illis, ſed tantū quaſi determinatur, nulla ipſi neceſſitas imponitur à ſecundis cauſis, ſuis ipſe ab ideis determinatur, ſed congruenter ſecundis cauſis pro ſuauitate ſuæ prouidentiæ.

Quid efficere poteſt, quomodo annihilat?

Abſolutæ Dei potentię nihil impoſſibile eſt, cuius conceptio entitatem & rationem habeat.

Vt Deus annihilet non requiritur niſi vt ſubducat concurſum ſuum, ceſſet. Deus conſeruare mundum, in nihilum relabetur.

Quomodo impedit actionem ſecundę cauſæ?

Nunc agendo, nunc tantum concurſum ſuum ſubducendo, &c.

Eſt-ne eadem Dei concurrentis & ſecundæ cauſę actio?

Si actio tranſiens eius collocetur in agente non eſt eadem, ſed ferè à Phyloſophis tranſeuntes actiones ſtatuuntur in re patienti, vt τὸ calefacere in aqua.

Quo ſenſu cauſa prima & cauſa ſecunda producunt actione eadem ſecundum rem, licet ſit diuerſa ſecundum rationem, quia fruſtra fit per plura.

Eadem calefactione Deus, ignis & calor calorem procreant.

Quæ ſunt eadem vni tertio ſunt inter ſe eadem: calefactio ignis eſt reipsâ idem cum calore producto, itemque calefactio Dei, &c.

Porro quæuis creaturæ actio etiam immanens, vt intellectio eſt actio aut cauſatio tranſiens ſi cum Deo conferatur, vt productio actionis immanentis, per quam producitur à ſecunda cauſa non diſtinguitur realiter ab illa actione immanenti: ita productio per quam eadem actio immanens à Deo procreatur non videtur ab ipſa diſtinguenda realiter.

Tandem veniendum eſt ad geneſim, quę per ſe fiat ne regrediamur in infinitum.

Ergo Deus meâ intellectione me intelligit, per me tamen mea me volitione vult, aut potius efficit meam intellectionem per productionem quę ſit reipſa idem cum intellectione mea, non enim propriè dicitur Deus per me intelligere, velle, niſi tranſeuntem intellectionem ſecernas ab immanenti, intellectionem facias immanentem, & tranſeuntem.

Promouet-ne Deus ſecundam cauſam?

Eſt-ne ſecunda cauſa merum Dei inſtrumentum?

Influit-ne Dei concurſus recenter in cauſam & effectum?

Ignis calorque eius fit factuſue eſt, ac ſeruatur à Deo, &c.

Non dubium quin effectio, & conſeruatio ſecundę cauſæ per naturam antecedat illius actionem. p. calefactionem. 1.

Non dubium quin actio ipſa ſecundę cauſę auctorem & conſeruatorem habeat Deum. 2.

Non dubium quin Deus in effectum & effectionem influat. p. in calorem productum, & in τὸ calefieri. 3.

Sed quæritur vtrum alia quædam primę cauſæ motio actionem ſecundæ cauſæ (quę & ipſa primæ eſt cauſę) proximè & recenter antecedere debeat. p. intellectionem, frigefactionem, deambulationem, productionem frugū. &c. Eo modo quo lignator primum ſecurim mouet: Deinde ipſe & ſecuris lignum mouent. 4.

Vtrum. e. g. pręterquam quod Deus facit ſeruatque ignem & calorem, calefacit aquam cum igni & calore alia quædam quæ ſit ſolius Dei actio cogitari debeat, per quam ignis & calor eius promoueantur recenter ad agendum.

Inſtrumentum artificis, vt ſecuris, malleus, &c. quamuis bonum, non mouet tamen vnà cum artifice niſi prius moueatur, niſi tamē ipſum ab artifice transferatur recens aliqua virtus [p. impetus] qua inſtrumentum moueat.

Cuius generis virtus dicitur intenſionalis nec durat, aut ſaltem non diu durat.

Inſtrumentum vltra menſuram virtutis ſibi inhęrentis operatur vſurpatum & eleuatum à ſuperiori cauſa.

Prior ſententia.

Qui ſecundas cauſas volunt eſſe mera Dei inſtrumenta, putant eas indigere *præmotione* & virtute illa intenſionali.

Poſterior.

1 Aliquando præmouet Deus ad ſuperiorem modum. p. mentem, & voluntatem noſtram, ſuis inſpirationibus nos præuenit.

2 Nihil impedit quo minus liceat Deo veterem virtutem creaturæ locupletare acceſſione nouę tùm durabilis, tùm non durabilis.

3 Ferè tamen tantum ſeruat virtutem cauſæ naturalis & concutit ad illius actionem.

4 Omnino non neceſſario præmouet Deus vt eliciatur actio.

Primò quia fruſtra fit per plura, &c.

2. quia virtus iſta recens, quæ cogitatur eſt finita & creata: itaque potuit eam ſi neceſſaria erat ſecundæ cauſæ indere Deus prima ab origine, & eo modo conſeruare, quo poteſt ſeruare impetum impreſſum lapidi.

3. quia cauſę naturales vi grauitas perpetuo nixu & conatu ſunt procliues ſuã ad actionem, & quaſi ſemper in procinctu ſunt.

Vt attractio conuertitur in retentionem ſine virtutis acceſſione: ita nixus in motionem.

Cauſæ naturales ſimiliores ſunt *arcui tenſo*, quam ſecuri & malleo.

Vnde vltima effectus determinatio?

1. Quæritur quænam ſit cauſę vltimæ & indiuiduæ determinationis in effectu: quando e. g. ferrum idem bis moueo, quęritur cauſa cur motio prima prodierit prima potius quam ſecunda.

2. Omnino cauſa videtur repetenda vel à Deo vno, vel à concurſu certo omnium cauſarum & circunſtantiarum, quæ ad effectus certi productionem concurrunt, p. loci, diei, horæ, &c.

3. Sanè Dei eſt ſupplere defectum ſecundæ cauſæ, p. determinare ſi ipſa determinare nequit.

Per naturam videtur reuocabilis idem cœtus cauſarum ſecundarum, non eſt tamen reuocabilis idem numero effectus.

4. Quando Deus operatur ſolus, citra controuerſiam cauſa eſt vltimę determinationis.

5. Sed altera ex parte ſi conſiderantur effectus prodeuntes à Deo & à ſecundis cauſis, p. Bucephalus, hæc arbor, hic calor, &c.

Veriſſimile eſt determinationẽ pendere à cœtu illo & conuentu cauſarum, atque circunſtantiarum per naturam irreuocabili: vnde fiat vt à priuatione ad habitum non detur regreſſus per naturam.

Idque ſiue cœtus ille cauſet ſingularitatem, & determinationem: ſiue Deus tantum ſed ad præſentiam illius.

Etenim ſi à Deo vno pendet non à cœtu illo vltima rerum naturalium determinatio, videtur per naturam dari poſſe regreſſus à priuatione ad habitum, reuocari quod perierit.

Niſi quis

Niſi quis dicat Deum conſtituiſſe numquam per naturalem ordinem reſtituere eamdem numero ſingularitatem.

Si quidem velit Deus pro ſua libertate quam determinationem ſemel indidit, indere valebit iterum.

Quæ autem per ſe vnum facit Deus, ſed vt defectum ſecundæ cauſæ ſuppleat.p.dum generatur homo, ea cenſentur naturaliter fieri: vt quando animam rationalem creat.

Quid maxime mirum in vltima determinatione?

Primum, Id quod ex ſingularibus innumerabilibus indifferens vnum quaſi ſeligitur.p. vnus calor ex innumerabilibus.

2. Id quod numquam per naturam reuertitur idem ſingulare.

ARTICVLVS V.

De intellectu, & voluntate.

Intellectus & notitia.

Prima.

Notio Dei vna *theoretica*. Altera *practica*.

Practica latius per quam nouit quidquid ipſe producere poteſt.

Strictius ea per quam nouit quæ produxit, producit, producturus eſt.

Secunda.

Eſt *Libera* per quam intelligit, ita vt potuerit aliter intelligere.p. ea per quam nouit nos futuros hodie.

Eſt neceſſaria per quam ſic cognoſcit vt non potuerit aliter intelligere.p. ea per quã nouit hominẽ eſſe animal rationale, ſe eſſe omnipotentẽ, &c.

Si Deus noſſet nos non futuros, notio ea eâdem foret ratione Dei cum eâ quâ nouit nos futuros.

Tertia.

Notio vna cum probatione: hinc dicitur Deus noſſe pios, ignorare impios.

Altera non cum probatione: vt illa per quam Deus nouit ſceleratum.

Probatio tamen ſiue approbatio non tã mentis, quam voluntatis actus eſt.

Quarta.

Notitiæ ac *ſcientiæ* Dei quatuor conſtituuntur gradus.

n. { *Intelligentia ſimplex*, ſcientia ſimplicis intelligentiæ.
Conditionata notio.
Ars, ſiue idea, ſcientia idealis & artificioſa.
& *viſiua notio*, ſeu cognitio viſionis. }

Communior primus gradus ſecundo, ſecundus tertio, tertius quarto.

Notitia *ſimplicis intelligentiæ* illa per quam Deus nouit quidquid poſſibilitatis & veritatis rationem habet.

Hæc eſt omnino neſſaria, extẽditur ad omnia, antecedit actum voluntatis.

Conditionata & hypothetica generatim per quam Deus nouit quid ſit futurum, ſi ponatur aliqua conditio. Speciatim illa per quam Deus nouit quid futurum fuerit ſi fuiſſet poſita aliqua conditio, quæ numquã euentura eſt.

vel in ſupremis mundanis regionibus: per virtutes à ſe emiſſas & per miniſtros regit.

Verè funditur per vniuerſum orbem, vt Theologi docent, neque agere poteſt niſi vbi ipſe eſt, cum ſit ipſe ſua facultas, ſua notitia, ſua volitio.

Vtrum impleat ſpatia illa infinita imaginaria, quæ extra cœlum cogitantur controuerſia eſt, eaque anceps.

Ante conditum orbem dicitur Deus à nonnullis fuiſſe in ſeipſo tantum: ab aliis fuiſſe in ſpatiis illis imaginariis.

Monitum.

Si Deus non eſt niſi in ſeipſo & in creatura, fieri poteſt vt ſit in duobus locis diſſitis, nec tamen in interiecto ſpatio.

Perſonæ, trinitas.

De Trinitate quid ſenſerint veteres philoſophi docet Eugubinus. 1.

Creatura quædam generat nihil ſui largiendo, vt ſol. Quædam largiendo aliquid ſui .p. ſurculum, ſemen. 2.

Nulla generando largitur totam eſſentiam, & entitatem ſuam.

Nulla quod largitur retinet dũ generare dicitur, niſi in propaginibus id dicatur aliquo modo euenire: ſed quando videtur euenire *generans & genitum* non niſi pro vno numerantur.

Eſſentiam ſuam cõmunicat *totam* Pater diuinus Filio, vterque Spiritui Sancto: Sed ita communicat, vt retineat ſibi nihilominus.

Et certe præſtantior fœcunditatis modus in Deo cogitandus. Diuina generatio perinde habet, atque ſi Anchiſes Æneæ largiatur totam entitatem ſuam, non partem tantum, retinendoque non amittendo.

Trinitatis diuinæ id qualecumque argumentum in creaturis. 4.

n. { quod in natura nihil occurrit ſolitarium.
vbique multitudo cum vnitate.
natura res producit per congeriem. }

Diſtinctionis realis perſonarum à ſeinuicem & realis identitatis cum eſſentia occurrit qualecumque argumentum & ſimilitudo in propaginibus.

Item argumentum illud & qualiſcumque ſimilitudo Quod duo vnius eiuſdemque rei modi .p. duæ vnius & eiuſdem virgulæ configurationes non vulgariũ philoſophorũ opinione creduntur realiter idem cùm ipſâ. Et tamen fere creduntur & videntur à ſeinuicem realiter diſcrepare.

Duas eiuſdem rei .p. vnius campanæ motitationes quis non ſecernit? Quæque tamen earum videtur realiter idem cum vbiquitate, quia motus realiter idem cum ſuo termino. Vbiquitas porro ſeu τὸ eſſe in loco videtur eſſe reipſa idem cum re locata.

ARTICVLVS VII.

De Prouidentia.

Seu de diuina Prouidentia.

Digitized by Google

Prouidentiæ nomen, notio, diſtinctio.

Prouidere ex vi verbi eſt eminus videre. In hoc negotio eſt alicui proſpicere de bonis; antequam ſit opus, & cum eſt opus ea ſuppeditare.

Prouidentia generatim cura per quam aliquid de bonis prouidetur & proſpicitur, &c. vt prouidentia gubernatoris, imperatoris, &c.

Per excellentiam & nullo addito eſt diuina Prouidentia, cuius conſilio huic mundo prouidetur, vt inconcuſſus eat, & actus explicet ſuos.

1. Prouidentia vna per analogiam tantum & impropriè eſt prouidentia: vt quæ in belluis in arboribus.

2. Prouida vitis quia perinde emittit folia, atque ſi intelligeret vuis futura vſui.

3. Prouida formica, prouidæ apes quia &c.

Altera proprie prouidentia, quæ à mente, & ratione proficiſcitur, vt indicat græcum nomen πρόνοια.

4. Prouidentia proprie in homine, in Angelo, in Deo.

5. Noſtra eget mente practica qua præ videatur quid ſit opus, voluntate qua
6. velis illud præparare, &c. facultate qua poſſit illud præparare, ſup-
7. peditare.

8. Prouidentiæ nomen interdum complectitur illa tria capita interdum tantum duo priora: túmque diſtinguitur à gubernatione & exequutione.

Prouidentia interdum pertinet ad finem præſtituendum & ad media, interdum ad media tantum.

Prouidentia Dei ad ipſius ſapientiam & intellectum pertinet: ad bonitatem, & ad voluntatem, ad virtutem & poteſtatem per quam tandem executio fiat, quanquam poteſtatem hanc diſtinguere à voluntate non ita neceſſe eſt quia quidquid vult Deus id efficere poteſt, licet non quidquid efficere poteſt, id velit.

Monitum.

Si prouidentiæ diuinæ definieris ſignificatum & omnino prouidentiæ, facile vnum definieris & alterum, &c.

Quid officium cauſæ vniuerſalis.

Cauſa generalis proſpicit vniuerſitati rerum, ita vt etiã ſingulis prouideat.

1. Sed nihilominus ita vt propter vnius rei ſingularis vtilitatem non teneatur interturbare vniuerſi ordinem.

Non tenetur regere ſingula eo modo quo perſona eſſentiam quam termi-
2. nat. Res conſideratur tanquã pars mundi tanquã propter aliud aut qua-
3. tenus propriam quaſi perſonam habet, proprium & congruentem ſuæ
4. ſpeciei finem præſtitutum habet: vt homo beatitudinem.

5. Quibuſdam rebus non ſuppeditantur omnia ad finem ſuum proprium neceſſaria p. arbori ad fructificandum, puero ad baptiſmum.

In quo ſi quid eſt vitij id à ſecunda cauſa. Deus deficere nequit niſi negatiue.

Si quid tendit efficaciter ad finem naturæ ſuæ congruentiſſimum & pro-

prium ſufficienter, eo vtitur Deus ad publicum aut omnino ad alium finem, hoc modo vtitur Deus ſceleratis, ac perditis,

Gerítne Deus curam rerum creatarum?

Sententia prima.

Prouidentiam tollunt { tum quicumque Deum tollunt i. Athei.
tū aliqui ex diuinitatis aſſertoribus, vt Epicurus.

Deus ab Epicuro reiectus extra mundum in medio huius & alterius in intermundiis, deſertus ſine animali, ſine homine, ſine re, ruinas mundorum ſupra ſe, circa ſe cadentium euitat, non exaudiens vota, nec curioſus noſtri, ſine vlla tribuendi, aut nocendi materia. Seneca lib. 4. de beneficiis. Iuuenalis.

Sunt qui in fortunæ iam caſibus omnia ponunt
Vt mundum nullo credant rectore moueri.
Natura voluente vices & lucis & anni.

Secunda ſententia.

Quibuſdam { ſupera & cœleſtia mente & conſilio regi videntur.
Inferiora ſine vllo rectore incertis fortunæ caſibus agitari.

Tertia.

Deus { humana nobis & caſui reliquit
cetera gubernat, moderatur } hinc illud Beotij.

Nihil antiquâ lege ſolutum
Linquit propriæ ſtationis opus.
Omnia certo fine gubernans
Hominum ſolos reſpuit actus
Meritor rector cohibere modo.

Quarta & diuiſio eius.

Rerum { quædam ita certa compoſitáque ſunt lege, vt in his manifeſto vis cō ſilij & rationis appareat ſine erroris ſuſpicione.
Aliæ videtur incertæ & temerariæ, quæ nihilominus certo conſilio adminiſtrantur.

Omnino datur prouidentia cuius virtute regatur mundus vniuerſus.

Sed aſtruitur { à quibuſdam praue. p. ab his qui prouidentiæ iniiciunt vincula fatalis neceſſitatis.
ab aliis recte citra *diuinæ & noſtræ* libertatis deſtructionem.

Monitum de tertia ſententia.

Videtur minus abſurdum prouidentiam Deo plane adimere, quam relinquere curam rerum ceterarum; humanarum vero auferre. Siquidem ſi quid cura vt præſtantiſſimus maxime quæ præſtantiſſima vt colligitur ex 1. Ethico. de lib. de inſomniis. Ideo illi ipſi qui ſuſtulerunt prouidentiam hocce potiſſimum vſi ſunt argumento.

Si quibus prouidet Deus, maxime probis, ſapientibus, &c.

Digitized by Google

Atqui hic non gerit proborum, ſapientúmque curam, Ergo, &c.

Probatio prouidentiæ.

Adſtruitur prouidentia, ſeu diuina prouidentia.

Primo teſtimoniis Scripturæ ſacræ, Eccleſiæ, Patrum, quæ repetantur à Theologis.

2 Teſtimoniis poëtarum.p. Homeri, Heſiodi, & Hiſtoricorum.

3 Teſtimoniis philoſophorum.p. Platonis in Epinomide. 1. de legibus, Plotini, Stoicorum, &c.

4 Communi fere omnium mortalium ſenſu & conſenſu.

Rationibus claris & euidentibus tum aliis, tum iis ipſis quibus aſtruitur Deus, probatur Deus eſſe mundi opifex, docetur colendus, &c.

Quanquam qui beneficia contulit nec deinceps tamen eſt collaturus colendus tamen: nihilominus tamen religionis ardor eſt extinguendus ſi quis arbitretur Deum ſic contuliſſe beneficia. p. condidiſſe mundum, &c. vt iam nihil conferat, nihil deinceps ſic collaturus.

Probationes.

1. 1 Politic. laudatur Homerus quod Deum appellauit hominum deórumque patrem (pater prouidet.)

2. Ex 3. & 5. politic. optimum gubernationis genus Monarchia. Deus princeps & Monarcha 12. Metaph. cap. vlt.

3. Deus virtute melior. 7. Eth. (prouida virtus.)

4. Viri virtute & ſapientia præſtantes Deo acceptiſſimi 10. eth.

5. Si deus ſecundam fortunam largiretur, largiretur optimis ſapientiſſimis. 7. Eth. ad Eudemum.

6 Item ſi ſomnia ex libro de diuinatione, quibus duobus teſtimoniis aliquis abuti poſſit ad impugnationem prouidentiæ.

7. Qui leges imperare iubet, videtur iubere, imperare Deum 3. polit.

8. Deus ſacrificia æſtimat pro noſtrarum facultatum modo ex 3. polit.

9. Regit mundum Deus ex lib. de mundo. ſed dubitatur ſit ne Ariſtotelicus

10. Deus largitur mentem & manum in problematis.

11. Perſpicuum quid in vniuerſo Deus, &c.

12. Illuſtre exemplum diuinæ prouidentiæ & beneficentiæ extat in libro de mirandis auditionibus.

Qui ſit igitur vt prouentidia reuocetur in dubitationem?

Fit primo quia multi verbis potius quam ſentẽtia inficiantur prouidẽtiam.

Scelerati qui illius æquitatem pertimeſcunt, eius torquentur recordatione, & metu cupiunt extinctam tùm prouidentiam tùm memoriam eius.

Secundo quia multi ex iis qui aduerſa patiuntur iudicantur probi, nec re-uera ſunt.

Tertio quia præ impatientia & vitæ noſtræ breuitate iudicamus de vno actu, antequam peragatur fabula.

Quarto quia plerique non nouerunt ſatis aliam vitam, vbi præmiis ſuppliciiſque locus.

Digitized by Google

Quinto quia perennitas perceptionis & perennitas vſus faciunt vt minus aduertamus, non datur vicißitudo curæ diuinæ & negligentiæ diuinæ. Si loquamur de abſoluta negligentia, Deus nunquam vllam creaturam omnino deſerit. Nihil omnino deſerit, quin confeſtim pereat, ſecundum quid tamen deſerere poteſt, & plerumque deſerit: vt quando regno adimit regem, & Eccleſiæ paſtorem bonum.

Sexto quia quædam argumentationum quibus oppugnatur prouidẽtia ſoluuntur difficulter. Quod minime mirum cum vel clariſsima: vt motus, figura, &c. generis huius obiectionibus obnoxia ſunt.

Omnino mens noſtra obtuſa eſt, perturbationibúſque & ſceleribus obtenebratur, obcæcatur prouidentia plerúmque deprehenſu difficilior certis in rebus.

P. { Propter dilationem pœnæ, & præmiorum
Propter dilationem bonorum quæ ex malis oriuntur.
Propter extenſionem & productionem operum, prouidentiæ.
Propter cauſarum ignorationem. }

Conſilia Dei optimum detegere, vt imperatoris celare, ſed difficile.

Exempla quædam pro confirmatione.

Deus opifex mundi etiam Ariſtoteli: Ergo & rector:

Tantum opus ſine cuſtode ſtare non poteſt. 1.

Non eſt facilius mundum ſubſiſtere ſine Deo, quam eundem ſine Deo fieri.

Maxime cum in eo ſingulis momentis aliquid recens progeneretur. 2.

Naturaliſsimum eſt deſiderium quô optimus quiſque concupiſcit Dei prouidentiam: ergo non fruſtra. 3.

Niſi eſt prouidentia caſus regit, non regit caſus qui in his quæ aguntur caſu nullus ordo, nulla conſtantia, ſed turbatio & agitatio frequens quæ eueniunt ſemper, aut plerumque non ſunt à caſu. 4.

Caſum neceſſario mens præceſsit. Non datur caſus ſine natura nec natura ſine mente. 5.

Tribuenda principi cauſæ optima. Satius autem agere prouide & ſapienter, quam temere.

IDea apud Platonem forma exemplaris, vt idos forma operis. Illa nec materiâ conſtat, nec in materiâ, hoc non compoſitum quidem è materiâ, in eâ tamen. Illa ex Academicorum ſenſu eſt typus rei faciendæ in diuina mente, ex Ariſtotelis mentem præceptoris aſſequentis interpretatione numerus & exemplar ęternum, abſolutum, perfectum, per ſe cohærens, incorporeum, eatum rerum naturalium, quę ſunt ſpeciei vltimæ, oriuntur & intereunt, & in quibus nihil prius, nihil poſterius, per ſe intelligibile, cauſa & eſſentia rerum ſingularium participatione, non ſola imitatione, ab ijs differens perpetuitate, non definitione, vt ipſe homo.

ISagoges argumentum Vniuerſale. Qui terminus analogicus ſi conferatur cum genere & ſpecie &c. Vniuerſalis rei in Lyceo conditiones multitudo, ſimplicitas, & prædicatio cū diuiſione & ſynonymiâ; partes duæ materia vt animal, forma vt eius generalitas. Illa in naturâ quidem, ſed non extra res ſingulares nec re ipſâ aliud; hæc cogitationis ope excitatur, quamquam non niſi idoneâ in materiâ, ſed opportunitas reſpuit ſpecificam Scoti vnitatem.

Vt quis gradus communis fiat, opus expreſſione à diſſentaneis, confuſione cum ſimilibus quibuſuis, ne tot excitentur ſpecies, quot ſunt ſingularia.

VNiuerſalia 5. niſi adijcis vagum indiuiduum. Genus id quo differentia ſunt eſſentialiter vnum. Species eſt inſtar numeri. Quæ ſubijcitur, ea vniuerſa.e non tamen quia ſubijciatur. Differentia id quod prædicatur eſſentialiter in quale de vna ſpecie vel pluribus. Proprium per ſe vel ad aliud, aliquando vel ſemper.

SInt-ne plures differentiæ quam ſpecies, an pauciores, an totidem quæſtio peripatetica. Ariſtoteli genus habet plura iuga differentiarum. Non oportet illud diuidere bifariam tantum, ſeu per vnam duntaxat coniugationem, ſed confeſtim multis differentijs vtendum: alioquin eadem differentia diuidet genera duo neutiquam ſubordinata, venietur ad vltimam differentiam non ad ſummam. Ex differentia non infertur genus niſi per diſiunctionem. Differentia vniuerſalis quod ſit genus, non quod ſit generis, non ſi ſingularis ideo ſpeciei ſingularis. Quo iure rationale eſt exquiſita differentia, eodem & ſexcentæ aliæ.

PRædicamentum eſt diſpoſitio prædicatorum eſſentialium ſuperiorum ac inferiorum ad idem genus pertinentium. Illic nec differentiæ, nec Phyſicæ partes, nec entia per accidens, niſi alienâ authoritate & indirectè. In ſubſtantiâ Deus ne quidem indirectè ponitur, ſed directè Angeli, cœli. Quantitatis ratio formalis moles, ſeu radix corpulentiæ. Quod ad aliquid, reales continet relationes ſeu concretè, ſeu abſtractè efferantur, quarum eſſe eſt eſſe ad aliud, quæque à fundamento diſtinguuntur ex naturâ rei. Poſtulant terminum actu exiſtentem, ſed vt abſolutum, non reſpectiuum; idque ita vt vna pluribus terminis ſufficere poſſit. Quę dicuntur tranſcendentes, terminum aſpiciunt tanquam quid prius in aliquo genere cauſæ, non ſub ſolâ ratione termini.

VSia opponitur exiſtentię, entitati, accidenti, ſingularitati. τὸ ens cùm de omnibus perfectionum momentis in recto caſu affirmatur, generis & ſynonymiæ rationem obtinere nequit. Itaque neceſſario plures categoriæ, ſed denarius earum numerus indemonſtrabilis. Caducæ ſtirpes videntur magis apprehendere quã apprehendi, ideo & accidentia ſeu conueniant, ſeu aduenia nt. Præter eſſentiam & exiſtentiam in ſubſtantia firmitas, in accidente infirmitas cum pronitate ad adminiculum: Sed forſan firmitatem & infirmitatem Deus cum eſſentiæ incolumitate variare poteſt. Fictitiæ Platonis ideæ, ſed fortè non præter iura poſſibilitatis.

SApiendum vt pauci, loquendum vt omnes. Artifices in arte ſua ſunt inſtar populi. Interpretatio loquentis potius quam auditoris, ſed ſeligenda quę intelligantur, aliquid iuris ſapienti in vocabulorum ſignificationem, maximè tùm in penuria, tùm in copia verborum ambigua diſtinguentur. Quæ promiſcua certis addicantur officijs. Aptiſſimè quidque à fine ſuo denominatur, ex alio mutuamur idiomate, non amandamus ſignificationem, ſæpè nomen ſpeciei traducitur ad totum genus. Licet periphraſi vti & declarare per exemplum. Hinc illa perficir, vt pulchritudo, actus vt ſcientia, accidens vt ſimum: vt ludi Olympici.

DOctrina à prænotione. Vt probè fiat requiritur plus artis in eo qui loquitur, plus facultatis in eo qui audit. Locutio pręcellentiſſimum hominis munus. Fundamenta eius mens cum auditu, pronitas voluntatis ad ſocietatem, vis edendi vocem, affinitas phantaſiæ cum voce, conditio ſoni per quam paulatim ſpargitur in orbem, primuſque gradus creat ſecundum, creandoque perit, memoriæ vis in admittendo, retinendo, ſed maxime in reponendo ſimulacra rerum. Quando duo ſimul inſinuata ſunt in memoriam, qui excitat vnius recordationem, excitat & alterius, cum multa conſequenter primum reuocat ſecundum, & hoc tertium, non contra, primum iuuat ſecundum in reuocando tertio, &c. Sed cur deteriùs doceris tacitâ lectione quam voce, & tuâ voce quam alienâ?

ORatio ſignum eſt arbitrarium pathematum animi, ſed & rerum ſecundariò: quanquam harum perſonale: eius ſpecies Enunciatio. Illic oppoſitio vel à terminis, vel non, tumque potior eſt: ſed potiſſima contradictio, cuius ſemper altera pars definitè vera. Ex enunciationibus fit ſyllogiſmus, qui efficaciter concluſionem gignit. Perſpectâ formæ probitate dum neceſſariæ cognoſcuntur propoſitiones, intellectus aſſentitur concluſioni neceſſariò quoad ſpecificationem, non quoad exercitium: dum probabiles, eadem neceſſitas aſſenſus cum formidine, eadem libertas, niſi ratio occurſet aduerſaria. Sed nullo voluntatis imperio mens aſſentitur propoſitionibus neutris ſine probatione.

NEc ſcitur à nobis quiduis, nec nihil, nec quod nullo modo ſub ſenſum cadit. Scientia partim habitus, partim actus, qui nec reminiſcentia, nec energia aſſiſtentis intellectus,

ſed notitia certa, euidens, per cauſam. Habitus non eſt impreſſa ſpecies, non complexio ſpecierum, non ordinatio, ſed ſciendi promptitudo. Non impoſſibile dari vnam ſimplicem vim quâ vtamur ad omnes ſcientię actus: verè tamen Phyſiologia cæteræque non ſunt quid vnum, niſi aggregatione, & conſpiratione ad vnum finem & obiectum, quod ſit affectuum cauſa. Exquiſitam ad ſubalternationem ſufficit, ſi inferior diſciplina à ſuperiori mutuetur tum principia, tum obiectum, accidentariâque illud conditione contrahat; ideò inferior nec concluſiones propter quid demonſtrat, nec vllo modo ſua principia. Licet autem poſſint ſimul eſſe Opinio & Scientia, non tamen ſcire & opinari.

DE MORIBVS.

IN Lyceo beatitas diu, & bene viuere humanam vitam, vel diuinam potiùs. Illa primario mentis, & voluntatis, quæ libera: ſecundario aliarum etiam facultatum, non quâ ſunt ſibi, ſed quâ illis. Paratur ſapientiâ, probitate, vt vtraque hæc naturâ, doctrinâ, exercitatione, non ſine diuinâ ſorte. Requirit bona animi, corporis, & externa Sed quo quis animo melius habet, eo minus eget cæteris. Continetur actione, contemplatione. Potior hæc abſolutè, illa morali vitę.

OFficium viri boni æſtimatur ex fine, facultate, actione, opere, habitu. Finis beatitas. Res magnæ geruntur conſilio, ſtudio, virtute. Itaque opus eſt mente, quâ quid ſit agendum videas: voluntate, qua ſuſcipias: robore quo exſequaris & perficias. Materia virtutum affectus vt audacia, effectus, vt aggredi, & quod vtrique proponitur, vt formidoloſa. Actio humana ea quæ libera, eſtque vel elicita, vel imperata. Habitus vitioſus aut laudabilis, corporis aut animi.

VIrtutis rudimentum pertinet ad ſtatum qui dicitur continentiæ & conſtantiæ, mediocritas ad eum qui temperantiæ: excellentia heroïca eſt, heroïca vis vix à ſola inſtitutione, ſeu contineatur ſapientia, ſeu ſanctitate, ſeu robore. Feritas in plantis extremum quiddam degenerationis, in belluis immanitas, in hominibus nunc opponitur affabilitati, nũc heroïcæ virtuti, demittitque hominẽ infrà ſortem ordinariam naturæ. Eſt naturalis, vel acquiſita, curabilis vel incurabilis, digna miſeratione, vel ſupplicio, cauſæ vehemens melãcholia, doloris acerbitas, ingẽs & diuturna deprauatio facultatũ, ſcelerũ magnitudo, &c.

HAbitum capiunt mens & appetitus cum vi motrice. Hæ facultates ſi excellunt à primo ortu virtutis naturalis ſortiuntur nomen; vt vitij ſi degenerarunt, non omnes per naturam Logici, vt nec fortes, liberales, licet Ariſtoteli merito omnes ſint Dialectici piraſtici: naturalis virtus acquiſita eſt præſtantior, ſed non magis commenſurata, Nobilitas prima quæ generoſitas naturæ. Secunda quę vera virtus, ſed acquiſita. Tertia ciuilis, quæ continetur quadam opinione hominum. Licet cogitetur duplex, vna recẽs, altera quaſi tranſmiſſa à maioribus.

STοicis per errorem virtus animal, apathia procuranda, vitia æqualia, beata vita eadem cum beatiſſima, virtutes indiſſolubili nexu connectuntur, belluas ad officia ducit ſenſus propriæ conſtitutionis potius quam affectus, quiuis affectus auerſus à recta ratione & virtuti pro impedimento. Ideo procuranda apathia, ſapiens aliquando ſuperior Deo quod ſuo non naturę beneficio ſit beatus. Verè improbi non niſi propter probos, vitioſitas ad infœlicitatem ſufficit: natura eſt dux optima, ſed ſeligenda incorrupta.

NEmo ita perditus vt non malit honeſtatem quàm turpitudinem dum nuda vtriuſque ſpecies obuerſatur animo. Sed decipit vtriuſque ſatellitium etiam impotentem. Non enim error in voluntate, niſi mens hallucinetur. Non ideo tamen probitas inter artes ſcientiaſque numeranda, aut confundendus incontinens cum intemperanti. Prudentis retinere concentum, vt retineatur, niſi res ei accommodetur, decet ipſum ſe accommodare, quia vt voluptas, ita decorum ex commenſuratione. Hinc prudens vni conſtans, alteri verſatilis, iudicia mortalium diuerſa potiùs de commenſuratione, quàm de re.

ÆQuatur non perſona perſonæ, ſed res commutabilis rei commutabili. Metimur in delectu bonitatem non eſſentiæ, ſed quâ res vſui eſt hominum ſocietati. in commercio duo bonitatem, raritatem vt cognoſcatur, requiturque pretium. Fere autem tria tantum ſunt, quæ accuratè metiamur, numerus, magnitudo, grauitas. Itaque moralis mediocritas non niſi ruditer difficulterque conſtituitur.

TAlio vna quâ quid reddendum venit eiuſdem ſpeciei, altera, qua res eiuſdem pretij, ſiue ſpecie conſentiat, ſiue diſſentiat. Prior per ſe non habet locum in iuſtitiâ vllâ: poſterior habet aliquo pacto in commutatiuâ, ſed habenda ratio voluntatis, conſilij, non ſo-

Digitized by Google

lius facti, nec tantumdem eſt plectendus qui læſit per excandeſcentiam, quantum qui diuturnâ ex deliberatione intulit æquale damnum.

IN iuſtitiâ 1. tribuere alteri, 2 æqualitas, 3 debitum. Complures virtutes illi annectuntur, quæ primum illud ſibi vendicant, cum ſecunda conditio ea aut tertia, aut vtraque deficiat; vt ſecunda religionem, pietatem, obſeruantiam & fere gratitudinem, tertia veritatem, gratitudinē, obedientiam, caſtigationem, vindicationem, humilitatem, libertatem, amicitiā.

VNi virtuti duplex aduerſetur vitioſitas, an vnica controuerſia anceps. Niſi quod iuſtitiæ non aduerſatur niſi vna vitioſitas, iuſtitia nulla nō eſt commutatiua, non ideo tamē nullus diſtributiuæ locus, nullus vniuerſali. Ex commutabilibus non quę meliora cariora, pretium metiuntur egeſtas, numus: eo referuntur fœcunditas ſoli, hominum ingenium, vectigalis modus, luxus, exemplum principis & menſuræ ſimiles. Prætium inſtabile quanquā non excreſcit in infinitum. Nihilominus fruſtra miramur vilitatem priorum ſęculorum.

AMicitia eſt aperta mutuaque duorum inter ſe ſuſcepta propter aliquod bonum beneuolentia, p. honeſtatem, iucunditatem, vtilitatem; oritur à naturâ, educatione, delectu; verſatur inter pares vel inter impares: menſuram habet amorem ſui. Qui ſui amantiſſimus, vt optimus, ſibi bene vult, benefacit, ſecum concordiſſimè viuit, ſeſe maximè qua eſt maximè amat. Quare amicus eadem amico præſtat, vt ſit quaſi alter idem, & amicorum omnia cōmunia, vt; nobis nec ſupplicamus, nec obligamur, nec habemus gratias, ita nec amico.

EX POLITICA.

PEr naturâ bonum ſui diffundendi appetens, res imperfectior conſequendæ abſolutionis auida. Hinc neceſſitudo rerum. fit enim vt ſponte pręſtantius deteriori conſulat, hoc præſtantiori adhæreſcat. Itaque naturalis quædam ſeruitus. Quicquid autem per naturam imperat, prodeſſe poteſt, vult, valet. Imperium continetur applicatione, vel indicatione: vel vtraque, imperantium quędam, eo cui imperant, vtuntur, quædam non.

LEx decretum rationis practicæ ad communem ciuium vtilitatem inſtitutum ab eo qui authoritatem habet imperādi, idque promulgatum. Ea vetat, permittit, iubet, punit, remunerat. Eiuſdem eſt leges condere cuius interpretari & imperare. Leges oportet eſſe generales, ſed interdum egent interpretatione; vt & exceptione: ſupplendæ aliquando & mutandæ, ſed non facilè. Prœmia legum vtilia, non neceſſaria.

PRrinceps quaſi lex animata, maximè cum ſenatu inſtruitur ſuo. Principem violare non fas magis, quam parentem. Principem non eneruant litteræ, ſed erudiunt ad belli paciſque artes. At re, non verbis tantum philoſophandum.

CIuitas harmonicum quid & per accidens vnum: ſcientiæ tamen artique ſubeſt. Varietas eius licet arbitraria, fluxit à naturâ. Proniores alij ad imperandum, alij ad parendum, hi ad vnum, hi ad aliud genus officij & Politię: ſed hæc ita commenſuratur vniuerſis vt non optimè ſingulis. Ciuitas quippe res eſt valde heterogenea, ſeu partes, ſeu inſtrumenta ſpectes. Politiæ genera pauca, ſpecies plurimæ: in quaque opus lege, principe, artibus belli, pacis. Quanquam autem aliter ſanum moderamur corpus, aliter ægrum, aliter conualeſcens, tamen periculoſa mutatio legum. In Republicâ vinculum potiſſimum concordia, maximè quæ à religione.

EX PHYSIOLOGIA.

COrpus naturale quatenus naturale & per cauſas explicabile argumentū ſcientiæ naturalis: vbi ordo, vnus quo partes vniuerſę inſtruantur, alter quo elaborentur ſingulę: ſed ille à ſimplicibus, hic à confuſis initium petit. Principia rerum naturalium tria, ſi geneſis, duo ſi conſideretur compoſitio. In naturâ nihil è nihilo, ideo materiâ opus, quæ neceſſario ſubſtantia, ſed rudis, potentiaque ſed nec mera, nec niſi vi Diuiniore ſeparabilis; ea formarum hoſpita ſeu ſubſtantiales ſint ſeu accidentariæ, ſed non omnium parens. Priuatio principium nihilumque, ſed quid ſupponens. Suæ naturę præſcriptiones, quas dicas leges, conſuetudines, eas in opere magis quàm in operâ imitatur ars, regitque vim motricem, ideò per ſe procurat mutationem loci, & quę hinc per ſe reſiliunt: at pullos Ægyptios, Chimicum aurum & ſimilia, facit per accidens, quia vi aliena: per ſe tamen quia intendit.

VT mens, ita naturâ duplex intendit finem, ſed nec ſemper aſſequitur, nec ſolum: Hinc Caſus qui partim euentus rarus præterque conſilium, qualis in inferiori mundo, non in cœleſti: partim cauſa: Ariſtoteli quod temerè agit, vulgo quod pręeſt tum effectis temerariis, tum rebus quæ dicuntur agere caſu. Vt ars à caſu orta, ita interdum illius opus hic abſoluit, ſæpius ęmulatur; vt ſit difficile pręfinire quouſque aſſequatur. Idem naturam iu-

Digitized by Google

uat,impedit. Hinc naturę peccata; quæ ſi inſigniora, monſtra ſunt, & frequentiora in fœcundioribus animantibus. Cauſæ materiæ & qualitatum modus, receptaculum, vis formatrix, phantaſia.

MAgnitudo triplex. Moles non niſi rei modus. Motus energia rei mutabilis quatenus mutatur. In motibus ſucceſſio inuenitur alia à ſucceſſione temporis, eaque duplex, vna pro extenſis, altera pro intenſis terminis. Locus nunc inane ſpatium, nunc ſuperficies, tumque vel eſt concauus, vel conuexus. Non neceſſario quę ęqualia loca, ea tantumdem capiunt. Non ſi quid totum in duobus locis, id miraculum eſt. Non ſi quid deſerit locum, ideo acquirit nouum, vel perit, vel condenſatur. Condẽſatio fit citra penetrationem. Ergo ſi quid infinitè denſetur non ideo pars penetrat partem. grauitas non à ſola cõdenſatione.

VIdetur *τὸ ubi* eſſe quid tenue. at locatio exilioris eſt perfectionis. Motus enim poſitiuus termino in quem deſinit imperfectior. Cur inanitatem & penetrationem natura deteſtetur demonſtratio, ſed à fine repetita. Impenetrabilitas non eſt de natura molis.

NOn quieſcenti cœlo terra mouetur, at contra. cœli motus eſt regularis, ſed cum apparenti anomaliâ. Non diſcurrunt per cœlum aſtra eo modo quo per aerem aues, aquæ per alueolos. Stella recens nulla. Luna volu[illegible] in ſuo alueo. Motus cœli vt nec naturalis nec violentus, ita ceſſaturus, ſed nec per naturam, nec contra naturam. Tempus intrinſece primo, in aliis in motu extrinſecè, ita tamen vt à mente pendeat.

IMpetus vnus naſcitur ab ipſo motu, alter aliunde, iſque vel à mouenti per ſuppoſiti contactum, vel à mouenti citra hunc contactum, & abigit per antipathiam, vel attrahit per ſympathiam, ſtatuenduſque varius pro cauſſarum varietate. Perimitur primo ſponte, ſecundo compreſſione moti corporis, tertio impetu contrario, quarto qualitate inimicâ, quæ ſit alia ab impetu vt eum remotâ ſiſtitur nauis.

CÆlum in Elementarem regionem agit motu, lumine, ita vt gratis fingantur influentię. Conſtat materia diuerſę rationis à noſtrati, compoſitumque eſt è corporibus contiguis, ſolidis, vbique luminoſis, ſed magis in denſiori parte, maximè in Sole, à quo cætera aſtra multùm, Luna plurimùm mutuatur luminis. Motus, quanquam ab Angelo, naturalis, neceſſariuſque non vt omnino fiat motus apud nos, ſed vt eo quo nunc modo. Elementa quatuor: in quoque forma ſubſtantialis & qualitas prima duplex, vtraque in ſummo gradu ac eiuſdem naturę in ſymbolis. Pugna mutuâ abeunt nunc in vincens, nunc in tertium, nunc in mixtum, in quo formæ elementorum non niſi virtute.

TAm crtũ eſt principes mundi partes contineri commenſuratione, quam incertumquâ: quæ tamẽ regionibus varietas indolis nõ ſubſiſtat, niſi & terra quieſcat, & aliquod cœlum. Stellæ ſignificant vt cauſa non libera: vt non cogant, inclinant tamen, inclinationem ſequuntur plerique omnes: ita prædictio probabilis extenditur & ad humanæ libertatis opera, vt certa ad coniunctiones & ſimilia. Non ſi quid denſius, ideo opacius, durius. Res capax vnici motus, ſi diſtinctio repetatur à ſpatio & à ſubiecto: plurium ſimul ſi ab opifice.

PRæter elementares vires & apertiores admittendæ quæ propriæ mixti & occultiores. Sed peruerſitate iudicij aperti & occulti differentiæ ſæpe applicantur, non eſt per ſe mirabilius excutere ferrum ad magnetem quam belluam ad pabulum, pullum gallinaceum fugere miluos quam grauitatem cœlos. Quod voce attrahantur animantes mirum non videtur, videretur tamen ſi ſurdi naſcerentur fere omnes. Vim formatricem ſeminis vix miratur vulgus, eſt tamen mirabilior theamede, nidificatione &c. Ipſæ primæ elementorum vires non ſunt magis demonſtrabiles, quam quæ occulæ vulgo nominantur. Calor dilatat, quis miratur? apertior tamen non eſt cauſa quam magnetis.

QVo iure aſtruitur calor, viſus: eodem vires quæ feruntur occultiores, earum contemptores vt valde moueãt, in ætiologia, non promouent, ſunt ſimiles cæco, qui cõtendat lumẽ eſſe nihil, quia non cernit ipſum. Tam abſurdũ eſt mixti affectus omnes reuocare ſolas elementares qualitates, atque conſtitutionis eius, quæ animaduertitur in viuenti non agnoſcere aliam à grauitate & leuitate cauſam. Ipſa grauitas ſenſu non internoſcitur, ab ea factam impreſſionem apprehendimus, ſed ſimilis potuit proficiſci aliunde, multa non niſi per finem à nobis demonſtrantur, vix quidquam declaratur per integram cauſam.

SPontanei lapſus & aſcenſus proeuenturne ſympathia, & antiphathia, an vtraque videtur poſſe deprehendi, ſed experimento operoſiori. Opticæ & magis phyſicæ rationes, & coniecturæ ſolem exturbant à centro mundi, neutræ euertunt cœli ſoliditatem, ignem elementarem, orbes excentricos, & epicyclos.

Inſeſta

Digitized by Google

INfeſta qualitas non agit quaſi auſpicijs formæ ſubſtantialis, cũ qua coniungitur: imò nec indifferens, agit quæ amica & congruens niſi forſan munus opificis obit, vel ad aſſerendum locum, vel ad facultatem in re naturali excitandam, inſtaurandam, paſſionis modus à patienti potius quàm ab agẽte. Simile à ſimili poteſt impediri officij præoccupatione. Reciprocæ cauſæ difficiles deprehenſu, cùm quid pluribus modis fieri poteſt, ſi conatu operoſiori molimur iſtud, vel ſaltem eſt mirabilius, bene habet ſi vnus alterue explicetur. Hinc Aſtronomiæ conditio, hinc affirmantes ſyllogiſmi ſecundi ſchematis.

ELementa ſi virtute in perfectiori mixto, ea non ſal, Mercurius, ſulphur, ſed vulgata quatuor. Ignis ita pro opifice, vt ſit etiam pro materia. Si qua fœlicitate ars calorem creat eadem excitaret frigus, mirabilia præſtaret. Si ſiccus ignis forſan, recudenda humoris definitio. Ignis validius vrit quam ferrum candens: in quo tamen aliquid ignis, qui dicitur elementaris opticis, phyſicíſque coniecturis nec, ſat aſtruitur, nec ſat deſtruitur. Leuitas nec à ſola raritate eſt, nec ſenſu internoſcitur & ſecernitur à grauitate.

NOn ſiquid validius obſiſtit, ideo & agit, nec contra. Natura quaſi paria gladiatorum ſibi committit; reactione; & paſſione delectatur. Pharmacum ita vertit vt vertatur aliquando, alimonia ſic vertitur vt imprimere ſoleat aliquid indolis ſuæ. Sed quem effectum nobis hæ imponunt, is aſſuetudinis habituſque non meretur, quammagis quæ inferro durabilior virtus à magnete.

PRocurſus momentaneus, aut ſucceſſiuus Eſt in natura primus vt riui à fonte, ſecundus vt ſoni an aures, tertius vt luminis à lucerâ Poteſt impediri. Pro obiectum ſubſtantia, vt cum ſpeculum reflectit pilam, & lumen, tunc accidens, vt cùm lumen repercutit ſumum, ſonum. Soni gradus primus creat ſecundum ad rectam lineam cum adiacentibus, creandóque perit, ſecundus tertium, & ſic deinceps. Niſi ita ita fiat, tolle auditum. Corpus, quod ſe promouet, aut in vnam nititur partem, vt graue, aut in omnem; ſiue rareſcat ſiue denſetur.

DAtur minimum naturale: id in ſubſtantiâ & in accidente. Sed mutationem loci minimam quis noſtrum deſignauerit? quæ degenerant valde, ea ſterilia fiunt etiam in accidentibus, alioquin actum de ſphæra actiuitatis. In hac conſideratur centrum, radius, radij modus, gradus, ſterilitas, fœcunditas, caſtitas naturæ, ſobolis amor, obex, repercuſſio, peripheria. Radius non magis nititur verſus parentem, & centrum, niſi reflectatur quam grauia ſurſum. Antiperiſtaſis maximè pendet à repercuſſione.

MEteorologica impreſſio ex vapore aut ex halitu, tumque flamma eſt, idque intra terram, & in triplici regione aëris, vel phaſma: vel neutrum, vt ventus & terræ-motus. Sed phaſma à vapore etiam & cœlo, vt galaxia. Cometæ iubar aliquando à reflexione radiorum ſolis. Ad vapores referuntur nebulæ, caligines &c. A quarum intra terram ſtagnantium nonnihil à pluuijs, aliquid ab incluſo aëre, reliquum per meatus ſubterraneos à mari etiam humiliori euehitur.

ANimatum genera tria. Vegetantis tres principes vires, miniſtræ aliæ. Vt non ſolet prodire forma ſubſtãtialis cum apparatu diſpoſitionum ſibi congruentiſſimo, ita non oritur viuens cum iuſtâ magnitudine, cuius tamẽ poſtulantur termini. Nutritio perennis, quãuis etiam homo diutiſſimè inediã ferat, maximè cum inertiâ caloris, copiâ humoris crudioris. Sua viuenti medela, quæ etſi effœtam annis ſenectam cum iuuenta commutare poteſt, non tamen ad immortalitatem ſufficere. Habentur Zoophyta inter animalia, non inter viuentia, pili, vngues, cornua, ſanguis, &c.

ALiquid plane ſanũ, omnino morboſum nihil. Medicus per ſe facit ſanitatem, ſed fere non niſi eo modo quo agricultura fruges, præcipua medici & vitæ inſtrumenta, calor & humor, frigus tamen & ſiccitas inter categorias: vt muſtum ad purgationem ſui inualeſcit, ita & corpus animalis, non plures ſpecies caloris, non humoris: huius ope craſſiora diluuntur vt immittantur, vt apud tinctores, & emittantur: vt in lexiuio & purgationibus, non purgat ſapor, non odor, ſed ea virtus cuius indicium eſt.

SEmen eſt quaſi compendium rei viuentis. Id non ſemper inſtar ſurculi, eiuſdemque cum ſua ſobole naturæ, inibi vis actiua & paſſiua, ſed quæ ab externis cauſis excitari iuuarique debeãt: fœmina eſt parecbaſis aliquando, nam eius quidem natura vt egena, ita cupida: ſed quia fere meliori fruſtratur fine ad hunc ſua pro ſapientia ſemper contendit, animæ tres, viuentium genera quatuor vitalium facultatum.

QVæ vim imprimunt, comitantur ipſam, aut non: tumque in vnam partem agunt vt proiector, vel in orbem nituntur, & aſſignantur actiuitatis centrum, peripheria, radius, gradus fœcundus, degenerans, ſterilis, è duplici infœcundo fœcundus. Si gradus pro-

creatus ſtatim atque eſt agit, radius momento excitatur: ſi ſecus, ſucceſſiuè, idque ſeu generando pereat, vt in ſono euenit: ſeu non, vt in calore, lumine. Radius autantè modò agit, aut validius illuc quàm ad latera: ſed verſus centrum & parentem, niſi repercuſſio fiat, non nititur, alioquin tantum luminis à lucerna quantum à ſole. Quod color vno, ſonus altero modo ſui ſpeciem eiaculentur demonſtratio non occurrit niſi à fine, cum autem harmonia vna ſucceſſiua, altera non: quàm illa parum, hæc multum occulo conſentanea, tum hæc contrà auribus.

SEnſus egent imaginibus. Quæ ſoni in phantaſia, ea validior ad procurãdum vi motrice ſimilem, quàm quæ figuræ: quia loquendi quàm ſcribendi munus naturalius. Hoc à natura, quia abſentium egemus ope, & oportuit imagines in memoria vetuſtare adoleſcere, ne ſpecies mali ſemel admiſſa pertinaciter angat. Ea tamen memoriæ vis vt imaginum conſeruatarum copiâ iuuetur potius quàm obruatur, vt è rebus ſucceſſiuè comprehenſis prior poſteriorem reuocet potiùs quàm contrà, vt è ſimul perceptis vna occurſans imaginem abſentis excitet, tolle tertium, actum de locutione: tolle ſecundum, confudiſti cogitationes: tolle primum, exercitatione memoria deterior fiet. Eſt periculum ne manus, ne mẽs, ne voluntas, non autem ne memoria prauè exerceatur, niſi quia ſatius eſt meliora quàm deteriora diſcere.

EXterior ſenſus & obiectum ſemper quaſi in procinctu. Sed ſpirituum iacturâ vaporũque appulſu fit inertior ſenſus, hinc tandem ſapor qui ceſſatio nunc maior nunc minor: ſed ita vt nemo non vtatur aliquando etiam paulo validius aliquo ſenſu exteriori in ſomno, hoc ſpirituum minuitur impenſa, augetur prouentus. Tollitur obex ſi obiectum inualeſcit, ſi ſenſus per vaporum excuſſionem, & delectus ſpirituum nouos. Ipſa commotio ſenſus ad excuſſionem valet: vt illuminatio ad inhibendũ procurſum fumi, ſoni &c.

INſtrumenta rerum cognoſcendarum mens, ſenſus. Optima vtriuſque conſpiratio, viſum aut eiuſmodi, vt neutram in partem inclineris, & fit epoche, aut contra, & fit aſſenſus, qui opinio vel comprehenſio, quam imprudenter repudiauit Academia. Aſſenſu vno ad rem inclinamur, vt nix eſt alba: altero ad phantaſiam, vt nix videtur alba: tertio ad præſentem definitamque phantaſiam, vt nix nunc videtur mihi alba, atque hunc, quia neceſſarius ad regendam vitam nemo philoſophorum ſuſtulit, reliquos Scepticus ſtupor non admiſit.

INæqualitas & varietas ingeniorum à varietate non animorum, ſed figuræ, magnitudinis, temperationiſque cerebri prodit. Cognoſcenda vt in delectu profeſſionis eam ſequaris, vt, ſi vocaris alio, de indole emendenda cogites, vt te diſcipulorum auditorumque captui accommodes. Frigus nonnihil iudicium acuit, ſiccitas plurimum: humor natiuus memoriã iuuat, phantaſiæ calor amiciſſimus. Læditur memoria auocatione mentis, negligentiâ quaſi ſitu, perturbatione ordinis, vt rebus quib' exhauritur paulo calidior humor quo delectatur.

COncio dũm habetur ſi memoriæ mandanda eſt, 1. dato operam vt ſententiarum capita & argumẽta deprehendas, numeres, 2. vt ſæpe per interualla celeri animi motu repetas, recolas quę anteceſſerunt, 3. vt id maximè facias, dum qui loquitur verſatur faciliori in argumento. Sed cum tyrocinium facis iube tibi animum cõtendenti prælegi aliquid, quod ſtatim iiſdem verbis à te referatur, id quotidie, ſæpiuſque facito, ita vt in dies verborum referendorum augeatur numerus.

MEmorię officia imaginem admittere, conſeruare ac reponere. Hinc varietas tum fœlicitatis tum infelicitatis eius, quę circũfertur memoriæ ars, niſi eſt iners, hocce maximè fundamento nititur, quod res redire in memoriam cum eo ſolet, cum quo illi credita eſt, p. vox cum Socrate, reducitur primum à ſecundo, hoc à tertio & ſic deinceps.

IN re vna numero nec anima, nec forma multiplex. Noſtrá eſt immortalis, totaque in quauis parte animati corporis, ridicula metempſycoſis. Facultatum perfectiſſima mens quæ rem ſingularem, ſi corporea eſt, reflexè tantum comprehendit. Quod ipſi primum innoteſcit non infima ſpecies, ſed quid concretum, ſenſuique expoſitum.

EX MATHEMATICIS;

OCuli r[illegible]tandi ad perceptionem potiùsquam ad motum. Vt in cœlis, ita in oculo oportet eſſe eccentricum quid, & tamen orbium centra vna contineri lineá, duernionem reuocari ad vnitatem, ita vt optici nerui perforentur, non decuſſentur, centrumq; diuiduũ eſſe, orbes opacos deficere à complemento, munimentum eſſe pro adiumento & ocularibus, diſtantiam adeſſe & commenſurationem. Porrò, non ſi oculi acriores pro maiori, ideo pro minori interuallo, non ſi pro directis, ideo pro reflexis imaginibus. Sed multa credun-

Digitized by Google

tur viſu nudo percipi quæ non deprehenduntur ſine memoria, ratio cinio, vt profunditas
vallis.

VIſio fit admiſſione in oculum non amiſſione. Ariſtoteli non eſt motus: vt tamen ſcu-
ſio fiat debet impreſſio aliquãdiu durare. Et quidẽ videre non eſt oculum, quoquomo-
do ſpeciem admittere, ſed tali. Medium pellucidium. Aſpectabile aliquo eſt opacum mo-
do. Lumen pelluciditatem iuuat, impedit. Optica ſpecies ſpargitur momento, in orbem, re-
cta non ad latus, non in centrum actiuitatis, niſi repercutiatur, & donec ſterileſcat. Pen-
det à re aſpectabili vt conſeruetur in medio: ſed in oculo nonnumquam videtur retineri
poſt amotionem ſpectaculi, imo quæuis debet illic aliquandiu manere vt viſio fiat. Alio-
quin veloci circungyratione punctus non videretur circulus.

EX METAPHYSICA.

CAuſæ Ariſtoteli numero quatuor, ſed ſecundariæ in primariarum cẽſu. Exemplar in-
ter cauſas, finis princeps. Opifex qui per ſe opifex, vel Phyſicè eſt, vt grauitas, tùmque
ſcire, velle, poſſe, e.g. ferre in præceps à vi eadem, vel dianoëticè, & tria illa prodeũt à tribus.
Geneſis autem vna per quam fit quod non eſt, altera, per quam quod iam eſt. Niſi hęc eſſe
poteſt, Deo magis reſiſtit aliquid quam nihil. Vt autem res vna, eademque ſit, & geneſis,
& mutatio, non tamen eiuſdem rei. Idem iudicium de habitu, qui nequit eſſe contrariorum,
& de ſcientia, quę poteſt.

AGenti naturali pro exemplari forma ipſius non idea Platonis, Dianoëtico con-
ceptus, forſanque Deo potius formalis quam obiectiuus, nobis contra: Fatum quod
à ſtellarum poſitu, Chaldaicum figmentum eſt: quod inferat neceſſitatem rebus omnibus
quam nulla vis rumpat, Stoicus error: quod impulſum Dei aſtruat euerſa noſtra libertate,
Nouatorum impietas: quod in Deo ſit prouidentia, in rebus diſpoſitio per quam ſuis quæ-
que ordinibus nectantur, continet veram & è Philoſophia petitam doctrinam. Mundus ex
nihilo prodijt propter Deum atque homines: potuit prius & ſubinde perfectior excitari,
non tamen ab æterno, vt nec creari infinita magnitudo, multitudo, virtus.

ENergia finis motio, ſed metaphorica. Cauſatio opificis influxus non autem actio, na-
turalis cauſa efficax, ſed poſito concurſu Dei. Effectus vnus nunquam à duplici totali
cauſa, vniuerſalis cauſa quæ concurrit ad mundi huius maximè inferioris mutationes om-
nes aut plurimas. Habet ſe vt genus ad differentias & ſpecies, ita cauſa vniuerſalis ad par-
ticulares & definitas. Sed communicatur genus per diuiſionem, cauſa vniuerſalis ſine ſui
diuiſione, licet virtus ipſius diuidatur.

MAlum abſentia boni, hæc negatio, priuatio. Negatio aut cuiuſuis boni & nulli rei eſt
infeſta, aut non, tùmque ſolus immunis Deus. Priuatio remotior, vicinior, hæc vel
formæ conuenientis generi, non ſpecici, vt amentia belluæ, & ſiquid in talpa cæcitatis: vel
rei per ſpeciem congruentis, tumque mera eſt orbatio, vel imminutio: item vel ſexus con-
ditione accidit vel alio modo. Mali & boni cauſæ contrariæ eędemue contrario ſenſu. Ma-
li appetitio nulla niſi ſpeciem boni præ ſe ferat.

COntinuatur vt linea per punctum, &c. ita per lineam punctus. Continuitas requiritur
vna pro extenſis, altera pro intenſis. Tollis hanc? Cum lumen ponitur intra lumen nõ
efficietur vnum lumen. Extenſio vna per quam aliquid extra ſe ipſum, quæ dici poſſit ſpi-
ritalis, ſed eo modo, quo proportiones Geometricæ, &c. altera, per quam vnum extra alte-
rum, quæ corporea. Mirabilior illa, ſed Phyſiologo, hæc omnino. Fractio quæ reſpondeat
duplex, poſterior, vt cum frangitur lignum, prior, vt ſi Angelus ſtatuatur in duobus locis
diſſitis, minimè autem in interiecto ſpatio. Non probas locutionem? certè probus eſt ſen-
ſus, ipſe eloquere.

CVr miremur & non, cauſæ frequentia raritaſque ſæpius quàm res. Lumen vibrari mo-
mento quis miratur? quis crederet niſi deprehẽdiſſet? Non videtur in puncto loci cor-
pus poſſe contineri ita vt partes ſint extra partes; at dum denſatur magis ac magis, non ideò
fit penetratio: neque ergo fiet ſi infinitè & in punctum contrahatur. Et ſanè penetrabilitas,
impenetrabilitas, extenſio, intenſio, & ſimilia modi ſunt potius quàm res. Corpus non oc-
currit ſimul totum in quoque è pluribus locis: At effectum decet reſpondere cauſæ, Deus
autem eſt imitabilis, quatenus totus in locis pluribus; animuſque ne fit mortalis nouam oc-
cupat ſedem, nec rareſcendo, nec deſerendo veterem; occupatam deſerit, nec ideò emori-
tur, con denſaturue. Corpus intra corpus non apparet: at calor intra calorem, imò & in-
tra frigus; & producere volenti Deo non magis aliquid quàm nihil reſiſtit.

SVbſtantiæ ſpiritales creatæ menſurantur æuo, vt tempore diſcreto ipſarum actiones. Habent illę præter mentem & voluntatem, vim motricem. Intelligunt tum ſe, tum alia; ſed hęc per concreatas imagines, nec ſingularia niſi per vniuerſales. Voluntatis ſunt pertinacioris. Mouent ſe etiam momento, corpora niſi ſucceſſiuè. vim motricem naturalem inhibere poſſunt, ſed non quamuis. p. cœleſtem, cohibere, inuertere poſſunt, nec ita vt inducatur inanitas, in quâ tamen poſſibilis motus, nec alias impedire vires, niſi applicando obiec̄. Quæ præſtigię fiunt ab ipſis, fiunt vi motrice. Ipſę nulla vi verborũ coguntur, nulla herbarũ.

IN homine incomprehenſa varietas rerum, nullo in ſuppoſito ſimilitudo, omnia per cœtum excitauit Deus, n. vt in ipſo cogitetur vnitas ſine ſolitudine, ne ipſe quia nullo ſenſu vſurpatur probabili ſuſpicione iudicetur non eſſe, primò pauciſſima ſenſibus obnoxia fecit, ſecundò plurima nullo donauit ſenſu, multa non quęuis & inter homines & ſurdi & cęci inueniuntur, tertiò Deum inſinuat creatura quæuis, licet perfectè nulla. Apud nos quod generat nihil largitur ſui, aut amittit largiendo, in diuinis contra, quartò ferè quæ clariſſima creduntur, prima fronte incurrunt in obiectiones ſolutu difficillimas, vt localis motus; quę prima ſpecie incredibilia certiſſimis & clariſſimis demõſtrationibus aſtruuntur, vt diametri incommenſurabilitas.

DEus Ariſtoteli per ſeipſum beatiſſimus, ſapientiſſimus, bonorum amans, prouidu[illegible]na corporeus, infinitus, amicorum non egenus, liber, ſed per errorem ita vt neceſſario ab ęternitate fuderit mundum, abſolutę illius poteſtati nihil impoſſibile, ordinaria vna ad regimen maioris mundi, agnoſcenda, altera ad minoris. Sacramentorum ordinaria virtus, ad eius aſtruendam poſſibilitatẽ cur non aſſurgat Philoſophia? vt per natur obligamur ad Deum non modo colendum, verumetiam rogandum; ita quod precibus largiatur aliquid, id ordinarium, licet minus quod aperto largiatur.

INertia cadaueris facit vt de animâ rei viuentis minus dubitetur. Si fieri poſſet vt qui mundus à Deo regitur, ab illius ope penitus deſertus conſpiceretur, quę conſecutura cogitatur perturbatio aut ceſſatio officiorum illuſtriorem poſſit videri factura diuinam prouidentiam. Sed neque fieri poteſt vt planè deſeratur quin prolabatur in nihilum illud, vnde emerſerat, ac ſi id accideret diuina prouidentia verè obſcurior fieret: Deus autem creator mundi & vbique, atque adeo in fictitiis extra mundum interuallis, determinat ſecundas cauſas, & ab iis viciſſim determinatur.

NOtio Dei theoretica vel practica, libera vel neceſſaria, cum probatione aut non: Sed maximè conſideranda quadruplex n. ſimplex intelligentia, conditionata, idealis ſeu artificioſa & quæ viſiua dicitur. Voluntas eiuſdem ſigni vel beneplaciti, libera vel neceſſaria, efficax vel inefficax, abſoluta vel conditionata; adimplenda, vel non adimplenda, antecedens vel conſequens. Res autem conſideratur aut tanquam pars mundi & propter aliud, aut quatenus proprium finem præſtitutum habet. Quibuſdam rebus non ſuppeditantur omnia media ad finem conſequendum neceſſaria, ſed vitium eſt in ſecundâ cauſâ, non in Deo, qui nec deficit nec deficere poteſt. Si quid non tendit in finem naturę ſuę congruentiſſimum & proprium, eo vtitur Deus ad publicum & alium finem. Cauſa vniuerſalis ſic proſpicit vniuerſitati rerum vt etiam ſingulis, ſed ita vt propter vnius rei vtilitatem non teneatur interturbare vniuerſi ordinem.

Hæc ſunt quę Ioannes Craſſotius per triginta circiter annos in alma Academia Pariſienſi.
palam & publicè profeſſus eſt, grauiter & peripatetice diſſeruit,
ſapienter & acerrime propugnauit.

Digitized by Google

VASSORIO RECTORI.

NOn ſum auidus laudis, non demulcere ſodalis
Iucundi poſſim blandis affatibus aures,
Mentitóque minus palpum miniare colore:
Sed quæſitorem cauſſæ ſtupor abripit. at pro
Candore ingenij, quos inijcis exime ſcirpos.
Non fulgor capit, & Rectoria purpura, non me
Sceptra, ſitu ſed quod poſito, te vindice, viſa
Emicuiſſe, pijque humeris Academia Alumni
Fulta tuliſſe caput, priſci & meminiſſe decôris.
Quod nouies pleno fulſit tibi Cynthia cornu
Rectori rara eſt ea gloria: rarior vltro
Quod legere, inuictum &, qui creditus, exſuperas te
Haud alio dignum victore. Aſt omine fauſto
Victori cantata tibi victoria. Sed quæ
Maternos vultus nebula obſcurauit, ouanti
Dum aſſidet, ac Diuis pia ſupplicat? ô nihil vſquam
Rebus in humanis omni de parte beatum!
Auſpicijs viduari horret fœlicibus, inſtat
Molimen tanto dignum Rectore. Latrantes
Is primo inſultus compeſcuit impete, fulmen
Dum iacit. Eloquij ſed regia nectare proles
Margaris, ingenij iudex, cultrixque beatur.
Excepit grato rex & regina fauore
Maternas orat dum cauſſas. Quantus in æde
Pieridum aſſurgit, pugnæ ſedet arbiter, & quæ
Componit paria? en certat prudentia linguæ,
Lingua ſtilo; probitas arti, ſuadæque medulla

SSSSS ſſſſ iij

Muſis,candori grauitas. & ſcena cothurno,
Ingenio cultus,ſed non ſine fœdere;amœnum
Naturæ haud aliter variat ſolertia fructum.
Delicias pictura facit,facieſque,ſaporque
Quæque latet virtus, et qui ſpirantur odores.
Quæ parca eſt noſtri laudatrix curia cœtus
Te mirata tamen. Quid ſi furor entheus ille
Clareſcat,quo carmen,epóſque,animáſque theatrum?
Quid ſi Sequanicæ princeps facundia linguæ?
At dum certantem ſpectat Sorbona,Lycei
Obſcuros aperis ſaltus,commercia rerum
Antithetis omiſſa tuis miramur inertes.
Felix ille fuit,qui conſpirantia fecit
In te diſſidia hæc genitus:felicior idem
Regia quod pietas reſpexit, te duce, muſas,
Auſpicéque in curam incubuit Perrone Bethunus.
Hiis ducibus quid non ſperes Academia? Bellis
Quæ proſtrata parens dulciſſima, numine noſtri
Alcidæ vario floret ditiſſima fructu.
Tu ſqualles,tu ſola iaces: ſed gloria princeps
Erectæ fuerit,non Hercule dignior vlla.
Illuuiem depone; tibi non omnis ademptus
Cultus,non plectrum:ſupereſt quę gratia diuos
Pertentet. Suſtolle animos. Regina triumphum
Indixit,pompam Ars, Opulentia, Amorque
Certatim parat. Artifices tibi,ſuntque ſorores
Diuinæ. Aude aliquid dominæ proferre,quod ipsâ,
Et ſplendore tuo dignum. Tibi dux opus. O te
Felicem æſtiua excipiat ſi purpura vernam!

Ratiocinabatur ex tempore I. CRASSOTIVS.

Digitized by Google

APPROBATIO.

NOs ſubſignati Doctores in ſacra Theologiæ Facultate Pariſienſi, certificamus nos legiſſe *totius Philoſophiæ Peripateticæ corpus abſolutiſſimum auctore Ioanne Craſſotio in alma Academia Pariſienſi clariſſimo nuper Philoſophiæ Profeſſore*: Nihilque in eo opere inueniſſe quod aduerſetur fidei Catholicæ & bonis moribus, ſed omnia vtilia & prælo digna. Datum Pariſijs, Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ſexcenteſimo decimo octauo, die vigeſimo tertio Septembris.

F. AEG. DE AMORE.

E. DV FRESNE. DE MINCE.

PRIVILEGE DV ROY.

LOVIS par la grace de Dieu, Roy de France & de Nauarre. A nos amez & feaux Conſeillers, les gens tenans nos Cours de Parlemens, Baillifs, Seneſchaux, & leurs Lieutenans, & autres nos Iuſticiers & Officiers qu'il appartiendra, SALVT. Noſtre cher & bien amé FRANÇOIS HVBY, Maiſtre Imprimeur & Marchand Libraire en l'Vniuerſité de Paris: nous a faict dire & remonſtrer, qu'ayant auecques tout le ſoing & la deſpence qui luy a eſté poſſible, recouuré & faict rediger en bon ordre le cours de toute la Philoſophie faicte par deffunct IEAN CRASSOT, Profeſſeur en l'Vniuerſité de Paris, auec quelques Inſtitutions: Leſquelles le Suppliant a faict intituler: *Totius Philoſophiæ corpus abſolutiſſimum, &c.* Et les Inſtitutions ſur icelles, *Inſtitutiones ſeptem Philoſophicæ, &c.* Dont il nous a tres-humblement fait ſupplier luy vouloir permettre l'impreſſion pour les vendre & diſtribuer, conioinctement ou ſeparement, & luy en octroyer nos lettres à ce neceſſaires, humblement requerant icelles. A CES CAVSES, deſirant pour l'aduancement & plus parfaicte cognoiſſance des ſciences, que les œuures dudict deffunct

Crassot, ſoient miſes au iour: Nous auons par ces preſentes permis & permettõs audit expoſant d'imprimer, ou faire imprimer leſdits Traictez de Philoſophie, par tel Imprimeur que bon luy ſemblera, durant le tẽps de dix ans. Pendant lequel, nous auons faict tres-expreſſes inhibitions & deffences à tous Libraires, Imprimeurs, & autres quelcõques, de les imprimer, vendre ny debiter, ſi ce n'eſt du conſentement dudit expoſant, à peine de confiſcation des exẽplaires, & de mille liures d'amende, applicable le tiers à nous, le tiers aux pauures, & l'autre audit ſuppliant. Si vous mandons, & à chacun de vous enioignons, que de noſtre preſent Priuilege & permiſſion, & du contenu cy-deſſus, vous faictes & ſouffrez ledict expoſant, ou celuy ou ceux qui auront droict & charge de luy, joüir & vſer plainement & paiſiblement, ſans qu'il ſoit beſoing d'autre ſignification de ceſdictes preſentes, que d'en faire mettre vn extraict au commencement ou à la fin deſdits liures. Car tel est nostre plaisir. Donnè à Paris le 27. iour de Septembre, l'an de grace 1617. & de noſtre regne le huictieſme.

Par le Roy en ſon Conſeil.

Goislard.

Signé en queuë, Hvravt.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

E 40.

Digitized by Google

Digitized by Google